MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

SCRIPTORVM
TOMVS XXVI.



MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT
SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM
TOMVS XXVI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXXII.



SCRIPTORUM TOMO VICESIMO SEXTO CONTINENTUR:

Pagg.
Praefatio auctore G. Waitz . . . . VII.

EX RERUM FRANCOGALLICARUM SCRIPTORIBUS.

I. Ex Guillelmi Pictaviensis Gestis Wilhelmi I. 3. 4. 822
II. Ex Guillelmi Gemmeticensis, Orderici Vitalis et Roberti Gestis ducum Normannorum 4—11
III. Ex Orderici Vitalis Historia ecclesiastica (Supplementum tomi XX) . . . 11—28
De duodecim sociis toto anno girantibus 28. 29
IV. Ex Clarii Chronico S. Petri Vivi Senonensi . . . . 30—34
Ex continuationibus I. et II. . . . . 34—36
V. Ex Historia Mauriniacensis monasterii . . . . 37—45
VI. Ex Sugerii Vita Ludovici VI. Francorum regis ed. A. Molinier . . . 46—59
VII. Ex Odonis de Deogilo libro de via Sancti Sepulchri . . . . . . 59—73
VIII. Ex Richardi Pictaviensis Chronica . . . . 74—82
Ex continuationibus . . . . 82—84
Continuatio Itala 85. 86
IX. Ex Chronica de gestis consulum Andegavensium ed. O. Holder-Egger . . 86—89
Ex Hugonis de Cleeriis scripto de senescalcia comitibus Andeg. collata . 90
Ex Thomae Pactii Historia comitum Andegavensium 90
X. Ex libris de vita et miraculis sancti Bernardi Clarevallensis abbatis . . 91—142
Ex libro I. auctore Willelmo . . . . 95—99
Ex libro II. auctore Ernaldo . . . . 99—109
Ex libris III—V. auctore Gaufrido . . . . 109—120
Historia miraculorum in itinere Germanico patratorum (Vitae liber VI) . 121—137
Ex Herberti libro de miraculis . . . . 137—142
XI. Ex Gestis episcoporum et comitum Engolismensium 822. 823
XII. Ex Hugonis Pictavini libro de libertate monasterii Vizeliacensis . . . 143—150
XIII. Ex Aimoini continuatione Sangermanensi 151. 152
XIV. Ex Stephani Rothomagensis Normannico Dracone . . . . . . 153—194
XV. Ex Chronico quod dicitur Willelmi Godelli ed. O. Holder-Egger . . . 195—198
XVI. Ex Gaufridi de Bruil prioris Vosiensis Chronica ed. O. Holder-Egger . . 198—203
XVII. Ex Andreae Marchianensis Historia regum Francorum . . . . . 204—212
Continuationes I. et II. . . . . 212—215
XVIII. Ex Guidonis de Bazochiis Chronographia . . . . 216—218
XIX. Roberti Autissiodorensis Chronicon ed. O. Holder-Egger . . . . . 219—276
Continuationes I. et II. et Additamentum . . . . 276—287
XX. Ex Rigordi Gestis Philippi II. Augusti ed. A. Molinier . . . . . 288—294
XXI. Ex Willelmi Brittonis operibus ed. A. Molinier, A. Pannenborg, G. Waitz. . 295—389
Ex Willelmi Gestis Francorum (Philippi II. Augusti) . . . . . 301—317
Additamentum et ex Continuationibus . . . . 317—319
Ex Willelmi Philipide . . . . 319—389
XXII. De pugna Bovinensi . . . . 390—393
Relatio Marchianensis 390. 391
Catalogus captivorum . . . . 391—393
XXIII. Ex historia Francorum usque ad a. 1214. ed. A. Molinier . . . . 394—396
XXIV. Ex Petri Sarnensis historia Simonis com. de Monte-forti ed. O. Holder-Egger . 397—404
XXV. Ex carmine de bello Albigensi ed. O. Holder-Egger . . . . . . 405—432
Ex Guillelmi Tudelensis carmine . . . . 407—411
Ex continuatione anonymi . . . . 412—432
Ex historia belli Albigensium Tolosana . . . . 407—432
XXVI. Ex monumentis Lemovicensibus ed. O. Holder-Egger . . . . . 433—441
Ex Bernardi Iterii chronico 435. 436
Ex notis S. Martialis Lemovicensibus 436
Ex notis Lemovicensibus 436. 437
Ex notis S. Martini Lemovicensibus . . . . 437—439
Breve chronicon summorum pontificum saec. XIII. 439. 440
Ex Annalibus S. Martialis Lemovicensibus 440. 441


XXVII. Ex Chronico universali anonymi Laudunensis . . . . 442—457
XXVIII. Ex Chronico S. Martini Turonensi ed. O. Holder-Egger . . . . . . 458—476
Ex continuatione Chronici S. Martini abbreviati 476
Ex Petri Bechini Chronico 477. 478
XXIX. Ex Nicolai de Braia carmine de gestis Ludovici VIII. regis ed. O. Holder-Egger 479—487
XXX. Ex Annalibus Normannicis ed. O. Holder-Egger . . . . 488—517
Ex Annalibus Rotomagensibus, Uticensibus, Gemmeticensibus, S. Stephani Cadomensibus, Montis S. Michaelis . . . . 490—500
Ex Annalium Rotomagensium continuationibus . . . . 501—506
Ex Annalium Uticensium continuatione 507. 508
Ex Annalibus Gemmeticensibus . . . . 508—511
Ex Annalibus S. Stephani Cadomensibus 511. 512
Ex Annalibus Montis S. Michaelis 512
Ex Annalibus Normannicis . . . . 512—517
XXXI. Ex Annalibus S. Medardi Suessionensibus . . . . 518—522
XXXII. Ex Historiis anonymi Remensis ed. O. Holder-Egger . . . . . . 523—555
XXXIII. Ex Iohannis de Ioinvilla historia S. Ludovici regis ed. O. Holder-Egger . . 555—558
XXXIV. Andreae Ungari descriptio victoriae a Karolo Provinciae comite reportatae . 559—580
XXXV. Ex Annalibus clerici, ut videtur, Parisiensis . . . . 581—583
XXXVI. Ex continuatione Gestorum episcoporum Autissiodorensium . . . . 584—586
XXXVII. Ex Girardi de Fracheto Chronico ed. O. Holder-Egger . . . . . . 587—589
Continuatio et additamenta 590
XXXVIII. Ex Adami Claromontensis Floribus historiarum ed. O. Holder-Egger . . 591. 592
XXXIX. Ex Girardi de Arvernia Abbreviatione Historiae figuralis ed. O. Holder-Egger . 592—595
Ex continuatione 595
XL. Ex Guillelmi de Podio-Laurentii historia Albigensium ed. O. Holder-Egger . 596—602
XLI. Ex historiae regum Franciae continuatione Parisiensi ed. O. Holder-Egger . 603—610
Ex notis S. Germani Parisiensis 610
XLII. Ex chronico rhythmico brevi ed. O. Holder-Egger . . . . 610—612
XLIII. Ex Gaufridi de Collone Chronico ed. O. Holder-Egger . . . . . . 613—622
XLIV. Ex Guillelmi de Nangis et Primati operibus ed. H. Brosien . . . . 623—696
Ex Gestis Ludovici VIII. regis 631. 632
Ex Guillelmi Gestis Ludovici IX. regis . . . . . . 632—639. 643—667
Ex Primati chronicis per Iohannem de Vignay translatis . . . . 639—671
Ex Guillelmi Gestis Philippi III. regis . . . . 667—674
Ex Chronicis S. Dionysii 633. 634. 645. 646. 664
Ex Guillelmi Chronico . . . . 674—696

EX HISTORIIS AUCTORUM FLANDRENSIUM FRANCOGALLICA LINGUA SCRIPTIS.

XLV. Ex Historiis ducum Normanniae et regum Angliae ed. O. Holder-Egger . . 699—717
XLVI. Ex Philippi Mousket Historia regum Francorum ed. Ad. Tobler (notas historicas adiecit O. Holder-Egger) . . . . 718—821

SUPPLEMENTUM TOMI XXIV.

XLVII. Annales Bonaevallenses 824
Omissa et emendanda. 825
Index rerum auctoribus K. Francke et O. Holder-Egger . . . . 826—871
Glossarium auctore K. Francke . . . . 872—875
Corrigenda 875
Tabula I. ad p. ~~225~~. 1



Multi procul dubio mirentur, et nos ipse paene miramur, grande scriptorum rerum Germanicarum volumen impletum esse excerptis ex libris ab auctoribus Francogallicis scriptis. Nam pauca tantum integra exhibemus, quam plurima ex historiis, chronicis et annalibus selecta, quae in diversis Galliae partibus inde a saeculo XI. usque ad saeculi XIII. finem tam Latina quam vernacula lingua, non pauca versibus sunt composita. Et cum tomis antecedentibus iam libros in Flandria Latine conscriptos ediderimus, nunc quae auctores Flandrenses Gallica lingua usi praebuerunt apte adiungi posse censuimus. Et sane quae ita collegimus ad historiam imperii Romano-Germanici illustrandam non parum facere, omnes concessuros esse qui hunc tomum evolverint confidimus. Nam de lite inter imperatores et papas diutius in Gallia versantes acta, de expeditione sacra a Conrado III. una

cum Francorum rege Ludovico VII. suscepta, de Bernhardi Clarevallensis itineribus et rebus in Germania Italiaque patratis, de Friderici I. pugnis Italicis, de Ottone IV. eiusque clade Bovinensi, de Provincia ab imperio avulsa, de variis casibus Friderici II, de expugnatione regni Siciliae a Karolo comite Andegavensi peracta, — ut res in Flandria et vicinis regionibus gestas non dicamus — hic copiosius et accuratius plerumque quam a nostratibus refertur. Nonnulla prorsus erant inedita, alia ab iis qui res illas nuper exposuerunt neglecta et parum cognita, ita ut hunc tomum multis acceptum fore speremus. Aegre quidem continuum librorum ordinem saepe abruptum vidimus, attamen hoc sufferamus oportuit, nisi tantis et tam egregiis subsidiis egere vellemus. Id vero summa opera studuimus, ut ubique codices, quotquot innotuerint, adiremus; et satis feliciter successit, ut omnia fere correctiora et pleniora quam priores editores possimus exhibere. In quo labore praesertim a VV. Cll. Liebermann, Mau, Molinier, qui codices Anglicos, Romanos, Parisienses excusserunt, adiuti sumus. Auctores gravissimos, Willelmum Brittonem poetam et Guillelmum de Nangis, VV. Cll. A. Pannenborg et H. Brosien recensuerunt; libros Gallica et Provinciali lingua scriptos collega coniunctissimus A. Tobler benevole relegit et Philippi Mousket historiae, codice unico collato, curas diligentes impendit, ita ut etiam hos auctores emendatos proponere liceat. Praeterea V. Cl. Holder-Egger toti huic tomo edendo indefessam operam navavit.

Dabam Berolini, d. 16. Novembris 1882.

G. WAITZ.

EX RERUM
FRANCOGALLICARUM
SCRIPTORIBUS

SAEC. XII. ET XIII.

Gaufridi Vita Bernhardi

Cod. Paris. No. 7561.

hugonis ostiensis epi rescriberet ait. Verum est quod audisti. Infirmatus
sum usque ad mortem. sed iterum ut sentio reuocatus ad mortem atque
hoc ut me sentio non diu. Sane id quidem semper erga eum diuina
prudentia disponebat in cuius manu erat placita ei anima illius
ut quotiens eum grauis

(margin:) Unam quippe mortalem mortem magis quam unam reputauit non a morte sed ad mortem reuocatum se sentiebat cum ab exitu reuocaretur. Licet presentiens haud diutius differendum. Quod quidem semper erga eum pru

Scr. Bethmann.

Robertus Autisiodorensis.

Cod. Montispessulanus No. 27.

fol. 129. tis tam et lanceis paganorum. et earum in illis usibus
non plus quam medietas est consumpta. Cumque exercitus deque
in uictualibus et aliis fere defecerit. propter longam mo
ram factam in locis desertis. ibidem tantam inuenerunt
ciborum. armorum. dextrariorum. et aliorum iumentorum copi
am. quod accipientes singuli pro sua ex his omnibus uolun
tate. plus reliquerunt et magna habundantia quam
ceperunt. Fuerat enim numerus sarracenorum qui uene
rant in praelium. centum octoginta. quinque milia equitum
peditum uero non erat numerus. prout ex uera relatione
ipsorum qui capti fuerant est compertum. Post paucos dies
in captione ybede. que est ciuitas magna. munita et for
tis. perierunt. lx. milia paganorum. quorum quidam occisi
sunt. quidam uiui retenti. in obsequium christianorum et
monasteriorum que fuerant in marchia reparanda.
Hoc anno nimia fuit siccitas. nec tamen caristia fu
it panis aut uini. seu fructuum. Eodem anno — De fratre Roberto
mortuus felicis memorie frater Robertus horum actor egre
gius cronicorum. Hic egregie litteratus et eloquens
erat impense. et in hystoriarum noticia nulli temporis
sui secundus. Sacram uero scripturam mirum inmodum in prompt

Guillermi Philipis

Cod. Paris. No. 5952.

Nonsecus in francos otho deseuit eos.
Per medium fruste frenans inpinxit abire.
Atque ipsum regem simili ferire flagello.
Quem conuallant furibunde agmina gentis
Hic clauam horrendus. hic formidabile ense.
Hic sudibus telis. hic dimicat ille bipenni
Hic uerubus cultris alter subulariis arctis.
Sed cruciat tormenta minas. galeeque fenestris.
Qua ferro queat immisso terebrare cerebrum.
Nec minus othonem pergebat adire philippus
Nil aliud cupiens nisi soli possit ut ipsi.
Alter ut euceat. cui uno pugnare secundo.
Iam destructo primo in certamine uallo.
Hostibus ingressis uiris. diuersa strage peremptis.
Per medios equites iam festinabat ad ipsum.
Sed uenit ad reliquum est uia lata tua gloriato.
Agmine tam uilum per utrumque dimicat armis
Sternit plures. et strages teuthonicorum.
Denfior est cum mole suo barrensis in illos.

(margin:) Sed de peditibus cum othone

EX GUILLELMI PICTAVIENSIS GESTIS WILHELMI I.

Ex Guillelmi, qui capellanus erat Wilhelmi Normanniae ducis, Angliae regis, libro a Chesnio (SS. Norm. p. 178 *sqq.) edito nonnisi parva fragmenta sunt exhibenda, quae quamvis saec. XII. antecedant, apte tamen his locis ex rerum in Francia Gallica gestarum scriptoribus collectis, qui historiam vel imperii Romani vel Flandriae illustrant, praemitti posse videbantur.* *G. W.*

Vigebat eo tempore Teutonibus collimitans ac Francis eminensque potentia praecipuus p 183 eorum Flandrensis marchio Balduinus, nobilitate item prisco ex germine tradita illustrissimus. Nam uti a satrapis Morinorum, quos moderni Flandros appellant, sic a regibus Galliae atque Germaniae natales deducebat, nobilitatis etiam Constantinopolitanae lineam attingentes. Stupuerunt mirantes eum comites, marchiones, duces, tum archipraesulum alta dignitas, si quando praesentiam eius rari hospitis imperatoria curia[a] promeruit, ipsius velut amici et socii prudentiam in deliberatione maximorum negotiorum consulturi, benevolentiam donis et multa honoris impensa comparaturi. Nomine siquidem Romani imperii miles fuit, re decus et gloria, summa consiliorum in summa necessitudine. Reges quoque magnitudinem eius et venerati sunt et veriti. Est enim et nationibus procul remotis notissimum, quam frequentibus quamque gravibus bellis imperatorum immanitatem fatigaverit[1], pace demum ad conditiones ipsius arbitratu dictatas composita, cum regum dominos terrae ipsorum nonnulla parte multaverit violenter extorta, sua quaeque vel inexpugnata vel indefessa potius manu tutans. Monarchia post Franciae cum puero monarcha[2] ipsius con- 1060. siliosissimi viri tutelae, dictaturae atque administrationi cessit. Marchio hic fascibus ac titulis longe amplior, quam strictim sit explicabile, natam suam[3], nobis acceptissimam dominam, in Pontivo ipse praesentavit, soceris generoque[4] digne adductam. Enutrierat autem prudens et sancta mater in filia quod muneribus paternis multuplo praeponderaret. Requirens genus maternum, matris patrem sciat regem Galliae Rodbertum, qui filius et nepos regum genuit reges, cuius laudabilitatem in religione divina et regni gubernatione mundi lingua non tacebit. Introductioni huius sponsae civitas Rotomagensis vacabat iocundans[5]. . . . . . .

Admirabatur, laudabat ac venerabatur eum[6] supra nomina regum imperii Romani p 196 maiestas, cuius olim gloriosissimus moderator Henricus, Conradi imperatoris augusti filius, cum ipso etiam tum puero veluti cum nominatissimo rege amicitiam iunxit ac societatem....

Tempore eodem sedebat in cathedra sancti Petri Romae papa Alexander, dignissimus p 197. cui obediret quemque consuleret ecclesia universa. Responsa enim edebat iusta salutariaque. Is praesul Lucensis[b], cum altiorem gradum nullatenus appeteret, violento plurimorum consensu, quorum apud Romanos tunc praecellebat auctoritas, ingenti concilio assen-

a) cura *ed.* b) Luciensis *ed.*

1) De bello contra Heinricum III. gesto agitur. Chron. Turonense. Sed iam a. 1049. in concilio Remensi (Mansi XIX, p. 742) de his nuptiis non permittendis agitur. 2) Philippo I. 3) Mathildem. 4) Wilhelmo, postea regi Angliae. 5) Quod a. 1053. factum esse, refert 6) Wilhelmum.

tiente, in eo locatus est primatu, quo praesulum orbis terrae caput existeret atque magister. Allectionem tunc sanctitate meruerat atque doctrina. Per eadem post ad ortum solis et occasum effulgebat. Neque sui cursus limitem sol immutabilius natura quam per veritatis ille directum tendebat vita, quodquod ubiquaque per mundum potuit iniquum corrigens, nulli concedens. . . . . . .

Et Romanorum imperatori Henrico, Henrici imperatoris filio, nepoti imperatoris Chounradi, noviter iunctus fuit in amicitia, cuius edicto in quemlibet hostem Germania[1], et si postularet, veniret adiutrix. . . . . . .

p. 207. Huius milites Normanni possident Apuliam, devicere Siciliam, propugnant Constantinopolim, ingerunt metum Babyloni. . . . . . .

EX GUILLELMI GEMMETICENSIS, ORDERICI VITALIS ET ROBERTI GESTIS DUCUM NORMANNORUM.

Wilhelmo I, qui regnum Anglorum ceperat, vivo Guillelmus Gemmeticensis monachus gesta patrum eius, ducum Normannorum, et quae ipse dux gesserat describenda suscepit eaque ipsi regi misit. Cuius rei certa testimonia praefationem et epilogum habemus, neque vero primam hanc libri recensionem[2]*. Initio Dudonis nimis uberem narrationem se brevius reddidisse, profitetur:* reliqua vero, *inquit*, quae partim relatu plurimorum ad corroborandum fidem aeque idoneorum annis et rerum experimentis, partim certissimo iudice proprio visu didici, privatim mea dono, *etiam hac parte sermone nimis tumido usus. Secundam editionem vel certe continuationem usque ad Wilhelmi mortem deductam sub Roberto filio paravit, cuius recensionis etiamnum plures supersunt codices, iique ita inter se diversi, ut duas classes distinguamus oporteat, alteram qua narratio continua procedit, alteram historiam in libros et capita distributam continentem. Hanc, ut videtur, Ordericus Vitalis cognovit, cum magnum historiae ecclesiasticae volumen conderet*[3]*. Idem vero etiam ipsum Guillelmi opus describens et ampliavit et novam recensionem dedit, qualem alii praebent codices*[4]*. Non-*

1) Nescio, cur Heriberti comitis Cenomannenis germanam Margaritam dicit (p. 190) 'ex partibus Teutonum . . . adductam'. 2) Cf. Delisle, qui in Orderici Vitalis editione a Le Prevost parata V, p. LXXIII. accurate hac de re egit. 3) Ordericus III. praef. (cod. Par. nr. 5506. 2. f. 1): *Bellicos siquidem actus trium ducum Dudo Vermendensis decanus eloquenter enarravit affluensque multiplicibus verbis et metris panigiricum super illis edidit et Ricardo Gunnoridae, gratiam eius captans, transmisit. Quem Guillelmus cognomento Calculus, Gemmeticensis cenobita, secutus, eleganter adbreviavit et de quattuor ducibus qui successerunt breviter et diserte res propalavit.* Lib. VI (ib. f. 188'): *De adventu Normannorum et crudeli barbarie illorum Dudo Veromandensis decanus studiose scripsit et Rirardo secundo, Gunnoridis filio, duci Normannorum destinavit. Guillelmus quoque cognomento Calculus, Gemmeticensis monachus, Dudonis materiam subtiliter replicavit, facete adbreviavit et successorum actus usque ad subiectionem Anglorum adiecit, post certamen Senlacium narrationem suam consummavit Guillelmoque regi sullimissimo suae gentis optulit.* 4) V. quae exposuit Delisle, 'Bibl. de l'école des chartes' XXXIV (1873) de codice tunc Rothomagensi, sententiam a V. Cl. Lair propositam confirmans. Antea Guillelmum ex Orderici libro III. tertiam editionem auxisse, sibi persuaserat, Order. l. l. p. LXXVI. Contrariam sententiam nostrates tenuerunt, F. Hirsch, 'Forschungen' VIII, p. 239, et Bresslau, 'Iahrb. Heinrich II', Vol. III, p. 325. Sed rem non satis pensitasse videntur.

nullis vero annis post liber octavus[1] *adiectus est, qui historiam Heinrici I. Angliae regis et Normanniae ducis complectitur, et alia quaedam inserta quae Guillelmus omiserat (praesertim VII,* 43. 44*). Ea Roberto de Thorigni, tunc priori monasterii Beccensis*[2]*, auctori chronici Sigeberto subiecti, deberi, ab ipso edocemur*[3]*. Et eius codicem autographum etiamnum exstare, nuper V. Cl. Delisle docuit*[4]*.*

Quas ex his Normannorum historiis frustulas selegimus partim ad illorum expeditiones in Italiam susceptas, partim ad res Flandrenses spectant. Ultimo vero libro etiam de nuptiis Heinrici V. et Mathildis, filiae Angliae regis, accuratius agitur quam apud scriptores nostrates[5]*.*

Guillelmi liber per medium aevum longe erat divulgatus, saepius descriptus, saepius etiam ab aliis adhibitus. Ita praeter Ordericum et posterioris temporis rerum Normannicarum et Anglicarum scriptores[6] *etiam qui saec. XII. versibus tam Latinis quam Francogallicis res a Normannis domi forisque gestas celebrarunt, auctor carminis quod inscribitur Draco Normannicus, Wace et Benoit de St. More quam maxime Guillelmi vestigia tenuerunt. De illo infra dicetur. Ex his pauca in notas retuli*[7]*.*

Codices excussi:

*A*1*) Parisiensem nr.* 6046, *f.* 297—344, *saec. XIV.* 4.

*A*2*) Parisiensem nr.* 2769, *f.* 85—106, *saec. XIII.* 4, *utrumque librorum divisione destitutum, secundum a ceteris longius recedentem.*

A) Parisiensem nr.* 15047 *(S. Victor.* 817*), f.* 187—218′, *saec. XIV, in quo Guillelmi opus in septem libros distinguitur necnon aliqua ab ipso, nisi fallor, sunt mutata.*

*B*1*) Parisiensem nr.* 17656 *(Notre Dame* 133*), p.* 120—197′, *saec. XII.*

*B*2*) Parisiensem bibliothecae Mazarinae nr.* 543, *f.* 176—217, *saec. XII.*

*B*3*) Parisiensem nr.* 4861, *f.* 131—152, *saec. XIII.*

*Codices B opus exhibent ab Orderico auctum et mutatum. In B*2 *solus liber* 1, *in B*3 *liber* 1. *et* 3, *in B*1 *liber* 1—4. *numeris inscribuntur; praeterea in B*2 *duces indicantur, de quibus singuli agunt* (De Richardo III; Gesta Roberti secundi ducis; Gesta regis Willelmi). *Ex his Orderici additiones recepi neque vero quae in Guillelmi verbis mutavit annotavi.*

C) Lugdunensem Lat. 20, *f.* 2—50′, *saec. XII, quo librum ab Orderico mutatum novis additionibus a Roberto de Monte auctum contineri, V. Cl. Delisle luculenter exposuit*[8]*, in illius continuatione exhibenda secutus sum*

Hunc a V. Cl. Du Rieu humanissime Berolinum transmissum exscripsi, ceteris in ipsa bibliotheca Parisiensi usus sum. Novam Guillelmi editionem a V. Cl. Lair susceptam nondum lucem vidisse, non possum quin doleam.

G. W.

1) Auctor eum septimum dicit, aliam ut videtur praecedentis historiae divisionem secutus. 2) Delisle in chronici editione II, p. III. 3) Epistola Gervasio data, Chron. ed. Delisle II, p. 339: *dignum iudicavi res gestas illius summatim describendo historiis antecedentium ducum superadicere;* Chron. praef. SS. VI, p. 481: *Ad quod opus me adiuvabant et historia quam de ipso rege noviter defuncto edidi et gestis ducum Normannie adieci et historia predicti Henrici archidiaconi* (Huntindonensis), *quam composuit de rebus Anglie.* Hanc praesertim sequitur ideoque nonnumquam ab historia antea scripta in chronico recedit. 4) 'Mélanges de paléographie et bibliographie' p. 190 sqq. 5) Neque haec in chronicon Roberti transierunt. 6) Cf. Lappenberg, 'Gesch. v. England' II, p. 375. 7) Fabulosa satis narratio de ope, quam Wilhelmus I. ad expeditionem Anglicam a comite Flandrensi petiisse dicitur, Wace v. 6271 sqq., II, p. 278 (ed. Andresen), vix digna erat quae repeteretur. Guillelmus Pictaviensis de hac re nihil. Neque magis valent v. 7979 sqq. p. 346. tradita. 8) 'Mélanges' l. l.

EX GESTIS AUCTORE GUILLELMO.

[EX LIBRO V.]

7.[a] . . . Rex igitur Cunutus[b], audita morte regis[1], suorum consultu fidelium precavens in futurum, Emmam reginam abstractam ab urbe post aliquot dies sibi iunxit christiano more, dans pro illa cuncto exercitui in auro et argento pensum[c] illius corporis. Ex qua succedente tempore genuit[d] filium nomine Hardecunutum[e], postmodum Danorum regem, et filiam unam[f] vocabulo Gunildem[g]. Quae nupsit Henrico[h] Romanorum imperatori[2].

[EX LIBRO VI.]

6. Tempore sub eodem Balduinus[i] satrapa Flandrensis sobolem suam cupiens innormare prosapia regali, Robertum[k] Francorum regem expetiit, filiam[3] eius poscens filio suo Balduino dari. Quam adeptam a palatinis ferens tricliniis, ad domum propriam in cunis asportavit, annos usque ad[l] nubiles eam nutriens cura diligenti. Cuius filius mox ut nubilis[m] puellae amplexibus cepit frui, affinitate fretus regali[n], patrem a [proprio[o]] solo pepulit, Flandrensibus ab eius fidelitate avulsis. Qui indecenter a suis destitutus, Normannorum ducem[4] festinanter aggreditur, suffragium adversus filium postulaturus. Cuius calamitatem dux miseratus, contractis militum viribus, velud horridus[p] turbo a patria egressus, Flandoniam[q] est adorsus, illam exterminans flammis exicialibus. Progrediensque[r] ad castrum quod Cioca[5] vocabatur, confestim illud subvertit, combustis omnibus in eo consistentibus. Videntes autem reliqui proceres et similia pati formidantes, relicto filio, ad patrem sunt reversi, obsides dirigentes duci. Ante cuius intolerabiles excursus intuens se non posse ullo modo subsistere[s], adolescens Balduinus cum precibus humillimis illi legatos dirigit: patri se cupere eo mediatore reconciliari. Cuius desiderio ac petitioni vir summae benivolentiae congratulanti favens affectu, utrosque libato pacis osculo in pristinam concordiam continuo redire persuasit[6]. Sic litibus compressis, ulterius in pace et amore quo[t] decuit persstiterunt. Ipse vero[1], demolitis rebellium rebus, cum incolumi exercitu in Normanniam regreditur.
1031. Qua tempestate moritur Francorum rex Robertus[u]; cui successit filius eius Henricus.

[EX LIBRO VII.[v]]

8.[w] Iam itaque duce[x,7] iuvenili robore vigente[y], transcensis[z] annis adolescentiae, ceperunt eius optimates de prolis successione cum eo attentius tractare. Audiens autem Balduinum Flandrensem quandam habere filiam regali ex genere descendentem nomine Mathildem[a], corpore[b] valde elegantem animoque liberalem, hanc suorum consultu missis legatis a[c] patre petiit uxorem. Ex cuius proposito animi Balduinus satrapa admodum gavisus, non modo decrevit petitam dari, verum etiam cum muneribus inmensis eam ad usque Ocense[d] castrum[8] adduxit. Ubi dux adveniens militum stipatus catervis, illam sibi desponsavit[e] iure coniugali et cum maximo tripudio atque honore Rotomagensibus intulit menibus. De[f] qua[g] succedentibus annorum curriculis[h] filios filiasque genuit. Ex quibus postmodum in ducatum[i] genitoris Rodbertus successit, functus honore paterno*.

*) et utinam tempore longo. De quo, si vita comes fuerit, plenius a nobis suis dictabitur in locis *addit A**.

a) *ita A**; 9. *ed.* b) *ita A**; Chunutus *rell.* c) *ita A*. B*; pensam *A.* d) g. ex ea *corr.* g. f. n. *A**. e) *ita A. A**; Hardechunutum *B.* f) nomine *A2*; unam *deest B.* g) Gunnildem *A*. B2.* h) Heinrico *B.* i) Baldewinus *A2. semper, ubi* Fl. s. k) *ita codd. h. l.* l) *deest A2.* m) nobilis *A*. B*; nob. *corr.* nub. *C.* n) legali *A**. o) *deest A.* p) t. h. *A1. A**. q) *corr.* Flandriam *A2.* r) que *deest A2*; P. itaque *B.* s) *superscr. A2.* t) quod *A1. 2.* u) Rodb. *A2. B2.* v) VI. *C.* w) *ita A**; 21. *ed.* x) Guillelmo *add. B1.* y) ingente *A2.* z) t. a. ad. *des. A2.* a) h *superscr. C*; Malthildem *A1.* b) v. c. *A1.* c) ex *A**. d) Oxense *A1*; Oucense *B. C.* e) despondit *A*. B. C.* f) De qua — paterno *des. B. C.* g) quo *A1.* h) *deest A**. i) ducatu genitori *A**.

1) Eldredi. 2) Wace v. 1381, II, p. 84. ita:
Gunnil fu dunee a mari
El rei de Alemaigne Henri;
Ne pout aler a plus halt home
Ke a l'empereur de Rome.
3) Adelam; Gen. Flandr., SS. IX, p. 306. 4) Robertum. 5) Chocques inter Aire et Lillers. 6) Quod Aldenardae factum esse, Normannorum scriptores posterioris temporis narrant. 7) Wilhelmo. 8) Eu.

EX CONTINUATIONE ORDERICI.

[28.] . . . . . Non multo post Geroianus Guillelmus[a] pro quibusdam rationabilibus causis in Apuliam missus est, ibique, dum redire ceperat, apud Caietam[b] Nonas[c] Februarii defunctus est. Guillelmus[d] de Monasteriolo, filius eius, tunc in Apulia magnae sullimitatis[e] eques erat, Grecos[f] et Langobardos armis premebat[g] et vicario sancti Petri apostoli subdebat.

[29.] Tunc quibusdam[h] maledicis vicinos comparesque suos accusantibus ex invidia, dux Guillelmus exasperatus ingenti furia, barones suos, scilicet Rodulfum de Toenia, Hugonem de Grentemaisnilio[i] et Ernaldum, Guillelmi Geroiani filium, eiecit de Normannia. Abbatem quoque Rodbertum[k], qui iam tribus annis cenobium Sancti Ebrulfi[1] rexerat, quia de audaci Geroianorum[l] prosapia prodierat, sine reatu et iudicio sinodi de Normannia expulit[2] et quendam monachum nomine Osbernum ei subrogavit. Rodbertus autem[m] Romam petiit et Nicholao papae causam suam intimavit. Sed quoniam predictus presul paulo post defunctus est, nil rectitudinis per eum consecutus est.

Denique venerabilis Rodbertus cum undecim monachis Alexandrum[n] papam adiit[o] et eius iussu Rodbertum Calabriae ducem compatriotam suum expetiit. A quo honorifice susceptus est, eique locus ad construendam abbatiam in urbe Brixa nomine datus est. Britones, ut fertur[p], antiquitus iussu Romanorum, qui tunc per totum orbem imperabant, de finibus suis egressi sunt. Deinde Romanis iubentibus supra litus Calabrici maris Brixam urbem condiderunt[q, 3], sed eam post plures annos diversi bellorum tumultus destruxerunt. Singulis enim annis Agareni navigio in Italiam veniebant et, Grecis ac Langobardis[r], qui terram incolebant, ignavia torpentibus, crudelitatem suam nimis exercebant. Nam urbes et oppida concremabant, aecclesias destruebant virosque cum mulieribus captivabant. Hoc per multa secula frequenter fecerunt[s].

[30.] Denique[4] temporibus Henrici imperatoris, filii Cononis[t], et Rodberti[u] Normannorum ducis Osmundus Drengotus, audax miles, Apuliam adiit cum quibusdam aliis Normannis[v]. Nam Guillelmum cognomento Repostellum, militem clarissimum, in venatione in presentia Rodberti ducis occiderat, metuensque animositatem ducis et insignis equitis nobilium parentum iras, in Apuliam secessit et propter magnam probitatem eius a[w] Beneventanis honorifice detentus est. Deinde prefati Drengoti exemplo agiles Normannorum seu Britonum tirones incitati, Italiam diversis temporibus expetierunt et primo iuvare Langobardos contra Sarracenos[x] sive Grecos viriliter ceperunt. Barbaros bello sepius protriverunt; unde cunctis eorum vires expertis formidabiles facti[y] sunt. Langobardi vero, adepta securitate, ceperunt Normannos despicere eisque debita stipendia subtrahere. At illi, ut hoc animadverterunt, quendam ex suis super se principem constituerunt et contra Langobardos arma verterunt. Deinde munitiones ceperunt et incolas terrae [sibi[z]] fortiter subegerunt.

Primus Apuliensibus Normannis, dum adhuc ut advenae Waimalchi[a] ducis Salerniae stipendiarii erant, prefuit Turstinus cognomento Scitellus, vir in multis probitatibus admodum expertus. Qui[5] inter reliqua virtutis suae indicia[b] capram leoni[c] ex ore rapuit ipsumque leonem pro ablata sibi capra furentem nudis manibus arripuit et ultra murum palatii prefati ducis velut catellum quemlibet proiecit. Langobardi vero ex invidia commoti contra ipsum, mortem ipsius[d] optantes, duxerunt eum in quendam locum, ubi morabatur immanis draco cum magna multitudine serpentium. Deinde ut draconem venire senserunt, confestim fugerunt. Turstinus autem ignarus doli, dum socios suos fugere cerneret et obstupescens causam tam subitae fugae ab armigero suo inquireret, en repente flammi-

a) Willelmus *B* 3. *C semper.* b) Cauietam *B* 1. c) Nonas *corr.* Nonis *C.* d) Willelmus *h. l. etiam B* 2. e) *ita B* 3. *C.* f) Greco *B* 2. g) prebebat *B* 2. h) quidam *corr* quibusdam *B* 2. i) Grantemeisn. *B* 3. k) Rob. *B* 1 *semper.* l) Geroiorum *B* 3. *C.* m) *deest B* 3. *C.* n) secundum *alia m. post add. B* 2. o) petiit *B* 1. p) ferunt *B* 3. q) condierunt *B* 2. r) Long. *B* 1. 2 *semper.* s) faciebant *B* 1. t) Corradi *C e corr.* u) Roberti *h. l. etiam B* 2; *mox* Rodb. v) Normannorum *B* 2. w) ac *B* 3. x) Sarac. *B* 1. y) facte (-ę) *B* 1. 2. z) *deest B* 1. 2. a) Ulmachi *B* 1; Uulmachi *B* 2. b) incidia *B* 3. c) leonis *B* 1. d) eius *B* 3. *C.*

1) Uticense. 2) Cf. quae ex Orderici historia ecclesiastica infra exhibemus. 3) Fabulas vendit. 4) Haec narratio in tempore indicando etiam magis quam illa quae Hist. eccl. III. legitur a vero recedit; Robertus a. 1035. mortuus est, Heinricus a. 1039. patri successit. Iam multo antea primi Normanni in Apuliam venerunt. — Benoit de St. More (ed. Michel III, p. 148) haec in versus transposuit. 5) Haec narratio plane fabulosa alibi haud legitur.

vomus draco illi occurrit et caput sonipedis eius hianti ore invadit. At ille, abstracto ense, viriliter feriens, feram mox peremit, quin etiam ipse venenoso flatu infectus tercio[a] die obiit. Nam clipeum eius, quod mirum[b] dictu est, flamma ex ore draconis erumpens in momento totum combussit.

Defuncto autem Turstino, Normanni principes sibi Rannulfum[c] et Ricardum elegerunt; quibus ductoribus mortem Turstini ulciscentes, contra Langobardos aspere rebellaverunt. Post aliquod tempus Constantiniensis Drogo, filius Tancredi de Alta-villa, princeps Normannorum in Apulia factus est[1]. Hic christiana religione et militari probitate laudabilis extitit. Quem Gauzso[d] Neapolitanus[e] comes, compater eius, dum vigilias in aecclesia beati Laurentii 4. Idus Augusti agerent, coram altari Deum et sanctum Laurentium invocantem trucidavit[2]. Porro Unfridus[f], frater eius, in principatu[g] ei successit totamque Apuliam Normannis subegit. Qui postquam finem vitae sibi adesse perspexit, Abailardum filium suum Rodberto fratri suo, quem pro versutiis Guiscardum[h] cognominaverat, cum ducatu Apuliae commendavit. Rodbertus autem undecim[i] fratres suos, qui omnes duces vel comites fuerunt, virtute et sensu ac[k] sullimitate transcendit[l]. Nam totam Apuliam et[m] Calabriam ac Siciliam sibi subiugavit, et transmeato mari, maximam partem Greciae invasit et Alexium imperatorem, qui contra dominum suum Michaelem[n. 3] augustum nequiter rebellaverat, bello turpiter cum immenso exercitu[o] victum fugavit[4]. Hic vero multa bona fecit, episcopatus[p] et abbatias plures restauravit[q]. Hic, sicut supra diximus, domnum Rodbertum abbatem Sancti Ebrulfi benigniter suscepit et quandam parvam aecclesiam supra litus Calabrici maris sitam, quae in honore sanctae Eufemiae virginis et martyris dedicata erat, ei tribuit. At ille, ut erat magnanimus, ingens cenobium ibi condidit et magnam multitudinem monachorum ad militandum Deo ibidem[p] congregavit. Episcopi et nobiles viri predictum patrem Rodbertum diligebant, venerabantur totisque nisibus adiuvabant. Curam quippe[r] corporis sui parvipendebat, sed sibi subiectos victu et vestitu sufficienter alebat et mentes eorum regulari disciplina cohercens componebat. Prefatum itaque cenobium fere 17[s] annis rexit Idusque[t] Decembris feliciter ad[u] Dominum migravit.

EX CONTINUATIONE ROBERTI.

42.[v] Hac tempestate mortuus est Robertus Wiscardus Normannigena dux Apuliae. Hic, relicta priore uxore[w. 5] propter consanguinitatem, de qua susceperat filium nomine Boamundum, duxit primogenitam filiam Gaumarii principis Salerni nomine Sichelgaitam, favente Gisulfo, fratre predictae puelle, qui Gaumario patri successerat. Gatteclima vero, soror eius minor, nupsit Iordani principi Capuae, filio Ricardi senioris, patri vero Ricardi iunioris. Huius Iordanis avus fuit Rannulfus, qui primus prefuit Normannis in Apulia, qui etiam condidit urbem nomine Aversam. Genuit autem Robertus Wiscardus ex Sichelgaita filios tres et filias quinque. Filiae vero adeo excellentissime maritatae sunt, ut una earum[6] matrimonio copulata sit imperatori Constantinopolitano[6]. Hic Robertus duos imperatores in uno vicit prelio, Alexium Grecorum[x] in Grecia, Henricum Romanorum in Italia. Satis enim victus est Henricus, qui, audita fama ducis Roberti, nec viribus Saxonum et Alemannorum nec etiam menibus urbis, quae caput est orbis, confisus vel tutus, concitus aufugit. Boamundus autem, licet haberet magnam terram in Apulia, tandem cum ceteris Normannis et Francis perrexit dimicare adversus Sarracenos, qui tunc temporis omnes fere civitates Romaniae tenebant. Debellatis tandem paganis et subiugatis urbibus Antiochia et Ierusalem et ceteris multis, Boamundus adeptus est principatum Antiochiae, et heredes eius post ipsum, scilicet filius eius Boamundus natus ex Constantia, filia Philippi regis Francorum; et post istum Raimundus, filius Willelmi comitis Pictavorum, qui filiam secundi Boamundi

a) tercia *B1*. b) d. m. *B3*. c) Nann. *B3*. d) Waszo *B3*; Wazo *C*. e) Neop. *B3*. f) Unfredus *B1*; Hunfridus *B2*. g) principatus ei subcescit *C*. h) Wiscardum *B3*. *C*. i) *deest C*. k) et *B1*. l) tancendit *corr.* transcendit *C*. m) et *del. C*. n) Michahelem *C*. o) exercito *B3*. p) *deest B1*. q) construxit *B1*. r) quoque *B1*. s) 18 *B1*. t) Idusque *corr.* Idibusque *C; et ita B2*. u) ad D. *des. B1*. v) 43. *ed.* w) *vocabulum* (quae? quam?) *erasum C*. x) b' (bis?) *alio atramento superscr. C*.

1) Aliter et minus recte ea in Histor. eccles. libro III. narrantur. 2) Cf. Amat. III, c. 22, p. 83; Gaufred. Malaterr. I, 13, ubi vero Wazo haud nominatur; F. Hirsch, 'Forschungen' VIII, p. 284. 3) Immo Nicephorum, fratrem Michaelis Ducae. 4) Cf. Hist. eccl. l. l. 5) Alberada. 6) Helena, quae Constantino Ducae nupsit.

duxerat uxorem. Roberto itaque duce obeunte, successit ei filius suus de secunda coniuge primogenitus nomine Rogerius[a] cognomento Bursa. Hoc etiam Rogerio deficiente, et filiis 1111 suis post ipsum, Rogerius[a], patruelis ipsius, filius Rogerii comitis Siciliae fratris Roberti Wiscardi, solus tam Apuliam quam Siciliam optinuit. Hic autem procedenti tempore de duce factus est rex causa altercationis duorum apostolicorum, qui simul fuerant Romae ordinati, Innocentius videlicet secundus et Petrus Leonis. Quorum ultimus concessit duci Rogerio, ut regio diademate uteretur, ideo quod idem dux parti ipsius favebat. Accidit hoc circa annum ab incarnatione Domini 1130. Vixerunt vero ambo fere 8 annis simul.

EX LIBRO VIII[b].

10.[c] Genuit enim *[Heinricus rex Angliae]* ex secunda Matilde regina Anglorum uxore sua filium unum nomine Willelmum et filiam unam, matrem sicut nomine ita honestate representantem. Hanc autem virginem vix quinquennem Henricus quintus rex et quartus imperator Romanorum et Alemannorum augustus in coniugem requisivit et adquisitam per claros viros, episcopos et comites internuncios cum ineffabili munificentia utriusque parentis in suum regnum suscepit, et receptam solenniter in proximo pascha apud Ulterius-Traiectum desponsavit[1]; 1110. Apr. 10. desponsatam vero archiepiscopus Coloniensis in festivitate sancti Iacobi Maguntiae in reginam consecravit, Iul. 25. ceteris coepiscopis assistentibus, et precipue archiepiscopo Treverensi, qui eam, dum consecraretur, inter sua brachia reverenter tenuit. Deinde consecratam reginam usque ad tempestivum tempus nuptiarum studiose nutriri precepit, in quo nutrimento et linguam addisceret et se secundum Teutonicos mores componeret; de qua nobilissima imperatrice in sequentibus plenius disseremus[2]. . . . . . .

12.[c*] . . . Predictus vero Willelmus, filius Roberti ducis, procedenti tempore comes fuit Flandrensis[d]. Quod quomodo acciderit, paucis aperiamus. Cum igitur ille iam iuvenis multae probitatis in Francia exularetur, patre suo . . . . . in vinculis Henrici regis[3] posito, accidit, ut Karolum comitem Flandrensium[e] quidam traditores in aecclesia, dum sacris misteriis interesset, occiderent. Quo audito, regina Francorum, uxor Ludovici regis[4], dedit 1127. predicto Willelmo sororem suam[5] uxorem, efficiens per maritum suum, ut idem comes Flandrensium[f] constitueretur. Decesserat enim Carolus absque filio. Nec tamen idem Willelmus longe aberat a cognatione comitum Flandriae[g]. Nam Matildis regina Anglorum, avia ipsius, fuit filia Balduini[h] Cum-barba comitis Flandrensium. Hic vero Balduinus duos filios habuit, Balduinum et Robertum. Quorum uterque uxorem accepit vivente patre eorum. Nam Balduinus primogenitus habuit in uxorem comitissam Hainaucensem[6], ex qua genuit duos filios, Ernulfum et Balduinum[i]; Robertus autem accepit coniugem relictam[7] Florentii comitis Frisiae, quae unicam ex predicto Florentio habebat filiam[8]. Quam Robertus longe facere volens a paterna hereditate, dedit eam Philippo regi Francorum; et ita comitatus Frisiae remansit ei[k] cum matre predictae puellae; unde cognominatus est Frisio. Decessit autem ante mortem patris sui[9] Balduini Balduinus comes Hainaucensis, et successit Ernulfus, filius eius primogenitus. Tandem obeunte Balduino comite Flandriae[g], cum Ernulfus comes Hainaucensis deberet ei succedere utpote nepos ex primogenito filio eius, et ad hoc etiam niteretur, Philippus rex Francorum veniens in auxilium eius et Matildis regina Anglorum, amita eius, mittens ei Willelmum, filium Osberni, cum armata militum manu: Robertus Order. IV Frisio, patruus eius, adiuncto exercitu Henrici Romanorum et Alemannorum imperatoris cuneis suis, ex 1071. Febr. 20 inproviso super eos irruens die dominico septuagesimae, fugato Philippo rege Francorum, Ernulfum nepotem suum et Willelmum, filium Osberni, comitem Herefordi, peremit et hac de causa Flandriam[l] usque ad suum obitum possedit.

a) Rogr. b) *Rubra est:* Incipit liber VIII. (*corr.* VII) hystoriae Normannorum, gestorum autem ducum NormannieVII, continens res gestas Henrici regis Anglorum et ducis Normannorum. *Praecedunt:* Incipiunt capitula libri septimi, *non uno tempore scripta (*1--18. 19—32[a], *reliqua sine numeris).* c) *ita c.;* 11. *ed.* c*) 14. *ed. et similiter post.* d) Flandensis *corr.* Flandrensis *c.* e) Flandentium *corr.* Flandrensium *c.* f) Fladrensium *c.* g) Flandię *c.* h) ni *e corr. c.* i) Robertum *ed.* k) *post add. c.* l) Flandiam *c.*

1) Quod Annalium Hildesheimensium, SS. III, p. 112, testimonio confirmatur. 2) Brevius Wace haec ita refert, v. 10173 sqq., l. l. p. 432:

La fille out nom comme la mere.
Par le conseil Henri son pere
Fu en Alemaigne menee
E a l'emperecor donee;
Pois fu a Rome coronee,
Empereriz fu apelee.

Presso pede Robertum sequitur Benoit III, p. 347. 3) Angliae. 4) Adelaidis. 5) Ioannam, filiam Rainerii comitis Montisferrati. 6) Richildem. 7) Gertrudem. 8) Bertham. 9) Minime, sed tribus annis post (a. 1070); cf. Flandr. gen., SS. IX, p. 320. 321.

13\. . . . . . Nunc ad ea quae[a] de comitibus Flandriae proposueramus revertamur.

14\. Igitur predicto Roberto comiti Flandriae[b] Henricus rex Saxonum et imperator
Romanorum dedit comitatum Cameracensem, et ipse fecit ei inde fidelitatem. Genuit autem
idem Robertus duos filios, Robertum et Philippum. Robertus vero Ierosolimitanus cogno-
minatus, quia interfuit dum Ierusalem a christianis caperetur, genuit Balduinum, qui ei
1119. successit. Eodem vero Balduino mortuo ex vulnere quod in conflictu quodam apud Aucum[1]
1127. castrum quoddam Normanniae acceperat, Carolus, cognatus ipsius, ei successit. Quo per
traditionem occiso, sicut iam dictum est, eundem comitatum Flandriae, sicut superius diximus, Willelmus, filius Roberti ducis Normanniae, habuit[a]; sed parvo tempore supervixit, in cuiusdam oppidi[2] assultu appetitus lętali vulnere; decessit vero 6. Kal. Aug. anno ab incarnatione Domini 1128[c]. Sepultus est autem in ecclesia sancti Bertini confessoris; et successit ei Terricus de Auseis[3], cognatus precedentium comitum. Huic Henricus rex Anglorum matrimonio copulavit sororem[4] Gaufridi Martelli comitis Andegavorum . . . . . .

16.[d] . . . . . per totum decennium quo rex Henricus supervixit summa pax viguit, licet nepos eius Willelmus parvo tempore quo comitatum Flandriarum tenuit eam perturbare pro suo posse satageret. . . . . . .

17.[e] . . . . . Sed ne a gestis incliti regis longius digredi videamur, ad ea quae de filia eius Matilde augusta imperatrice promisimus narranda redeamus.

18.[f] Cum igitur Henricus quartus Romanorum imperator augustus citra senium obisset, anno videlicet ab incarnatione Domini 1125, potentissimus rex Anglorum Henricus filiam suam predictam imperatricem, missis proceribus, cum magno honore fecit reduci in Angliam, licet excellentissimi principes curiae Romanae, experti prudentiam ipsius et morum venustatem vivente imperatore, coniuge suo, eam omnimodis sibi imperare obtarent, et hac de causa ipsam prosecuti sunt usque ad curiam sui patris, id ipsum rogaturi. Quorum petitioni cum rex minime adquiesceret — volebat enim illam post suam mortem in regnum Angliae hereditario iure[a] succedere — fecit episcopos et archiepiscopos et abbatum potentiores necnon comites et satrapas totius Anglici regni sub artissimo sacramento illi fidelitatem hoc pacto promittere, quatinus ipsi pro suis viribus obniterentur, ut eadem augusta post decessum patris monarchiam maioris Brittanniae, quam nunc Angliam vocant, obtineret. Quod utrum fecerint, nichil mea interest dicere. Procedenti autem tempore pater suus cupiens carere inimiciciis et importunitate Fulconis, comitis videlicet Andegavorum, Turonorum atque Cinomannorum — nanque inter eos quibusdam ex causis longa simultas duraverat —, licet invitam, dedit eandem imperatricem in uxorem Gaufrido Martello, filio predicti Fulconis, qui ei in comitatum successit, cum idem Fulco rex Ierusolimorum efficeretur. . . . . . .

19.[g] Nec alicui, vel ipsi imperatrici augustae omnino indignum videatur, quod post thorum imperatoris coniugium sortita est comitis Andegavorum. Licet enim multo minoris dignitatis sit comes Andegavensis quam imperator Romanus, tamen, si quis consulat gesta regum Franciae, inveniet[h], de quam generosa stirpe descendant comites Andegavensium. . . . . . .

20.[i] . . . . . Gazas enim non solum imperatorias, quas secum de Italia incomparabiles attulerat . . . . distribuit. . . . . . .

21.[k] . . . . . postulaverat patrem suum[l], ut permitteret eam in cenobio Beccensi humari. Quod cum rex primo abnueret[m], dicens, non esse dignum, ut filia sua imperatrix augusta, quae semel et iterum in urbe Romulea, quae caput est mundi, per manus summi pontificis imperiali diademate processerat insignita, in aliquo monasterio, licet percelebri et religione et fama, sepeliretur. . . . . . .

cf. Order. SS XX, p 75 22.[n] Mortua itaque secunda Mathilde regina Anglorum, matre[o] huius imperatricis augustae, sicut in superioribus dictum est, Henricus rex duxit Adelizam, filiam Godefridi ducis Lovaniae, comitis Eustachii Boloniensis consobrinam, de qua nichil posteritatis accepit, [quia[p] esset, ut fertur, sterilis]. . . . . . .

a) *post add. c.* b) Flandię *c.* c) 1138. *corr.* 1128 *c.* d) 15. *c., sed idem numerus bis positus;* 22. *ed.* e) 16. *c;* 24. *ed.* f) 17. *c.;* 25. *ed.* g) 18. *c.;* 26. *ed.* h) i. de q. *e corr. c.* i) 19. *c.;* 27. *ed.* k) *tam numeri in cod. desunt, sed litteris maioribus capitum distinctio indicatur;* 28. *ed.* l) *superscr. c.* m) abnu *e corr. c.* n) 29. *ed.* o) maī *c.* p) quia — sterilis *deleta videntur; desunt ed.*

1) Eu. 2) Alost. 3) Alsatia. 'Terri de Auseis' in Roberti chronico audit a. 1128, SS. VI, p. 489. 4) Sibillam, filiam Fulconis; v. c. 26.

23.[a] ..... Parvo exinde tempore exacto, Innocentius papa secundus Rothomagum 1130.
veniens causa regis Henrici, ingentibus obsequiis, ut virum apostolicum decebat, ab eodem rege susceptus et prosecutus est. Sic etiam Calixtum papam longe antea se adeuntem pro causis aecclesiasticis apud castrum suum Gisors nomine in margine sui ducatus situm regaliter procuratum, muneribus onustum regiis, remiserat. . . . . . .

26.[b] ..... Hic *[Fulco Andegavensis]* .... genuit .... filias, quarum una nupsit[c] Terrico comiti Flandrensium. . . . . . .

Tetbaldus .... successit patri in comitatu Blesensi..... Accepit autem uxorem filiam cuiusdam comitis Behaniae[d, 1], ex qua plures filios habuit et filias. . . . . . .

31.[e] ..... Willelmus etiam dux Aquitanorum non multo post mortuus est. Huius filiam unicam[2] cum ipsius ducatu Ludovicus, filius regis Francorum, accepit in uxorem, mortuoque Ludovico patre suo ipso anno Kal. August., successit idem Ludovicus iuvenis, factus rex Francorum et dux Aquitanorum anno ab incarnatione Domini 1137; quo anno fuit maxima siccitas. Eodem anno mortuus est Lotharius imperator Romanorum et Alemannorum; cui successit Corradus, nepos Henrici quarti, qui ante Lotharium imperaverat.

a) 30. *ed.* b) 34. *ed.* c) *ita c.;* nupsit *in loco raso circiter 4 vocabulorum;* quarum una nupsit Willelmo . . . altera Terrico *ed.; locus in marg. infer. suppletus.* d) Behaniae *in loco raso c.; vocabulum fuit 3 vel 4 litteris longius;* Bohemiae *ed.* e) 42. *ed.*

EX ORDERICI VITALIS HISTORIA ECCLESIASTICA.

Cum tomo XX. ex Orderici libro inter annos 1124—1142. *scripto nonnulla ederentur historiam imperii illustrantia, haud pauca omissa sunt, quibus aegre in hac collectione careas. Quare hoc potissimum loco, quo ea colliguntur quae scriptores in variis Galliae provinciis degentes de rebus procul gestis libris suis intulerunt, ea supplenda duximus*[3], *adiuti codicibus Parisiensibus ibidem recensitis, quos ipse evolvi. Inter quos apographum codicis Vaticani a du Theil factum nunc in collectione Moreau nr.* 1275. *indicatum, quo liber VII. et VIII. continentur,* 2. *signavi. Ordericum etiam Guillelmi Gemmeticensis librum descripsisse et ampliasse, supra monui; et alios quam plures codices eius manu exaratos superesse, V. Cl. Delisle docuit*[4]. *Horum unus nr.* 6503. *f.* 61. *narrationem continet rei miraculose gestae, quae Brunoni Tullensi episcopo nescio quo iure tribuitur. Quare eam hoc potissimum loco exhibendam duxi, usus etiam altero apographo in codice Oxoniensi Bodleiano Fairfax. nr.* 17. *saec. XII, cuius exemplar ante annos aliquot fecit V. Cl. Liebermann.*

G. W.

EX LIBRO I.

Gerbertus in divinis et secularibus libris eruditissimus fuit, et in sua scola famosos et f. 60
sullimes discipulos habuit, Rodbertum scilicet regem et Leothericum Senonensem archi- f. 60'
episcopum[5], Remigium presulem Autisiodorensium, Haimonem atque Huboldum aliosque plurimos fulgentes in choro sophystarum. Remigius pontifex luculentam expositionem super missam edidit et artem vel editionem Donati gramatici utiliter exposuit. Haimo

1) Immo filiam Engelberti Karinthiae ducis Mathildem. B. 2) Duas Willelmus moriens filias reliquit, Alienordem, quae Ludovico, et Petronillam, quae Rodulpho Vermandorum comiti nupsit. 3) Catalogum vero pontificum Romanorum libro II. insertum etiam hic omisimus; descriptus est ex codice Uticensi; v. Delisle in editione quam paravit Le Prevost V, p. LXVII. 4) 'Bibl. de l'école des chartes' XXXIV, p. 267 sqq. 5) Haec ex Hist. Senonensi sumta sunt, ex qua Gerberti historiam praemisit. In sequentibus Remigium Autisiodorensem et Metlacensem confundit neque recte Hucbaldum Gerberti discipulum dicit, qui saec. IX. vixit.

quoque sancti Pauli apostoli epistolas laudabiliter explanavit et alia multa de ęuangeliis aliisque sacris scripturis spiritualiter tractavit. Huboldus autem musicae artis peritus ad laudem Creatoris in aecclesia personuit et de sancta Trinitate dulcem historiam cecinit aliosque multos delectabiles cantus de Deo et sanctis eius composuit. Hos aliosque plures Gerbertus erudivit, quorum multiplex sequenti tempore scientia ecclesiae Dei plurimum profuit. Qui postquam de throno Remensi, quem illicite usurpaverat, depositus est, cum rubore et indignatione Galliam relinquens, ad Ottonem imperatorem profectus est; et tam ab ipso quam a populo ad praesulatum Ravennae electus est. Inde post aliquot annos ad sedem apostolicam translatus est, annoque dominicae incarnationis 999. Silvester papa sullimatus est.

Fertur de illo, quod, dum scolasticus esset, cum demone locutus fuerit et quid sibi futurum immineret inquisierit; a quo protinus ambiguum monadicon audivit[1]:

Transit ab R Gerbertus ad R, post papa vigens R.

Versipellis oraculum tunc quidem ad intelligendum satis fuit obscurum, quod tamen postmodum manifeste videmus impletum. Gerbertus enim de Remensi kathedra transivit ad praesulatum Ravennae ac postmodum papa factus est Romae.

A. Utic Anno ab incarnatione Domini 1002. Otto imperator obiit, eique Henricus successit. Dein 1024. Cono augustus imperavit; cuius 3. anno Ricardus secundus obiit, qui pro studio religionis pater monachorum appellari meruit. . . . . . .

Tunc Henricus imperator 7. Idus Augusti obiit, et Karolus Henricus[2], filius eius, successit.

EX LIBRO III.

II. f 16. In sede apostolica Benedicto papa residente[3], Sarraceni de Affrica in Apuliam navigio singulis annis veniebant et per singulas Apuliae urbes vectigal quantum volebant a desidibus Langobardis et Grecis Calabriam incolentibus impune accipiebant. His diebus Osmundus[4] cognomento Drengotus[a] Willelmum Repostellum, qui sese de stupro filiae eius in audientia optimatum Normanniae arroganter iactaverat, inter manus Rodberti ducis[5] in silva ubi venabatur occidit; pro quo reatu a facie eius prius in Britanniam, deinde in Angliam, postremo Beneventum cum filiis et nepotibus aufugit. Hic primus Normannorum sedem in Apulia sibi elegit et á principe Beneventanorum oppidum ad manendum sibi suisque heredibus accepit. Deinde Drogo quidam Normannus miles cum centum militibus in Ierusalem peregre perrexit; quem inde revertentem cum sociis suis Waimalcus dux apud Psalernum[b] aliquantis diebus causa humanitatis ad refocilandum retinuit. Tunc[6]
1016. 20 milia Sarracenorum Italico littori applicuerunt et á civibus Psalernitanis tributum cum summis comminationibus exigere coeperunt. Duce autem cum satellitibus suis vectigal á civibus colligente, de classe egressi sunt et in herbosa planicię, quae inter urbem et mare sita est, ad prandium cum ingenti[c] securitate et gaudio resederunt. Cumque Normanni hoc comperissent ducemque pro leniendis barbaris pecuniam colligere vidissent, Apulos amicabiliter increpaverunt, quod pecunia sese ut inermes[d] viduae redimerent, non ut viri fortes armorum virtute defenderent. Deinde arma sumpserunt, Afros secure vectigal expectantes repente invaserunt, multisque milibus fusis, reliquos cum dedecore ad naves aufugere compulerunt. Normanni itaque aureis et argenteis vasis aliisque spoliis multis et preciosis onusti redierunt, multumque a duce, ut ibidem honorifice remanerent, rogati sunt; sed quia revisendi patriam cupidi erant, poscentibus non adquieverunt. Attamen promiserunt ei, quod aut ipsi ad eum redirent aut de electis iuvenibus Normanniae aliquos ei cito mitterent. Postquam vero natale solum attigerunt, multa quae viderant et audierant vel fecerant seu passi fuerant compatriotis suis retulerunt. Deinde quidam eorum promissa complentes, reciprocato calle Italiam repedarunt exemploque suo levia multorum corda ad sequendum se excitarunt. Nam Turstinus cognomento Citellus et Ragnulfus, Ricardus, Anschetilli de Quadrellis filius, filiique Tancredi de Alta-villa, Drogo videlicet atque Unfridus, Willelmus et

a) Deng. *superscr. littera* r *c.* b) Salernum *corr.* Psal. *c.* c) ingente *post corr.* ingenti *c.* d) in | inermes *c.*

1) Cf. Sigebert. a. 992. 2) Ita etiam post, XX, p. 53, nominatur. 3) A. 1012—1024. 4) Amatus (Aimé I, 20. ed. Champollion p. 16) similiter de Gisleberto narrat. 5) A. 1028—1035. Etiam Amatus hunc nominat. 6) Similia apud Amatum III, 17. leguntur, sed rectius ante Gisleberti fugam ponuntur neque Drogoni tribuuntur.

Hermannus[1], Rodbertus cognomento Wiscardus et Rogerius et sex fratres eorum, Willelmus[a] de Monasteriolo et Ernaldus de Grentemaisnillio aliique multi Normanniam reliquerunt et Apuliam non simul, sed diversis temporibus adierunt. Illuc autem pervenientes, primo quidem Waimalchi ducis aliorumque potentum stipendiarii contra paganos facti sunt, postea exortis quibusdam simultatum[b] causis, eos quibus antea servierant impugnaverunt et Psalernum atque Barum Capuamque cum tota Campania et Calabria virilibus armis sibi subegerunt. In Sicilia quoque Panormum urbemque Cathanensem castrumque Iohannis cum aliis urbibus et preclaris oppidis, quae usque hodie heredes eorum possident, optinuerunt.

Inter Normannos qui Tiberim transierant Willelmus de Monasteriolo, Willelmi Geroiani filius, maxime floruit, et Romani exercitus princeps militiae factus, vexillum sancti Petri gestans, uberem Campaniam subiugavit. Hic Uticensibus, quorum frater et amicus erat et quibus plura, antequam de Normannia migrasset, ut supra retulimus, dederat, mandavit, ut ad se legatum fidelem mitterent pro deferendis muneribus quae eis praeparabat. Hoc Willelmus, pater eius, ut audivit, sese ad hanc legationem pro utilitate sanctae aecclesiae libenter praesentavit. Inde Teodericus abbas et laetus et tristis effectus est, *laetus pro *f. 17. tanta senioris devotione qua fervebat et quae eum tam laboriosum iter arripere monebat, tristis pro magno solamine quod in prefato seniore amittebat, quia ad omne bonum promptus existebat. Denique vir Dei et Rotbertus prior totusque conventus domnum Willelmum Deo commendaverunt eique Gunfridum peritissimum monachum et Rogerium Gemmeticensem egregium scriptorem aliosque 12 honorabiles famulos associaverunt. Ille autem transcensis Alpibus Romam petiit; et inde iter carpens, in Apulia filium aliosque amicos et affines ac parentes invenit. Qui viso eo valde gavisi sunt eumque cum magno honore aliquo tempore secum retinuerunt eique ad sustentationem aecclesiae, pro qua mendicabat, multa et magna munera dederunt. Ipse vero egenis fratribus suis festinanter subvenire volens, Gunfridum monachum cum magno censu remisit; sed occulto Dei iudicio disponente aliter quam sperabatur evenit. Nam Gunfridus Romam venit ibique in monasterio Sancti Pauli apostoli hyemare decrevit. A Romanis autem pro cupiditate auri, quam[c] ferebat, veneno infectus est; sicque venerabilis peregrinus in confessione Christi Idus Decembris defunctus est. Willelmus quoque non multo post iter redeundi cum ingenti pecunia iniit; sed ad urbem quae á Caieta, nutrice Troiani Eneae, Caieta vocatur veniens, letiferam egritudinem incurrit. Tunc duos milites, Anschetillum de Noerio, Ascelini filium, et Teodelinum de Tanesia, ad se vocavit eisque dixit: 'Ecce 12 socii nostri, qui nobiscum alacres de Normannia exierunt, sicut videtis, in hac patria defuncti sunt; me quoque gravis morbus nunc invasit et ad ultima impatienter compellit. Nunc itaque tibi, Anschetille, sub testimonio Teodelini pecuniam quam procuravi commendo, ut eam sine fraude deferas domno abbati Teoderico et Rotberto nepoti meo aliisque monachis Sancti Ebrulfi, pro quibus nunc exulo. Ambo Sancti Ebrulfi homines estis eique fidem servare debetis. Non vos ulla decipiat cupiditas. Sagaciter perpendite, quod, defunctis omnibus sociis vestris, meritis sancti Ebrulfi vos soli superstites estis, fortassis ut ei hoc servitium fideliter exhibeatis. Uticensibus, quos in Christo sicut me ipsum diligo, ex parte mea ultimum vale dicite, et ut pro me omnipotentem Dominum fideliter exorent, suppliciter rogitate'. Haec et alia multa dicens, aurum et pallia preciosa calicem- f. 17'. que argenteum aliasque preciosas species protulit, diligenter numeravit et Anschetillo tradidit. Non multo post ingravescente morbo nobilis heros in confessione Christi Nonas Februarii mortuus est et in aecclesia sancti Herasmi episcopi et martyris, ubi sedes est episcopalis, honorifice sepultus est. Deinde Anschetillus et Teodelinus Gallias adierunt et ad propria prospere reversi sunt. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1059, indictione 13. Henricus rex Francorum . . . . . obiit. II, f. 25'. Sceptra vero[d] Francorum Philippo filio suo, qui adhuc puerilibus annis detinebatur, reliquit et Balduino Flandrensium duci puerum cum regno ad tutandum commendavit[2]. Huiusmodi tutela tanto duci bene competebat, quippe qui Hádalam, Rodberti regis Francorum filiam, in coniugium habebat; ex qua Rodbertum Fresionem et Mathildem reginam Anglorum[3] et Udonem Treverensium metropolitam[4] aliosque magnae sullimitatis viros genuerat.

a) Willmus *c.* b) simultatuum *c.* c) *ita c.* d) *post add. c.*

1) De hoc alibi nihil legitur; neque alia quae Ordericus refert recte se habent. 2) Cf. locum Guillelmi Pictaviensis supra p. 3. 3) Uxorem Willelmi I. 3) Falso hic inter Balduini filios refertur.

1059 Eodem[a] anno Fridericus, filius Gothelonis[b], qui et Stephanus papa dictus est, obiit; cui Gerardus, qui et Nicholaus, successit. Hic annus erat tercius Henrici quarti, filii Henrici, filii[c] Conradi imperatoris, et Agnetis imperatricis, qui 87. loco ab Augusto regnare cepit et annis quinquaginta regnavit.

Anno[d] ab incarnatione Domini 1063. Nicholaus papa obiit; cui Alexander Lucensis episcopus successit. Quo tempore Sigifridus[1] Magonciae et Gunterus Babenbergae aliique quam plures episcopi vel nobiles multo comitatu Ierusalem perrexerunt. . . . . . .

f. 28'. Defuncto Nicholao papa, Alexander successit; ad quem Rodbertus abbas cum 11 monachis Sancti Ebrulfi accessit eique suas suorumque iniurias luculenter deprompsit. At ille paterno solamine benigniter eos refocilavit eisque in urbe Roma aecclesiam sancti Pauli apostoli tradidit, ut ibi habitantes ordinem suum tenerent, donec sibi congruam habitationem invenirent. Deinde Rodbertus Willelmum de Mosterolo, consobrinum suum, ad auxilium sui requisivit promptissimumque ad subveniendum invenit. Praedictus quippe miles papae signifer erat armisque Campaniam optinuerat et Campanos, qui diversis scismatibus ab unitate katholica dissidebant, sancto Petro apostolo subiugaverat. Hic exulanti consanguineo cum monachis suis medietatem antiquae[e] urbis quae Aquina dicitur dedit. Postea Rodbertus Ricardum principem Capuae, filium Anschetilli de Quadrellis, adiit. Ipse vero multis blanditiis ei favit, sed promissorum blandimenta operum completione non perégit. Rodbertus autem, ut frivolis promissionibus delusum se perspexit, iratus degenerem parentelam eius, quam bene noverat, ei exprobravit, ipsumque relinquens, ad Rodbertum Wiscardum Calabriae ducem se contulit. Ille vero ut dominum naturalem eum honorifice suscepit multumque, ut ipse cum monachis suis semper secum permaneret, rogavit. Huius pater Tancredus de Alta-villa de pago Constantino extitit, qui de duabus legittimis[f] uxoribus, quas desponsaverat, 12 filios pluresque filias habuit; quorum uni nomine Goisfredo paternae hereditatis agros concessit aliosque omnes, ut extra solum ea quibus indigerent *f. 29 viribus et sensu sibi vendicarent, admonuit. *Illi autem non simul, sed diverso tempore sub specie peregrinorum peras et baculos portantes, ne a Romanis caperentur, in Apuliam abierunt, omnesque variis eventibus aucti, duces aut comites in Apulia seu Calabria vel Sicilia effecti sunt; de quorum probis actibus et strenuis eventibus Goisfredus monachus cognomento Malaterra hortatu Rogerii comitis Siciliae elegantem libellum nuper edidit[2]. Horum sullimior et potentior Rodbertus Wiscardus extitit, qui post obitum fratrum suorum Drogonis et Unfridi principatum Apuliae diu tenuit, et Langobardis Grecisque, qui magnis in urbibus et oppidis confidentes, ius antiquum pristinamque libertatem defendere nitebantur, virtute bellica subactis, ducatum Calabriae optinuit. Ionio mari transfretato, cum modica, sed forti Normannorum Cisalpinarumque gentium manu Macedoniam invasit, contra Alexium imperatorem Constantinopolitanorum bis conflixit ipsumque terra marique bello victum cum ingenti multitudine fugavit.

Praefatus heros, ut diximus, Rodbertum abbatem cum monachis suis honorabiliter suscepit et aecclesiam sanctae Eufemiae, quae super littus Adriatici[g] maris[3], ubi ruinae antiquae urbis quam Brixam nominabant adhuc parent, sita est, ei tradidit ibique monachile coenobium in honore sanctae Dei genitricis Mariae construi praecepit. Magnas possessiones tam ipse dux quam alii Normanni praedictae aecclesiae dederunt et orationibus fidelium, qui illic congregati seu congregandi erant ad militiam Christi, sese commendaverunt. Ibi Fredesendis, uxor Tancredi de Alta-villa, sepulta est; pro qua Wiscardus, filius eius, quendam magnum fundum eidem aecclesiae largitus est. Idem princeps coenobium Sanctae Trinitatis in civitate Venusia[4] praedicto patri commendavit. Ille autem Berengarium, filium Ernaldi, filii Helgonis, Uticensem monachum, elegit et ad suscipiendum regimen Venusiensis cenobii Alexandro papae praesentavit. Qui post perceptam benedictionem, quamdiu Alexander et Gregorius ac Desiderius apostolicam sedem rexerunt, curam Venusiensis abbatiae honorabiliter tenuit; deinde temporibus Urbani papae a plebe electus episcopatum eiusdem urbis suscepit. Hic nobili parentela exortus, ab infantia sub Teoderico

a) Eodem — perrexerunt *in marg. post suppl. c.* b) Gothelinus *corr.* Gothelonis *c.* c) filii Conradi *e corr.* (*erat* filius . . . .); et post Ottonem *ante* imp. *del. c.* d) Anno — successit *post add. c.* e) a. u. q. A. d. d. *e corr. c.* f) *post add. c.* g) atici maris *e corr. c.*

1) Cf. Mariani chron. a. 1014. 2) Muratori V, p. 549. 3) Immo Mediterranei maris prope Nicastro. De altero S. Eufemiae monasterio prope Brixiam Ordericus cogitare videtur. LP. Cf. supra p. 7. 4) Venosa.

abbate apud Uticum Christo militavit peritiaque legendi et canendi optimeque scribendi floruit. Deinde, ut diximus, abbatem suum secutus et ab ipso ad pastoralem curam adsumptus, pusillum gregem 20 monachorum, quem recepit mundanisque vanitatibus vehementer occupatum et in Dei cultu valde pigrum invenit, postmodum gratia Dei iuvante ad numerum centum monachorum augmentavit. Tanto etiam bonarum studio virtutum nobilitavit eos, ut ex ipsis plures episcopi et abbates assumerentur sanctaeque matri aecclesiae ad honorem veri Regis pro salute animarum praeficerentur. Praeterea magnanimus dux tercium coenobium in honore sancti Michahelis archangeli in urbe Mellito[1] constructum Rodberto abbati tradidit, quod ipse Willelmo, Ingranni filio, qui apud Uticum natus et ad clericatum promotus fuerat, sed apud Sanctam Eufemiam monachatum susceperat, commendavit. In his itaque tribus monasteriis Italiae Uticensis cantus canitur, et monasticus ordo usque hodie, prout opportunitas illius regionis et amor habitantium permittit, observatur.

Duae sorores uterinae Rodberti abbatis, Iudith et Emma, apud Uticum in capella sancti Ebrulfi morabantur et sub sacro velamine mundo renunciasse Deoque soli per mundiciam cordis et corporis inherere credebantur. Quae cum Rodbertum fratrem suum in Apulia seculari potentia sat[a] vigere audissent seseque in Normannia despicabiles et sine adiutorio f. 30. perspexissent, iter in Italiam inierunt, et relicto velamine sanctitatis, totis nisibus mundum amplexatae sunt, et ambae maritis ignorantibus quod Deo dedicatae essent nupserunt. Nam Rogerius Siciliae comes Iudith in coniugium accepit, aliusque comes, cuius nomen non recolo, Emmam[2] matrimonio suo coniunxit. Sic ambae velamen, sanctae religionis specimen, pro mundi amore reliquerunt, et quia primam fidem irritam fecerunt, ambae in hoc seculo steriles permanserunt, et in brevi puncto temporali felicitate functae, celestem sponsum offenderunt . . . . .

His temporibus Willelmus Normanniae dux probitate et potestate valde crescebat cunctisque vicinis suis liberalitate et magnificentia supereminebat. Hic generosam Mathildem, Balduini ducis Flandrensium filiam, neptem scilicet ex sorore Henrici regis Francorum, coniugem accepit; ex qua dante Deo filios et filias habuit, Rodbertum videlicet et Ricardum, Willelmum et Henricum, Adelizam et Constantiam, Ceciliam et Hadalam. De f. 30'. his ingentem hystoriam dicaces hystoriographi texere possunt, si ocio remoto studioque admoto varios illustrium eventus posteris promulgare satagunt. Nos autem, quia secularibus curiis non insistimus, sed in claustris monasterii degentes monasticis rebus incumbimus, ea quae nobis competunt breviter adnotantes, ad inceptam materiam redeamus. . . . .

Willelmus de Excalfoio, primogenitus Ernaldi filius, ut annos adolescentiae attigit, f. 36'. curiam Philippi regis Francorum adiit, regisque armiger factus, ei servivit, donec ab eo arma militaria accepit. Deinde Apuliam, ubi parentes magnae sullimitatis habebat, appetiit; a quibus amicabiliter retentus, per plurimas probitates multipliciter excrevit. Ibi nobilem de genere Langobardorum coniugem accepit et possessionem 30 castellorum sub Rodberto comite Lorotelli, nepote scilicet Wiscardi, optinuit. Ex foecunda muliere multiplicem utriusque sexus sobolem recepit, et Normannorum oblitus, inter Winilos fere 40 annis honorabiliter vixit. . . . . . .

Iohannes[3] Wigornensis a puero monachus, natione Anglicus, moribus et eruditione f. 31'. venerandus, in his quae Mariani Scotti cronicis[b] adiecit de rege Guillelmo et de rebus quae sub eo vel sub filiis eius Guillelmo Rufo et Henrico usque hodie contigerunt honeste deprompsit. Marianus enim in coenobio Sancti Albani martyris apud Magonciam monachus fuit, ibique Cesariensem Eusebium et Ieronimum aliosque chronographos pro modulo suo secutus, sese benigniter exercuit, et *dulcem fructum longi studii magnorumque laborum, *f. 52. quos in longinqua peregrinatione pertulit, filiis aecclesiae tanta rimari per se non valentibus karitative protulit. Sollerter itaque perscrutatis veteribus et modernis codicibus, cronographyam edidit, in qua ab inicio mundi, ex quo Deus Adam de limo terrae plasmavit, per omnes libros veteris et novi Testamenti et Romanorum Grecorumque historias discurrens, optima quaeque collegit, et enumeratis annis per regum et consulum tempora usque ad diem mortis suae, annalem hystoriam laudabiliter distinxit. Quem prosecutus, Iohannes

a) *post add. c.* b) *e corr. c.*

1) Melito. 2) De qua re alibi nihil legitur. 3) In nomine erravit, intelligit Florentium.

acta fere centum annorum[1] contexuit iussuque venerabilis Wlfstani[a] pontificis et monachi supradictis cronicis inseruit; in quibus multa de Romanis et Francis et Alemannis aliisque gentibus, quae agnovit, utiliter et compendiose narratione digna reseravit. In his utique cronicis continentur omnes iudices et reges et pontifices Hębreorum a Moyse usque ad subversionem Ierosolimorum, dum sub Tito et Vespasiano pro nece Salvatoris et martirum eius iuste destructum est regnum Iudeorum. Omnes ibi nominantur consules et dictatores, imperatores et pontifices Romanorum, omnes quoque reges, qui regno Angliae praefuerunt, ex quo Hengist et Horsa Wortigerno regi Britanniae scandalo Gualorum militaverunt. His etiam omnes episcopi cronicis annotati sunt, qui regimen aecclesiasticum in Anglia tenuerunt, ex quo Gregorius papa Augustinum et Mellitum aliosque praedicatores verbi Dei in Angliam misit, per quos Deus Adelbertum regem Cantiae et Eduinum regem Nordanhymbrorum aliosque principes eiusdem gentis ad fidem veritatis perduxit.

Ex his opusculis Engelbertus[2] Gemblacensis monachus quaedam praeclara decerpsit, et multa de his quae de insulanis Oceani scripta erant in eisdem insulis dimisit, et nichilominus de Gothis et Hunis ac Persis aliisque barbaris gentibus multa adiecit. Haec ideo huic cartae gratis indidi, ut istos codices avidi lectores inquirant sibi, quia magnum
*f. 32'. sapientiae fructum ferunt et vix inveniri possunt. A modernis *enim editi sunt et adhuc passim per orbem diffusi non sunt. Unum eorum Wigornae vidi in Anglia et alterum Cameraco in Lotharingia. Familiariter ostendit illic mihi Fulbertus prudens abbas coenobii Sancti Sepulchri, quod in septentrionali parte Cameraci studio aedificatum est ac sumptibus Liberti[3] eiusdem urbis episcopi, ubi idem praesul honorifice meruit sepeliri.

Ad[b] requiem iam fessus anhelo, et aecclesiasticae historiae, quam de contemporaneis et collimitaneis principibus atque didascalis veraci deprompsi calamo, primum libellum hic terminare dispono. In sequentibus vero latius de rege Guillelmo disseram miserasque mutationes Anglorum et Normannorum sine adulatione referam, nullius remunerationis a victoribus seu victis expetens honorificentiam.

EXPLICIT LIBER TERCIUS[c] AECCLESIASTICAE HISTORIAE.

EX LIBRO IV.

f 75 Guitmundus venerabilis monachus coenobii quod crux Heltonis dicitur[4], ubi gloriosus confessor Christi Leudfredus tempore Hildeberti et Hilperici iuniorum regum Domino feliciter 48 annis militasse legitur, regio iussu accersitus, pontum transfretavit, et oblatum sibi a rege et proceribus regni onus aecclesiastici regiminis omnino repudiavit. Erat enim aevo maturus et religiosus ac scientia litterarum eruditissimus; cuius ingenii praeclarum specimen evidenter patet in libro de corpore et sanguine Domini contra Berengarium[5] et in aliis opusculis ipsius. Hic itaque cum a rege rogaretur, ut in Anglia secum moraretur et congruum tempus eum promovendi praestolaretur, secum subtiliter deliberavit, suique votum propositi aliud esse demonstrans, regi respondit: 'Multae causae me repellunt ab aecclesiastico regimine, quas omnes singillatim nolo nec decet exprimere. . . . .
f 76 Mutationes regnorum frequenter factae sunt in orbe terrarum, sicuti sparsim legimus multiplicium per campos scripturarum, quibus liberalium a Deo impertita est noticia litterarum. Babilonii sub Nabuchodonosor rege Iudeam et Aegiptum et alia regna sibi plurima subegerunt, sed post 70 annos ipsi cum Balthasar rege suo a Medis et Persis, quibus preerant Darius et Cirus nepos eius, victi et subiugati sunt. Deinde sub Alexandro Magno Macedones post 230 annos Darium regem Persarum cum multis legionibus devicerunt, et ipsi nichilominus post aliquot annos, Romanis per totum orbem phalanges suas destinantibus, cum Perséo rege suo victi succubuerunt. Greci sub Agaménnone et Palamede Troiam obsederunt et Priamum regem, Laomedontis filium, ac liberos eius Hectorem et Troilum, Páridem et Deifoebum Amphimacumque trucidaverunt, et famosum Phrigiae regnum post decennem obsidionem ferro et flamma depopulati destruxerunt. Troianorum una pars sub

a) Wlf *e corr. c.* b) Ad — honorificentiam *in loco raso c.* c) primus *corr.* tercius *c.*

1) Etiam hic valde erravit, cum nonnisi 30 fere annos addiderit Wigorniensis, neque Orderici aetate iam centum anni post finem chronicae Mariani (a. 1082) expleti erant. 2) Iterum in nomine errat, Sigebertum intelligens. 3) Lietberti, a. 1049—1076. 4) La Croix-Saint-Leufroi, inter Evreux et Gaillon. 5) Guitmundi episcopi Aversani, De corporis et sanguinis veritate in Eucharistia.

Enea duce regnum Italiae obtinuit, alia pars cum Antenore per longum iter ac difficile Daciam adiit, ibique sedem ponens, usque in hodiernum diem habitavit[1]. Romani regnum Ierosolimorum, quod David aliique potentes successores eius spoliis allophilorum ditaverunt, et subactis barbaris gentibus, quae in circuitu[a] erant, sullimaverunt, sub Vespasiano et Tito subverterunt et nobile templum post primae aedificationis eius annos 1089 diruerunt, quando undecies centena milia Iudeorum ferro seu fame perierunt. Franci Gallis tempore Sunnonis ducis associati sunt, et Romanorum iugo de cervice sua viriliter excusso, super eos regnare ceperunt. Angli-Saxones, ducibus Hengist et Horsa, Britonibus, qui nunc Guali vocantur, imperium dolis et fortitudine iam[b] fere 600 annis abstulerunt. Guinili, qui de Scandinavia insula sorte eiecti sunt, regnante Albuino rege, filio Audonis, partem Italiae quae nunc Langobardia dicitur invaserunt, et Romanis diutius resistentes, nunc usque tenuerunt *Omnes hi, quos victoria turgentes recolui, paulo post misere subiacuerunt perniciei, *f. 76' parique cum victis contritione torti, irremediabiliter gemunt in cloacis Erebi.

Normanni sub Rollone duce Neustriam Karolo Simplici[c] subtraxerunt, iamque 190 annis, contradicentibus Gallis et cum bellico tumultu sepe calumniantibus, tenuerunt. Quid de Gepidis et Wandalis, Gothis et Turcis, Hunis et Herulis, quid de aliis loquar barbaris, quorum conatus ad nichil est aliud nisi furari et rapere et conculcata pace iugiter furere? Terram turbant, aedes concremant, orbem vexant, opes dissipant, homines iugulant, omnia foedant et inquiétant. His itaque signis mundi portenditur finis'. . . . . . .

Admiratus rex cum proceribus suis insignis monachi constantiam, supplex ac devotus f. 77 impendit ei decentem reverentiam, et competenter honoratum iussit eum remeare in Neustriam ibique quo vellet[d] suam praestolari praesentiam. Auditum est passim, postquam Guitmundus ad septa monasterii sui remeavit, quod ipse monachilem pauperiem divitiis episcoporum praeposuerit, et quod obtentum Angliae in praesentia regis et optimatum eius rapinam appellaverit, et quod omnes episcopos vel abbates, qui nolentibus Anglis in aecclesiis Angliae praelati sunt, rapacitatis redarguerit. Verba igitur eius per Angliam late divulgata sunt, et subtiliter ventilata, multis displicuerunt, qui sequaces eius esse spernentes, ingenti livore contra eum exarserunt. Non multo post, defuncto Iohanne Rotomagensium archiepiscopo, rex et alii plures Guitmundum ad archiepiscopatum elegerunt[2]; sed emuli eius, quos idem vituperaverat, ne archipresul fieret, quantum poterant impedierunt. In tanto viro nil obiciendum invenerunt, nisi quod filius esset presbiteri. Ille autem ab omni avaricia purgari volens et inter exteros paupertate premi quam inter suos dissensiones fovere malens, Odilonem *monasterii sui abbatem reverenter adiit et humiliter ab illo *f. 77'. licentiam peregrinandi petiit et accepit[3]. Porro illitteratus abbas metiri nesciebat, quantus sapientiae thesaurus in praefato doctore latebat. Ideo desiderabilem philósophum de monasterio suo facile dimisit, quem Gregorius septimus papa venientem ad se gaudens suscepit, cardinalem sanctae Romanae aecclesiae praefecit et Urbanus papa iam probatum in multis metropolitanum[4] Adversis urbis solenniter[e] ordinavit. Haec urbs tempore Leonis noni[e, 5] papae a Normannis, qui primo Apuliam incoluerunt, constructa est et a Romanis, quia ab adversis sibi coetibus aedificabatur, Adversis dicta est. Haec utique divitiis opulenta, Cisalpinorum prompta strenuitate bellicosa, hostibus metuenda, fidis clientibus sociisque colenda, Normannorum optione soli papae gratanter obędit, a quo Guitmundum sophistam mistici decoris pallio insigniter redimitum pontificem accepit. Praefatus archipraesul aecclesiam sibi commissam diu rexit et apostolicis privilegiis ab omni mortalium exactione liber plausit. Plebem studiose docuit, meritis et orationibus protexit, atque post multos agones in virtutum exercitiis ad Dominum perrexit. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1073, indictione 11. Alexander papa secundus, post- f. 82'. quam Romanam et apostolicam sedem 11 annis rexit, e mundo migravit, et Gregorius

a) circūitu *c.* b) i. f. *e corr. c.* c) *post add. c.* d) vellent *corr.* vellet *c.* e) *ita c*

1) Ordericus libro IX. III f. 19. ita: *De feroci gente Seitharum origo Troianorum, uti refertur, processit; quibus in excidium redactis, Frigius Antinor Illiricos fines penetravit et cum vicinis exulantibus diu longeque locum habitationis quesivit. Denique supra littus oceani maris in boreali plaga consedit et sibi sociisque et heredibus suis maritimam regionem incoluit, et a Dano, filio eius, gens illa e Troianis orta Danorum nomen accepit.* 2) Haec errore plena sunt, cum Iohannes a. 1079. mortuus sit, ut ipse Ordericus libro V. refert, Guitmundus iam a. 1077. in Italiam profectus. LP. 3) Neque hoc recte se habet. 4) Immo episcopum. 5) Iam c. a. 1030.

septimus, qui in baptismate Hildebrannus dictus est, successit et in kathedra pontificali 17 annis sedit. Hic a puero monachus, in lege Domini valde studuit multumque fervidus propter iusticiam multas persecutiones pertulit. Passim per orbem apostolica edicta destinavit, et nulli parcens, caelestibus oraculis terribiliter intonuit omnesque ad nuptias regis Sabaoth minis precibusque invitavit. Poscenti papae venerandus Hugo Cluniacensis abbas Odonem praefati monasterii priorem, qui Remensis aecclesiae canonicus fuerat, cum aliis idoneis coenobitis Romam transmisit; quos papa velut a Deo sibi missos adiutores ovanter suscepit. Odonem nempe praecipuum sibi consiliarium elegit et Ostiensi aecclesiae pontificem constituit[1]; cuius sedis praerogativa est a Romano electum clero suscipere et papam
*f. 83. benedicere. *Alios quoque monachos papa, prout ratio dictabat, promovit et diversarum aecclesiarum tutelae digniter praefecit. . . . . . .

f. 98'. Circa haec tempora reverendus Ainardus, Divensium[2] primus abbas, in lectum decidit, et completis in eo quae servo Dei competunt, 19. Kal. Februarii obiit. Hic fuit natione Teutonicus[3] geminaque scientia pleniter imbutus, versificandi et modulandi cantusque suaves edendi peritissimus. Hoc evidenter probari potest in historiis Kiliani Guirciburgensis episcopi et Katerinae virginis aliisque plurimis cantibus, quos eleganter idem edidit in laudem Creatoris. In iuventute vero studio religionis flagrans, venerabilem Isembertum abbatem expetiit eiusque disciplinis pro amore Dei se gratanter submisit et in coenobio Sanctae Trinitatis, quod Goscelinus de Archis in monte Rotomagi ad orientalem plagam construxerat, monachatum suscepit. Inde nutu divino ab aecclesiae rectoribus anno dominicae incarnationis 1046. pertractus est ac super candelabrum, ut luceret omnibus qui in domo sunt, positus est. Ordinatus autem, Divensis abbatiae, quam Lezscelina comitissa, Guillelmi Aucensis comitis uxor, construxerat, curam suscepit annisque 31 bene vivens et docens utiliter tenuit et senex plenusque dierum cursum praesentis vitae complevit. Venerabilis Durandus Troarnensis[4] abbas corpus eius in basilica sanctae Mariae sepelivit et memorabile carmen, quod super laminam mausolei eius sculperetur, edidit, in quo mores et virtutes praefati archimandritae et karismata, quae divinitus inserta illi fuerant, luculenter sic patefecit:

Hic iacet Ainardus redolens ut pistica nardus
Virtutum multis floribus et meritis;
A quo fundatus locus est hic et aedificatus
Ingenti studio nec modico precio.
Vir fuit hic magnus probitate, suavis ut agnus,
Vita conspicuus, dogmate precipuus,
Sobrius et castus, prudens, simplex et honestus,
Pollens consilio, clarus in officio.
Mentis huic gravitas erat et maturior aetas,
Canaque cesaries, sed tenuis facies.
Quem, nonas decimas Februo promente Kalendas,
Abstulit ultima sors et rapuit cita mors.
Pro quo qui transis supplex orare memor sis,
Ut sit ei saties alma Dei facies!

EX LIBRO V.

f. 117'. . . . Iste nimirum Desiderius 31us rex Langobardorum fuit, et in illo regia dignitas pro sceleribus suis defecit, nec unquam postea proprium regem habuit, sed regibus Francorum aut imperatoribus Alemannorum gens Langobardorum semper subdita fuit. Primi
f. 118 duces Guinitorum . . . . . . Ad extremum dux Desiderius adminiculante Stephano papa rex factus est Langobardorum, et adepto regno, persecutus est papam et clerum plebemque Romanorum. Unde Adrianus papa coactus est expetere vires Francorum; quibus destructum est et deiectum usque hodie cornu[a] seviciae regni Langobardorum. . . . . . .[5]

f. 121' Tunc[6] in mundo multae tribulationes exortae sunt graviterque terrigenas vexantes quassaverunt. Sarraceni Siciliam et Italiam aliasque regiones christianorum invaserunt,

a) *in marg. add. c.; ubi* sevicia *corr.* seviciae.

1) Immo Urbanus II. 2) St. Pierre-sur-Dive. 3) Ita etiam initio secundi libri: *cuius regimen Ainardus Teutonicus, vir sanctitate et litterarum scientia preditus, diu tenuit.* 4) Troarn dioec. Baiocensis. 5) Quae ex Annalibus Uticensibus et Guillelmo Gemmeticensi descripsit Ordericus omisi. 6) Tempore Malcherii archiepiscopi Rotomagensis, qui sedit a. 1037—1055.

cedes et rapinas ac incendia multa fecerunt. Manichetus[1] imperator Constantinopoleos aggregatis imperii viribus insurrexit, et repulsis post multa detrimenta ydolatris, fines christianorum liberavit. Ossa quoque sanctae Agathae virginis et martiris aliorumque sanctorum corpora, ne a redeuntibus foedarentur paganis, de Sicilia Constantinopolim reverenter transtulit. Succedente illi Diogene, Osmundus Drengot et Drogo aliique Normanni ceperunt Apuliam incolere et in Agarenos vel pseudo-christianos arma viriliter exercere. Denique Rodbertus cognomento Guiscardus post multa bellorum discrimina prius ab Harduino Langobardo et Melone, nepote eius, postmodum a Leone papa dono recepit Apuliam, contra adversarios sancti Petri perenniter eam defensurus. Quam ipse postea iuvante Deo fortiter tenuit et fines dicionis suae in Siciliam usque et Calabriam Bulgariamque dilatavit liberisque suis hereditario iure dimisit. . . . . . .

Presul Maurilius, doctrinae luce refertus, f. 122.
Moribus eximiis praefulsit et actibus almis.

Hic genere Magontinus, in urbe Florentia monachili cenobio abbatis iure praefuit, et exosus transgressoribus pro rigore disciplinae, venenum in potu sibi propinato deprehendit. Unde sanctissimum patrem doctoremque Benedictum sectatus, incorrigibiles deseruit et in Neustriam cum Gerberto sapienti ac religioso monacho tempore Iohannis abbatis compatriotae sui Fiscannum venit ibique stabilem ad cultum summae et individuae Trinitatis habitationem sibi elegit. Inde post aliquot tempus aecclesiastica electione assumptus, deposito Malgerio, metropolitanum apicem ascendit, et 12 annis, tempore Victoris, Stephani, Nicholai et Alexandri paparum floruit, nonoque anno praesulatus sui metropolitanam basilicam dedicavit. . . . . . .

Goisfredus . . . 47. Rotomagensem metropolim iam 17 annis, tempore Paschalis, Gelasii, f. 123'. Calixti et Honorii paparum rexit. Henricus quintus et Lotharius praefuerunt Laciis, et Alexius atque Iohannes, filius eius, Pelasgis. His temporibus in orbe multa contigerunt memoranda, quae suis in locis noticiae posterorum officio calami veraciter erunt assignanda, si vita michi comes fuerit, stipata caelesti beneficio et gratia.

Ad lineam propositae relationis remeare volenti, o benigne lector, queso, parce michi. Prolixam digressionem pro Rodomensibus iam feci episcopis, continuam successionem eorum karitative appetens pleniter enucleare posteris. Hac itaque de causa chronographiam[a] octingentorum fere annorum patravi et omnes Romanos apostolicos ab Eusebio papa seriatim nominavi usque ad Lambertum Hostiensem, qui vocatur Honorius et nunc preest apostolicae sedi. Omnes etiam augustos a Constantino Magno, Constantinopoleos conditore, huic opusculo inserui usque ad Iohannem, Alexii filium, qui nunc regnat Constantinopoli, et usque ad Lotharium Saxonicum, qui Romani nunc tutor est imperii. . . . . . .

Egressus itaque Rodbertus[2] de natali solo primum adiit avunculos suos Rodbertum f. 126. Fresionem satrapam Flandrensium et Udónem, germanum eius, archipraesulem Treverensium. Deinde nobiles alios expetiit cognatos duces comitesque et potentes oppidanos in Lotharingia, Alemannia, Aquitania et Wasconia. Illis nimirum suas querelas deprompsit, in quibus falsa veris multoties permiscuit. Querimoniae vero eius a multis libenter audiebantur, et a largis baronibus ei multa munera dabantur. Porro ille, quae ab amicis liberalibus ad subsidium sui accipiebat, histrionibus et parasitis ac meretricibus insipienter distribuebat; quibus improvide distractis, egestate gravi compressus mendicabat et aes alienum ab externis foeneratoribus exul egenus quaeritabat.

Mathildis regina, filio materna compatiens ex pietate, ingentes sumptus auri et argenti aliarumque rerum preciosarum ei sepe mittebat, rege nesciente. . . . . . .

His temporibus in Teutonica regione quidam anachorita vir bonus et sanctus erat, qui inter caetera virtutum insigia spiritum prophetiae habebat. Ad quem Mathildis regina legatos et xenia misit ac, ut pro marito filioque suo Rodberto Deum oraret, suppliciter rogavit ac, ut vaticinium, quod eis in futurum contingeret, sibi mandaret, adiecit. At ille nuncios tantae muliéris benigniter suscepit induciasque respondendi usque in diem tercium petiit. Illuscescente autem tercia die, vocatis reginae responsalibus dixit. . . . . . .

a) graphiam *e corr. c.*

1) Maniaces, qui purpura empta mox mortuus est. 2) Filius Wilhelmi I. Cf. dissertationem a H. Vattelet scriptam: 'Der Konflikt Vilhelms d. E. mit seinem Sone Robert'. 1874.

f. 130'. Bruno Lotharingus, Tullensis episcopus, Romam ascitus est Deoque dispensante Leo papa factus est. Hic in itinere, dum Romam expeteret, angelos canentes audivit[1]: *Dicit Dominus: Ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis* et cetera. Predictus papa multis bonis studuit, bene agendo et bene docendo subditis insigniter profuit. In Gallias *f. 131. anno dominicae incarnationis 1049. venit, aecclesiam sancti Remigii Remorum *archiepiscopi Kal. Octobris dedicavit[2] et corpus eius instinctu Hermari abbatis in locum ubi nunc veneratur gloriose transtulit. Tunc ibidem generale concilium tenuit et inter reliqua aecclesiae commoda quae instituit presbiteris arma ferre et coniuges habere omnino prohibuit. Exinde letalis consuetudo paulatim exinanire coepit. Arma quidem ferre presbiteri iam gratanter desiére, sed a pelicibus adhuc nolunt abstinere nec pudiciciae inherere. . . . . . .

f. 141'. Anno ab incarnatione Domini 1077, indictione 15. Rodbertus nobilis abbas, frater Hugonis de Grentemaisnilio, ad colloquium Guillelmi regis Anglorum in Normanniam venit regique petenti veniam, eo quod ipsum olim in exilium iniuste expulerat, indulsit. Hunc nimirum accersierat Phylippus rex Francorum, volens ei episcopatum dare Carnotensium; sed Gallis Normannorum devitantibus magisterium, Goisfredus, Eustachii Boloniensium comitis nepos, preoccupavit pontificium[3]. Praeclarus itaque Rodbertus, postquam sacris dedicationibus aecclesiarum Cadomensium et Baiocensium atque Beccensium, quae eodem anno consecratae sunt[4], interfuit et amicabile colloquium cum rege Willelmo aliisque amicis et parentibus suis, quos antea per plures annos non viderat, consummavit, Apuliam repetiit secumque Willelmum Pantol et Rodbertum de Cordaio[5], nepotem suum, aliosque praeclaros milites duxit. Tunc Rodbertus Wiscardus Calabriae dominabatur et ducatum Gisulfi Salernitani ducis nanciscebatur. Hic Tancredi de Alta-villa, cuiusdam mediocris viri, filius erat; sed magnanimitate et felici fortuna pollens, Italos sibi subegerat. Ipse cum fratribus suis advenisque compatriotis Apuliensibus colonis fortiter incumbebat, et insperatis rebus magnifice peractis, affinibus cunctis eminebat, multisque divitiis locuples, incessanter fines suos dilatabat. Willelmum autem Pantol hónorifice suscepit, et multa ei promittens, ipsum propter probitatem suam retinere secum sategit. In die paschae ad prandium resi- *f. 142 dere iuxta se ipsum fecit et tres civitates, si secum remaneret *in Italia, illi spopondit.

1082. Interim Mabilia comitissa[6] mucrone animosi militis Hugonis de Ialgeio perempta est; ob cuius interfectionem, regresso de Apulia Willelmo [Pantol[a]], magna tribulatio exorta est. Nam crimen ei proditionis impingebatur, et infestatione hostili graviter a pluribus emulis impetebatur. . . . . . .

f. 142'. Post mortem Guillelmi regis Anglorum iterum Willelmus Apuliam expetiit, et inde dum rediret, reliquias corporis beatissimi confessoris Christi Nicholai detulit et in aecclesia beati Petri apud Norun ad decus eiusdem loci collocavit. . . . . . .

EX LIBRO VI.

f. 199. Nunc, quia de sancto Guillelmo nobis incidit mentio, libet eius vitam breviter huic inserere opusculo. Novi, quod ipsa[b] raro invenitur in hac provincia, et nonnullis placebit de tali viro relatio veridica. Hanc étenim Antonius Guentoniensis monachus nuper detulit et nobis eam videre sitientibus ostendit. Vulgo canitur a ioculatoribus de illo cantiléna; sed iure praeferenda est relatio autentica, quae a religiosis doctoribus sollerter est edita et a studiosis lectoribus reverenter lecta est in communi fratrum audientia. Verum, quia pórtitor festinabat adire et brumale gelu me prohibebat scribere, sinceram adbreviationem, sicut tabellis tradidi compendiose, sic nunc satagam[c] membranae summatim commendare et audacis marchisi famam propagare.

Tempore Pippini regis Francorum Guillelmus . . . .

EX LIBRO VII.

Dum[7] furerent in orbe tempestates quae superius memoratae sunt, quidam sortilegi Romanorum, quis in papatu succederet Hildebranno, indagarunt, et quod post transitum Gregorii Odo Romanus papa foret[d], comperierunt. Hoc audiens Odo[8] praesul Baio-

a) *in marg. post alia manu add. c.* b) ipsam *corr.* ipsa *c.* c) m. s. *corr.* s. m. *c., ubi* summatim com *in rasura.* d) fore 2.

1) Ita Wibertus, V. Leonis II, c. 2, Watterich I, p. 150. 2) Cf. Anselmi librum hac de re scriptum, Watterich I, p. 113. 3) Gaufridus I. a. 1077. electus. 4) Beccense monasterium d. 23. Octob. 5) Cordai, e meridie Falaise. 6) Uxor Rogerii de Monte-Gomerici. 7) Haec ea excipiunt quae XX, p. 65. edita sunt. 8) Haec fabulosa sunt; Odo iam a. 1082. captus est.

censis, qui cum fratre suo Guillelmo rege Normannis dominabatur et Anglis, parvipendens potestates et divitias regni occidentalis, nisi iure papatus dominaretur Laciis[a] et omnibus terrigenis, Romam misit. Palatium sibi emit, senatores Quiritum magnis muneribus datis sibi amicitia copulavit palatiumque suum multis sumptibus et superfluis apparatibus exornavit. Hugonem Cestrensium comitem magnamque cohortem precipuorum militum ascivit, ut secum in Italiam proficiscerentur, obsecravit et ingentia precibus promissa prodigus addidit. Illi vero, quia Normanni leves et extera videre cupidi sunt, protinus praesumptori episcopo, cui principatus Albionis et Neustriae non sufficiebat, assenserunt. Ingentes quoque fundos, quos in occiduis climatibus possidebant, deserere decreverunt ac, ut praefato praesuli trans Padum comitarentur, per fidem spoponderunt.

Apparatum huiuscemodi prudens rex Guillelmus edidicit, sed non approbavit regnoque suo multisque aliis valde nociturum aestimavit. Unde festinanter in Angliam transfretavit ac Odoni episcopo cum grandi pompa navigare in Normanniam cupienti ex insperato in insula Vecta[1] obviavit. . . . . . .

Sic regia potestas prefatum praesulem cepit, in Normanniam deduci fecit et in arce Rotomagensi incarceravit ibique intrusum quatuor annis, id est usque ad finem vitae suae, diligenter custodivit. Capite vero inquietudinis deiecto, militum motio conquievit, probique regis providentia regnum suum intus et extra fortiter munivit.

Ecce in hoc homine palam completum videmus, quod in libro mithologiarum[b] dicit Fulgentius: *Qui plus quaerit quam licet, minus erit quam est.* Praesulatus Baiocensis et comitatus Cantiae ingentibus gazis abundans et per totam Angliam atque Normanniam regia potestas cum fratre communis uni clerico non sufficiebat, qui universo mundo praeferri satagebat; quem ad hoc non cogebat divina assumptio nec canonica electio, sed insatiabilis cupiditatis immoderata praesumptio. Ergo quod habebat perdidit et inclusus diu gemuit exemplumque posteris, ne similibus inhient, dereliquit. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1087, indictione 10, nono die Maii corpus sancti 1087.
Nicholai archiepiscopi et confessoris de Mirrea in Barum translatum est. Quam translationem, qualiter et a quibus facta sit, Iohannes archidiaconus Barensis aecclesiae luculenter describit. Ex eius dictis libet parumper excerpere et mentionem tam gloriosae rei huic opusculo inserere ad notitiam studiosorum, qui nondum dicta Iohannis videre, si forte contingat, ut istud dignentur inspicere. . . . . . .

Hisdem temporibus quidam miles de Normannia Guillelmus cognomento Pantulfus in Apuliam abiit, et quod[c] sanctum Nicholaum valde diligebat, de reliquiis eius multum quaesivit, Deoque iuvante procurationem eius, a reliquiarum translatoribus unum dentem et duo frusta de marmoreo tumulo obtinuit. Erat enim in armis strenuus, ingenio praeditus, inter collimitaneos sensu divitiisque maximis Angliae Italiaeque dominis notissimus. Dentem itaque tanti baronis nactus, in Normanniam rediit et ad proprium praedium quod Noron dicitur plures personas, ut congrue reliquias susciperent, denunciato die accersiit. . . . . . .

Denique presul Odo *[Baiocensis[2]]* . . . dociles quoque clericos Leodicum mittebat et ad alias urbes, ubi philosophorum studia potissimum florere noverat. . . . . . . Tandem nutu Dei compunctus[d], dominicae incarnationis anno 1096, indictione 4. omnia reliquit et iter Ierusolimitanum cum Roberto duce, nepote suo, ut in sequentibus volente Deo plenius dicemus[3], arripuit, et presente Gisleberto Ebroiciensium episcopo in urbe Panormitana obiit. Corpus vero eius in basilica sanctae Mariae sepultum est, super quod insigne opus a Rogerio comite Siciliae factum est.

EX LIBRO VIII.

Circa haec tempora Gregorius papa in urbe Beneventana defunctus est, et Deside- 1085.
rius Cassinensis abbas in Victorem Romanum papam electus et intronizatus est. Defuncti vero papae corpus in confessione sancti Bartholomei apostuli tumulatum est[4], ubi meritis

a) latius 2. b) mirtologiarum 2. c) qui 2. d) omnipotentis *ed.*

1) Wight. 2) Idem de quo supra retulit. 3) Lib. X. ita: *Unde presul, postquam rex Guillelmus, ut dictum est, prevaluit, peregrinari quam inimico subici maluit. Romae cum Urbano papa presul et dux locuti sunt, et percepta benedictione ab eo, Tiberim transierunt et in Apulia hiemaverunt. Inde pontifex in urbem Panormitanam, quam vulgo Palernam vocant, secessit ibique Februario mense ex hac vita migravit, et in metropolitana sanctae Dei genitricis Mariae basilica Gislebertus Ebroicensis episcopus eum sepelivit.* 4) Quod minus recte dictum est.

eius fideque petentium copia miraculorum divinitus ostensa est. Nam leprosi de aqua,
unde corpus eius ablutum fuerat, petierunt; qua consecuta, fideliter loti sunt et opitu-
lante Deo protinus mundati sunt. Victor papa, postquam apicem pontificatus ascen-
dit, primam missam in die sancto pentecoste solemniter cantare cepit; sed occulto Dei
nutu gravem morbum subito incurrit[a]. Nam diarria cogente, ter ad latrinam de missa
ductus est, et sic in papatu vix una tantum missa perfunctus. Hic magnae nobilitatis et
sapientiae fuit ac religionis coenobiumque sancti patris Benedicti, quod in Monte Cassino
constructum est, longo tempore rexit. Inde ad praesulatum assumptus, repente, ut diximus,
1086. infirmatus est; in aegritudine tamen a pentecoste usque ad Augustum[1] languens, defunctus
est. Quo defuncto, Romanus clerus convenit et Odonem, ex monacho praesulem Hostien-
sem, in Urbanum Romanum papam elegit. Hunc Deus Israel maximum principem contra
Cant. 4, 4. allophilos constituit turremque David cum propugnaculis contra faciem Damasci commisit.
Hic erat natione Gallus, nobilitate ac mansuetudine clarus, civis Remensis, monachus
Clunianensis, aetate mediocris, corpore magnus, modestia discretus, religione maximus,
sapientia et eloquentia praecipuus. Adhuc Guitbertus, invasor apostolicae sedis, aecclesiam
Dei contemnebat[b] ac adulando vel persequendo cunctos quos poterat ab unitate pacis ad
suum scisma protrahebat. Odo nimirum comes Sutriae nepos eius erat et aecclesiasticae
pacis fauctores pluribus pressuris cohercebat. Urbanus papa, confisus in Domino caelorum,
qui non relinquit virgam peccatorum super sortem iustorum, misit legatos et epistolas
Romanae auctoritatis Francis et Grecis aliisque gentibus per orbem constitutis, ut in fide
catholica irrefragabiliter persisterent et omnem scissuram a lege Dei et corpore Christi,
quod est ecclesia, callide praecaverent. Solus Henricus Teutonum princeps et pedissequi
eiusdem Guitberto coherebant. Galli vero et Angli aliaeque gentes pene omnes per orbem
Urbano pie obsecundabant.

In Apulia omnes Normanni catholico papae concorditer favebant. Verum inter se tru-
culenter dissidebant, et fratres plus quam civilia bella vicissim conserebant. Rogerius
enim cognomento Crumena, id est bursa, ducatu Calabriae solus cum matre potiebatur.
Quod Buamundus, frater eius, apud Iordanum principem Capuae exulans, aegre patiebatur.
Unde auxilio eiusdem Iordani, sororii sui, aliorumque parentum amicorumque suorum arma
contra fratrem suum arripuit partemque paterni honoris, quem ipse cum patre bello sub-
egerat, viriliter repetere coepit. Cuius guerram frater et noverca tolerare nequiverunt,
commodius consilium ab amicis expetere coacti sunt. Persuasione igitur Rogerii Siciliae
comitis aliorumque affinium pacem fecerunt eique Barum atque Tarentum aliasque duas
1088. urbes cum multis oppidis tradiderunt. Fratres itaque, postquam talem concordiam fecerunt,
Mabiliam, sororem suam, Guillelmo de Grentemanil in matrimonium dederunt et ditioni
eius, quia valde probus erat, plurima castra submiserunt. Connexione huiusmodi necessi-
tudinis Normanni provide mutuo religati sunt et magnam Italiae partem, quam Drogo et
Unfridus atque Ricardus et super omnes Robertus Wiscardus obtinuerant, usque hodie
possederunt. . . . . . .

Hic *[Fulco comes Andegavensis]* in multis reprehensibilis et infamis erat multisque vitiorum pestibus obsecundabat. Ipse nimirum, quia pedes habebat deformes, instituit sibi fieri longos et in summitate[c] acutissimos subtolares, ita ut operiret pedes et eorum celaret tubera, quae vulgo vocantur uniones[2]. Insolitus inde mos in occiduum orbem processit levibusque et novitatum amatoribus vehementer placuit. Unde sutores in calceamentis quasi caudas scorpionum, quas vulgo pigacias appellant, faciunt, idque genus calceamenti pene cuncti, divites et egeni, nimium expetunt. Nam antea omni tempore rotundi subtolares ad formam pedum agebantur eisque summi et mediocres, clerici et laici, competenter utebantur. At modo saeculares perversis moribus competens scema superbe arripiunt, et quod olim honorabiles viri turpissimum iudicaverunt et omnino quasi stercus refutaverunt, hoc moderni dulce quasi mel aestimant et veluti speciale decus amplectentes gestant. Robertus quidam nebulo in curia Rufi regis prolixas pigacias primus cepit implere stuppis et hinc inde contorquere instar cornu arietis. Ob hoc ipse Cornardus cognominatus est. Cuius frivolam adinventionem magna pars nobilium ceu quoddam insigne probitatis et virtutis

a) incorruit 2. b) conturbabat *ed.* c) sumit. 2.

1) Obiit die 16. Septembris. 2) Gallice 'ognons'.

opus mox secuta est[1]. Tunc effeminati passim in orbe dominabantur, indisciplinate debachabantur, Sodomitisisque spurcitiis foedi catamitae[2] flammis urendi turpiter abutebantur. Ritus heroum abiciebant, hortamenta sacerdotum deridebant barbaricumque morem in habitu et vita tenebant. Nam capillos a vertice in frontem discriminabant, longos crines veluti mulieres nutriebant et summopere comebant[a] prolixisque nimiumque strictis camisiis indui tunicisque gaudebant. Omne tempus quidam usurpabant et extra legem Dei moremque patrum pro libito suo ducebant. Nocte comesationibus et potationibus vanisque confabulationibus, aleis et tesseris aliisque ludibriis vacabant, die vero dormiebant. Sic[3] post obitum Gregorii papae et Guillelmi Nothi aliorumque principum religiosorum in occiduis partibus pene totus abolitus est honestus patrum mos antiquorum. Illi enim modestis vestiebantur indumentis optimeque coaptatis ad sui mensuram corporis et erant habiles ad equitandum et currendum et ad omne opus quod ratio suggereret agendum. Ast in diebus istis veterum ritus pene totus novis adinventionibus commutatus est. Femineam mollitiem petulans iuventus amplectitur, feminisque viri curiales in omni lascivia summopere adulantur. Pedum articulis, ubi finis est corporis, colubrinarum similitudinem caudarum imponunt, quas veluti scorpiones prae oculis suis prospiciunt. Humum quoque pulverulentam interularum et palliorum superfluo surmate[b, 4] verrunt, longis latisque manicis ad omnia facienda manus operiunt, et his superfluitatibus onusti, celeriter ambulare vel aliquid utiliter operari vix possunt. Sincipite scalciati sunt ut fures, occipicio autem prolixas nutriunt comas ut meretrices. Olim poenitentes et capti ac peregrini usualiter intonsi erant longasque barbas gestabant indicioque tali poenitentiam seu captionem vel peregrinationem spectantibus praetendebant. Nunc vero pene universi populares cerriti sunt et barbatuli, palam manifestantes specimine tali, quod sordibus libidinis gaudent ut foetentes hirci. Crispant crines calamistro, caput velant vitta sine pileo. Vix aliquis militarium procedit in publicum capite discooperto legitimeque secundum apostoli praeceptum tonso. 1. Cor. 11, 1. 2.
Exterius itaque habitu gestuque monstrant, quales interius conscientias habeant et qualiter per artum callem ad Deum percurrant. Altissimus igitur Iudex e sullimi videns solio, quod nimium flagitiis inheret humana intentio, populum ineruditum plebemque indisciplinatam multiplici percutit flagello. Morbis enim macerari et bellis inquietari terrigenas permittit hipocritisque praesidibus subicit, quos sibi contrarios suaeque legis spontaneos praevaricatores prospicit. Electi autem, qui zelo Phinees inflammantur, inter reprobos crebro irascuntur ac ad Dominum cum propheta conqueruntur: *Vidi praevaricantes et tabescebam, quia* Ps. 118, 158.
eloquia tua non custodierunt. Unde a bonis doctoribus arguuntur, obsecrantur, increpantur in omni patientia et doctrina; sed his omnibus pertinaciter obstat malivoli cordis obduratio nefaria, quae solet omnium fovere ac defendere scelerum contagia. Si Persius et Plautus aliique mordaces satirici nunc adessent et curiose indagarent, qualiter nostrates clam et palam libitus suos perpetrent, immensam reprehendendi materiam et subsanandi in propatulo reperirent.

Innumeris itaque lapsibus prospectis in mundo, Geroius Grossivus[c] in quadam epistola scripsit inter reliqua Gisleberto Maminoto Luxoviensium[5] episcopo:

Virtutum lampas, qua[d] pristina splenduit aetas,
Transtulit omne suum prorsus in astra iubar.
Temporibus nostris tenebris involvitur orbis,
Nec valet extinctus iam relevare caput.
Nec probus est hodie, nec curans de probitate,
Nec pretium nec honor nec probitatis amor.

Enormitati maliciae, quam passim grassari perspexit, ardens scolasticus yperbolice detraxit. Blittero quoque Flandrita in poemate[6], quod super Henrico cesare nuper edidit, ruinam mundi et miseros mortalium eventus elegiacis modis luculenter denotavit. Alii quoque plures litterati sophistae magnos questus protulerunt de flagitiis et erumnis huius saeculi; quos secutus in praesenti opusculo breviter memini, quo tempore cis Alpes cepit ineptia pigatiarum et superflua prolixitas capillorum atque vestium terrae sordes frustra

a) curabant *ed.* b) *ita Le Pr.*, firmate 2; scirmate *Duc.* c) Grossinus 2. d) quia 2.

1) Cf. similem locum ap. Gaufridum Vosiensem, Bouq. cont. XII, p. 450. 2) Qui turpi voluptati serviebant. 3) Pauca verba iam XX, p. 65. edita. 4) σύρμα, Germanice 'schleppe'. 5) i. e. Lexoviensium (Lisieux); a. 1077—1101. 6) De quo nihil compertum habemus.

scopantium. De sanctitate et miraculis sanctorum mallem scribere multo libentius quam de nugis infrunitorum frivolisque nepotationibus, si principes nostri et antistites sanctis perfecte insisterent carismatibus et prodigiis pollerent sanctitatem praeconantibus. Ast ego vim illis, ut sanctificentur, inferre nequeo; unde, his omissis, super rebus quae fiunt veracem dictatum facio. Nunc autem ad narrationis ordinem redeo.

Anno ab incarnatione Domini 1090, indictione 13. Cenomanni contra Normannos rebellaverunt, eiectisque custodibus eorum de munitionibus, novum principem sibi constituerunt. Nam qui vivente Guillelmo rege contra eum rebellare multotiens conati sunt, ipso mortuo statim de rebellione machinari ceperunt. Legationem igitur filiis Azsonis marchisi Liguriae[1] direxerunt, eisque velle suum intimantes, per legatum dixerunt: 'Cur tam segnes et ignavi estis, ut hereditatem vestram non repetatis, quam nos ultro servamus vobis? Mortui sunt omnes Cenomannensis principatus legitimi heredes, iamque nullus vobis vicinior est heres. Guillelmus etiam, violentus multorum invasor, iam decidit, qui per Margaritam, Herberti filiam, quam Roberto, filio suo, sociare voluit, suae diutius ditioni nos mancipavit. Ecce filii eius, quorum unus regno praeest Angliae, alter ducatui Normanniae, mutuis caedibus conturbantur, sibi invicem adversantur, rapinis et incendiis malignantur et pene usque ad internetionem sevientes labuntur. Nos autem Cenomannicam urbem et oppida eius in pace possidemus vobisque fideliter mandamus, ut huc confestim veniatis et hereditario iure nobis praesideatis'. Haec itaque Cenomanni Liguribus mandaverunt, non pro amore eorum, sed ut aliqua rationabili occasione iugum excuterent a se Normannorum, quod fere 30 annis fortiter detriverat turgidas cervices illorum. Ligures germani audita legatione gavisi sunt, initoque consilio cum necessariis amicis, quid agendum esset, perscrutati sunt. Tandem diffinierunt, ut Fulco, qui maior natu erat, patris honorem in Italia possideret, Hugo autem, frater eius, Cenomannensem principatum ex matris hereditate sibi reposceret. Denique Gaufredus Madeniensis et Helias aliique cives et oppidani venientem Hugonem susceperunt eique ad obtinendum ius ex materna hereditate competens aliquamdiu suffragati sunt. . . . . . .

Cenomanni, postquam novum comitem suum divitiis et sensu ac virtute inopem esse cognoverunt, imprudentes[a] facti sui poenitentes, eum sicut Sichimitae Abimelech despicabilem et
cf Iud. 9.
exosum habuerunt. Imprudens enim et ignavus ac deses erat tantaeque dignitatis habenas moderari nesciebat. Hic filiam Roberti Wiscardi coniugem habuit; sed generosae coniugis magnanimitatem vir ignavus ferre non valens, ipsam repudiavit. Pro qua re papa Urbanus eum palam excommunicavit. Omnesque Allobroges ipsum execrati sunt, et inventa occasione, ferocibus Cisalpinis extorrem destinaverunt. Inscius inter gnaros et timidus inter animosos milites consul constitutus, vilis habebatur multiplicique terrore frequenter exanguis angebatur et fugam, quod praecipuum sibi remedium putabat, meditabatur. Hoc animadvertentes Cenomanni, valde laetati sunt et maiorem ei metum sempectas incusserunt. Tandem Helias, consobrinus eius, ad eum accessit, et cum eo de imminentibus causis tractans, dixit. . . . . . . His dictis ignavus Allobrox annuit et pro comitatu Cenomannensi decem milia solidorum Cenomannensis monetae recepit. Helias vero, recedente
1091?
Ligure, comes Cenomannorum factus est et 20 annis adepto consulatu strenue potitus est. . . . . . .

Eo tempore[2] multa malitia in terris orta est [et[b] vehementer augmentata est. Militares viri mores paternos in vestitu et capillorum tonsura dereliquerunt, quos paulo post burgenses et rustici et pene totum vulgus imitati sunt]. Et quia divinae legis praevaricatio nimis exuberavit, caelestis irae animadversio multis variisque calamitatibus reos merito protrivit. . . . . . .

Iam fere 37 anni sunt, ex quo Robertus abbas, ut dictum est, Cistercium incoluit, et in tantillo tempore tanta virorum illuc copia confluxit, ut inde 65 abbatiae consurgerent, quae omnes cum abbatibus suis Cisterciensi archimandritae subiacent. Omnes femoralibus pelliciisque carent, ab adipe et carnium esu abstinent multisque bonis in mundo ut lucernae lucentes in caliginoso loco renitent. Omni tempore silentio student, fucatis[c] vestibus non

a) imprudentis? b) *haec in 2 (Vat.) deesse videntur.* c) frucatis 2

1) Cui Gersenda, filia comitis Heriberti, nupserat. 2) Haec a. 1089. refert. Cf. supra p. 22.

utuntur, manibus propriis laborant victumque sibi et vestitum vindicant. Omnibus diebus praeter dominicum ab Idibus Septembris usque ad pascha ieiunant. Aditus suos satis obserant et secreta sua summopere celant. Nullum alterius ecclesiae monachum in suis penetralibus admittunt nec in oratorium ad missam vel alia servitia secum ingredi permittunt. Multi nobiles athletae et profundi sophistae ad illos pro novitate singularitatis concurrerunt, et inusitatam districtionem ultro complexantes, in via recta laeti Christo ymnos laetitiae modulati sunt. In desertis atque silvestribus locis monasteria proprio labore condiderunt et sacra illis nomina sollerti provisione imposuerunt, ut est Domus Dei[1], Clara-vallis, Bonus-mons[2] et Elemosina[3] et alia plura huiusmodi, quibus auditores solo nominis nectare invitantur festinanter experiri, quanta sit ibi beatitudo, quae tam speciali denotetur vocabulo. Multi ex eorum fonte sitientes hauserunt, et inde plures rivuli per diversas Galliarum regiones derivati sunt. Novae institutionis aemulatores dispersi sunt in Aquitania, in Britannia, Gasconia et Hibernia. Mixti bonis hypocritae procedunt, candidis seu variis indumentis amicti, homines illudunt et populis ingens spectaculum efficiunt. Veris Dei cultoribus scemate, non virtute, assimilari plerique gestiunt suique multitudine intuentibus fastidium ingerunt et probatos coenobitas, quantum ad fallaces hominum obtutus attinet, despicabiliores faciunt. . . . . . .

Guillelmus *[filius secundus Hugonis de Grentemaisnil]* . . . . . in curia Guillelmi regis magnae aestimationis fuit, ipsumque rex adeo dilexit, ut ei neptem suam, Roberti scilicet Moritolii comitis filiam, offerret, quatenus sic iuvenem in magno honore consanguinitati suae coniunctum retineret. Denique superbus tiro consilium regis respuit, et levitate ductus, cum Roberto Gifardo aliisque pluribus Apuliam expetiit ibique Mabiliam, Roberti Guiscardi filiam, quae Curta-lupa cognominabatur, cum quindecim castellis coniugem accepit ibique post reditum de Antiochia obiit filiosque suos[a] Guillelmum et Robertum honoris sui heredes dimisit.* . . . . . .

EX LIBRO IX.

[1094] Henricus imperator Romanam aecclesiam impugnabat, multisque merito in III f. 11.
eundem insurgentibus, Dei nutu succumbebat. Urbanus papa Placentiae concilium tenuit et 1095.
de pace aliisque utilitatibus sanctae aecclesiae diligenter tractavit. . . . . . .

EX LIBRO X.

Venerabilis Anselmus Cantuariae archipraesul assiduas praevaricationes videns, fre- f 123
quenter contristabatur, imitansque Iohannem et Heliam, ea crebro calumniabatur, quae contra divinam fieri legem moerens intuebatur. Superbus autem rex, qui spiritualis aurigae freno salubriter regi dedignabatur, malignis et procacibus consiliariis in malignitate irretiebatur et contra salubria pii monitoris hortamenta irascebatur. Unde prudens archiepiscopus temporibus eius bis exulavit[4] et prius Urbanum papam ac postmodum Paschalem expetiit. Causas autem exilii eius, et qualiter periculosum iter peregerit, Edmarus, capellanus eius et itineris socius, diligenter enarravit in libro, quem de moribus eius et actibus nectareisque dogmatibus luculenter edidit. . . . In Apulia Urbanum papam Anselmus invenit, et ab ipso veneranter susceptus, ibi cum illo aliquandiu habitavit. Tunc Rogerius, Tancredi filius, Siciliae consul in Campaniam venerat, Capuam obsidebat, Ricardum, Iordani filium, nepotem scilicet suum, paterno iuri restituere satagebat et rebelles Langobardos, qui praedictum iuvenem excluserant, obsidione coartabat. Ibi papa sequester aderat et cum venerabili Anselmo legationes pacis inter dissidentes deferebat. Tandem comes pristinum honorem, compressis rebellibus, nepoti suo restituit eique papa domnum Anselmum et ipsi consulem commendavit. Cumque concilium apud Barum iussu papae congregatum esset, et copia perplexarum de fide aliisque mysteriis quaestionum a Graecis prolata fuisset,

*) *Fine libri VIII. addit 2:* Anno[5] ab incarnatione Domini 1134. scisma fuit in ecclesia. Duo enim papae Romae quidem fuerunt ordinati; sed uno ibi remanente, alter apud Gallias devenit, tam a Gallis quam ab omni occidentali ecclesia receptus, alter vero Romam tenens, ab orientali ecclesia receptus est.

a) duos *ed.*

1) Domus Dei supra Carum, postea Niger Lacus (Noirlac), dioec. Bituricensis. 2) Bonmont dioec. Genevensis. 3) L'Aumône, sive le Petit-Cîteaux dioec. Carnotensis. 4) Neque haec satis accurate Eadmero duce narrata sunt, cf. SS. XIII, p. 142. 5) 'Alterius videntur esse auctoris'. BOUQ. CONT. XII, p. 747 n.

iussu papae pater Anselmus generalem omnibus sermonem fecit et ad propositas inquisitiones subtili lucidaque Graecis et Latinis responsione satisfecit. Cumque praefatus papa Deo catholicaeque plebi apostolicam servitutem peregisset et in Gallicanis regionibus, unde prodierat, suis spiritualiter proficere decrevisset, ingentem synodum apud Clarummontem Alverniae urbem tenuit, populum Domini contra ethnicos praeliari admonendo praecepit et crucem Domini, quae diabolo et omni malignitati formidini est, in humeris suis ferre instituit. Tunc nimia motio gentium facta est, sicut in precedenti libello satis dictum est. Tunc Godefridus Lotharingiae dux Bullonem castrum cum omnibus appendiciis suis episcopo Leodicensi, domino suo, invadiavit et ab eo septem milia marcas argenti recepit. Sic alii plures, opulenti et pauperes, predia redditusque suos distraxerunt ac pecuniam ad ineundum iter in Ierusalem procuraverunt. . . . . . .

f. 157. [1099] Urbanus etiam papa, reddito christicolis Christi Sepulchro sancto tripudians, 5. Kal. Augusti obiit; cui Paschalis papa 16. die intronizatus a transitu prioris[1] successit. . . . . . .

f. 306. A Utic. [1111] Eodem anno Karolus imperator Paschalem papam cepit et aecclesiam Dei, sicut iam alias dictum est, vehementer turbavit. . . . . . .

EX LIBRO XII.

f. 314'. 1118. Balduinus, acer iuvenis, Flandrensis satrapa, totis viribus insurrexit in regem Henricum, ut cognatum suum in paternam hereditatem revocaret Guillelmum. Henricus Aucensis comes in primis consensu rebelles adiuvit; sed providus rex hoc comperiens, ipsum cum Hugone de Gornaco Rotomagi comprehendit ac ad reddendas munitiones suas vinclis coartavit. Tunc Balduinus cum multitudine Morinorum in Normanniam usque ad Archas venit et villas in Talogio[2], rege cum Normannis flammas spectante, combussit. Moderatus[a] igitur rex Buras[3] munivit ibique, quia plerosque Normannorum suspectos habuit, stipendiarios Britones et Anglos cum apparatu copioso constituit[b]. Illuc, nimia feritate frendens, Balduinus sepe veniebat et Britones ad exercitium militare lacessebat. Tandem a quodam Hugone Boterello vulneratus est, et inde Albamarlam, quia Stephanus comes et Haduisa comitissa ei summopere favebant, regressus est. Ibi, ut dictum, sequenti nocte teneras carnes manducavit, mulsum bibit ac cum muliere concubuit. Inde letifera aegritudo incontinentem saucium arripuit et a Septembri usque in Iunium miserabiliter 1119. languentem ad ultima coegit. Omnes itaque qui sperabant in illo experiri potuere continuo, quod non in homine sperandum sit, sed in Domino.

Mortuo Balduino, Karolus de Anchora[4], ex filia Rodberti Frisionis cognatus eius, successit, et de suis sollicitus, cum rege Anglorum aliisque affinibus suis pacem habuit. . . . . . .

f. 320'. Indictione 11, Nonas Octobris, concilium Rotomagi congregatum est. . . . . . .

Ibi tunc Conracius Romanus clericus, Gelasii papae legatus, eloquentissimo sermone, utpote Laciali fonte a puericia inebriatus, querimoniam fecit de Karolo imperatore, Paschalis papae bonorum operum et aedificiorum pravo destructore et katholicorum diro perse- *f. 321. cutore. Addidit etiam planctum de Burdino pseudo-papa, *apostolicae sedis invasore et de multimoda in Tusciae partibus aecclesiae tribulatione. Retulit etiam Gelasii papae, qui iam cis Alpes venerat insurgentibus procellis, exilium et a Normannica aecclesia subsidium petiit orationum magisque pecuniarum. . . . . . .

f. 412'. [1126] Eodem anno Guillelmus Pictavensis mortuus[c] est. Guillelmus etiam dux Apuliae, filius Rogerii Bursae, sine filiis obiit; cuius ducatum Honorius papa dominio apostolicae sedis mancipare satégit. Verum Rogerius iuvenis Siciliae comes econtra surrexit et multa in exercitum papae certámina commisit consobrinique sui principatum violentia militari vendicavit, et homagio papae facto, usque in hodiernum diem possedit. Hic nimirum Rogerii senis, filii Tancredi de Alta-villa, filius fuit ac strenuae Adelaidis, quae Bone- *f. 413 facii marchisi potentis Italiae [filia[d]] fuit, et post prioris mariti, fratris scilicet *Guiscardi, obitum priori Balduino regi Ierusalem nupsit. . . . . . .

EX LIBRO XIII.

f. 445. [1133] Circa haec tempora turbatio ingens facta est in Apulia, ad cuius originem elucidandam repetitio priscae propaginis et eventus hominum est necessaria. Postquam Rogerius senex

a) Mig. *e corr. c.* b) c. I. *e corr. c.* c) m. e. *e corr. c.* d) *deest c.*

1) Aug. 13. 2) Le Talleu. 3) Bures en Brai. 4) Castrum post Ancre sive Encre, hodie Albert vocatum. LP.

Siciliae comes, Tancredi de Alta-villa *filius, obiit, uxor eius Adeles cum parvulo filio f. 445'. 1101 regere se non posse magnas possessiones perspexit, et anxia, quid agendum foret, tam secum quam cum familiaribus suis sollerter indagavit. Ingentes enim provincias praefatus consul et 11 fratres eius bellica virtute optinuerant et barbaros sub potenti manu excelsi Dei fortiter in Apulia et Sicilia subegerant. Tandem praefata mulier Rodbertum, Rodberti ducis Burgundiae filium, in amiciciam copulavit eique filiam[1] suam coniugem cum toto Sicaniae principatu tradidit. Rodbertus quippe, huius pater, Rodberti Francorum regis et Constantiae reginae filius fuit, cuius nobilitas de sanguine regum et augustorum processit et in multis regionibus claris operibus et mirandis virtutibus admodum effulsit. . . . . . .

Rodbertus autem Burgundio, ut praedictum est, filiam Rogerii Normanni coniugem f. 447. habuit et principatum contra cunctos per 10 annos strenue defensavit. Interea socrus eius Rogerium puerum educavit, atque, ubi eundem ad arma gerenda et ius patris regendum tironem idoneum agnovit, egregium Francigenam probumque militem, generum suum, venenosa potione, proh dolor! infécit. Extincto itaque feminea fraude nobili marchiso, Rogerius successit et pluribus annis in magna prosperitate viguit; multis tamen facinoribus pollutus, magnis expiari, ut reor, tormentis meruit.

Callida mater eius, quae filia Bonefacii Liguris fuerat, a morte mariti sui, pecuniis undecumque collectis, ingentem thesaurum sibi congesserat. Quod audiens Balduinus, prior Ierosolimae rex, opes *concupivit ipsamque, ut coniugali ritu sibi copularetur, per illu- *f. 447' stres procos requisivit. Illa vero, fastus et honoris insatiabiliter avida, nobilibus paranimphis adquievit, et multitudine stipata clientum, cum ingenti aerario Ierusalem properavit. Rex autem Balduinus opimas quidem opes gratanter recepit et stipendiariis, qui pro nomine Christi contra paganos laboriose dimicabant, dispersit, mulierem vero vetustate rugosam et pluribus criminum nevis infamem repudiavit. Anus itaque, culpis promerentibus, confusa Sicanios repetiit et inter eos cunctis deinde contemptibilis consenuit.

Rogerius Siciliae princeps admodum confortatus est et super omnes antecessores parentelae ipsius divitiis et honoribus locupletatus est. Post obitum Guillelmi ducis, ut supra dictum est, ducatum Apuliae nolentibus colonis adeptus est. Deinde omnes qui ei resistere nisi sunt impugnavit et magnis viribus crudeliter oppressit, nec ulli pepercit, sed cognatos et extraneos pariter prostravit et spoliatos opibus cum dedécore conculcavit.

Tancredus de Conversana Matellae[2] a Rogerio Siculo fortiter obsessus est, et inde fugiens in oppidum quod Mons-petrosus dictum est[3], a protervo persecutore ibi captus est. Goisfredus etiam de Andra[4] cum uxore ab eodem in rupe captus est, in castello quod secus Potentiam[5] urbem situm est. Rogerius autem oppidum subiugavit ibique thesaurum, in quo erant 15 minae auri vel argenti, cepit. Grimaldum quoque de Baro Langobardum, liberalem et strenuum virum, comprehendit, et ablatis rebus ac munitionibus, vehementer humiliavit. Ricardum etiam principem Capuae, consobrinum suum, exhaeredavit et iniusta vi exulare coegit. Sic vehementi violentia proximos et longinquos pessundedit, et multum cruoris effundens multasque lacrimas crudeliter eliciens, admodum crevit, ac primus de Tancredina progenie *regalem thronum conscendit et sceptrum ac diadema aliaque regis *f. 448. insignia gessit. Filiam Petri Leonis[6], sororem Anacleti pontificis, uxorem duxit, et ab eodem coronatus, regium stemma nunc gerit.

Anno ab incarnatione Domini 1134, indictione 12. multa gravia in mundo contigerunt, quibus quidam exigentibus culpis plexi sunt, alii vero terribilia et insolita videntes, terrore pallentes contremuerunt. . . . . . .

. . . In Flandria mare noctu redundavit, et per 7 miliaria repente diffusum, basilicas f. 451. et turres atque tuguria pariter operuit et innumera hominum milia utriusque sexus et ordinis et conditionis pari periculo absorbuit. Ibi plane nec velocitas cursori profuit, nec fortitudo pugilem protexit, nec copia divitiarum opulentos salvavit, sed omnes aeque, pulchros et deformes, viros et feminas, diluvium involvit et opturatis aqua oribus absque mora morti tradidit. Sic nimirum mare miserorum punitionem in puncto peregit et confestim ad locum suum iussu Dei remeavit.

Quaedam paupercula nuper infantem enixa, ut strepitum rugientis aquae audivit, territa, sed mente sana, de lecto mox prosilivit, infantem et gallinam cum pullis suis arripuit et monticulum foeni, quod extra tugurium erat, velociter ascendit. Impetus autem irruen-

1) Immo neptem. 2) Matera in La Basilicata. 3) Monte Scaglioso. 4) Andria. 5) Potenza.
6) Alberiam, ut videtur, quam primam regis uxorem dicit Romualdus, SS. XIX, p. 499.

tis et omnia involventis aquae foenum sullevavit et de loco illo mullonem hac et illac fluctuantem longe transtulit. Miseratione vero misericordis Dei mulier salvata est et in tanta vicinitate mortis cum parvulis rebus, quas secum habebat, morti caelitus erepta est.

Puer duodennis retulit michi, tunc super culmen dómatis se protinus ascendisse ibique perniciéi discrimen evasisse, patrem vero suum et matrem in inferioribus interisse. . . . . .

f. 453 Anno ab incarnatione Domini 1135, indictione 13. Innocentius papa maximam sinodum apud Picenum[1] tenuit et de utilitatibus aecclesiasticis multum tractavit, sed, infortuniis praepedientibus, omnia pro voto complere nequivit. Hugo Rotomagensis archiepiscopus ipsum summopere adiuvit, et ab eodem honoratus, primatum super multos pontifices suscepit. . . . . . .[2]

APPENDIX.

INCIPIT[a] DE DUODECIM SOCIIS TOTO ANNO GIRANTIBUS.

Prodest saltivago res haec nova miraque mundo.

Romanus orbis novit et hodierna iuventus recolit, homines nova inquietudine corporum divinitus percussos et ubivis gentium pervagatos, ex quibus quattuor nobis conspecti, et adhuc superesse possunt aliqui.

Primo tantae novitatis relationem dilectae Christo virgini Edithae[3] dedicamus, apud quam tantae cladis collegá memorabiliter sanatus est unus nomine Teodricus. Hic quoque, multis terris sacrisque oratoriis pererrátis ac mari permenso, novum spectaculum in Anglicam Britanniam ipsique regnatori Eadwardo in admirationem venerat debitam tandemque piam requietionis sanctae Edithae contigerat basilicam. Cépere plerique rudes hominem quasi vecordem horrére, et ipsae sacrae virgines tantam miseri poenam flere. Verum ille prudentia notabilior exponit causam suam et testem de pera profert cartam, quam in persóna illius chori dictaverat Bruno Tullanus episcopus in medio civitatis, qui postea papa Leo dictus sanctissimum lumen emicuit nostri temporis. Cuius descriptionis vel narrationis hic sensus est memorabilis.

In nocte natalis Domini lucifera, qua lux seculorum est orta, nos duodecim socii in vanitate et insania vénimus ad locum qui dicitur Colebecca[4] ad basilicam dedicatam sancto Magno martiri sanctaeque Buccestrae, eius sorori. Dux nobis erat nomine Gerlevus, caeteri quoque 12 maioris fidei gratia inserendi[b]; sic fuimus dicti: Teodricus[c], Meinoldus, Odbertus, Bovo, Girardus, Wetzelinus[d], Azelinus[e], Folpoldus[f], Hildebrandus[g], Alwardus[h], Benna, Odrícus. Quid moramur infelicitatem nostram exponere? Tota causa haec erat damnosi conventus nostri, ut uni sodalium nostrorum in superbia et in abusione puellam raperemus, parrochiani presbiteri filiam nomine Rodberti. Puella vero dicebatur Ava. Non virginalis nativitas Domini, non christianitatis memoria, non totius fidelis populi ad aecclesiam concurrentis reverentia, non divinae laudis audita preconia impudentiam nostram a tanta temperavit audacia. Mittimus geminas puellas Mersuinden et Wibecynam[i], quae similes similem de aecclesia allactarent ad iniquitatis nostrae choréam, quam venabamur praedam. Quid hoc aucupio facilius? Adducitur Ava ut avicula irretita, collegitque advenientes Bovo, tam aetate prior quam stulticia. Conserimus manus et chorollam confusionis in atrio ordinamus. Ductor furoris nostri alludens, fatale carmen orditur Gerlevus:

Equitabat Bovo per silvam frondosam,
Ducebat sibi Mersuinden formosam.
Quid stamus, cur non imus?

Istud ioculare inceptum iusto Dei iudicio miserabile nobis est factum. Istud enim carmen noctes et dies incessabiliter girando, per continuum redintegravimus annum. Quid multa? Finitis nocturnalibus sacris, prima missa tantae noctis reverentiae debita incipitur, nos maiori strepitu quasi Dei ministros ac Dei laudes nostro perdendo choro superaturi[k] debachamur. His auditis, presbiter de altari ad aecclesie ianuam congreditur nosque emissa voce, ut Divinitati daremus honorem et more christianorum intraremus ad divinum officium, contestatur[l]. Sed cum nemo adquiescere vel audire vellet obdurato corde, sacerdos divino zelo Dei ultionem per sanctum Magnum martyrem imprecatus est nobis, et: 'Ab isto', inquit, 'officio ex Dei nutu amodo non cessetis'. Dixerat, atque ita nos prolata sententia alligavit, ut nullus nostrum ab incepto cessare, nullus ab alio dissolvi potuerit. At presbiter mittit filium nomine Azonem, ut raptam de medio nostro in aecclesiam adducat Avam suam sororem, sed non ita resolubilem iniecerat nobis manicam, nimisque tarde ei filiae salus venit in memoriam. It[m] ille patrio precepto arreptamque manu sororem trahebat. Inauditum seculis miraculum! Totum brachium secutum est, suaque compage

a) *ita* 2, *ubi Prologus deest.* b) hic interserendi 2. c) Theoder. 2. d) Wetselo 2. e) Atcel. 2. f) Folcwaldus 2. g) Heldebr. 2. h) Aelw. 2. i) Wibeccinam 2. k) *deest* 2. l) test. *corr.* cont. 1. m) At i. p. p. paret 2.

1) Pisas. 2) Anno 1141. de pugna a Stephano Angliae rege contra Walenses commissa refertur: *In prima fronte regalis exercitus Flandritae et Britones erant, quibus Guillelmus de Ipro et Alanus de Dinon preerant . . . . Sane Guillelmus de Ipro cum Flandrensibus et Alanus cum Britonibus primi terga dederunt.* 3) Filiae regis Eadgari, quae monasterio Wiltoniensi praeposita erat. 4) Alibi Colovize; cf. quae attulimus SS. IV, p. 740. n. 8. et Wilhelm. Malmesbur. SS. X, p. 465.

avulsum[a] in manum trahentis ultro recessit, atque illa cum reliquo corpore sociali choro inseparabilis adhesit. Maximoque hoc maius additur prodigium, quia, exhausto brachio, nulla unquam gutta sanguinis effluxit. Refert filius patri munus lamentabile, refert partem natae quasi ramum de arbore, caetero corpore remanente, cum tali animadversione: 'En pater[b], suscipe; haec est soror mea, haec filia tua, quam me iussisti adducere'. Tum ille luctuosus et sero poenitens sententiae suae, solum brachium sepelit superstitis natae. Miracula miraculis repensantur! Sepultum membrum invenit[c] sequenti die summotenus proiectum. Iterum sepelit, iterum postera die inhumatum repperit. Tercio sepelit, tercio nichilominus die altius eiectum offendit. Quod ultra temptare timens, in aecclesia brachium recondidit. Nos nullo momento intermittimus chorizando circuire, terram pede pulsare et lacrimabiles plausus ac saltus dare eandemque cantilenam perpetrare. Semper vero insultabat nostrae pene cantilenae regressus:

Quid stamus, cur non imus?

qui nec restare nec circulum nostrum mutare potuimus. Sicut autem nullus alius rerum nobis dabatur modus, ita quicquid est humanae necessitatis nec fecimus nec passi sumus. Revera enim in toto anno illo districtae expeditionis nostrae nec comedimus nec bibimus nec dormivimus, sed neque famem neque sitim neque somnolentiam nec quicquam carnalis conditionis sensimus. Nox, dies, estas torrida, hiems gelida, tempestates, inundaciones, nives, grandines universaque aeris intemperies omnino nos non tetigere, nec lassati sumus circulationis diuturnitate. Non capilli, non ungulae nostrae crescebant, non sunt attrita vestimenta nostra. Ita clemens erat poena, ita suaviter nos torquebat superna clementia. Quas terras hec fama non adiit? Quae gens, quae natio ad hoc spectaculum non cucurrit? Ipse christianissimus imperator Heinricus, ut audivit, a facie altissimi Imperatoris, ut cera a facie ignis, defluxit, suffususque ubertim lacrimis, iudicia Domini vera magnificavit. Tum humana benignitate iussit super nos tecta a caeli turbine defensoria fabricari; sed frustra laboraverunt artifices lignarii, quia quicquid in die aedificabatur[d] in nocte penitus[e] avertebatur. Hoc semel, hoc bis, hoc etiam tercio coeptum et cassatum est. Sic nobis cum toto anni circulo sub nudo aere rotatis rediit mundo fausta et remediabilis nox dominici natalis. Illa nos alligávit, illa reversa absolvit. In eádem quippe hora temporis revoluti, qua vel coepimus iocari vel constricti sumus ore sacerdotali, repentina violentia quasi in ictu oculi singulis manibus ab invicem sumus excussi, ut nullus ab alio posset retineri. Eodemque impetu aecclesiam ingressi subitoque in pavimentum proiecti, post longas vigilias triduo integro obdormivimus immoti. Tercio demum die, ubi per Resurgentem a mortuis surreximus et erecti sumus, tu comes longae inquietudinis, tu causa et exemplum tantae animadversionis, quae dextram amiseras, datum sociis praevaricationis, iam tuos labores finieras et somno perpetuae pacis, ut credimus, dedita quiescebas, Ava puella, paterna virga nobiscum[f] percussa, nobis surgentibus, iacebas mortua, stupor et tremor omnibus haec videntibus facta! Beata, cuius periit unum membrum, ne perires tota, quae divinis flagellis a corruptione servata et moriendo a morte es liberata! Ipse quoque presbiter Rodbertus proxima morte filiam est secutus. Brachium vero puellae insepelibile imperator Heinricus auro argentoque fabricatum ad exemplum Dei magnalium in aecclesia iussit dependere. Nos, licet ab invicem essemus dissoluti, tamen eosdem saltus et rotatus, quos simul feceramus, fecimus singuli, atque ita singuli iactu membrorum videbamur tumultuari. Stipat nos frequens populus et intuetur nos, quasi tunc primum coepissemus. Notant vestes nostras, crines ac[f] ungulas et caetera spectabilia inveniuntque eodem modo omnia, quo fuerant ante fera discrimina, munda, nitida et[f] integra. Ita ergo ab invicem, quasi conversa in aliam vindicta poenam, sumus seiuncti, ut, qui prius non poteramus separari, iam non possimus amplius aggregari; ita vagamur per omnes terras dispersi, ut, quibus antea nusquam licuit prodire, tam nusquam liceat stabiles durare. Quocumque fugimus, iste nos rotatus membrorum fugat et comitatur, iamque nobis plures anni tam districtae evagationis censentur. Propicius Deus illi propicietur, quicumque piis precibus nostram vicem misereatur!

Haec Theodricus ille et ore referens et litteris testibus ostendens ipsoque adhuc motu affirmans, saltu et plausu[g] suo iniocundo propiciatricem Editham[h] interpellabat. Illuxerat mundo celebris dies dominicae annunciationis, et omnibus egressis remansit solus apud sanctam virginem advena spectabilis: cum ecce prostratus coram[i] obdormivit et — o Dei omnipotentia et apud Deum dilectae suae gratia! — evigilans homo totus sanus surrexit; videt, se de instabili stare posse immobilem, videt se totum factum sui compotem. Signansque se, miratur tam repentinam mutationem, miratur deletam sacerdotalis alligationis sententiam indelibilem[k]. Concurrunt passim ad maius spectaculum, magisque iam obstupescunt, hominem potuisse ab inquietudine cessare, quem obstupúerant non potuisse quiescere. Supervenientibus quibusque, qua laeticia poterat exclamare: 'Videte', inquit, 'haec benedicta domina, quam vix invocare, vix nominare recte sciebam, quid mihi desperatissimo fecit, quo modo me mihi restituit et obprobrium meum omnium oculis conspicuum ab[l] omnibus detersit. Tot sanctos requisivi, sed lucet[m], quia omnipotens Deus salutem meam annuit huic sanctae virgini'! Quale tunc erat videre eundem hominem alium atque alium factum, prius instabilem, deinde constabilem, hodie importune saltantem, modo oportune[f] astantem! Competenter itaque[n] solutus est per virginem in die gaudii virginalis, in die dominicae conceptionis, qui ligatus fuerat in die dominicae nativitatis.

[Hec[o] in presentia Brichtive ipsius loci abbatisse declarata et patriis litteris sint mandata. Explicit].

a) avulsi 2. b) ait *add.* 2. c) invenitur 2. d) fabricabatur 2. e) *deest* 2, *ubi* subv. f) *deest* 2. g) planxu 2. h) Eadgitham 2. i) altari *post add.* 2. k) insolubilem 2. l) a. o. *des.* 2. m) liquet 2. n) eciam 2. o) *haec add.* 2.

EX CLARII CHRONICO S. PETRI VIVI SENONENSI.

Clarius anno, ut videtur, 1124. *chronicon condidit inde a Christo nato, quo res Francicas et Gallicas, praesertim vero quae ad monasterium suum vel ad civitatem et episcopatum Senonensem spectant memoriae tradidit. Ex quo pauca tantum inde a saec. XI. exhibenda erant. Nam antea integram fere Historiam Francorum Senonensem exscripsit, quam Scriptorum tomo IX, p.* 364. *edidi (etiam ab Orderico Vitali libri VII. initio receptam); ubi vero res suae aetati propinquas narrat, rarius tantum Germaniam, Italiam vel Burgundiam respicit. Chronico continuationem adiecerunt complures eiusdem monasterii sodales, qui usque ad saec. XIII. notas quasdam codici eius, ut videtur autographo, intulerunt, usque ad a.* 1170. *chronico usi quod Godello tribuitur (de quo v. infra). Exstat liber ille in bibliotheca civitatis Autisiodorensis nr.* 179. *in* 4*; chronico subiecta est continuatio —* 1174*; fol.* 98. 99. *catalogus pontificum Romanorum — Urbanum II, f.* 99'. *litterae quaedam; f.* 100. *altera continuatio; f.* 106. *epistolae et diplomata varia; f.* 107. *alter catalogus paparum; f.* 107' *sqq. chartae et alia ad monasterium S. Petri spectantia. Ex huius codicis apographo Dachery librum, nonnullis omissis, edidit (Spicileg. II, p.* 702*; ed. alt. II, p.* 463*; breviora excerpta Bouquet XI, p.* 196. *XII, p.* 279*); integrum vero codicem diligenter imprimi fecit Duru ('Bibliothéque historique de l'Yonne' II, p.* 451 *sqq.). Fragmentum ex cod. Vaticano reginae Christinae exhibuerunt Bouqueti cont. (XVIII, p.* 723*).*

Alter codex in bibliotheca publica Parisiensi nr. 5002. *signatus, membr. saec. XII, Odoranni nomine falso inscriptus (cf. Bouq. cont. XII, p.* 285 *n.), idem fere chronicon —* 1108, *postea paucas notas usque ad a.* 1137. *continet. Illud num ex Clarii opere excerptum an ab illo exscriptum sit, non satis perspicio. Quare locos ad rem nostram facientes a V. Cl. Schoene exscriptos iis apposui, quos ex codice Autisiodorensi exhibendos duxi; necnon ex brevi historia illi subiecta (Bouq. l. l.) fragmentum addidi.*

G. W.

Cod. Autis.	*Cod. Paris.*
Anno 1009. Hoc anno sepulchrum Christi destructum est sub Henrico imperatore et Francorum rege Roberto.	
Anno 1015. . . . . In illis diebus Rotgerius, filius Rodulfi comitis, de Normannia perrexit cum exercitu in Hispaniam, vastans ipsam terram capiens-	Anno Domini 1015. . . . . In illis diebus Rogerius, filius Rodulfi comitis, de Normannia perrexit cum exercitu in Ispaniam, vastans ipsam terram capiens-

Cod. Autis

que ibi civitates et castella et accipiens uxorem sororem Raymundi[a] Berengerii Stephaniam; quam post eum duxit uxorem rex Hispaniae Garsias. Coepit autem civitates Tarraconam et Gerundam et habitavit ibi cum uxore et exercitu suo per 15 annos. Post haec homines pagi illius insidiantes ei, voluerunt eum occidere in ecclesia sancti Felicis tempore Richardi Normannorum ducis. Videns autem Rotgerius, quod sibi insidias tendebant, relictis 20 viris et uxore et omnibus quae possidebat — totum enim suum exercitum iam pene interfecerant —, rediit ad patrem suum in Normanniam, cum duce Richardo faciens concordiam. Dolebat enim Richardus de exercitu, quem in Hispaniam duxerat, quoniam omnes ibi pene interfecti fuerant. Post haec iste Rotgerius contra quemdam vicinum faciens bellum, interfectus est, et multi alii cum eo. Rodulfus[1] autem, pater eius, volens ire Hierosolimam, iter habuit per limina apostolorum et per Apuliam. Erat vero ibi princeps qui totam Apuliam tenebat; quem Greci de principatu suo eicere volebant, pro eo quod illis subditus non erat. Oravit autem ipse princeps Apuliae Rodulfum, ut, relicta peregrinatione, cum suis habitaret secum. Consensit autem ei, proiectisque Grecis, usque in hodiernum diem manserunt ibi Normanni. . . . . . .

Eodem tempore Hludovicus comes Alemannorum orationis causa profectus est ad Sancti Michaelis Periculum, rediensque usque Senonas, infirmitate carnis praeventus, in monasterio Sancti Petri monachus effectus, migravit in astra locandus, relinquens ibi possessiones in villa quae dicitur Ariscurt et palleum unum quod usque hodie vocatur palleum Hludovici. . . . . . .

Anno 1023. post Benedictum papam fuit electus Iohannes XIV. papa, largitione pecuniae ex laicali ordine neophitus ordinatur. . . . . . .

Anno Domini 1035. Iohannes papa obiit, et Benedictus successit, Benedicti et Iohannis nepos. . . . . . .

Anno 1039. obiit Clemens papa, et eo anno die Kal. Iulii, 6. feria, luna 28, facta est eclypsis solis, et visa est stella quae lucifer dicitur vespere sursum et deorsum agitari quasi comminens terrigenas. Et Gregorius VI, natione Romanus, in sede Romana locatus est. . . . . . .

Cod. Paris

que ibi civitates et castella, duxit uxorem sororem Raimundi Berengeri Stephaniam; quam post eum ducens accepit uxorem rex Hispaniae Garsias. Cepit autem civitates Terraconam et Gerundam et habitavit ibi cum uxore et exercitu suo per 15 annos. Post homines pagi illius invidentes ei, voluerunt eum occidere in ecclesia sancti Felicis tempore Richardi Normannorum ducis. Videns autem Rogerius, quod sibi parassent insidias, relictis 20 viris et uxore et omnibus quae habebat, fugiit — totum enim suum exercitum pene interfecerant. — Veniensque ad patrem suum in Normanniam, cum duce Richardo concordatus est. Dolebat enim Richardus de exercitu, quem in Hispaniam duxerat, quoniam fere omnes interfecti erant. Post haec iste Rotgerius contra quemdam vicinum suum faciens bellum, interfectus est, et multi alii cum eo. Rodulfus[1] autem, pater eius, volens ire Iherosolimam, iter habuit per limina apostolorum et per Apuliam. Erat vero ibi quidam princeps qui totam Apuliam tenebat; quem Greci de principatu suo eicere volebant, pro eo quod eis subditus non erat. Oravit autem iste Rodulfum, ut, relicta peregrinatione, cum suis habitaret secum. Consensit autem eis, proiectisque Grecis, usque in hodiernum diem ibi manserunt Normanni. . . . . . .

Eodem tempore Ludovicus comes Alemannorum orationis causa profectus est ad sancti Michaelis limina, rediens usque Senonas, infirmitate carnis praeventus, in basilica sancti Petri monacus effectus, migravit in astra locandus, relinquens ibi possessiones in villa quae dicitur Ariscurt et palleum unum quod usque hodie dicitur palleum Ludovici. . . . . . .

Anno 1023. post Benedictum papam frater eius Iohannes XIV. largitione pecuniae ex laicali ordine neophitus ordinatus est. . . . . .

Anno Domini 1035. obiit Iohannes papa, et Benedictus successit, Benedicto[b] Iohannis nepos. . . . . . .

Anno 1039. obiit Clemens papa, et eo anno die Kal. Iulii, 6. feria, luna 28, facta est eclipsis solis, et visa est stella quae lucifer dicitur vespere sursum et deorsum agitari quasi comminens terrigenas. Gregorius VI, natione Romanus, papa locatus est. . . . . . .

a) Ragmundi *ed.* b) *ita perperam c.*

1) Cf. similem narrationem Rodulfi Glabri III, 1, SS. VII, p. 62, et quae de aliis relationibus disseruit Bresslau, 'Iahrb. Heinrich II.' Vol. III, p. 324.

Cod. Autis.

1037. Tunc temporis[1] Odo comes exercitum congregavit et contra ducem Goscelonem perrexit et castrum quod Barrus vocatur obsedit, tandem postea illud cepit et in crastinum cum ipso duce et Alemannis pugnavit. Victus fugam iniit, fugiens cum multis proceribus et innumerabili multitudine militum interfectus obiit. Postea sanctus Odilo abbas
1049 Cluniacensis obiit, virgo centenarius, in die circumcisionis Domini; cui donnus Hugo successit, vir totius honestatis. . . . . . .

In hoc tempore papa Leo venit Lingonas civitatem, ubi ordinavit Frotmundum Trecorum pontificem, ibique obiit Petrus, diaconus eius, sepultusque est in capitulo Sancti Mammetis. . . . . . .

Tunc temporis obiit sanctus papa Leo; cui successit papa venerabilis Victor. Cuius
1056. diebus obiit Hainricus imperator, relinquens imperium filio suo Henrico. . . . . . .

Anno 1048. Post Clementem papam[a] successit Damasus papa; quo mortuo hoc anno, ad eliminandam symoniam, quae[b] per multa retro tempora aecclesiae candorem fedaverat, Leo IX. in papatu successit. Quo in sancto fine obeunte, successit Victor. . . .

Anno 1056. Hoc anno obiit Leo papa IX, et successit ei Victor. . . . . . .

Anno 1059. obiit Victor papa, et successit ei Stephanus, qui et Fridericus, frater Godefridi ducis. Quo obeunte, successit Nicholaus. . . . . . .

Anno 1060. obiit rex Hainricus. . . . . Balduinus vero comes Flandrensis regem parvulum Philippum aluit et Franciam gubernavit. . . . . . .

Anno 1061. obeunte Nicholao II. papa, successit Alexander II. et 2. anno obiit; cui III.[2] Alexander succedit. . . . . . .

Anno 1066. . . Post haec defunctus est Balduinus comes Flandrensis. Cui successit in ducatu filius eius Balduinus. . . . . . .

Anno 1074.[2] obiit Alexander papa; cui successit Gregorius VII. Hoc anno fundatum est Molismense coenobium. . . . . . .

Anno 1076. Hoc anno convocatum est concilium ex diversis partibus orbis, presidente donno Gregorio papa VII, et omnibus in aecclesia Salvatoris Romae congregatis, habitus est sermo de corpore et sanguine Domini. . . . . . .

Anno 1081. Hoc anno fuit concilium apud Exoldum castrum[3] 10. Kal. Aprilis. . . . . . .

Cod. Paris.

Tunc temporis congregavit Odo comes exercitum et contra Goscelinum ducem perrexit ad castrum quod Barrus dicitur, et obsidens cepit illud et in crastinum cum ipso duce [et[c]] Alemannis pugnavit. Qui victus fugam iniit, fugiens cum multis proceribus interfectus obiit. Postea sanctus Odilo abbas Cluhniensis obiit, virgo centenarius; cui successit domnus Hugo, vir totius honestatis. . . . . . .

In illo tempore Leo papa venit Lingones civitatem, ubi ordinavit Frodmundum Trecensem episcopum, ibique obiit Petrus, diaconus eius, sepultusque est in capitulo Sancti Manmetis. . . . . . .

Tunc temporis obiit sanctus Leo papa; cui successit Victor. Cuius diebus obiit Henricus imperator, relinquens imperium filio suo Henrico. . . . . . .

Anno 1048. Post Clementem papam successit Damasus; quo mortuo, ad eleminandam simoniam, quae per multa retro tempora ecclesiae candorem fedaverat, Leo IX. successit. Post eum Victor. . . . . . .

Anno 1056. obiit Leo papa IX; cui successit Victor. . . . . . .

Anno 1059. obiit Victor papa; Stephanus successit. Quo obeunte, successit Nicolaus. . . . . . .

Anno 1060. obiit rex Henricus. . . . . . Balduinus vero comes Flandrensis[d] regem regis filium alivit et Franciam gubernavit. . . . . . .

Anno 1061. obiit Nicolaus papa II. Successit Alexander II. et 2° anno obiit. Cui successit Alexander III. . . . . . .

Anno 1066. . . Post ea defunctus est Balduinus Flandrensis comes. Cui successit Balduinus, filius eius. . . . . . .

Anno 1074. obiit Alexander papa; cui successit Gregorius VII. Hoc anno fundatum est Molimense coenobium. . . . . . .

Anno 1076. Hoc anno convocatum est concilium, presidente domno Gregorio papa VII, et in ecclesia Salvatoris Romae congregatis, habitus est sermo de corpore et sanguine Christi. . . . . . .

Anno 1081. factum est concilium apud Exoldum castrum[3] 15. Kal. Aprilis. . . . . . .

a) cui *add. ed.* b) quam *ed.* c) *deest c.* d) Fladensis *c.*

1) Sub anno 1046. 2) Nota singularem auctoris errorem. 3) Issoudun.

Cod. Autis.	*Cod. Paris.*
Anno 1085. . . . Hoc anno obiit Gregorius papa VII. Cui successit Desiderius abbas Cassinensis, qui Victorem se nominavit.	Anno 1084. . . . Obiit Gregorius VII. papa. Cui successit Desiderius. . . . . .
Anno 1087. Hoc anno Odo Hostiensis episcopus papa factus et Urbanus dictus est. Delatum est corpus sancti Nicolai Myrreorum episcopi apud Barrum.	Anno 1087. Delatum est corpus sancti Nicolai apud Barum. . . . . . .
Anno Domini 1095. Hoc anno Urbanus papa 14. Kal. Decembris apud urbem Arvernis concilium fecit praesentibus 300 episcopis et abbatibus. Iterum in eodem anno[1] fecit aliud concilium apud urbem Turonis 17. Kalendas Aprilis.	Anno 1095. Kal. Decembris 14. congregavit congilium Claremontem Urbanus papa praesentibus 300 episcopis et abbatibus. Eodem anno fecit aliud Turonem[a]. . . . . . .
Anno 1097. . . . Hoc anno obiit Urbanus papa, et Paschalis successit. Quo etiam anno capta est Iherusalem ab occidentalibus militibus mense Iulio; et de christiana gente tunc primum ipsa Civitas Sancta regem meruit habere christianum.	Anno 1097. . . . Eodem anno obiit Urbanus papa. Capta est autem eo anno Iherusalem et tunc primum habuit regem christianum. . . . . . .
Anno 1100. In hoc anno fuit concilium apud urbem Pictavis 14. Kalendas Decembris.	Anno 1100. factum est concilium Pictavis[b]. . . . . . .

Anno 1105. Hoc anno[2] tenuit concilium apud Trecas Richardus Albaniae episcopus 5. Kal. Aprilis. . . . . . .

Anno 1106. Hoc anno fuit concilium apud urbem Pictavis[3]. . . . . . .

Anno 1107. Hoc anno tenuit concilium apud urbem Trecas papa venerabilis Paschalis secundus. In quo intentio eius maxima fuit de Hierosolymitano itinere et de tregwa Dei. . . . . . .

Anno 1109. . . . Hoc anno in Lateranensi aecclesia praesidente donno Paschali secundo, indictione tertia, Nonas Martii, factum est concilium. . . . . .

Anno 1110. . . . In ipso anno celebravit ipse donnus Richardus[4] concilium Kal. Octobris apud monasterium Sancti Benedicti Floriacum. . . . . . .

Anno 1115. factum est concilium Remis 5. Kal. Aprilis. Item[5] aliud fuerat caelebratum apud Belvacum a Conone Praenestinensi episcopo et Romanae ecclesiae legato. Rursus in eodem anno aliud apud Catalaunum 5. Idus Iulii. . . . . . .

Anno 1117. obiit Pascalis papa.	Anno 1117. obiit Paschalis papa. Successit Gelasius. . . . . . .

Anno 1118. obiit Gelasius papa. . . . . . .

Anno 1119. Hoc anno donnus Cono Praenestinus episcopus et legatus Romana aecclesiae Senonas venit. . . . . . .

Hoc anno celebratum concilium fuit Remis in Gallia a donno papa Calisto secundo 12. Kalendarum Novembris.

Que[6] sanctorum patrum sanctionibus de simoniaca pravitate stabilita sunt, nos quoque iudicio sancti Spiritus et auctoritate apostolicae sedis unanimiter confirmamus. Si quis ergo vendiderit aut emerit, vel per se vel per quamlibet summissam personam, episcopatum, abbatiam, decanatum, archidiaconatum, presbiteratum, archipresbiteratum, praepósituram, praebendam, altaria vel quaelibet ecclesiastica beneficia, promotiones, ordinationes, consecrationes, ecclesiarum dedicationes, clericalem tonsuram, sedes in choro, aut quaelibet

a) *manus saec. XVI. addidit:* 17. Kal. April. b) *add. manus saec. XVI:* 13. Kal. Decemb.

1) Nota auctorem annum a paschate ordiri. B. 2) Ad annum praecedentem retrahendum hoc concilium. B. 3) Cf. Petri chron. Casin. IV, 31, SS. VII, p. 777; Mansi XX, p. 1205. 4) Episcopus Albanensis. 5) Concilium hoc ad annum praecedentem retrahit Continuator Sigeberti (SS. VI, p. 443). B. 6) Cf. Mansi XXI, p. 235.

ecclesiastica officia, vendens et emens et dignitatis officii sui et beneficii periculo subiaceat; quod, nisi resipuerit, anathematis mucrone perfossus, ab ecclesia Dei, quam laesit, modis omnibus abscidatur.

Episcopatuum et abbatiarum investituram per manum laicam fieri penitus prohibemus. Quicumque igitur laicorum deinceps investire praesumpserit, anathematis ultioni subiaceat. Porro qui investitus fuerit honore quo investitus est absque ulla spe recuperationis omnimodo careat.

Universas autem ecclesiarum possessiones, quae liberalitate regum, largitione principum vel oblatione[a] *quorumlibet fidelium eis concessae sunt, inconcussas et inviolatas in perpetuum permanere decernimus. Quod si quis eas abstulerit aut invaserit aut potestate tyrannica detinuerit, iuxta illud beati Symmachi capitulum anathematę perpetuo feriatur.*

Nullus episcopus, nullus presbyter, nullus omnino de clero ecclesiasticas dignitates vel ecclesiarum beneficia cuilibet quasi iure hereditario derelinquat. Illud etiam adicientes praecipimus, ut pro baptismatis, crismatis, olei sacri et sepulturae acceptione et infirmorum visitatione vel unctione nullum omnino pretium exigatur.

Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus uxorum et concubinarum contubernia prorsus interdicimus. Si qui autem huiusmodi reperti fuerint, ecclesiasticis officiis priventur et beneficiis. Sane autem, si neque sic inmundiciam suam correxerint, communione careant christiana.

Postquam celebratum est hoc concilium Remis, venit domnus papa Senonas . . . . . .

Anno 1120. Hoc[b] anno celebratum est concilium 15. Kal. Novembris a domno Conone[c] Prenestino episcopo et[d] apostolice sedis legato Belvaco, qui tunc provinciarum legatus fuit Rotomagensis, Senonensis et Remensium. . . . . . .

EX CONTINUATIONE.

Godel. Anno 1128. invisibilis ignis plurimos depastus est in regno Francorum. Cui morbo misericorditer meritum beate Dei genetricis Marie obviavit, praecipue in urbe Suessionis. Et Guillermus comes Flandriae dictus Longa-spata obiit. . . . . .

Anno ab incarnatione 1130. Honorius papa moritur. [Duo[e] ordinantur] Petrus vocatus Anacletus et Gregorius diaconus cardinalis, qui postea dictus est Innocentius. Hic Galliam venit et tandem prevaluit. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1131 Innocentius papa Gallias venit. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1138. scisma Petri Leonis, ipso miserabiliter moriente, adnichilatum est, et pacis unitas aecclesiae Dei data est . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1139. Iohannes de Temporibus moritur, qui vixerat annis 361 a tempore Karoli Magni, cuius armiger fuerat. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1143. Innocencius papa moritur. Succedit Celestinus. Et huic succedit Lucius papa . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1147. Conradus imperator Romanorum et Ludovicus rex Francorum cum innumerabili exercitu Ierosolimam pecierunt in pentecoste.

Anno ab incarnatione Domini 1148. Sanctus Malechias Ibernorum archiepiscopus apud Claramvallem moritur 4. Nonas Novembris. Hic mortuorum resuscitator[f] et multorum miraculorum patrator extitit.

Anno 1149. . . . Et in eodem anno motio facta est in Iherosolimam, quo perrexit rex Lugdovicus et Curredus imperator Alamanorum. Eodem anno apparuit cometa, et Ludovicus rex Francorum ex Ierosolimis reddiit. . . . . . .

Anno 1153. Hoc anno donnus Eugenius papa moritur. Miraculis etiam gloriosis illius sepulchrum illustratum est. Succedit ei Anastasius papa mense Augusto.

Anno 1154. Hoc anno Anastasius papa moritur senex valde. Succedit ei Adrianus papa, qui primo abbas fuit Sancti Rufi. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1159. Hoc anno mortuus est Adrianus papa. Facta est autem magna turbatio in ecclesia Romana. Nam cardinales ab invicem divisi contra consuetudinem Romanam duos sibi pontifices elegerunt, Alexandrum videlicet et Victorem. Unde proceres regionum turbati, quidam uni, quidam vero alteri adheserunt. Imperator siquidem Romanus cum suis episcopis Victori cessit, rex vero Francorum Ludovicus et rex Anglorum Henricus cum suis episcopis Alexandrum in patrem et dominum susceperunt. . . . . . .

a) oblationes *D.* b) *hoc bis eisdem fere verbis in c. legitur* (1. 2). c) Cannone 2. d) qui tunc legatus dicebatur trium pr. 1. e) *haec des. ed.* f) resucitator *c.*

1) Belvacense.

Anno 1163. Hoc anno domnus Alexander papa III. celebravit concilium Turonis in octavis pentecosthen scilicet 14. Kal. Iunii. Godel In ipso vero anno venit idem venerabilis papa Senonis cum multa caterva episcoporum et cardinalium sancte Romane aecclesie, in festo sancti Iheronimi, quod est 2. Kal. Octobris; ubi a prudentissimo Hugone eiusdem urbis archiepiscopo et multis episcopis, abbatibus et omnibus vicinarum ecclesiarum conventibus in ecclesia beati prothomartyris Stephani honorifice est receptus. In eadem siquidem urbe per annum et dimidium in sede archiepiscopali commoratus, in sequenti anno, a prefato Hugone archiepiscopo et clericis eiusdem ecclesie rogatus, consecravit eis altare in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli in ecclesia nova 13. Kal. Maii, in qua die fuerunt tunc temporis octave dominice resurrectionis. Postea vero dedicavit ecclesiam beate virginis et martyris Columbe 6. Kal. Maii, presente eiusdem ecclesie bone memorie abbate Odone, qui ipsam ecclesiam, ut apparet, a fundamento extruxerat; qui tamen infra ipsum annum est mortuus et in ipsa ecclesia sepultus[1]. In ecclesia vero beati Petri Vivi a Girardo venerabili abbate et fratribus eiusdem ecclesie sepissime cum honestis et iocundis processionibus et maxima exultacione susceptus, multociens ibi sollempniter misse offitium celebravit ipsumque locum et eius habitatores sicuti bonus et pius pater benedictionum suarum consecratione sepius munivit. . . . . . .

Anno 1167. imperator Romanorum Fridiricus Romam obsedit odio domini Alexandri pape. Cuius exercitus ib. pene omnis peste interiit; ipse vero cum ingenti tristicia ad sua reversus est. . . . . .

Anno 1169. Hoc anno Nonas Februarii Cathania urbs in Sicilia terre motu ita subversa est, acsi per centum annos non fuisset inhabitata. Ubi episcopus cum clero et abbate de Mileto cum 40 monachis et populus innumerabilis extincti sunt.

Anno 1170. In transmarinis partibus item tantus terremotus fuit 3. Kal. Iulii, ut peremptorum infinitus esset numerus. . . . . .

Anno 1174. rex iuravit exercitum se ducturum super Anglicum regem citra mare, comes Flandrensis, se transmeare in Anglia. . . . . . .

Anno 1179. Hoc anno domnus Alexander papa III. celebravit concilium Rome 4. Idus Martii, feria scilicet 2. post medium quadragesime. . . . . . .

Anno 1187. Verbi millesimus centesimus octuogenus
Septimus annus erat, quo vicit nos Saladinus,
Tercia lux Iuli, sed luna vicesima quarta.
Anno 1189. Verbi millesimus centenus et octuogenus
Nonus erat, per acor[2] quo victor corruit idem.

Anno Domini 1215. . . . Eodem anno concilium celebratum est Rome. . . . . . .

Anno Domini 1223. Hoc[3] anno obiit pie recordacionis et venerabilis memorie Philippus Francorum rex victoriosissimus, qui sancte matris ecclesie filius ut vir catholicus defensor extitit et[a] protector; qui suo tempore ecclesiam, a qua ipse regebatur, in pace gubernavit; qui Othonem Allemannie imperatorem apud pontem Boveniacum[b] in bello confectum cum suis complicibus in fugam convertit[4], et dictus Otho a Gerardo, strenuo milite, qui a suis vocabulo agnomen accepit[c. 5], fere fuit detentus; ibique regni[d] Francorum duces et principes pro regno Francorum certantes egregie, Ferrandum Flandrensem[e] comitem et Bononiae[f] comitem regi captos addusserunt. Et idem rex sapienter[g] et provide quoad vixit dictos comites tenuit incarceratos. Obiit[h] autem rex prefatus anno Domini 1223, mense Augusto; qui verticosos principes et regno suo contrarios deprimens et conculcans, regni sui fines plurimum dilatavit.

Anno 1241. Obiit donnus papa Gregorius . . .[i] monastice ordinis et faciens precepta nova. . . . . . .

a) et p. *des.* 2. b) Bovin. 2. c) regni *hic add. c.* d) *h. l. deest c.* e) Flendransem *ed.* f) Bolonie 2. g) s. et p. *des.* 2. h) *reliqua des.* 2. i) *lacuna in c.*

1) Cf. Ann. S. Columbae Senon., SS. I, p. 108. 2) Quid haec verba sibi velint, non intelligo. Num de Accon sermo est? 3) Hic locus ex cod. Vaticano reg. Christ. editum est Bouq. cont. XVIII, p. 723 (2). 4) V. aliam huius pugnae narrationem in Annalibus S. Columbae Senon. iam SS. I, p. 109. editam. — Cf. etiam Chron. S. Martini Lemovic., Bouq. cont. XVIII, p. 240: *Anno 1223, mense Iulii Philippus Francorum rex, vir potentissimus, qui Othonem imperatorem et quam plures nobiles et potentes in bello campali deviceral . . . . dormit in Christo.* Quae ibidem a. 1221. leguntur, ex Vincentio XXX, 129 (SS. XXIV, p. 166) sumta sunt. 5) Gerardus Scropha.

EX CONTINUATIONE ALTERA

cod Par 5002.

1179. Iste Philipus rex patre adhuc vivente Haunocensis comitis filiam accepit uxorem Elizabet nomine, quae Philipi, scilicet[a] Flandrensis comitis, erat neptis[1], quam Guido Senonensis archiepiscopus ei desponsavit in Remensi provincia, in Silvanectensi videlicet civitate; quod contra voluntatem matris eius et amicorum suorum ex parte matris factum est, et maxime contra voluntatem domini Remensis Willelmi, avunculi eius, fratris reginae matris eius. Philipus vero Flandrensis comes carens herede, filio scilicet et filia, totius partis illius Flandriae, quae est citra fluvium quendam qui Lisus dicitur, Philipum regem
1191. post decessum eius heredem constituit. Dedit etiam ei quidquid vadum vel commendiam[b] habebat; habebat siquidem terram illam ex parte uxoris suae in quadam parte. Fuit vero uxor eius filia comitis Peronensis[2], soror Radulphi[c] [Vermandensis[3]].

a) sr. *c.* b) *ita ed.; in codice vix legi posse, annotavit Sch.* c) ulphi *iam legi nequit,* Vermandensis *a bibliopega absc.*

1) Cf. Gen. com. Flandr. cont. Clarom. c. 3, SS. IX, p. 327. 2) Pontivensis. 3) Cf. Gen. com. Flandr. c. 1, l. l. p. 326.

EX HISTORIA MAURINIACENSIS MONASTERII.

Mauriniacensis monasterii, in dioecesi Senonensi, ad Unnam fluvium ('la Juine') paulo infra Stampas ('Etampes') saec. XI. ex. fundati, sed iam saec. XVI. destructi[1], *historiam saec. XII. tres scripserunt auctores, quorum secundus et tertius etiam ad rem nostram faciunt. Primus enim Teulfus, aliquamdiu praecentor, postea prior*[2], *a.* 1109. *vel* 1110. *abbas*[3] *electus, sed mox adversariis cedens et postea monasterio Suessionensi praefectus, primordia coenobii narranda suscepit usque ad Rainaldi primi abbatis mortem; cuius libri parvum tantum fragmentum servatum est. Sed alter monasterii sodalis non diu post secundum addidit librum.* Quoniam, *inquit*, pene omnia quae a fundamento huius ecclesiae usque ad nostra tempora decucurrerunt a Teulfo ... superiore libro veraciter edita sunt, eorum quae vidimus et audivimus pauca praelibantes, quae necessaria iudicavimus posteritati transmittere curavimus. *Et ita ad a.* 1131. *usque narrationem deduxit et praecipue in iis narrandis versatus est quae ab Innocentio II. papa tunc temporis in Gallia gesta sunt. Haec bene comperta habuit, quippe qui eum Mauriniaci praesentem viderit, et diligenter exposuit, etiam de electione eius satis accurate et nullo partium studio ductus retulit*[4]. *Quare inter praecipua historiae monumenta iure hanc libri partem habueris. Nec video, cur, plures huic libro manum adhibuisse, sint qui censeant*[5]. *Nam idem ingenium, eundem sermonem*[6], *lucidum et satis elegantem, ubique deprehenderis; auctor etiam non uno loco se rebus supparem profitetur*[7]. *Praeter ea quae ipse vidit vel audivit etiam chartas vel epistolas libro inseruit. Tertius vero liber eidem adscribi nequit*[8]. *Quamvis enim non ultra a.* 1147. *progrediatur, alium tamen facile scriptorem agnoscas, qui satis modeste de se ipso locutus,* iuxta debilem, *ait*, mei ingenii tenuitatem ordinem historiae prosecuturus, imprimis abbatis Thomae facio mentionem; ... haec pauca quae de ipsius laude praeloquimur, inter nostri sermonis rusticitatem et locutionis suae celsitudinem loco idus (?)

1) Bouquet cont. XII, p. 68 n. 2) Ita de se ipso loquitur: *Mihi quoque Teulfo, qui haec dictavi, qui nescio utrum aliquid umquam huic loco profecerim, excepto quod totam bibliothecam hanc a Genesi usque ad ultimam Pauli epistolam, Augustinum de Trinitate Dei, de verbis Domini super Iohannem, Moralia Gregorii et quosdam alios, prout melius potui, emendavi et accentus distinxi. Qui diu praecentor fui, postea vero prioratum regere temptavi.* 3) Lib. II: *Teulfum illum, de quo in prologo fecimus mentionem, hominem bonae famae et satis literatum, ex prioratu promovent in abbatem;* Prol.: *qui iuvenis in ecclesia ista nutritus, in abbatem monasterii Sanctorum Crispini et Crispiniani apud Suessonicam urbem promotus est.* 4) Cf. Mühlbacher, 'Die Wahl Innocenz II' p. 44. Sine causa vero, partem libri post ab auctore esse retractatam, censet. — In annis indicandis vero nonnumquam errat. 5) Bouq. cont. XII, p. V. 6) Cf. verba versus finem libri p. 375: *Et quoniam nos utilitati posterorum damus operam* cum iis quae ex prologo laudavi. 7) p. 362 (ed. Chesn.): *ibique privatam degens vitam morabatur dum scriberentur haec;* p. 363: *Res erat in augmento dum scriberemus ista;* p. 375: *Multa verissima de eo dicerentur, nisi, quia dum scriberemus haec sua nos adhuc illustrabat praesentia.* 8) Cf. etiam Mühlbacher l. l. de loco ad Innocentii electionem spectante.

habeantur. *Attamen sermonem non tam rusticum, quam tumidum et nimis verbosum dicas. Auctorem libri secundi imitatus, et ipse praeter coenobii sui fata praesertim ea memoriae tradidit, quae ad pontifices Romanos spectant, immo Innocentio II, cuius orationem a.* 1131. *Parisiis habitam ille recepit, cum de Romano concilio a.* 1139. *habito referret, similem tribuit, nisi valde fallor, a se confictam; necnon Ludovico VII. verba, quibus principes regni ad expeditionem sacram exhortantia accommodavit. Sugerii librum in memoriam Ludovici VI. Franciae regis novit*[1]*; ad chartas monasterio servatas provocat*[2]*, quae ibi gesta sunt utpote praesens bene comperta habet*[3]*, in rebus vero procul gestis tradendis graves errores committit, ne regis, vel ut ipse scribit 'imperatoris Alamannorum', cum rege Franciae in Terram Sanctam profecti, vel comitis Flandrensis nomina*[4] *quidem recte adnotat. Itaque de historia Germanica frustra quidquam hic quaesieris. Neque qui tertium librum composuit de ea retulit. Sed quae de pontificibus Romanis memoriae tradiderunt etiam ad res nostras spectant, et ea hoc potissimum loco exhibenda duximus, quamvis codice destituti.*

Hic, quem ex bibliotheca Alexandri Petavii accepit Duchesne, initio mancus, nunc latet[5]*; neque Parisiis neque Romae in bibliotheca olim reginae Christinae eius vestigium deprehendimus. Ex Chesnii editione (SS. IV, p.* 359*) magnam libri partem repetiverunt Bouqueti continuatores, SS. XII, p.* 368 *sqq. Minora fragmenta Watterich libri quo monumenta Vitas pontificum Romanorum illustrantia collegit, volumini II. inseruit.* *G. W.*

EX LIBRO II.

p. 366. Anno incarnationis dominicae 1119. papa Romanus Gelasius II, qui et Iohannes Gaita-
nus, primo ordinationis suae anno ab Urbe causis emergentibus egressus est, et per mari-
1118. tima loca cimba portatus, Massiliae, quae una civitas Galliarum est, allabitur. Hic ab ado-
lescentia sua nutritus in palatio, industria et litterarum scientia excellentissime roboratus,
apud Remim metropolim regni concilium disponebat, in quo se magna dispositurum cre-
debat. Sed divino iudicio, quod occultum, numquam tamen iniustum est, aliter disponente,
praeventus aegritudine gravissima, Cluniaco, quod super omnia monasteria tunc temporis
et religione et divitiis effulgebat, se fecit portari. Ibique deficiens et carnis vinculis abso-
lutus, sicut decebat summum sacerdotem, honorifice sepultus est. Erat autem inter sum-
mum sacerdotem et regem Teutonicorum, qui per Karoli Magni regis Francorum successio-
nem patricius Romanorum erat, gravissima et inveterata de investituris pontificum et abba-
tum dissensio, quae per quadraginta et eo amplius annos Romanam sedem turbaverat et
omnes ferme totius Latinitatis ecclesias fatigaverat. Rex etiam Burdinum quendam Bra-
charensem archiepiscopum, litteratum et curialem et eloquentem virum, Romae pseudo-
papam subrogaverat et militaribus armis intrusum ad propria revertens in sede reliquerat.
Qui postea a domino papa Calixto II. apud Sutriam vi captus et per Romam ductus, apud
Caveam, quod districtissimum monasterium super Salernam situm est, monachus effectus
et incaveatus est. Ii igitur qui cum Gelasio venerant, quasi praesago spiritu ducti, ante-
quam ab Urbe discessissent, cum his qui Romae remanebant consilium et ab his assensum
acceperant, ut, si, quod evenit, papa rebus humanis excessisset, ipsi in partibus nostris
1119. eligendi pontificem potestatem habuissent. Eo vero mortuo sepultoque, cardinales cete-
rique Romani cum maxima pontificum atque procerum multitudine, quae inibi confluxerat,
statim in eodem loco Widonem Viennensem archiepiscopum, strenuum et incomparabiliter
genere nobilem virum, eligunt et pontificalibus induunt insignibus, quibusdam tamen ob

1) p. 382: *quasdem lectiones, quae a Suggerio viro sapienti editae in eius anniversario leguntur, studiose revolvat.* 2) p. 388: *quae ideo narrare supervacuum esse duximus, quia cartularum repraesentantibus litteris apud nos determinata habemus.* 3) p. 387: *Nos vero spiritus consilii, quam super hoc nobis attulerat, intimationem sequentes, elegimus Thevinum.* In cuius obitu operi finem dedit. 4) Ne episcopum Lingonensem quidem recte nominat, *Giraudum* scribens pro *Gothofredo.* Nisi haec postea addita vel corrupta credas. 5) Iam St. Pelaye, qui a. 1736. de hoc chronico egit ('Mémoires de l'académie des inscriptions' X, p. 541 sqq.) codicis nullam facit mentionem.

rei novitatem, aliis, ut ferebatur, ob invidiam murmurantibus et aliter sentientibus. Hic 1119. Viennae reversus, rebusque dispositis, per Gallias transitum faciens, Tolosae primo, Remis secundo celebrato concilio[1], Romam cum maximo tripudio, sicut decebat, intravit, Burdinoque capto, contra tyranni voluntatem cathedram summi pontificatus obtinuit. Inter ceteros quoque nobilitatis illius maximos titulos proneptim[2] eius Ludovicus rex coniugem habebat. Qui dignitati illius congaudens, cum nuper electus esset et per Alverniam transiret . . . . . .

Porro Tolosae celebrato concilio, Pictavorum, Andegavensium, Turonorum finibus p. 368. peragratis, in nostris partibus domini papae iam nuntiabatur adventus. . . . . At cum regem Ludovicum de Normannia cum exercitu revertentem Carnotum adventasse urbisque partem papa cognovisset concremasse, mutato consilio *per Stampas transiturus, Aurelianis impro- p. 369. visus advenit. . . . . Ceterum summo pontifice summa cum reverentia Stampis in palatio suscepto . . . . . .

Anno igitur incarnati Verbi 1120. dedicata est ecclesia Mauriniacensis coenobii a 1119. domino papa Calixto secundo 5. Non. Octobris cum maximo honore et reverentia. . . . Inter eas venerabiles personas, quae huic sanctae dedicationi affuerunt, venerabiliores fuerunt Cono Praenestinus episcopus, totius Franciae ac Teutoniae, Alamanniae ac Saxoniae legatus. . . . . .

Celebrato namque Remis maximo generalissimoque concilio, domnus papa cum omni comitatu suo Burgundiam ingressurus Romamque profecturus, de Parisius Corbolium advenerat. . . . . Ipse etiam papa abbati sibi ob eius reverentiam apud Milidunum obvianti . . . . In itinere quoque quo die sequente Ferrarias, quae regalis abbatia est, tendebant . . . . Ad illum vero locum rex et regina a domino papa discessuri valeque facturi, proceres atque p. 370. pontifices multaeque personae confluxerant. . . . . domnum papam Senones insequitur . . . . . .

Mordebat autem abbatis et aliorum quorundam fratrum conscientiam, quod antecesso- p. 372 res nostri ecclesias ac decimas quasdam non solum donis, verum etiam pecuniis adquisierant. Neque enim tunc, in initio scilicet constitutionis huius ecclesiae, quaestio de simonia sic ventilata erat, sicut posterorum diligentia factum est. Sed si quid ecclesiasticum a secularibus hominibus emeretur, non emptio, sed redemptio vocabatur. Sed cum diutius super hac re titubassent, divina providentia factum est, ut rursus domnus Cono Praenestinus episcopus et apostolicae sedis legatus apud nos hospitandi gratia divertisset, habens secum velut auxiliatorem magnum Willelmum Catalaunensem episcopum, qui sullimes scholas rexerat et tunc zelum Dei habens super omnes episcopos totius Galliae divinarum scripturarum scientia fulgebat. Abbas igitur in manu cardinalis omnia illa de quibus scrupulum habebat reddidit, ut in eius dispositione esset *quidquid inde facere voluisset. Die subse- *p. 373. quente viri sapientes et ecclesiastici dispensatores ante praesentiam suam abbatem vocaverunt et, ut ea de manu beati Petri acciperet, secure in abbatia Deo serviret, per obedientiam iniunxerunt. Haec iccirco dicta sunt, ut posteri nostri et de talibus provideant et de transactis timorem non habeant. . . . . . .

Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi 1129. Honorius II, qui post Calixtum p. 376. 1130. papam super cathedram Petri sederat, Romae in ecclesia beati Andreae, quam apud clivum Emilii Scauri beatus ac praecipuus doctor magnus Gregorius suis sumptibus aedificavit[3], defunctus est. Cardinales, qui cum cancellario[4] inibi aderant et Honorio infirmanti assederant, Gregorium quendam, scientia ac religione praeclarum, sibi praeficiunt et nimis festinanter, ut a quibusdam dicitur, pontificalibus induunt insignibus[5]. Id illius gratia dispensationis factum dicunt, ut Petrum quendam, qui seculariter ad papatum videbatur aspirare, spe sua frustrarentur. Fuit hic Petrus Petri filius, filii Leonis. Leo vero a Iudaismo pascha faciens ad Christum, a Leone baptizari et eius nomine meruit insignari. Hic vir, quia scientissimus erat, in curia Romana magnificus effectus, genuit filium nomine Petrum, magnae famae magnaeque potentiae post futurum. Ea tempestate inter regem Theutonicorum, qui ex successione Karoli Magni Romanorum patricius erat, et ecclesiam Romanam

1) Cf. Ann. S. Maxentii (Chron. Malleacense olim dictos), Bouquet XII, p. 497: *Anno 1119. obiit Gelasius papa 3. Kal. Februarii, et successit ei Guido Viennensis archiepiscopus, et mutatum est nomen eius, et vocatus est Calixtus II; qui ipso anno tenuit duo concilia, unum Tolosae et alterum Remis, in quo anathematizavit regem Teutonicorum.* 2) Lege: *neptim.* Gisla quippe Callisti sorore atque Humberto II. Sabaudiae comite nata erat Adelais, Ludovici VI. regis uxor. B. 3) Ab ipso post ecclesia S. Gregorii dicta est. 4) Haimerico. 5) Cf. de hac electione Zöppfel, 'Papstwahlen' p. 269 sqq.; Mühlbacher, 'Die Wahl Innocenz II'.

1130. illa turbulentissima de investituris orta est seditio. In qua vir ille in tantum armis strenuus, consilio providus et ecclesiae Romanae fidelis extitit, ut ei cum ceteris munitionibus, quae Romae sunt, illam quoque quae illius urbis videtur obtinere similitudinem[a], turrim dico Crescentii, quae a parte Galliarum in capite Tiberini pontis sita est, papa committeret et eum prae ceteris familiarem haberet. Hac occasione mirabiliter excrescens, cotidie sui melior efficiebatur et divitiis, possessionibus, honoribus augmentabatur. Inter ceteram sobolem, cuius plurima multitudine sexus utriusque[b] gloriabatur, genuit hunc Petrum, de quo sermo nunc est, qui litteris traditus, a quibusdam antichristi praeambulus appellabatur. Iste studii gratia Gallias atque Parisius adiit, et cum repatriaret, apud Cluniacum, ditissimum atque sanctissimum coenobium, monachilem habitum induit. Aliquantisper inibi regularibus institutionibus imbutus, a papa Paschali II. patris admonitione retrahitur ad curiam, et cardinalis effectus[1] tempore Calixti papae, cum eodem Gregorio legatus missus ad Gallias, Carnoti Belvacique concilia celebravit[2]. Mortuo Honorio, potentissima fratrum suorum familiaeque quam maximae numerositate fretus, et Portuensis episcopi, cuiusdam litteratissimi et sicut putabatur religiosissimi senis, impetu animatus, pontificatus culmen arripit, cleri populique non parva consuetudine sibi consentiente. Id in ecclesia Dei seminarium maximi scismatis erat, et ut secularis ille historiographus[3] de aliis dicit, res mala, spes multo asperior. Gregorius autem, qui iuxta consuetudinem praesulatus assumpti Innocentius appellatur, consiliis suorum adquiescens, navimque conscendens, a Roma discedens, Pisae littoribus allabitur, et mox ab illa vicinisque civitatibus libentissime suscipitur.

Dum haec in Italia aguntur, rex Lodovicus archiepiscopos Remensem, Senonensem, Bituricensem, Turonensem simulque episcopos regni sui et abbates Stampis convocat; communicatoque consilio, Innocentium, quia et vita sanctior et fama melior et electione superior apparebat, cum omni regno suo Romanum papam sibique patrem denunciat. Ad Gallias descendenti cum Philippo filio suo apud Floriacum, sancti videlicet Benedicti super Ligerim situm monasterium, supplex obviam venit, adclinis iuxta morem pedem osculatur, ut Christi Petrique vicarium laetus veneratur. Rex Angliae Henricus, qui tunc in Normannia morabatur, hoc exemplo provocatus, ut eum videret Carnotum properat, et illum papam suscipiens, maximis muneribus honorat. Statutum est in curia, hinc ad patricium Romanorum Teutonicorum regem iter dirigere et de Carnoto statione prima Mauriniacum hospitari. Cumque ab astantibus dominis et amicis nostris, Henrico archiepiscopo Senonensi et Gaufrido episcopo Carnotensi loci huius paupertas ostenderetur et obiceretur, papa noluit precantibus adquiescere et locum et abbatem affirmat se bene cognoscere. Ipse enim cum suo illo adversario Petro, quando legatione fungebantur in Gallia, hospicium sumpserat apud nos et diebus duobus satis accurate fuerat procuratus. Contigit, abbatem nostrum et Garinum priorem in Aquilina ultra Sanctum Leodegarium[4] ad loculum quorumdam heremitarum tum esse. Fratres turbati ex insperato nunciato tanti pontificis adventu, quippe qui importabilis esse videbatur, tum quia id uno solo praecedente die mandaverat, tum quia cum gravi atque maxima multitudine superveniebat: mittunt velociter ad abbatem,
*p. 377. *qui talia nunciet, et[c] venire festinet. Abbas autem priorque nocte illa alio ire disposuerant, et cum ante lucem surrexissent et per unam leugam militassent, miraculum fuit, cum Dei providentia ipsi nuncio noctis adhuc tenebris durantibus obviassent. Accurrunt velociter et iam pene ingredientem Mauriniacum dominum papam suscipiunt gaudenter, procurant solemniter. Altera vero die — nam biduo apud nos mansit — papam curiamque abbas supplex adiit, quatinus altare quod erat ante Crucifixum consecraret, humiliter postu-
1131. lavit et impetravit. Anno igitur incarnati Verbi 1130[5], 13. vero Kalend. Februarii, a domino papa Innocentio II. in ecclesia Mauriniacensis coenobii consecratum est altare ante Crucifixum in honore sancti Laurentii et omnium martyrum Christi. Inter eas venerabiles personas, quae huic sanctae consecrationi affuerunt, venerabiliores fuerunt: episcopi cardinales Guillelmus Praenestinus, Matheus Albanensis, Iohannes Hostiensis, Guido Tiburtinus; car-

a) summitatem *coni. Watterich.* b) a quibusdam antichristus *add. ed.; sed haec ex sequenti linea perperam hic inserta videntur.* c) ut?

1) Ita distinguendum esse, docuit Zöppfel, 'Papstwahlen' p. 294. 2) Ann. S. Maxentii, l. l. p. 407: *Anno* 1124. *fuit concilium Carnoti .... Fuitque aliud Clermundo concilium, et aliud Belvago, alterum quoque Viennae;* cf. Ann. Bland. a. 1123, SS. V, p. 28; Elnon. mai. 1124, ib. p. 10. 3) Sallustius, Catil. c. 20. 4) St. Léger en Yveline, dioec. Parisiensis. 5) Nota, chronographum nostrum a paschate annum inchoare; annus enim is erat 1131. B. Cf. Iaffé, Reg. p. 563. Sed alibi aliter computasse vel potius errasse videtur.

dinales presbyteri Iohannes Cremensis de titulo Sancti Grisogoni, Petrus Rubeus de titulo 1131. Sancti Martini, Humbertus Rubeus de titulo Sancti Clementis, Gotielmus de titulo Sanctae Ceciliae; diaconi cardinales Romanus de titulo Sanctae Mariae in Porticu, Haimericus cancellarius diaconus cardinalis de titulo Sanctae Mariae novae, Guido de titulo Sanctae Mariae in Via-lata[a]; Adinulfus abbas Farfensis, Bernardus abbas Clararum-vallium, qui tum temporis in Gallia divini verbi famosissimus praedicator erat, Petrus Abailardus monachus et abbas, et ipse vir religiosus, excellentissimarum rector scolarum, ad quas pene de tota Latinitate viri litterati confluebant, Girardus abbas, vir aeque et litteratus et religiosus, Sanxon[1] abbas Sancti Luciani de Belvaco. Henricus vero Senonensis archiepiscopus iuxta domnum papam in loco capellani fuit. Gaufridus autem Carnotensis episcopus ad populum sermonem fecit. His ita cum maximo tripudio peractis, luce tertia domnus papa cum suo comitatu laetus discessit ac maximas gratias pro hospitalitate reddens, ad suum colloquium, quod apud Leodiam fuit[2], profectus est. Ubi Lotharius rex Alamannorum, patricius ac imperator Romanorum, qui post Henricum illum, qui Romae Paschalem II. dolo captum incarceravit, per electionem more gentis illius in Germania regnabat, cum omnibus archiepiscopis, episcopis et proceribus regni sui Innocentium papam patremque recognoscit et se cum eo Romam iturum et in sedem propriam restituturum sacramento spopondit. Exinde rediens Innocentius ad Galliam diuque Autissiodoro commoratus[3], cum tempus convocati concilii, quod in festivitate beati Lucae euan- Oct. 18. gelistae Remis celebraturus erat, appropinquaret, conciliato prius apud Turonum Gaufrido Martello, nobilissimo et strenuissimae indolis adolescente, comite Andegavensium, Turonorum atque Cenomannensium, rursus per Aurelianensem[4] Stampensemque rediens provinciam, sua praesentia Parisius illustravit. Ingredienti tota civitas obviam ivit. Sic homo ille et comitate vultus et affabilitate sermonis intuentium mercabatur benivolentiam. A rege Ludovico filioque eius Philippo favorabiliter excipitur, et egrediens ab urbe, honorabiliter educitur. Ast, ut ille ait[5]:

Omnia sunt hominum tenui pendentia filo:

inter enim huius lucidissimam prosperitatis serenitatem subiti fulguris inopinatus casus oboritur, qui corda omnium suae nimietatis horrore concuteret et non minus stuporis quam doloris mentis obtutibus densissimas tenebras offunderet. Philippus namque rex et regis filius, amoenissimus puerorum flos, annos plus minus quatuordecim a nativitate, a consecratione vero duos et sex menses habens, dum veluti puer regius et totius orbis dignus imperio, quippe qui forma corporis et egregia faciei simplicitate prae cunctis mortalibus sui temporis et aetatis eminebat, super velocissimum equum cum quibusdam sequipedis luderet, in ipsa urbe in angiportu quodam porcus occurrens ex adverso in pedes equi incursantis irruit et equum cum assessore[b] super se deiecit. Comitibus prae timore huc illucque diffugientibus, manibus pauperum personarum ad proximam domum delatus, membris omnibus pene confractis, die sequenti vitae spiritum ultimum exhalavit[6]. Sic puer ille tener, et in quo regni Francorum spes tota sita erat, horrenda morte tormentatus rebus humanis exemptus est. Credi non potest, quantus omnium, regem etiam minus diligentium moeror animos invasit. Pater eius iratus quibusdam Vilcassini pagi[7] proceribus, qui suis imperiis non obtemperabant, de *sibi subiectis civitatibus, castellis locisque ad *p. 379. rebellionem opprimendam comprovinciales milites evocaverat. Denique dominum papam Remim proficiscentem episcoporum, abbatum, litteratorum nobiliumque clericorum grandis numerus qui sequebatur ipso die Parisius advenerat. Sic ordinis utriusque totiusque sexus et aetatis multitudine congregata, luctus intolerabilis et eiulatus sustollitur ad sidera, affectu naturali, ut in re huiuscemodi fieri solet, aliis alios excitantibus; corpus pueri ad ecclesiam beati Dionysii deportatum ibique sepultum est. Multi de proceribus illius prae nimio dolore pene exanimes facti, ad sua hospicia manibus aliorum deportati sunt. Incomparabilis formae speciositas et tam subitae mortis atrocitas animis omnium nescio si dicam miseriam vel misericordiam ingerebant et doloribus augmentabant fomenta. Fuerunt qui

a) Valata *Ch.; emend. B.* b) assensore *Ch.*

1) Sive Serlo. B. 2) Mense Martio. 3) Ibi per menses Iulium—Septembrem commoratus est; Iaffé p. 566. 4) Ibi Sept. 30. chartam dedit; Iaffé l. l. Sine causa igitur Bouqueti contin. haec in dubium vocaverunt. 5) Ovid. Ex Ponto IV, 3, 35. 6) Octob. 13. 7) Le Vexin.

1131. asseverarent, bestiam illam, per quam puer offocatus est, numquam comparuisse, et ideo, aliquam de potestatibus adversariis fuisse, a pluribus aestimatum est. Talis huius Philippi, simplicis et innocentis pueri, peccatis aliorum exigentibus, a praesenti vita, sicut reor, inauditus exitus fuit.

Ceterum, mortis huius audito nuncio, papa praecordialiter permotus, mittit a latere suo ad consolandum regem venerabiles episcopos Gaufridum Catalaunensem et Matheum Albanensem, qui ex prioratu beati Martini de Campis per Honorium papam Romam vocatus et ad episcopatum fuerat subrogatus. Initur consilium, ut rex quantocius ad concilium properaret et Ludovicum filium, qui post Philippum natus erat, subrogaret in regem.
Oct. 24. Igitur rex Ludovicus die sabbati cum Radulfo Vermendensium comite, qui sibi cognatus et maior regiae domus erat, multisque Francorum proceribus concilium ingreditur, tribunal ascendit, domini papae pedes osculatur, iuxta quem cathedra posita sedit, pauca pro filio defuncto peroravit, omnes ad lacrimas excitavit. Papa vero in regem convertens intuitum, sic orsus est fari: 'Oportet', inquit, 'te, rex optime, qui super nobilissimam Francorum gentem tenes imperium, ad illius summi Regis, per quem reges regnant, maiestatem mentis oculos attollere et eius voluntatem per omnia venerari. Ipse enim gubernat omnia qui creavit omnia, et omnium habens scientiam, in universitate rerum nihil omnino vel facit vel fieri permittit iniuste, quamvis multa fiant iniusta. Morem habet ille piissimus dominus, o bone rex, fideles suos et prosperitatibus consolari et adversitatibus erudire. Sicut enim in sancta scriptura legimus, quae eius epistola de coelo per Spiritum sanctum ad nos in
Iob 5, 18. terra positos directa est: *Ipse percutit et medetur et flagellat omnem filium quem diligit. Ego,*
Deut. 32, 39. inquit, *occidam, et ego vivere faciam, percutiam et ego sanabo.* Ne videlicet homo, qui ad imaginem Dei conditus reatu transgressionis ad huius mortalitatis tenebras devolutus est, pro patria diligat exilium, sed quantocius redire festinet ad illam, de qua peregrinatur in terris, coelestem civitatem sanctam Hierusalem, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, hoc est in apostolis nostris, quae sursum est, quae est mater nostra. Advenae etenim sumus et peregrini, sicut omnes patres nostri, nec habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. In ea cum Deo perenniter exultant, qui carnales hic concupiscentias virenter[a] conculcant. Ad eam filius tuus, simplicitatis et innocentiae puer, emigravit. Talium enim est regnum coelorum. David, o rex, qui bonis regibus exemplar virtutum fuit, dum filius
2. Reg. 12. illius languesceret, gravissime ploravit; postquam vero mortuus nunciatus est, de cinere et cilicio, in quo iacebat, exsurrexit, vestes mutavit, manus lavit, ad convivium familiam convocavit. Impossibile enim est non fieri quod factum est, et sciebat vir Deo plenus, quantum peccaret, qui divinae iustitiae vel voto contrairet. Depone nunc igitur hanc, quam tibi carnalis generavit affectus, quam pectore vultuque geris, animi moestitiam; quia qui sibi unum secum regnaturum suscepit, plures, qui postea regnare possent, tibi dereliquit. Debes etiam et nos consolari, scilicet homines extraneos et a propriis sedibus expulsos, quos tu primus omnium pro amore Dei et beati Petri in regno tuo honorifice suscepisti, obsequiis honorasti, beneficiis onerasti. Reddat tibi Dominus vicem et perpetuam mercedem, domine rex, in illa, de qua gloriosa dicta sunt, civitate, in qua est vita sine morte, aeternitas sine labe, gaudium sine fine'! Huius orationis mirabili velut antidoto saucium cor regis sanctus apostolicus delinivit. Ac protinus surgens in pedes, oratione dominica, sicut mos christianus exigit, dicta sub silentio, pueri defuncti animam absolvit. Dein archiepiscopos, episcopos, abbates per obedientiam monuit, quatinus sacris atque festivis, sicut erant in con-
Oct. 25. ventu, vestibus induti, die crastina, quae dominica futura erat, sese repraesentarent et consecrationi novi regis interessent.

Igitur eo die solito clarior sol illuxit et rebus agendis suum obsequium ovanter praesentare visus est. Papa mane summo de palatio pontificis egrediens, cum suis curialibus et archiepiscopis, episcopis et abbatibus, ad ecclesiam beati Remigii, ubi rex cum filio hospitatus erat, perrexit et cum magna devotione atque processione monachorum decentissime suscipitur. Ibique Romani pontificis omnibus insignibus indutus, ac, ut sibi consuetudinis est in sacris magnisque festivitatibus, frigio coronatus, innumera ecclesiastici atque militaris ordinis plebisque multitudine constipatus, ad ecclesiam matricem, quae in honore beatae Mariae consecrata est, cum puero consecrando pervenit. Ante fores ecclesiae eos expectabant rex, proceres eius, archiepiscopi, quidam episcopi, abbates, monachi, cano-

a) *lege:* viriliter. *B.*

nici, clerici, conscolastici, qui de diversis Galliae ac Germaniae partibus ad concilium con- 1131. fluxerant. Intrant ecclesiam, puerum ad altare praesentant et oleo, quo sanctus Remigius per angelicam manum sibi praesentato Clodoveum regem Francorum in christianum unxerat, puerulum decem annos plus minus habentem cum ingenti tripudio dominus papa consecravit. Fuerunt qui dicerent, numquam in Francia simul evenisse concilii celebrationem et ab ipso Romano pontifice factam regis consecrationem. Itaque rex Ludovicus, sumpta post lamentationem consolatione, cum coniuge et filio et curia ad tractanda regni negocia reversus est.

Ceterum die crastina domino papae in concilio residenti per quendam Madeburgensem Oct. 26. archiepiscopum[1] praesentatae sunt litterae a Lothario rege Alamannorum, in quibus rursus et obedientia promittitur, et quod se ad expeditionem cum viribus[a] omnibus regni sui praepararet, intimatur. Similiter etiam rex Anglorum Henricus per Hugonem archiepiscopum Rothomagensem et ornatissimas litteras misit et fidelem obedientiam promisit. Reges quoque citerioris Hispaniae senior Hildefunsus[2] et interioris iunior Hildefunsus[2] missis per episcopos suarum provinciarum epistolis papam salutant, sese filios et obedientes denunciant, auxilium contra christiani nominis inimicos et regionum illarum invasores Morabites suppliciter efflagitant. Fuerunt siquidem et laetitiae et admonitioni ad id negocium pertinentes excellentissimorum heremitarum Cartusiensium litterae, quae per quendam venerabilem abbatem de ordine Cistellensi[3] delatae et in concilio per Gaufridum Carnotensem episcopum recitatae sunt. Erant autem Cartusienses in iugis Alpium angelicam degentes vitam supereminentissimae religionis et incomparabilis auctoritatis viri. . . . . . .

EX LIBRO III.

Praelibatus vero Innocentius, de cuius electione et aliquantis operibus superiori p. 382. libro plenius digestum est, a partibus Galliarum secedens, Romam, unde venerat, intravit. 1133. Sed quia Petrus iniustus convicarius maximam partem sibi sociaverat civitatis, in illo temporis puncto plenitudinem debiti sibi honoris *adipisci non potuit. Immo quodammodo *p. 383. bipertito apostolicae dignitatis culmine, Innocentius ecclesiam beati Petri, in qua divini sacerdotii dignitas pendebat, solus per se obtinuit, Petrus vero Lateranensis palatii sedem, ad quam imperialis celsitudo pertinet, occupavit. Exinde coepit[b] venenatae illius dissensionis iam manifestior ubique amaritudo diffundi et tota civitas evidentioribus odiosi scismatis rivulis dissipari. Iam nunc verum videbatur illud rusticanum proverbium: 'Difficile est, ut unius habitaculi circulus lupum simul et agnum contineat'. Porro quia illa discissio, nisi cito finem susciperet, populo, Urbi, dignitati maximi damni occasio fieret, Innocentius violentiae locum praebens, saniori consilio accepto, Pisam se contulit[4]. Erat sane in illo persecutorum tumultu Engolismensis quidam Girardus nomine livoris incitamentum, radix peccati, malitiae nutrimentum. Huius hominis fretus suffragatione Petrus honorem illum arroganter rapuerat et iniquitatem, quam per illum sine ratione inchoaverat, ipso instimulante ducere ad perfectionem volebat. Girardus iste multos quidem iam annos excesserat, sed adhuc iniquitas potissimum in illo florebat. Illi semper iurgia et dissensiones placuerant, et expulsis omnibus bonis affectibus, eius animum quasi iure hereditario possidebant. Tali itaque vicio in consuetudinem adducto iam carere non poterat, quia mala opera sua, quod ultimum est malorum, amabat. Et idcirco ex hoc vicio, in quo diu iacuerat, ablui difficile erat, quia non inquinatus, sed infectus erat. Hic ergo quia Petro eiusque complicibus iniquitatem suam pravis ammonitionibus maliciose affricuerat, eos contra Innocentium semper acriores reddebat.

Innocentius autem tam diu Pisae demoratus est, quoadusque Petrus apostolicae sedis dignitatem, morte terminante, reliquit. Et tunc Romam regrediens, et suae et alterius partis 1138. favore et acclamatione honorifice susceptus et in summi pontificatus honorem gloriose est sublimatus, et quod prius ex parte tenuit, ex toto possidere perfecte et integre coepit. Qui post illius quae[c] inter ipsum et Petrum fuerat altercationis placationem universalis ecclesiae

a) iuribus *ed.* b) coeptae *ed.* c) illi usque *ed.*

1) Norbertum. 2) Alfonso I. rex Aragoniae et Alfonso VII. rex Castiliae. 3) i. q. Cisterciensi. 4) Ubi inde a mense Novembri a. 1133. fuit; Iaffé p. 572.

1139. principale concilium Romae aggregat, ut in ipso imminentes ecclesiae necessitates decenter ordinet et disponat. Facto igitur incomparabili omnium praelatorum conventu, ipse, ut erat habitus preciositate excellentior, ipsius etiam faciei aspectu aliis reverentior, ut etiam doctrinali litterarum scientia eminentior, de rebus quae oportuniores videbantur tractaturus, inter alios adsurgens ita exorsus est: 'Ad vos', inquit, 'sermonis mei summa ex toto dirigitur, qui non semen Chanaam, sed heredes speciales estis et filii Excelsi omnes. Qui pro divinae geniturae signis armillam continentiae, baculum rigoris et iustitiae, anulum perfectionis a vero Iuda suscipientes, ea per discretionis modum in brachio, in manu, in digito gestatis, et qui unus cum Deo spiritus effecti, nihil aliud sapitis; vos, inquam, quorum astuta provisio super curam animarum invigilat, quibus ipsius autenticae nuncupationis dignitas proprietatem operationis inoculat, nostis, quia Roma caput est mundi, et quia a Romani pontificis licentia ecclesiastici honoris celsitudo quasi feodalis iuris consuetudine suscipitur et sine eius permissione legaliter non tenetur. Scitis etiam, quia eius proprium est, ut dissentientes pacificet et confusa sapienter disponat et ordinet. Porro, impossibile est, ut
cf. Ps 132, 2 unguentum in barbam descendat, si in capite non redundat. Debile namque caput totum dat debile corpus. Neque in usu est, ut quemlibet aegrotum ille medicus curet, quem eiusdem infirmitatis cruciatus tenet. Et si a Deo per malitiam pontifex summus disiungitur, vix effici potest, ut per eum Deo alii reconcilientur. Igitur quotienscumque veternosus hostis contra pacem a Deo in terra hominibus bonae voluntatis datam[a] et adversus canonica instituta venenosum caput conatur attollere, totiens ab illa forti muliere, quae a Salo-
Prov. 31, 10. mone commendatur, zelo iustitiae conteri debet, ne, si primo aut secundo conflictu impune superaverit, perniciosius postmodum insolescat. Longe etenim ante nos dictum est, venena invidiae posse quidem ratione superari, sed difficile conquiescere. Quae dum saepe auditu percepta cognovimus, nunc ea tamen ipso effectu manifestante experti sumus. Et quod sine lacrimis dicendum non est, eo usque servati sumus, ut viderimus fas omne calcari, potestate pro iure uti, patriae leges solvi, negari ius viventibus, pacem civibus, divini cultus observantiam praevaricari. Oportuerat denique uberiori quadam deploratione et miserrimo eiulatu praeire nos funus quoddam maternae solemnitatis et velut quasdam exequias prosequi divini mysterii intermissa obsequia, provocante nos praesumptuoso quorumdam instinctu, qui non intelligentes mensuram suam, sed, sicut Nemroth quondam confusionis turrem contra Dominum erigere conatus est, sic isti contra Deum, quia Spiritus sanctus Deus est, et adversum christos eius cervicositatis suae profanum tumorem moliti sunt attollere, et segregati inter se diversitatibus errorum, quasi per dissonantiam linguarum ab unitate ecclesiae divisi, in Spiritum sanctum offenderunt; quia unitatem cum fratribus non tenentes, caritatis gratia privati sunt. Qui enim ecclesiae non diligit unitatem, non habet Dei caritatem. Verba siquidem Augustini testantur, quoniam, quisquis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere aestimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disiunctus est, non habet vitam in se, sed ira Dei manet super eum. Eorum igitur qui tales sunt improbanda temeritas nostri livoris, immo iustae indignationis incentiva causa extitit, qui, ruptis divinae ordinationis vinculis, sacerdotalis reverentiae curam non habentes, tanti nominis auctoritatem et spiritualis gratiae potestatem prosternere et adnihilare temptaverunt; eo per se ascendentes, quo nec canonicarum auctoritas institutionum provexit, nec rationabilium virorum voluntas permisit. Igitur quia praecepta divinae legis et sanctorum canonum inrefragabiles sanctiones ferramenta fuerunt in pace ecclesiae, arma esse debent in tempore belli. Et quae diu intacta remanserunt, in tam exitiali necessitate festinanter arripienda sunt'. His et huiusmodi adsertionibus domnus apostolicus ceteris praelatis divini sermonis favos impertiens, omnibus propatula ratione ostendit, quod Petrus Leonis non aliorum assentatione, immo rapina se apostoli Petri vicario fecisset aequalem. Cunctisque religiosis viris, quibus illud detestabile scisma displicuerat, verbis eius cum magna laude unanimiter adclamantibus, respondit: 'Unde, quia inordinatae personae, inordinata sunt decreta, quodcumque ille statuerat destruimus, quoscumque exaltaverat degradamus, et quotquot consecraverat exordinamus et deponimus[1]. Et quicumque per Girardum Engolismensem ad altaris officium accesserunt apostolica auctoritate interdicimus, ne ipsum impleant, et in illo ordinis gradu

a) datur *ed.*

1) Cf. Acta concilii, Mansi XXI, p. 527.

perenniter demorantes, ad superiorem non ascendant'. His dictis singulos, quos reos cognoverat, propriis nominibus exprimens, eisque cum indignatione et iurgio exprobans, pastorales baculos de manibus violenter arripuit et pontificalia pallia, in quibus summa dignitas consistit, de humeris verecundose abstraxit. Ipsos quoque anulos, in quibus ad ipsos pertinens ecclesiae desponsatio exprimitur, sine respectu misericordiae abstulit. . . . . . .

Praedictus autem papa Innocentius debitum humanae conditionis exolvens, Romae p. 387. defunctus est. Cuius honori subrogatus est Celestinus, qui alio nomine magister Guido de 1143. Castellis nominatus est. Hic vero praelatione illa dignissimus erat, quoniam ei tria, quae inter homines pene habentur praecipua, simul confluxerant celebremque magistrum reddiderant, nobilitas scilicet generis, mentis industria in omni statu aequalis, litterarum quoque, quarum doctrinae intentissimus fuit, scientia multiformis. . . . . . . multorumque nobilium, quorum frequentia Roma fremere solet. . . . . . . Mors vero nemini parcens tantum 1144. pontificem 7. infulationis suae mense seculo praematura abstractione eripuit. Quo ergastulo carnis exuto, substitutus est in papam Lucius, Girardus de Sancta Cruce, qui et ipse strenuissimus erat; sed et morte citius praeoccupatus est. . . . . . .

Praenominatus autem papa Lucius, parvo tempore, 5 videlicet mensium, in praelatione 1145. expleto, res sublunares inevitabilis passione eclypsis reliquit. Cuius successionem obtinuit Eugenius, qui et Bernardus, Pisanus, tunc * temporis Clarevallensis monachus, vir continen- *p. 388. tissimae conversationis et vitae. . . . . . .

Eodem quoque anno[1] Edessa civitas ab inimicis crucis Christi, nostrorum dormitante 1144. providentia, capta, Sarracenorum dominationi repente accessit. Unde et eos qui in regione Hierusalem adiacente manebant doloris immoderata angustia usque ad intima perculit. Venerunt ergo ab Antiochia et Hierusalem in nostram regionem legati a primoribus partium illarum missi, suppliciter exorantibus, ut Francorum invincibilis probitas periculum quod evenerat emendaret et futura repelleret. . . . . . . Quapropter, assumptis cum ipso rege crucibus, Hierusalem post tempus modicum tetenderunt. Famosiores autem inter omnes, qui cum rege huius itineris angustiam subierunt, fuerunt hii: Alamannorum imperator Hen- p. 389. ricus[2], Robertus, frater regis, Meldensis comes Henricus, comes Flandriae Gaufridus[3], Alvinus episcopus Atrabatensis. . . . . . . Priusquam vero rex proficisceretur, Eugenius papa, quod Dei inspiraverat spiritus persuasione solidaturus, in Franciam venit. Cuius benedictione laetificati, iter illius piae peregrinationis statim adgressi sunt. Domnus vero papa Remis celebrato concilio, Parisius venit ibique aliquandiu demoratus est. Post . . . . . .[a] niens, in ipsa urbe diebus aliquot . . . . . .[a] ut tantum decebat virum, amplissime ab . . . . . [a].

a) *lacuna.*

1) Lucius obiit d. 25. Febr. 1145; Edessa capta est a. 1144, Dec. 13. 2) Potius Conradus. 3) Theodericus.

EX VITA LUDOVICI VI. FRANCORUM REGIS AUCTORE SUGERIO.

EDIDIT A. MOLINIER.

Inter omnes, qui ineunte saec. XII. in Francia floruerunt scriptores, nullum invenies, qui Sugerium, abbatem Sancti Dionysii, praestet; quippe qui longissimae arctissimaeque amicitiae vinculo Ludovico VI. regi coniunctus, Ludovici VII. tutor ac minister, regni, isto absente, rex ut ita dicam et defensor, omnia noverit suae aetatis negotia, multa viderit nonnullaque tractaverit; quin etiam, quod nobis adhuc maioris momenti, cum summis illius temporis viris, Calixto II. papa, tam Franciae quam Italiae clericis laicisve optimatibus maxima usus fuerit familiaritate. — Optimum illum scriptorem in dioecesi Atrebatensi, haud procul a Sancto Audomaro, natum fuisse constat, circa annum post Ch. n. 1080*; cuius pater, nomine Helinandus, pauperrimae conditionis erat. Liberalibus artibus primum studuit in prioratu conventuali de Strata ('de l'Estrée'), prope ipsam Sancti Dionysii abbatiam sito; post ibi actos aliquot annos abbatiam intravit, studia absoluturus, ubi iuniorem principem Ludovicum novit, cui inde (a.* 1094*) usque ad mortem amicissimus extitit. Pluribus deinde visitatis monasteriis, anno* 1103. *Sanctum Dionysium tandem reversus est, cuius abbas Adam eum tam dulcissime enutrivit, ut filius potius quam discipulus existimaretur. Illum comitatus in multis itineribus, omnes tam aulae regiae quam provinciae potentissimos viros frequentavit. Nec multo post Tauriaci ('Toury') praepositus factus, omnibus animi fortitudinem manifestam ostendit, cum suae domus bona contra famosissimum tyrannum, Hugonem, dominum Puteoli ('le Puiset') defendisset. Anno* 1112. *Romam adit et ibi concilio Lateranensi persona adhuc humilis interest, sexto abhinc anno Magalonae, ex parte regis Gelasio II. papae gratulaturus. Defuncto denique abbate Adam anno* 1122, *a monachis abbas eligitur, invito rege Ludovico, veteris amicitiae tunc immemore. Nec paulo post, hortante severissime sancto Bernardo Clarevallensi, semetipsum abbatiamque simul reformavit. Maxima semper apud regem fruebatur fiducia, qui anno* 1137. *nondum senex moriens, ipsum regno filioque reliquit defensorem. Inde merito 'patriae pater' dictus, iuvenem Ludovicum consiliis instruens, labefactam potentiam restauravit. Plenus tandem dierum anno* 1151. *defunctus est, longo maximoque ab omnibus prosequendus desiderio*[1].

1) Sugerii vitam scripsit Guillelmus monachus, discipulus ac familiaris, cuius opus inseruit Lecoy de la Marche editioni suae Sugerianae.

Eius supersunt plura opera, inter quae unum tantum nobis usui erit; neque enim in Libro de rebus in administratione sua gestis, *neque in libello altero* de consecratione ecclesiae Sancti Dionysii, *quod ad Romani imperii vel summorum pontificum historiam pertineat, reperimus*[1]. *Vita autem Ludovici Grossi multa talia nobis praestat. Scripta est inter ann. 1137, quo obiit rex, et ann. 1145, quo Sugerius librum de administratione composuit (cf. c. 12). Potius regis panegyricum quam regni historiam componere in animo habuit auctor*[2]*; cum autem omnibus fere locis, qui ad rem nostram spectant, minimam habuerit Ludovicus partem, hic maior ipsi tribuenda est fides. Animadvertendum tantummodo, quod pontificibus Romanis devotissimus, imperatorem Henricum eiusque sectatores grandi prosequitur indignatione. — Etiam Ludovici VII. vitam composuerat Sugerius, cuius fragmentum iuris publici nuper fecit V. D. Lair ('Bibliothèque de l'école des chartes' t. XXXIV, p. 589 sq.); ex quo autem nihil excerpsimus.*

Plures sunt vitae Ludovici VI. editiones; quarum primam produxit Pithoeus anno 1596. Francofurti, 'editionem germanicam' a posteris saepius appellatam; inde Chesnius in tomo IV. SS. coaetaneorum (p. 281) et Benedictini in tomo XII. SS. historiae Franciae (p. 10); prodit denique anno 1867. multo melior d. Lecoy de la Marche editio, cura et sumptibus Historiae Franciae societatis impressa.

Codices vero hi ad manus fuerunt:

1) Parisiensis bibliothecae Mazarin. H. 543, olim San-Dionysianus; XII. saeculo conscriptus; in quo continentur Liber pontificalis Anastasii Bibliothecarii, Gesta regum Francorum, Guillelmus Gemmeticensis, Hugo Floriacensis et Sugerius.

1[a]*) Parisiensis biblioth. nat. Lat. nr. 5925, olim San-Dionysianus, XIII. saeculo exaratus (a. 1290—1310), f. 199'—232, ex 1, ut videtur, descriptus.*

2) Parisiensis ib. Lat. nr. 17546 (Notre Dame 135) XII. saeculi (c. a. 1180); complura desunt folia; hunc, tunc Loiselianum, codicem exscripserunt Pithoeus et Chesnius.

3) Parisiensis ib. Lat. nr. 12710 (S. Germani a Pratis 1085), in 4°, 88 fol., ineunte saeculo XIII. exaratus. Continet ille codex fragmenta ex diversis auctoribus ad amplissimam regum Francorum scribendam historiam collecta. Illo usi sunt Benedictini.

4) Parisiensis ib. Lat. nr. 17656 (Notre Dame 133) collectio fragmentorum historicorum, inter quae tria sunt ex vita Ludovici. Hoc ms. saeculo XII. ex. conscriptum fuisse, annotatio fol. 260.[b] *adiecta:* De concilio Lateranensi nostri temporis *(a. 1179) probare videtur. Plerumque vero cum 3 convenit; uterque ex 1 dependet.*

5) Parisiensis ib. Lat. nr. 6265, anno 1515. exaratus, nulliusque fere momenti.

A. M.

5. De Ebalo comite Ruciacensi.

Infestabatur nobilis ecclesia Remensis suorum et aecclesiarum ad se pertinentium 1102—
dilapidacione bonorum, tirannide fortissimi et tumultuosi baronis Ebali Ruciacensis et filii 1103

1) Unum tantum exscribere locum iuvat, Lib. de admin. c. 8: *Nec minus nobilem gloriosi regis Dagoberti cathedram, in qua, ut perhibere solet antiquitas, reges Francorum, suscepto regni imperio, ad suscipienda optimatum suorum hominia primum sedere consueverant, tum pro tanti excellentia officii, tum eciam pro operis ipsius precio, antiquatam et disruptam refici fecimus.* 2) c. 1. vero, ubi Henrici Anglorum regis mentionem fecerat: *Sed nil nostra,* inquit, *refert, nisi si aliquid incidenter nostris convertibile aliquando nos oporteat, sicut et de regno Lotharingorum, summatim praelibare. Francorum enim, non Anglorum gesta quaedam scripto memoriae mandare proposuimus.*

eius Guischardi[a,1]; qui quanto militiae agebatur exercitio — erat enim tantae magnanimitatis, ut aliquando cum exercitu magno, quod solos reges deceret, in Hispaniam proficisceretur[2] —, tanto insanior et rapacior his explendis depredacionibus, rapinis et omni malitiae insistebat. Tanti ergo et tam facinorosi viri apud dominum regem Philippum centies et modo apud filium bis aut ter lugubri querela deposita, filius invective exercitum mediocrem fere septingentorum militum de nobilioribus et[b] validioribus Franciae optimatibus delectum cogit, Remis festinat, pene per duos menses multo conflictu preteritas punit aecclesiarum molestias, eiusdem prefati tiranni et fauctorum[c] eius depopulatur terras, incendio solvit, rapinis exponit: egregie factum, ut qui rapiebant rapiantur et qui torquebant eque aut durius torqueantur. Tanta siquidem erat domini et exercitus animositas, ut, quandiu ibi fuerit, aut vix aut nunquam preter feria sexta aut[d] die dominica quieverint[e], quin aut cum manuali congressione lancearum ac gladiorum committerent aut terrarum destructione illatas iniurias vindicarent. Certabatur ibi non contra Ebalum tantum, sed contra omnes illarum partium barones, quibus etiam maximorum Lotharingorum affinitas multo agmine celebrem affectabat exercitum. Agitur interea multis questionibus de pace, et quoniam diversae curae periculosaque negotia ad alias partes novi domini presentiam votive devocabant, habito cum suis consilio, pacem a prefato tiranno aecclesiis et impetravit et imperavit, et acceptis obsidibus, eam iureiurando firmari fecit. Taliter salutatum et flagellatum dimisit[3]. Hoc etiam quod de Castro-novo repetebat in diem distulit.

9. [De[f] Boamundo[g] principe Antiocheno[h].]

Id circa temporis[i], illustrem Antiochenum[k] principem Boamundum, cui specialiter illa potenti obsidione ipsa eiusdem urbis ob sui strenuitatem reddita est munitio, contigit ad partes Gallorum[l] descendisse, virum inter orientales egregium et famosum, cuius quoddam generosum et quod numquam sine diva manu fieri posset factum, etiam inter ipsos predicabatur
1084. Sarracenos[m]. Cum enim cum patre suo Roberto Guiscardo[n] fere[o] transmarinum obsedisset castrum Durachium[4], nec Thessalonicenses gazae nec thesauri Constantinopolitani nec ipsa Grecia tota eos arcere valeret, subito post eos transfretantes domini papae Alexandri legati, qui eos et caritate Dei et obligatione hominii adiurando submoneant, assistunt, ut aecclesiae Romanae et domino papae in turre Crescentiani[p] incluso ab imperatore eripiant[q], devotissime supplicant, naufragari Urbem et aecclesiam, immo ipsum dominum papam, si non cito subvenerint, iureiurando pronuntiant. Herent principes et quid eligant, an expeditionem tantam et tam sumptuosam inrecuperabiliter omittant, an[r] dominum papam, Urbem et aecclesiam ancillari, immo naufragari sustineant. Cumque hac anxiarentur deliberatione, hoc excellentis-
Matth. 23, 23 simum eligunt[s], istud facere et illud non omittere deliberant. Relicto siquidem obsidioni Boamundo, pater in Apuliam transfretando regressus, undecumque potuit, de Sicilia, Apulia[t] et Calabria atque Campania viros et arma collegit et tam promptissime quam audacissime Romam acceleravit. Unde divina voluntate et quasi portentum mirabile contigit, ut, cum iste Romam, et imperator Constantinopolitanus[5], audita Roberti absentia[u], adunato Grecorum exercitu, ad expugnandum Boamundum Durachium tam terra quam mari applicuisset, una et eadem die pater Guiscardus Romae cum imperatore congrediens, ille cum Grecorum imperatore strenue confligens, uterque princeps de utroque imperatore, mirabile dictu, triumphavit[6]. Prefati igitur Boamundi ad partes istas adventus causa fuit[v], ut nobi-

a) Guichardi 3. b) et validioribus *desunt* 2. c) factorum 1. 1a. 3. 4; fautorum 2; *cf. p.* 57, *l.* 10. d) et 1a. e) quieverunt 3. 4. f) *rubra deest* 1. 1a. g) Buamundo 2. h) Antioceno 3. i) Per idem tempus 4. k) Anthiocenum 4; Anthiochenum 1a. l) Gallarum *post corr.* Galliarum 1a. m) Saracenos 2. 3. 4. n) Guichardo 3; Guischardo 2. 4, *et ita infra.* o) forte 2. p) Crescentia 4; Crescentiam *post corr.* Crescentiani 1a. q) *locum corruptum putarim.* r) ad 3, *eadem manu corr.* an 4. s) *deest* 2. t) et Ap. 3. 4. u) aubsentia 1. 1a. v) fuerit 3. 4.

1) Ebalus II, comes de Roucy (Aisne); vixit ab a. 1063. ad a. 1104. vel c. Cui, primogenito Guischardo ante patrem defuncto, successit alter filius Hugo, dictus Cholet. 2) De ista Ebali in Hispaniam expeditione, ab omnibus illius aetatis scriptoribus omissa, cf. Gregorii VII. papae epistolam, 30. April. die 1073. datam (Jaffé, Monumenta Gregoriana p. 16). 3) Quo tempore hanc expeditionem egerit Ludovicus, parum nobis liquet. Cum autem apud Sugerium immediate sequatur narratio belli inter Ebalum et Thomam de Marna commissi, ad a. 1102—3. hoc factum reportandum existimamus. 4) Durazzo, in orientali maris Adriatici plaga. Haec Dyrrachii obsidio non vivente Alexandro II, sed Gregorio VII. papa acta est. Caeterum mense Februario a. 1082. expugnata fuit haec civitas. 5) Alexius Comnenus. 6) De hac duplici expeditione ac victoria videsis Annales Beneventanos, SS. III, 182, et Bernoldi chronicon, V, 441, qui de anno ac mense conveniunt.

lissimam domini Ludovici designati[a] sororem Constanciam, moribus facetam, persona elegantem, facie pulcherrimam, matrimonio sibi copulari quibuscumque modis queritaret. Tanta etenim et[b] regni Francorum et domini Ludovici preconabatur strenuitas, ut[c] ipsi etiam Sarraceni huius terrore copulae terrerentur. Vacabat domina, comitem Trecensem Hugonem procum[d,1] aspernata, nec dedecentem[e] sponsum iterata copula appetebat. Callebat princeps Antiochenus; et tam donis quam promissis copiosus, dominam illam celeberrime sibi copulari Carnoti, presente[f] rege et domino Ludovico, multis astantibus archiepiscopis, episcopis et regni proceribus, devote promeruit. Astitit ibidem[g] etiam Romanae sedis apostolicae legatus dominus Bruno Signinus episcopus, a domino Paschali papa ad invitandam et confortandam Sancti Sepulchri viam dominum Boamundum comitatus. Unde plenum et celebre Pictavis tenuit concilium[2], cui et nos interfuimus, quia recenter a studio rediera- 1105.
mus. Ubi de diversis sinodalibus et precipue de Ierosolimitano itinere, ne tepescat, agens, tam ipse quam Boamundus multos ire animavit. Quorum freti comitatu multo multaque militia, tam ipse Boamundus quam domina Constancia necnon et ipse legatus ad propria prospere et gloriose remearunt. Quae domina Constancia domino Boamundo duos genuit filios, Iohannem et Boamundum; sed Iohannes ante annos militiae in Apulia obiit; Boamundus vero, decorus iuvenis, militiae aptus, princeps factus Antiochenus, cum Sarracenos instanter armis urgeret nec eorum zelantes impetus aliquid duceret, minus caute eos insecutus, insidiis eorum interceptus, cum centum militibus equo animosior infauste decapitatus, Antiochiam et cum Apulia vitam amisit.

Sequenti[h,3] itaque prefati Boamundi repatriationis anno venerandae memoriae univer- 1106.
salis et summus pontifex Paschalis[i] ad partes occidentales [accessit[k]] cum multis et sapientissimis viris, episcopis et cardinalibus et Romanorum nobilium comitatu, ut regem Francorum et filium regem designatum Ludovicum[l] et aecclesiam Gallicanam consuleret super quibusdam molestiis et novis investiturae aecclesiasticae querelis, quibus eum et[m] infestabat et magis[n] infestare minabatur Henricus imperator, vir affectus paterni et tocius humanitatis expers, qui et genitorem Henricum crudelissime persecutus exheredavit, et, ut ferebatur, nequissima captione tenens, inimicorum verberibus et iniuriis, ut[o] insignia regalia, videlicet coronam, sceptrum et lanceam sancti Mauricii, redderet nec aliquid in toto regno proprium retineret, impiissime coegit. Equidem deliberatum est Romae, propter Romanorum conducticiam perfidiam de prefatis, immo de omnibus questionibus tucius regis et regis filii et aecclesiae Gallicanae in Francia quam in Urbe disceptare suffragio[p]. Venit itaque Cluniacum, a Cluniaco ad Caritatem[4], ubi celeberrimo archiepiscoporum et episco- 1107
porum et monastici ordinis conventu eidem nobili monasterio sacram[q] dedicationis imposuit. Affuerunt et nobiliores regni proceres, inter quos et dapifer regis Franciae nobilis comes de Rupe-forti[5] domino papae missus occurrit, ut ei tanquam patri spirituali[r] per totum regnum eius beneplacito deserviret. Cui consecrationi et nos ipsi[s] interfuimus, et contra dominum[t] episcopum Parisiensem Galonem, multis querimoniis aecclesiam beati Dionisii agitantem, in conspectu domini papae viriliter stando, aperta ratione et canonico iudicio satisfecimus. Cumque Turonis apud Sanctum Martinum, ut mos est Romanus, frigium ferens, 'Letare Ierusalem'[u] celebrasset, ad venerabilem beati Dionisii locum tanquam Mart. 24.
ad propriam beati Petri sedem benivolus et devotus devenit. Qui gloriose et satis episcopaliter receptus, hoc unum memorabile et[v] Romanis insolitum et posteris reliquit exemplum, quod nec aurum nec argentum nec preciosas monasterii margaritas, quod multum timebatur, non tantum non affectabat, sed nec respicere dignabatur. Sanctorum pignoribus humillime prostratus, lacrimas conpunctionis offerebat, holocaustum se ipsum Domino et sanctis eius toto animo inferebat, et ut de vestimentis episcopalibus beati Dionisii sanguine

a) designatim 3, *corr.* designati 4. b) *deest* 1ª. c) ut ipsi — domina *desunt* 3. 4. d) procura 4. e) decentem 2. f) presenti 3. 4. g) et. ib. 1ª. h) Anno dominice incarnationis 1105. ven. 4. i) Pascalis 1ª. k) *deest* 1. 1ª. 2. 3. 4; *in marg. suppl.* 5. l) Bedov. *post corr.* Ludov. 1ª. m) *post del.* 1ª. n) magnis 3. o) et 3. p) naufragio 2. q) sacramentum 4. r) spiritualis 1. 3, *corr.* spirituali 1ª. s) *deest* 1ª. t) ep. d. 3. u) Iehe-rusalem 3. v) *deest* 2.

1) Hugo I. comes Trecensis a. 1089 — c. 1128. 2) De hoc Pictaviensi concilio multi eiusdem aetatis disseruerunt auctores, quorum testimonia v. Mansi Conc. XX, p. 1205. 3) Recte *sequenti anno* Sugerius; cum nonnisi anno 1106. ex. Franciam ingressus fuerit Paschalis; cf. Iaffé, Regest. pontificum. 4) La Charité-sur-Loire (Nièvre). 5) Rochefort (Seine et Oise).

1107. madefactis ad patrocinandum aliqua ei[a] daretur porciuncula, suppliciter exoravit: 'Ne displiceat', inquiens, 'si de vestimentis eius nobis vel parum reddideritis, qui eum vobis[b] apostolatu Galliae insignitum absque[c] murmure destinavimus. Occurrit itaque ei ibidem rex Phylipus[d] et dominus Ludovicus[e], filius eius, gratanter et votive, amore Dei maiestatem regiam pedibus eius incurvantes, quemadmodum consueverunt ad sepulchrum piscatoris[f] Petri reges submisso diademate inclinari; quos dominus papa manu erigens, tanquam devotissimos apostolorum filios[g] ante se residere fecit. Cum quibus de statu aecclesiae, ut sapiens sapienter agens, familiariter contulit; eosque blande demulcens, beato Petro sibique, eius vicario, supplicat opem ferre, aecclesiam manutenere et, sicut antecessorum regum Francorum, Karoli Magni et aliorum mos[h] inolevit, tyrannis et aecclesiae hostibus et potissimum Henrico imperatori audacter resistere. Qui amiciciae, auxilii et consilii dextras dederunt, regnum exposuerunt[i], et qui cum eo Catalaunum[1] imperatoris legatis occurrere festinent archiepiscopos et episcopos et abbatem Sancti Dionisii Adam, cum quo et[g] nos fuimus, coniunxerunt. Ubi cum dominus papa aliquantisper demoraretur, ex condicto ipsi[k] imperatoris Henrici legati, non humiles, sed rigidi et contumaces, cum apud Sanctum Memmium[l, 2] hospicia suscepissent, relicto inibi cancellario Alberto, cuius oris et cordis unanimitate ipse imperator agebat, ceteri ad curiam multo agmine, multo fastu, summe falerati devenerunt. Hi siquidem erant archiepiscopus Treverensis[m], episcopus Alvertatensis, episcopus Monasteriensis, comites quam plures, et cui gladius ubique preferebatur dux Welfo, vir corpulentus[n] et tota superficie longi[o] et lati admirabilis et clamosus, qui[p] tumultuantes magis ad terrendum quam ad raciocinandum missi viderentur. Singulariter et solus Treverensis archiepiscopus, vir elegans et iocundus, eloquentiae et sapientiae copiosus, Gallicano coturno exercitatus[q], facete[r] peroravit, domino papae et curiae salutem et servitium ex parte domini imperatoris deferens, salvo iure regni; et prosequens de mandatis: 'Talis est', inquit, 'domini nostri imperatoris, pro qua mittimur[s], causa. Temporibus antecessorum vestrorum[t], sanctorum[u] et apostolicorum virorum, Magni Gregorii et aliorum, hoc ad ius imperii pertinere dinoscitur, ut in omni electione hic ordo servetur: antequam electio in palam proferatur, ad aures domini imperatoris perferre et, si personam deceat, assensum ab eo ante factam electionem assumere, deinde in conventu secundum canones peticione populi, electione cleri, assensu honoratoris proferre, consecratum libere nec[v] simoniace ad dominum imperatorem pro regalibus, ut anulo et virga investiatur[w], redire, fidelitatem et hominium facere. Nec mirum; civitates[x] enim et castella, marchias[y], thelonea et queque imperatoriae dignitatis nullo modo aliter debere occupare[z]. Si[a] hec dominus papa sustineat, prospere et bona pace regnum et aecclesiam ad honorem Dei inherere'. Super his igitur dominus papa consulte oratoris episcopi Placentini voce respondit: Ecclesiam, precioso Ihesu Christi sanguine redemptam et liberam constitutam, nullo modo iterato ancillari oportere[b]; si aecclesia, eo[c] inconsulto, prelatum[d] eligere non possit, cassata Christi morte, ei serviliter subiacere; si virga et anulo investiatur, cum ad altaria eiusmodi pertineant, contra Deum[e] ipsum usurpare; si sacratas dominico corpori[f] et sanguini manus[g] laici manibus gladio sanguinolentis obligando supponant, ordini suo et sacrae unctioni derogare. Cumque hec et his similia cervicosi audissent legati, Teutonico impetu frendentes tumultuabant, et, si tuto auderent, convicia eructuarent, iniurias inferrent. 'Non hic', inquiunt, 'sed Romae gladiis hec terminabitur[h] querela'. Verum papa quam plures viros approbatos et peritos ad cancellarium misit, qui eum super his composite et placide convenirent et audirentur et[i] audirent et ad pacem regni eum operam dare obnixe exorarent[3]. Quibus recedentibus, dominus papa Trecas venit, diu submonitum universale concilium

a) d. ei 4. b) nobis 1a. c) d. a. m. 4. d) Philipus 3; Philippus 1a. e) Lodovicus 4. f) pischatoris 1a. g) *deest* 4. h) *deest* 1a. i) disposuerunt 4. k) ipsius *fortasse e corr.* 1a; sibi 4. l) Meminium *e corr.* 1a; Neminium 3, *corr.* Memmium 4. m) Trev. ep. *desunt* 2 n) copulentus 3; opulentus 4. o) longus et latus 4. p) quia 3, *corr.* qui 4. q) excitatus 3. 4. r) facere 1a. 3; facile 4. s) mittuntur *post corr.* mittimur 1a. t) nostrorum 1 1a. u) s. et *des.* 3. 4. v) ne 3. 4. w) instituatur 3. 4. x) etenim civ. cast. 1a. y) et *add.* 3. z) occupari *corr.* 4. a) Sic 3. 4. b) potest 4. c) ecclesiastico 4. d) presulatum 2. e) Dominum 4. f) corporis et sanguinis 3; corpore et sanguine 4. g) manu 3. h) gl. determinabitur 2. i) *deest* 3.

1) Châlon sur Marne. 2) Sanctus Memmius, Saint Menge-lès-Châlon, abbatia ordinis S. Augustini, haud procul a Catalauno sita. 3) Cf. Ekkehardi chronicon, qui omisit illud Catalaunense colloquium, SS. VI, p. 243.

honorifice celebravit[1], et cum amore Francorum, quia multum[a] servierant, et timore et odio 1107. Theutonicorum[b] ad sancti Petri sedem prospere remeavit.

Imperator vero secundo fere recessionis eius anno[2], collecto mirabili triginta milium 1111. militum hoste,

nullas nisi sanguine fuso Lucan Phars I,439.
Gaudet habere vias,

Romam tendit, mire callens pacem simulat, querelam investiturarum deponit, multa et hec et alia bona pollicetur, et ut Urbem ingrediatur, quia aliter non poterat, blanditur[c], nec fallere summum pontificem et totam aecclesiam, immo ipsum Regem regum veretur[3]. Unde, quia audiebant tantam et tam perniciosam aecclesiae Dei sopitam questionem, equo aut plus equo Romani Quirites tripudiant, clerus summe[d] exultat, et quomodo eum honorificentius et elegantissime recipiant, exhilarati decertant. Cumque dominus papa episcoporum et cardinalium togata cum opertis[e] albis operturis equis constipatus turma, subsequente populo Romano, occurrere acceleraret, premissis, qui tactis sacrosanctis euvangeliis ab eodem imperatore iuramentum pacis, investiturarum[f] depositionem susciperent, in eo qui dicitur Mons Gaudii loco, ubi primum adventantibus limina[g] apostolorum beatorum visa occurrunt, id ipsum iteratur; in porticu vero, mirabili et universali Romanorum spectaculo, manu propria imperatoris et optimatum triplicatur iuramentum; exinde infinite[h] nobilius, quam si Affricana[i] victoria potito[k] arcus triumphalis arrideret, cum hymnis et laudum multiplici triumpho domini papae manu sacratissima diademate coronatur, more augustorum ad sacratissimum apostolorum altare, precinentium clericorum odis et Alemannorum cantantium terribili clamore celos penetrante, celeberrima et sollempni devocione deducitur. Cum igitur dominus papa, missas gratiarum agens, corpus et sanguinem Ihesu Christi confecisset[l], partitam eucaristiam in amoris impartibilis confederatione et pacti conservatione obsidem mirabilem ecclesiae devovens, suscipiendo imperator communicavit. Necdum dominus papa post missam episcopalia deposuerat indumenta[m], cum inopinata nequitia, ficta litis occasione, furor Theutonicus[n] frendens debachatur[o]: exertis gladiis velut pleni mania[p] discurrentes, Romanos[q] tali in loco iure inermes aggrediuntur; clamant iureiurando, ut clerus Romanus omnis, tam episcopi quam cardinales capiantur aut trucidentur; et quod ultra[r] nulla potest attingere insania, in dominum papam manus impias inicere non verentur. Luctu inexplicabili et dolore precordiali tam nobilitas Romana quam ipse populus luget, factionem[s], licet sero, animadvertunt[t], alii ad arma currunt, alii sicut stupidi fugiunt; nec inopinato hostium bello, nisi cum trabes[u] de porticu deponentes eorum ruinam suam fecerint[v] defensionem, evadere potuerunt. Prefatus autem imperator pessime conscienciae et facinorosi facti perterritus cruciatu, Urbem quantocius exivit, predam a christiano christianis inauditam, dominum videlicet papam et cunctos quos potuit cardinales et episcopos adducens, civitate Castellana, loco natura[w] et arte munitissimo, se recepit; cardinales ipsos turpiter exuens, inhoneste tractavit et, quod dictu nefas est, ipsum etiam dominum papam tam pluviali quam mitra, cum quecumque[x] deferret[y] insignia apostolatus, non veritus in christum Domini mittere manum, superbe spoliavit, multasque inferens[z] iniurias, nec eum nec suos multo dedecore affligens dimisit, donec ad prefati pacti solutionem et exinde facti privilegii reddicionem coegit. Aliud etiam de manu domini papae, ut deinceps investiret, suprepticium privilegium extorsit, quod idem dominus papa[a] in magno concilio trecentorum et eo amplius episcoporum iudicio aecclesiae, nobis audientibus, conquassavit et perenni anatemate in irritum reduxit[4]. Verum si querit quis, quare 1112. dominus[b] ita tepide fecerit, noverit, quia aecclesia, percusso pastore et collateralibus, lan-

a) multi 3. 4. b) Teut. 2. c) blanditer 4. d) sumpme 1; supreme 4. e) apertis 2. f) in inv. 2. 3. g) lumina 3, *corr.* limina 4. h) infinito 3. 4. i) Aufricana 3. k) potita 4. l) fecisset 2. m) vestimenta 2. n) Teuthon. 1[a]; Teuton. 4. o) debacatur 1. p) insania 2. q) Romano 1[a]. r) ulla non potest 2. s) fauctionem 2; fautionem 1. 3. t) animavertunt 4. u) constrabes 3. v) fecere 2; fecerunt 1[a]. 3. 4. w) et natura 2. x) cumque 3. y) defert 2. (4?). z) *deest* 2. a) *deest* 4. b) papa *post in marg. add.* 1[a].

1) Acta integra huius concilii publici iuris fecit Mansi, Concilia XX, 1217; cf. quoque LL. II, App. p. 81. 2) Sugerius hoc loco erravit, quippe haec imperatoris expeditio ad a. 1111, mensem Februarium referenda, attestantibus fere omnibus coaetaneis scriptoribus. 3) Hoc loco conventionem paulo ante apud Sutrium factam Sugerius indicat, cuius tenorem nobis servarunt Annales Romani, SS. V, p. 472—474. 4) Instrumentum a Sugerio indicatum invenies LL. II, p. 72. Concilio Lateranensi a. 1112, Martis diebus 18—23, conquassatum fuit, cuius concilii acta ibidem, App. p. 181.

guebat, et pene eam tirannus ancillans, quia non erat qui resisteret, tanquam propriam occupabat. Cui certum facto dedit experimentum, quod, cum fratres aecclesiae columnas
1112. ad tuitionem et aecclesiae reparationem quomodocumque solvi fecisset pacemque aecclesiae qualemcumque reformasset, ad heremum solitudinis confugit, moramque ibidem perpetuam fecisset, si universalis aecclesiae et Romanorum violencia coactum non reduxisset[1]. Verum dominus Ihesus Christus, redemptor et defensor aecclesiae suae, nec eam diutius conculcari nec imperatorem impune[a] ferre sustinuit. Qui etenim nec tenti nec fide obligati fuerant, causam aecclesiae fluctuantis suscipientes, domini designati Ludovici suffragio et consilio, in Gallicana celebri concilio collecta aecclesia, imperatorem tirannum anatemate innodantes, mucrone beati Petri perfoderunt; deinde regno Theutonico[b] applicantes, optimates et partem regni maximam adversus eum commoverunt, fautores eius et Bucardum[c] Rufum Monasteriensem episcopum[d] deposuerunt, nec ab infestatione aut heredacione[e] usque in condignam pessimae vitae et tirannici principatus defavillationem supersederunt[f,2]. Cuius[g] malo merito transplantatum est, Deo ulciscente, imperium, cum, eo exterminato, dux Sauxonie[h] Lotharius successit, vir bellicosus, rei publicae[i] defensor invictus. Qui, cum
1137. recalcitrantem Italiam, Campaniam, Apuliam usque ad mare Adriaticum, presente Siculo comite[k] Rogerio, eo quod se regem creasset, depopulando, domino Innocentio papae[l] comitatus, perdomuisset, cum nobilissimo triumpho repatrians, victor sepulturae succubuit. Hec et alia huiusmodi[m] eorum scriptores[n] depingant; nos, quia proposuimus, gestis Francorum stilum replicemus. . . . . . .

1118. 26. Ea tempestate venerandae memoriae summum pontificem Romanum Paschalem ab hac ad lucem perpetuam contigit demigrare. Cui cum de Iohanne Gaitano cancellario electione canonica constitutus[o] papa Gelasius successisset, et cuiusdam Burdini depositi Bracarensis archiepiscopi, imperatoris Henrici violencia in sedem apostolicam intrusi, et populi Romani conducticia infestacione intolerabiliter fatigaretur et a sancta sede eorum tirannide arceretur, ad tutelam et protectionem serenissimi regis Ludovici et Gallicanae aecclesiae compassionem, sicut antiquitus consueverunt, confugit. Qui cum navali subsidio — pauperie quippe multa angebatur — applicuisset Magalonam[p], artam in pelago insulam, — cui superest solo episcopo, clericis et rara familia contempta, singularis et privata, muro tamen propter mare commeantium Sarracenorum impetus munitissima civitas[3] —, a domino rege, quia iam adventum eius audierat, destinati mandata deposuimus, diem certam locumque Viziliaci[4] mutui colloquii cum eius benedictione, quia regni primitias ob-
1119 tuleramus, gratanter reportavimus. Cui cum dominus rex[q] occurrere maturaret, nuntiatum est, eundem summum pontificem podagrico morbo diu laborantem tam Romanis quam Francis vitae depositione pepercisse. Cuius apostolicis exequiis cum multi religiosorum virorum et aecclesiae prelatorum interesse festinassent, astitit virorum venerabilis Guido[r] Viennensis archiepiscopus, imperialis et regiae celsitudinis dirivativa consanguinitate generosus, multo generosior moribus; qui cum in somnis proxima nocte, apto satis licet ignoto presagio, vidisset sibi a persona prepotente lunam sub clamide repositam committi, ne causa aecclesiae apostolici transitu periclitaretur, ab ea quae aderat Romana aecclesia in summum pontificem electus, visionis veritatem enucleatius animadvertit. Sublimatus[s] itaque tantae celsitudinis dignitate, gloriose, humiliter, sed strenue aecclesiae iura disponens, amore et servitio domini Ludovici[t] regis et nobilis Adelaidis reginae, neptis[u,5], aptius aecclesiasticis providebat negotiis. Remis itaque celeberrimum celebrans concilium[6],

a) pugne fere 3; pugne ferre 4. b) Teut. *h. l.* 1. 1a. c) Burcardum 4. d) *deest* 4. e) *ita codd.*; exheredacione? f) desupersederunt 2. g) Henrico IIII *(sic)* successit Lotharius *adiecit manus paulo recentior ad marginem* 1. h) *ita* 1. 1a. 4. i) et r. 3. 4. k) rege 2. l) papa 4. m) huiuscemodi 2. n) scrptores 3; serptores 4. o) constitus 2. p) Magolonam 3. q) rex d. 3. r) Wuido 3. s) Sullimatus 2. t) regis Lud. 3. u) suae *add.* 4?

1) Hic papae a Roma secessus a mense Novembri a. 1112. ad mens. Martium a. 1113. duravit (vide Iaffé l. l.). 2) Concilium Viennense actum mense Septembri a. 1112. Cuius acta Paschalis approbavit bulla Oct. 20. eiusdem anni data. Cf. Mansi XX, p. 76. et Bouquet cont. XV, p. 26. 3) Maguelonne, hodie insula fere deserta, in qua usque ad initium saec. XVI. insignis celeberrimaque fuit ecclesia cathedralis. 4) Vézelay, clara ord. S. Benedicti abbatia in dioecesi Augustudunensi (nunc départ. de l'Yonne). V. infra Hist. Vizel. 5) Calixtus filius erat comitis Burgundiae Guillelmi, cuius filia Humbertum comitem Sabaudiae, patrem Adelaidis, sponsum accepit. 6) Remense concilium egit Calixtus diebus 20—22. Oct. 1119; diebus 23—25. Mosomum (Mouzon, Ardennes) adiit. Sententia excommunicationis contra Burdinum et imperatorem data est die 30. Oct. Cf. Mansi XXI, p. 235.

cum legatis imperatoris Henrici pro pace aecclesiae sedere differens, in marchiam versus
Mosonum occurrisset, nec profecisset, quemadmodum et antecessores fecerant, anathe-
matis vinculo pleno Francorum et Lotharingorum[a] concilio innodavit. Cum autem aeccle-
siarum votivis ditatus beneficiis gloriose Romam pervenisset, gloriosa tam cleri quam 1120.
populi Romani susceptus receptione, multis antecessorum superior[b], aecclesiae curam feli-
citer amministrabat. Nec multam adhuc in sede sancta fecerat moram, cum Romani, eius
tam nobilitati quam liberalitati faventes, intrusum ab imperatore scismaticum[c] Burdinum[d]
apud Sutram sedentem et ad limina apostolorum transeuntes clericos genu flectere com-
pellentem, expugnatum tenuerunt; tortuoso animali camelo tortuosum antipapam, immo
antichristum, crudis et sanguinolentis pellibus caprinis amictum, transversum[e] superposue- 1121.
runt, et ignominiam aecclesiae Dei ulciscentes, per medium civitatis via regia, ut magis
publicaretur, educentes, imperante domino papa Calixto, perpetuo carcere in montanis
Campaniae prope Sanctum Benedictum captivatum dampnaverunt et ad tantae ultionis
memoriae conservationem in camera palatii sub pedibus domini papae conculcatum depinxe-
runt[1]. Domino itaque Calixto gloriose presidente et raptores Italiae et Apuliae perdomante,
pontificalis cathedrae lucerna non sub modio, sed superposita monti, clare elucebat beati cf. Matth. 14, 15.
Petri aecclesia, et reliqua[f] Urbis et extra amissa recuperantes, tanti domini gratissimo
fruebantur patrocinio. Cui cum in Apulia apud civitatem Bitontum[g, 2], missus a domino 1122.
rege Ludovico pro quibusdam regni negotiis, occurrissem, vir apostolicus, tam pro domini
regis quam pro monasterii nostri reverentia honorifice nos recepit, et diutius retinere vel-
let, si aecclesiae nostrae amore et sociorum, abbatis Sancti Germani, socii et connutriti, et
aliorum persuasione non devocaremur. . . . . . .

27. Sequente itaque ordinationis nostre anno, ne ingratitudine argueremur — sancta 1123.
quippe Romana aecclesia ante nostram promotionem tam Romae quam alibi multis et
diversis conciliis tam pro aecclesia nostra quam pro aliis agentem benigne susceperat,
gratanter disserentem audierat, negotia nostra me altius erexerat —, ad eam visitandam
properantes, a domino papa[h] Calixto et tota curia honorifice valde recepti, per sex menses
cum apud eum demorando magno concilio trecentorum aut amplius episcoporum Lateranis
compositioni[3] pacis de querela investiturarum astitissemus, orationis causa frequentatis
diversis sanctorum locis, videlicet sancti Benedicti Cassini, sancti Bartholomei Beneventi,
sancti Mathei Salerni, sancti Nicholai Bari, sanctorum Angelorum Gargani, Deo opitu-
lante, cum gratia et domini papae amore et formatis epistolis prospere remeavimus. Cum
autem et alia vice post aliquot annos nos dulcissime, ut magis honoraret et, sicut in litte-
ris suis continebatur, libenter exaltaret, ad curiam revocasset, apud Lucam Tusciae civi- 1124.
tatem decessus eius veritatem cognoscentes, Romanorum novam et veterem avaritiam de-
vitando, retrocessimus. Cui successit de Hostiensi episcopo approbata persona assumptus
papa Honorius, vir gravis et severus. Qui cum iusticiam nostram de monasterio Argen-
toilensi[i, 4], puellarum miserrima conversacione infamato, tum legati sui Mathei Albanen-
sis episcopi, tum domini Carnotensis, Parisiensis, Suessionis, domini etiam[k] archiepiscopi
Remensis Rainaldi et multorum virorum testimonio cognovisset, precepta regum antiquo-
rum Pipini, Karoli Magni, Ludovici Pii et aliorum de iure loci prefati a[l] nunciis nostris
oblata perlegisset, curiae tocius persuasione, tam pro nostra iusticia quam pro earum fetida 1129.
enormitate, beato Dionisio et restituit et confirmavit[5].

a) Lotharingorum 2. 3. 4. b) superiorum 1. 1a. 2. c) scimaticum 1a; cismaticum 3. d) *hic desinit* 2, *multis avulsis foliis.* e) tranversum 1a. f) reliquę 1; relique 1a. g) Botontum 1. 1a. h) *deest* 1a. i) Argentoili 3. k) *deest* 2. l) a *deest* 1. 1a. 3.

1) Burdini antipapae captionem ac retrusionem pene eodem modo ac Sugerius narrant Annales Romani (SS. V, p. 479) et Falco Beneventanus (Muratori, SS. rer. Ital. V, p. 97). 2) Bitonto in Apulia, in qua civitate morabatur Calixtus die 28. Ianuarii a. 1122. 3) Haec compositio acta fuit in concilio Lateranensi, quod fuit die 27. Martis a. 1123; v. Mansi XXI, 284. 4) Argenteuil (départ. de Seine et Oise). 5) De hoc omni negotio vide eiusdem Sugerii librum de administratione sua c. 3 (edit. Lecoy de la Marche, p. 338). Cf. quoque Gall. christ. VII, Inst. c. 52. 53, ubi bullam Honorii papae et Matthaei legati litteras reperies (ad a. 1129). — De Pippino et Karolo in Libro de adm. c. 25. haec refert: *augmentum quoddam, quod a Karolo Magno factum perhibebatur honesta satis occasione — quia pater suus Pipinus imperator extra in introitu valvarum pro peccatis patris sui Karoli Martelli prostratum se sepeliri, non supinum, fecerat.*

1124. Ut autem ad propositum recolendae regis hystoriae revertamur, ante domini papae Calixti decessum imperator Henricus, collecto longo animi rancore contra dominum regem Ludovicum, eo quod in regno eius Remis in concilio domini Calyxti anathemate innodatus fuerat, exercitum quantumcumque potest Lotaringorum, Alemannorum, Baioariorum, Suevorum et Saxonum, licet eis infestaretur, colligit; alioque tendere simulans, consilio regis Anglici Henrici, cuius filiam reginam duxerat, qui etiam regi guerram inferebat, Remis civitatem[a] inopinate aggredi machinatur, proponens aut eam subito destruere aut tanta dehonestacione et oppressione civitatem obsidere, quanta dominus papa ibidem[b] in eum agens sedit sessione. Quod cum domino regi Ludovico intimorum relatione innotuisset, tam strenue quam audacter delectum, quem non expectat, cogit, nobiles asciscit, causam exponit. Et quoniam beatum Dionisium specialem patronum et singularem post Deum regni protectorem et multorum relatione et crebro cognoverat experimento, ad eum festinans, tam precibus quam beneficiis precordialiter pulsat, ut regnum defendat, personam conservet, hostibus more solito resistat. Et quoniam hanc ab eo habent prerogativam, ut, si regnum aliud regnum Francorum invadere audeat, ipse beatus et admirabilis defensor cum sociis suis tanquam ad defendendum altari suo superponatur, eo presente fit tam gloriose quam devote[c]. Rex autem vexillum ab altari suscipiens, quod de comitatu Vilcassini[1], quo ad aecclesiam feodatus est, spectat, votive tanquam a domino suo suscipiens, pauca manu contra hostes, ut sibi provideat, evolat, ut eum tota Francia sequatur, potenter invitat. Indignata igitur hostium inusitatam audaciam usitata Franciae animositas, circumquaque movens militarem delectum, vires et viros pristinae virtutis et antiquarum memores victoriarum delegat. Qui cum Remis undecumque potenter convenissemus, tantae militaris et pedestris exercitus copiae apparebant, ut viderentur superfitiem terrae more locustarum non tantum secus decursus aquarum, sed etiam montanis et planicie devorare. Ubi cum rex continuata septimana Theutonicorum prestolaretur incursum, tali inter regni proceres deliberatione res disponebatur: 'Transeamus', inquiunt, 'audacter ad eos, ne redeuntes impune ferant, quod in terrarum dominam Franciam superbe presumpserunt. Senciant contumaciae[d] suae meritum non in nostra sed in terra sua, quae iure regio Francorum Francis sepe perdomita subiacet[e], ut, quod ipsi furtim in nos machinabantur attemptare[f], nos in eos coram retorqueamus'. Aliorum autem perita severitas persuadebat eos diutius expectare, ingressos marchiae fines, cum iam fugere intercepti nequirent, expugnatos prosternere, tanquam Sarracenos inmisericorditer trucidare, inhumata barbarorum corpora lupis et corvis ad eorum perhemnem ignominiam exponere, tantorum homicidiorum et crudelitatis causam terrae suae defensione iustificare. Ordinantes autem regni proceres in palatio bellatorum acies coram rege, quae quibus suffragio iungerentur, Remensium et Cataulaunensium[g] ultra sexaginta milia tam equitum quam peditum unam componunt, Laudunensium et Suessionensium nec minori numero secundam, Aurelianensium, Stampensium et Parisiensium et Beati Dyonisii copioso exercitu et coronae devoto terciam; cui etiam se ipsum interesse spe suffragii protectoris sui disponens: 'In[h] hac', inquit, 'acie tam secure quam strenue dimicabo, cum preter sanctorum dominorum nostrorum[i] protectionem etiam qui me compatriotae familiarius educaverunt aut vivum iuvabunt aut mortuum conservantes reportabunt'. Comes etiam palatinus Teobaldus cum avunculo nobili Trecensi comite Hugone, cum ex abiuratione[k] Franciae — guerram enim regi cum avunculo rege Anglico inferebat[l] — adventasset, quartam efficiens; quintam Burgundionum[m] ducis et Nivernensis comitis previam fecit. Comes vero egregius Viromandensis Radulfus[n], germana regis consanguinitate conspicuus[2], optima fretus militia multoque Sancti Quintini[3] et tocius terrae armato tam loricis quam galeis[o] exercitu, cornu dextrum conservare destinatus, Pontivos et Ambianenses et Belvacenses in sinistro constitui approbavit. Nobilissimus etiam comes

a) *hic in 1 manus recentior addidit:* Henricus imperator duxit exercitum contra Ludovicum Grossum regem Francorum Remis. b) *deest* 1a. c) *eadem quae supra manus hic ad marginem scripsit:* Quod rex Francorum accipit vexillum desuper altare beati Dionisii, contra hostes dimicaturus 1. d) contumascie 3. e) subiaceret 3. f) atemptare 1. 1a. g) Cataul. *corr.* Catal. 1a. h) *deest* 1a. i) suorum 1a. 3. k) aiuracione 1. 1a. 3. l) inferrebat 1a. m) Burgundinum 1a. n) Rod. 3. o) gualeis 3.

1) Le Vexin, regio quaedam in Normanniae ac Franciae confiniis. 2) Radulfus filius erat Hugonis Magni, fratris Philippi I, id est Ludovici VI. regis consobrinus. 3) Saint-Quentin.

Flandrensis[1] cum decem milibus militum pugnatissimorum — triplicasset[a] exercitum, si 1124. tempestive scisset — extrema acie ad peragendum[b] ordinabatur. His autem locorum affinitate propinquus dux Aquitaniae Guilelmus[c], comes egregius Britanniae[2], comes bellicosus Fulco Andegavensis summe emulabantur, eo quod vires exagerare et Francorum iniuriam gravissime punire et viae prolixitas et temporis brevitas prohiberet. Provisum est etiam, ut, ubicumque exercitus, apto tamen loco, certamen inirent[d], et carri [et[e]] carretae, aquam et vinum fessis et sauciatis deferentes, instar castellorum in[f] corona locarentur, ut a labore bellico, a vulneribus deficientes inibi potando ac ligaturas restringendo fortiores indurati ad palmam optinendam concertarent. Publicata igitur tanti et tam tremendi facti deliberatione tantique delectus fortissimi apparitione, cum hoc ipsum auribus imperatoris intonuisset, simulans et dissimulans, palliata occasione subterfugiens, alias tendit, magis eligens ignominiam defectus sustinere, quam et imperium et personam ruina periclitantem Francorum gravissimae ultioni suppeditare. Quo Franci comperto, sola archiepiscoporum et episcoporum et religiosorum prece virorum ab illius regni devastacione et pauperum depressione[g] vix se continere valebant. Tanta igitur et tam celebri potitis[h] victoria — idem enim aut[i] superius fuit, quam si campo triumphassent — Francis repatriantibus, rex exhilaratus nec ingratus ad protectores suos sanctissimos martires humillime devenit, eisque post Deum gratias magnas referens, coronam patris sui, quam iniuste retinuerat — iure enim ad eos omnes pertinent —, devotissime restituit; Indictum exterius in platea — interius enim sanctorum erat — libentissime reddidit, viaturam omnimodam, quibus spaciis cruces et columpnae statuuntur marmoreae, quasi Gades[k] Herculis omnibus obsistentes hostibus[3], precepti regii confirmatione sanccivit[l, 4]. Sacras etiam[m] venerabiles sacratissimorum corporum lecticas argenteas, quae altari principali superpositae toto spacio bellici conventus extiterant, ubi continuo celeberrimo diei et noctis officio fratrum colebantur, multa devotissimi populi et religiosarum mulierum ad suffragandum exercitui frequentabantur multiplici oratione, rex ipse proprio collo dominos et patronos suos cum lacrimarum affluentia filialiter loco suo reportavit multisque tam terrae quam aliarum commoditatum donariis pro his et aliis impensis beneficiis remuneravit. Imperator ergo[n] Theutonicus, eo vilescens facto et de die in diem declinans, infra anni circulum extremum agens diem, antiquorum verificavit sentenciam: neminem nobilem aut ignobilem regni aut 1125. aecclesiae turbatorem, cuius causa aut controversia sanctorum corpora subleventur, anni fore superstitem, sed ita vel[o] intra deperire. Rex autem Angliae, conscius Theutonici doli, quia regi Ludovico cum comite Theobaldo guerram inferens conspiraverat[p], marchiam collimitantem regis absentia omnino aut depopulari aut occupare, solo uno barone, scilicet Amalrico de Monte-forti[5], viro marte iugi acerrimo, et strenuitate Vilcassinensis exercitus repulsus, aut parum aut nichil proficiens, vana[q] spe frustratus, retrocessit. Quo facto nostrorum modernitate nec multorum temporum antiquitate nichil clarius Francia fecit, aut potenciae suae gloriam, viribus menbrorum suorum adunatis, gloriosius propalavit, quam cum uno eodemque termino de imperatore Romano et rege Anglico, licet absens, triumphavit. Ex quo quidem, suffocata hostium superbia, 'siluit terra in conspectu eius', 1. Mach 1, 3 et pene ad quos pertingere poterat, inimici in gratiam ultro[r] redeuntes, amiciciae dextras dederunt. Sic

Arma tenenti Lucan Phars I, 349.
Omnia dat qui iusta negat. . . . .

29. Egregie factum, quo nobilius ab adolescentia usque ad vitae limitem nullum perpetravit, vitando fastidium, cum multa egeat brevi narratione memorare, non quomodo sed quid fecerit significantes, proposuimus. Famosus comes, vir potentissimus Karolus, de amita[6] domini regis Ludovici Danorum regis filius, cum successisset iure consanguini-

a) enim *add.* 3. b) pag. 1[a]. c) Guillelmus 1[a]; Willelmus 3. d) invenirent 1[a]. e) *deest codd.* f) *deest* 3. g) oppressione 3. h) potitus 3. i) aud 3. k) grades 1. l) sanctivit 1[a]. m) enim 1[a]. n) vero 1[a]. o) *deest* 3. p) inspiraverat 3. q) una 3. r) *deest* 3.

1) Karolus. 2) Conanus III. 3) Cf. c. 19: *acsi Gades Herculis offendant aut magno oceano arceantur*. 4) Hic Sugerius paulisper erravit. Diploma enim Sancto Dionysio dedit Ludovicus rex, sed ante suam in Henricum V. expeditionem; per hoc instrumentum abbatiae concessit Indictum exterius *(le Lendit)* et plurimas circumiacentes villas. Cf. Tardif, 'Monuments historiques, Cartons des rois', p. 217, nr. 391, ex autographo adhuc sigillato. 5) Montfort l'Amauri (Seine et Oise). 6) Adela.

tatis fortissimo comiti Balduino[1], Ierosolimitani Roberti filio, Flandriae terram valde populosam tam strenue quam diligenter administrabat, aecclesiae Dei illustris defensor, elemosinarum liberalitate conspicuus, iusticiae tutor insignis. Qui cum debitor honoris adepti potentes quosdam, genere humiles, opibus elatos, dominio eius lineam consanguinitatis absentare superbe innitentes — erant enim de fece condicionis servilis — iudicio curiae convenienter satis repeteret, ipsi, videlicet Brugensis ecclesiae prepositus[2] et sui, viri super-
1127. bissimi et famosi proditores, crudelissime ei insidiabantur. Cum igitur quadam die Brugas venisset, summo mane aecclesiae Dei assistens[a], pavimento prostratus, librum orationum manu tenens orabat, cum subito Buchardus[b] quidam, nepos prepositi prefati, satelles truculentus, cum aliis de eadem sceleratissima radice et aliis tradicionis pessimae complicibus, oranti, immo Deo loquenti, tacite retrocedit, et caute gladio evaginato, collum terrae prostratum comitis suavissime tangens, ut paululum erectum ferientis gladio se inopinate dirigeret, ensem ei applicans, uno ictu, impius pium, servus dominum, sceleratissime detruncat[3]. Qui autem astabant necis impiae cooperatores, sanguinem eius sitientes, tanquam[c] canes in relicta cadavera debachantes, innocentem laniare gaudebant, summopere
Ps. 7, 15 gloriantes, quod opere complere potuerant quem conceperant dolorem et quam pepererant iniquitatem. Et apponentes iniquitatem super iniquitatem, utpote malitia sua excecati, quoscumque castellanos, quoscumque nobiliores comitis barones sive in eadem aecclesia sive extra in castro offendere poterant, infelicissimo miserae mortis genere imparatos nec confessos trucidabant[4]. Quibus tamen prodesse valde arbitramur, quod pro fidelitate domini sui taliter mactati in aecclesia orantes sunt reperti, cum scriptum sit: *Ubi te invenero, ibi te iudicabo*[5]. Comitem vero truces in aecclesia ipsa tumulantes, ne honorifice extra deplangeretur et sepeliretur, et pro gloriosa vita et gloriosiore[d] morte devotus populus in eius ultionem incitaretur, aecclesiam ipsam speluncam latronum statuentes, tam ipsam[e] quam comitis domum aecclesiae inherentem muniverunt et quibuscumque paratis victualium alimentis et se ipsos exinde protegere et terram sibi allicere summa superbia deliberant. Tanti igitur et tam scelerati horrore facti attoniti, qui his non consenserant[f] Flandriae barones lacrimabiles exequias persolventes, notam prodicionis evitant, dum hoc domino regi Ludovico, nec ei tantum, sed fama volante per universum orbem denuntiant. Rex autem et amore[g] iusticiae et consanguinitatis affectu in ultionem tantae prodicionis excitatus, nec regis Anglici nec comitis Teobaldi[h] guerra detentus, Flandriam animosus intrat, ut nequissimos atrocissime perdat, toto animi et operis nisu exestuat. Comitem Flandriae Guilelmum[i] Normannum[6], filium Roberti[k] Ierosolimitani Normanniae comitis, — ad eum enim iure consanguinitatis spectabat — constituit. Ut autem Brugas descendit[7] non veritus terrae barbariem nec fedam proditoriae consanguinitatis lineam, ipsos proditores in aecclesia et turre obsessos coartat, victualia preter sua, que divino nutu eorum etiam usui importuna repugnabant, prohibet. Ut autem fame, peste et gladio aliquantisper eos contrivit, aecclesiam relinquentes, turrim tantum, ut eos turris retineret, retinuerunt[8]. Iam ergo de vita
cf Iob 30, 31 eis desperantibus, cum iam in luctum verteretur cythara[l] eorum et organum eorum in vocem flentium, nequissimus Buchardus[m] sociorum consensu fuga lapsus, terram exire volens nec valens, sola iniquitate propria prohibente, infirmitate cuiusdam amici et familiaris reversus, interceptus regis imperio, exquisito miserae mortis genere, alta rota superligatus, corvorum et alitum rapacitati expositus, desuper oculis defossus et tota facie dilaceratus, inferiorum sagittis et lanceis et iaculis milies perforatus, miserrime interfectus, in cloacam proiectus est. Bertoldus vero, caput iniquitatis, cum similiter effugere decrevisset,

a) asistens 1. b) Burchardus 3. c) tanquam — debachantes *des.* 3. d) gloriose 3. e) ipsum 3. f) conserant 1. g) amore et 3. h) Theob. 1[a]. 3. i) Guillelmum 1[a]; Guillermum 3. k) Rotberti 1[a]. 3. l) chytara 1. m) Burcardus 3.

1) c. 25: *comes Flandriae Balduinus apprime militaris, elegans iuvenis et facetus.* 2) Bertoldus. — Istius proditionis causas invenies a Walterio et Galberto expositas, SS. XII, p. 545. et 565. 3) Mortis comitis Sugeriana versio plus differt a Galberti quam a Walterii narratione; cf. SS. XII, p. 549. 569. 4) Cf. Walterium, SS. XII, p. 550, et Galbertum, ibid. p. 569—572. 5) Haec verba in sacris scripturis nusquam occurrunt. Alludit forsan Sugerius ad ista Ezechielis c. 7, 3: *Iudicabo te iuxta vias tuas.* LECOY DE LA MARCHE. 6) Guillelmus dictus Clito moritur a. 1128. in Alostensi obsidione. 7) Hic Sugerius, actis regis Ludovici nimis applicatus, primos obsidionis dies a die 6. Martis ad 5. Aprilis praetermittit. Rex enim non ante hunc diem Brugas devenit. 8) Ecclesia 13. April. capta fuit, teste Galberto l. l. p. 594—595.

cum huc illucque satis licenter deambulasset, sola superbia reversus — dicebat enim: [1127.] 'Quis ego, aut quid ego'? — suis[1] etiam capitur, et regis arbitrio expositus, merita et miserrima morte est dampnatus[a]: furcis enim cum cane suspensus, quociens canis percuciebatur, in eum iram retorquens, totam faciem eius masticando devorabat; aliquando etiam, quod horribile dictu est, stercorabat; sicque miseram vitam miserior miserrimo morte perpetua terminavit[2]. Quos autem in turre incluserat multis angustiis ad dedicionem cogens, sigillatim unum post alium coram suis fractis cervicibus deiecit[3]. Quendam etiam eorum Ysaac nomine, timore mortis in monasterio quodam tonsoratum, demonachatum patibulo affixit[4]. Potitus itaque Brugensi victoria, rex cum suis Ipram[b], peroptimum castrum, contra Guilelmum[c] Bastardum, prodicionis fauctorem[d], ut[e] et in eum ulciscatur, accelerat. Brugenses tam minis quam blandiciis directis ad eos nunciis allicit; dumque Guilelmus[c] cum trecentis militibus ei obviat, altera pars regalis exercitus in eum irruit, altera ex obliquo alia porta castellum audacter occupat, eoque retento, Guilelmum[f] a tota Flandria exheredatum exterminat; et quia prodicione ad possidendam Flandriam aspiraverat, merito in tota Flandria nichil optinuit[5]. His ergo et diversis ultionum modis et sanguinis multi effusione lota et quasi rebaptizata Flandria, Guilelmo Normanno comite constituto, rex in Franciam Deo auxiliante victor remeavit. . . . . . .

31. Eo autem tempore ecclesiam Romanam scismate periculoso gravissime et pene [1130.] precordialiter contigit sauciari. Venerandae memoriae summo pontifice et universali papa Honorio viam universae carnis ingresso, cum aecclesiae Romanae maiores et sapientiores ad removendum aecclesiae tumultum consensissent, apud Sanctum Marcum[g] et non alibi et nonnisi communiter Romano more celebrem fieri electionem, qui assiduitate et familiaritate propinquiores apostolici fuerant, timore tumultuancium Romanorum illuc convenire non audentes, antequam publicaretur[h] domini papae decessus, personam venerabilem cardinalem de Sancto Angelo diaconum Gregorium summum eligunt pontificem[i]. Qui autem Petri Leonis parti favebant, apud Sanctum Marcum[g] pro pacto alios invitantes convenerunt, dominique papae morte comperta, ipsum eundem Petrum Leonis cardinalem presbiterum multorum et episcoporum et cardinalium et clericorum et Romanorum nobilium consensu votive elegerunt, sicque scisma perniciosum statuendo, Christi domini tunicam inconsutilem discindendo, partiti sunt aecclesiam Dei, et dum

magno se iudice quisque tuetur, [Luc. Phars. I, 127]

alii[k] alios alliciunt, alii alios anathemate innodant, iudicium preter suum non attendunt. Cum autem Petri Leonis pars tum parentum suffragio, tum Romae nobilitatis presidio prevaleret, dominus papa Innocentius cum suis Urbem relinquere deliberat, ut orbem terrarum optinere prevaleat. Descendens itaque navali subsidio ad partes Galliarum, tutum et approbatum eligit personae et aecclesiae post Deum defensionis asilum regnum nobilissimum Francorum, nunciisque suis ad regem Ludovicum destinatis, et personae et aecclesiae opitulari efflagitat. Quo rex, ut erat piissimus aecclesiae defensor, cito compunctus, concilium archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et religiosorum virorum Stampis convocat et eorum consilio magis de persona quam de electione investigans — fit enim sepe, ut Romanorum tumultuancium quibuscumque molestiis aecclesiae electio minus ordinarie fieri valeat —, ei[l] assensum electioni consilio virorum prebet et deinceps manutenere promittit[6]. Cum autem et susceptionis et servitii primitias Cluniaci per nos ei delegasset, tanto exhilarati suffragio, cum gratia et benedictione domino regi per nos gratias referentes, ad propria remiserunt. Ut autem usque Sanctum Benedictum super Ligerim descendit, [1131.] dominus rex[m] cum regina et filiis ei[n] occurrens, nobilem et diademate sepius coronatum

a) 1a *rubris litteris in margine addit:* Nota iustissimam penam. b) iram 3. c) Guillelm. 1a; Wuillerm. 3. d) *ita* 1. 1a. e) *deest* 3. f) Willelmum *h. l.* 3. g) Marchum 1a. h) *deest* 3. i) *hic ad marginem* 1 *addit manus paulo posterior:* Scisma gravissimum inter Gregorium, qui Innocentius dictus est, et Petrum Leonis hic oritur. k) a. a. all. des. 1a. l) *manus posterior corr.* eius 1. m) *hic in margine eadem quae supra manus addit:* Ludovicus Grossus rex, *et inferius:* Henricus rex Anglie *et* Loherius imperator 1. n) eius 3.

1) i. e. 'a suis'. 2) Bertoldus 11. die Aprilis periit. Eius mortem paulo diversis verbis tradiderunt Galbertus et Walterius l. l. p. 591. et 553. Galbertus hoc factum Guillelmo Bastardo, dicto de Ypra, nec regi attribuit. 3) Cf. SS. XII, p. 558. et 600–601. 4) Isaac patibulo affixus est ante regis adventum, die 23. Martis. 5) Ypra die 20. Aprilis capta ac depraedata fuit ab exercitu regio. 6) Mense Aprili a. 1130. habitum fuit illud Stampense concilium ('Etampes'), in quo vicit S. Bernardi eloquentia. De quo cf. Mansi, Conc. XXI, p. 441.

1131. verticem tanquam ad sepulchrum Petri inclinans, pedibus eius procumbit, catholicum affectum et devoti servitii effectum ei et aecclesiae promittit. Cuius exemplo et rex Angliae Henricus ei Carnotum occurrens, devotissime pedibus eius prostratus, votivam sui suorumque in[a] terra sua susceptionem et obedientiae filialis promittit plenitudinem. Visitando itaque Gallicanam, sicut res exigebat, aecclesiam, ad partes se transfert Lotaringorum[b]. Cui cum imperator Loherius civitate Leodii cum magno archiepiscoporum et episcoporum et[c] Theutonici[d] regni optimatum collegio celeberrime occurrisset, in platea ante episcopalem aecclesiam humillime se ipsum stratorem offerens, pedes per medium sanctae processionis ad eum festinat, alia manu virgam ad defendendum, alia frenum albi equi accipiens, tanquam dominum deducebat. Descendente vero tota stacione, eum suppodiando deportans, celsitudinem paternitatis eius notis et ignotis clarificavit. Pace itaque imperii et aecclesiae confederata, instantem sancti paschae diem apud nos in aecclesia beati Dyonisii tanquam speciali filia affectat celebrare. Nos autem ob timorem Dei et aecclesiae, matris et filiae,
Apr. 15. gratanter pridie cenae Domini suscipientes, celeberrimam Deo et hominibus proferentes
Apr. 16. processionem, adventum eius odis exultacionis collectantes[e] amplexati sumus. Cena ergo Domini apud nos more Romano et sumptuoso donativo, quod presbiterium nominatur,
Apr. 17. Apr. 18. celebrata, venerandam Domini crucifixionem venerando prosequtus, sanctissimae resur-
Apr. 19. rectionis vigilias honore debito pernoctavit. Summo mane vero extrinseca via ad aecclesiam martirum[f] in Strata[1] cum multo collateralium collegio quasi secreto commeavit, ibique more Romano se ipsos preparantes, multo et mirabili ornatu[g] circumdantes, capiti eius frigium, ornamentum imperiale, instar galeae circulo aureo circinatum, imponunt, albo et palliato equo insidentem educunt; ipsi etiam palliati equos albis operturis variatos equitantes, odas personando, festive geminati procedunt. Barones vero aecclesiae nostrae feodati[h] et castellani nobiles, stratores humillimi, pedites[i] eum equitantem freno deducebant; quidam etiam previi copiosam monetam, ut turbam impedientem removerent, iactitabant. Via autem regia et salicibus et fixis stipitibus preciosis palliis rutilabat. Cum autem et miliciae cunei et populi multi concursus ei honoratissime occurreret, nec etiam[k] ipsa Iudeorum Parisiensium[l] excecata defuit synagoga[m], quae legis litteram, rotulam scilicet
cf. 2. Cor. 3, 15. 16. velatam, offerens, ab ore eius hanc misericordiae et pietatis obtinet supplicationem: 'Auferat Deus omnipotens velamen a cordibus vestris'! Perveniens vero ad sanctorum basilicam, coronis aureis rutilantem, argenti et plus cencies auri, preciosarum gemmarum et margaritarum splendore fulgurantem, divina divine celebrans, agni[n] veri paschalis victimas sacratissimas nobis cooperando immolavit. Finita vero missa, erectis in claustro palliis strato mensis, materialem agnum tanquam thoris accubitati sumunt, cetera nobilis mensae fercula
Apr. 20. consueto more suscipiunt. Sed et sequente die eandem ab ecclesia sancti Remigii ad principalem reciprocant processionem. Transactis itaque tribus post pascha diebus, cum gra-
Apr. 22. tiarum actione et auxilii et consilii promissione Parisium transmeavit[2]. Exinde Galliarum aecclesias visitando et de earum copia inopiae suae defectum supplendo, cum per terram aliquantisper deambulasset, Compendii demorari elegit. Interea[o] contigit singulare et ulterius inauditum Franciae regni infortunium. Regis enim Ludovici filius, floridus et amenus puer, Philipus[p], bonorum spes timorque malorum, cum quadam die per civitatis Parisiensis suburbium equitaret, obvio porco diabolico offensus equus gravissime cecidit sessoremque suum nobilissimum puerum silice consternatum, mole ponderis sui conculcatum, contrivit. Quo dolore civitas et quicumque audierunt consternati[q] — ea siquidem die exercitum ad expeditionem asciverat — vociferabantur, flebant et eiulabant; tenerrimum recolligentes puerum pene extinctum, [in[r]] proximam domum reportant. Nocte vero instante, pro dolor! spiritum exalavit[3]. Quantus autem et quam mirabilis dolor et luctus patrem et matrem et regni optimates affecerit, nec ipse Omerus elicere[u] sufficeret. Eo[s] autem in ecclesia beati Dionisii in sepultura regum[t] et sinistra altaris sanctae Trinitatis parte, multorum conventu episcoporum et regni optimatum, more regio humato, pater sapiens post

a) ut 1. 1ª. 5. b) Lothar. 3. c) *deest* 3. d) Theuthonici 1. 1ª. e) *ita* 1. 1ª; colletantes 3. 4. f) nostram 3. g) privatu 3. h) foedati 3. i) pedes 1. 1ª. k) et 3. l) Parisiencium 1ª. m) signagoga 3. n) angni 1. o) 1ª *in margine litteris rubris addit:* De morte Philippi a porco interfecti. p) Phyppus 1; Philippus 1ª. q) consternatim 3. r) *deest* 1. 3; *post add.* 1ª. s) ego 3. t) ante *add.* 3. — 1ª *in margine rubris litteris:* De sepultura Philippi regis. u) *ita codd.*, edicere?

1) Prioratus conventualis, Gallice 'de l'Estrée' dictus, in quo primos iuventutis suae annos vixit Sugerius. 2) Cf. Iaffé nr. 5357. 3) Cf. Hist. Mauriniac. supra p. 41.

lugubres querimonias, post miserabiles vite superstitis imprecationes religiosorum et sapien- 1131. tium consilio consolari admisit. Qui ergo intimi eius[a] et familiares eramus, formidantes ob iugem debilitati corporis molestiam eius subitum defectum, consuluimus ei, quatinus filium Ludovicum, pulcherrimum puerum, regio diademate coronatum, sacri liquoris unctione regem secum ad refellendum emulorum tumultum constitueret. Qui[b] consiliis nostris adquiescens, Remis cum coniuge et[a] filio et regni proceribus devenit, ubi in pleno et celeberrimo, quod dominus papa Innocentius convocaverat, concilio[1] sacri olei unctione et coronae regni deportacione in regem sublimatum, felicem providit regno successorem. Unde multis quasi quodam presagio videbatur eius debere amplificari potentia, qui tot et tantorum et tam diversorum archiepiscoporum, episcoporum, Francorum, Theutonicorum, Aquitanorum, Anglorum, Hispanorum suscepit benedictionem copiosam. Cumque pater, vivi gaudio defuncti[c] dolorem allevians, Parisium rediret, dominus papa, soluto concilio, Autissiodoro[d] elegit demorari. Oportunitatem vero repatriandi nanciscens de imperatoris Ludovici[2] comitatu — quia eum in manu forti Romam perducere et Petrum Leonis deponere spoponderat — illuc cum eo devenit; sed cum eum augustum imperatorem consti- 1133. tuisset, Romanis resistentibus, pacem obtinere, Petro Leonis vivente, non potuit. Sed cum Petrus Leonis de medio abisset, pace aecclesiae post longam fluctuationem, post diutinos et 1138. pene consumptivos languores Dei auxilio restituta, dominus papa felici successu sanctissimam cathedram vitae et officii merito nobilitavit. . . . . . .

a) *deest* 3. b) 1[a] *add. in margine rubris litteris:* Sublimatio regis Ludovici iusti. c) def. d. all. *des.* 3. d) Antisiodoro 1[a].

EX ODONIS DE DEOGILO LIBRO DE VIA SANCTI SEPULCHRI

A LUDOVICO VII. FRANCORUM REGE SUSCEPTA.

Regem Francogallorum Ludovicum VII. tamquam capellanus in expeditione sacra comitatus est Odo de Deogilo[3], *monachus Sancti Dionysii, isque in medio itinere res tam a Francis quam ab Alemannis gestas, vel potius calamitates, quas perpessi sunt, describendas sumsit et opus septem libris distinctum abbati Sugerio misit, eo, ut ipse modeste profitetur, consilio ductus, ut ille materiam regis historiae scribendae inde nancisceretur. Narratio regem ad Antiochiam usque prosequitur, neque multo post, cum Damasci obsessio pararetur, confecta esse videtur*[4]. *Auctor igitur rerum, quas describit, testis fuit ocularis, regis personae et consiliis assiduus*[5], *et quae ipse viderat vel audierat luculenter exposuit, sermone usus brevi quidem, sed culto et satis amoeno. Etiam quae*

1) Remense concilium a die 18. Oct. ad 5. Novembris eiusdem anni 1131. duravit. Ludovici iunioris consecratio die 25. Octobris acta est. Cf. Hist. Mauriniac., supra p. 42. et Sigeberti Gemblac. Auctarium Laudunense, SS. VI, p. 446. 2) Ita singulari errore sive Sugerius sive librarii pro 'Loherii' (Lotharii) scripserunt. 3) Deuil vicus, in valle Montis-Morentiaci. B. 4) Lib. VI: *Marcescunt flores Franciae antequam fructum faciant in Damasco.* Quod sane non post obsidionem solutam scriptum crediderim. Recte igitur, librum Antiochiae confectum esse, statuere videtur qui Vol. XII. scriptorum Gallicorum edidit, p. VI. 5) Epist.: *illi surgenti saepius aderam et cubanti.* Cf. epist. regis Sugerio scriptam, Bouqueti cont. XV, p. 488: *Dilectus filius vester Odo monachus vos salutat, quem pro reverentia beati Dionysii honorifice nobiscum habemus.*

de Konradi III. regis itinere infortunio pleno narrantur multo iis praestant quae rerum Germanicarum scriptores memoriae tradiderunt, quamvis auctor nonnulla minus certa ex auditu recepisse videatur[1]*. Animum agnosces vero addictum, quantum fieri potuit, a partium studio liberum, sed in Graecos non minus quam contra infideles Turcos infensum. Certe liber inter praecipua huius aetatis monumenta est referendus, et vix a me obtinui, ne integrum in collectionem nostram reciperem. Cum tamen quae ad solos Francogallos spectant seponere deberem, ea retinui quae vel aliquantulum Germanorum fata infelicia illustrare possunt necnon quorum pars fuit comes Flandrensis.*

Odo, postea a. 1150. *abbas Compendiensis electus, Sugerio mortuo a.* 1152. *in monasterio Sandionysiano successit ibique a.* 1162. *diem clausit extremum*[2]*. Neque vero hanc historiam continuasse neque alia ingenii documenta reliquisse videtur.*

Editionem paravit P. F. Chifletius in libro cui titulus est: S. Bernardi Clarevallensis abbatis genus illustre assertum, Divione 1660, *in* 4. *p.* 9—77*; quam repetivit Migne, Patrol. LXXXV, p.* 1202 *sqq. Fragmenta libr. I. et II. receperunt Bouqueti continuatores XII, p.* 91—93.

Codex unicus qui exstat est Montispessulanus nr. 39, *membr. s. XIII, ubi post Fretelli descriptionem Terrae sanctae f.* 15'—41. *Odonis liber legitur, iam a.* 1840. *a me inspectus, postea vero in usus nostros a V. Cl. Baist transscriptus. Quamvis mendis nonnullis aspersus, ad veram lectionem restituendam ubique fere sufficit.* *G. W.*

EPISTOLA ODONIS AD VENERANDUM ABBATEM SUUM SUGGERIUM.

Ecclesiae beati Dionisii venerando abbati Suggerio monachorum eius minimus Odo de Rom. 7, 18. Deogilo salutem. 'Velle adiacet mihi, perficere autem non invenio', ut de via Sancti Sepulchri vobis aliqua idonee denotem, quae mandetis stilo vestro memoriae sempiternae. Nam detentus adhuc in agone itineris, et imperitia praepedior et labore. Est tamen temptandum aliquando id etiam quod nequimus, ut nostro conatu viros strenuos ad hoc quod volumus et non possumus incitemus. Ego igitur, cum in via Sancti Sepulchri gloriosi regis Lodovici beneficia ubertim senserim et secretius familiaritati adhaeserim, referendarum gratiarum affectum quidem habeo, sed non ministrant vires effectum. Sit hoc beati Dionisii, cuius amore hec fecit, et vestrum, quia monachum vestrum loco vestro suscepit. Vos tamen multum pro vobis debetis, quem specialiter in regno suo dilexit et zelo ductus fidei propagandae ad tempus illud dimittens vobis commisit. Ibi tamen vigilavit sibi sua credens experte fidei et sapientie singulari. Vos patris eius gesta scripsistis, sed criminis erit fraudare posteros notitia filii, cuius omnis aetas est forma virtutis. Nam cum regnare coeperit pene puer, non fuit illi gloria seculi materia voluptatis, sed dedit augmentum virtutibus eius et lucem. Unde si quis gesta eius ab itinere Iherosolimitano describere coeperit, futuris regibus exempli propositi a Deo maximam partem truncabit. Nos enim magis miramur in puero Nicolao quartam et sextam feriam papillarum[3] et reliquam indolem quam presulatus eius admirabilem sanctitatem. Vos igitur, cui iure debetur reverentia scribendi de filio, qui prius patrem stilo traxistis in lucem, et qui iure debetis obsequium, habundantiori gratia functus amborum, incipite a pueritia, ubi cepit virtus oriri. Quod vos melius scitis, quia sicut nutritius secretius didicistis. Ego vero, etsi impeditus sermone, sed non scientia rerum quae in via Sancti Sepulchri gestae sunt, quippe qui sicut capellanus illi surgenti saepius aderam et cubanti, ut ita dixerim, quasi balbuciendo sumatim[a] vobis offeram veritatem, litterali eloquentia venustandam. Nec ideo vos pigeat exequi quod debetis, si hoc auditis a pluribus usurpari. Immo gratum habetote, si laudes habet multorum qui meruit omnium.

EXPLICIT EPISTOLA.

a) *ita c.*

1) Cf. Kugler, 'Studien zur Gesch. des zweiten Kreuzzuges' p. 13. 2) Bouquet cont. XII, p. VI; 'Hist. littér.' XII, p. 614; cf. epistolas Bernardi 265—267. ad eum defendendum scriptas. 3) Cf. Vit. Nicolai ep., Surius VI, p. 795.

INCIPIT LIBELLUS PRIMUS.

Anno Verbi incarnati millesimo centesimo quadragesimo septimo gloriosus rex Francorum 1146. et dux Aquitanorum Ludovicus, regis filius Ludovici, cum esset viginti quinque annorum, ut dignus esset Christo, Verzeliaco in pascha baiulando crucem suam aggressus est Mart. 31. eum sequi. . . . . . .

Rex quasi iam nactus gaudium suum fidei propagandae de spe futuri exercitus copiosi, Apuliam regi Rogerio nuntios mittit; qui de omnibus rescripsit ad libitum. Insuper viros remisit nobiles, qui regnum suum in victualibus et navigio et omni necessitate et se vel suum filium itineris socium promittebant. . . . . . . Alemannorum et Hungarorum etiam reges de foro et transitu requisivit; quorum nuntios et litteras ad suam voluntatem recepit. Harum quoque regionum duces multi et comites eius exemplo provocati, de itineris illi societate scribebant. . . . . . . Omnes igitur ad 'Circumdederunt me' Stampas vocat . . . . 1147 Febr. 16 predictus etiam abbas *[Bernardus]* et predicandus presentiam suam obtulit et rumorem attulit et utroque letabundam reddidit concionem. Nam de Alemannia veniebat regemque et regni proceres militiae crucis Christi adiunxerat. . . . . Inter hec indicitur dies in pentecosten Iun. 8. profecturis et in octabis undecumque Mettis glorioso et humili principi congregandis. Iun. 15. . . . . .

INCIPIT SECUNDUS.

. . . . Mettis ergo, quia ibi convenimus, stilum vertamus; ubi rex cum iure dominii nihil suum invenerit, omnes tamen invenit ex gratia, sicut Verduno iam fecerat, quasi servos. Fixis ergo tentoriis extra urbem, paucis diebus venientem exercitum expectavit statuitque leges paci ceterisque utilitatibus in via necessarias, quas principes sacramentis et fide firmaverunt, sed quia ipsi non bene tenuerunt eas, nec ego retinui. Inde premittit Warmasiam prudentes et religiosos viros Alvisum Atrebatensem episcopum et Sancti Bertini abbatem Leonem, ut in Reno, qui ibi preterfluit, navigium subsequenti exercitui prepararent. Quod optime compleverunt, congregata undique tanta multitudine navium, ut ponte non egerent. Huius clerus et populus civitatis in sollemnitate apostolorum Petri et Pauli regem valde sollemniter Iun. 29. susceperunt. Hic primam nostri populi stultam superbiam sensimus. Transmearunt enim milites; inventaque pratorum satis ampla latitudine, venerabilem episcopum Luxoviensem[1] Arnulfum cum suis Normannis et Anglis domino regi placuit expectare; affluebant nobis per fluvium ab urbe victualia, et erat nostrorum et indigenarum assiduus comeatus. Oboritur tandem rixa; peregrini autem nautas in fluvium proiecerunt. Quo viso, cives currunt ad arma, et vulneratis aliquibus, unum ilico peremerunt. Turbantur hoc scelere peregrini; clamant ignem pauperes tam civibus exiciabilem quam etiam quibusdam nostris, divitibus mercatoribus scilicet et cambitoribus. Sed utrosque stultos Deo volente represserunt utrarumque partium sapientes. Cives tamen adhuc timent, et subductis utrique ripe navibus, auferunt cummeatum. Sed religiosus vir Atrebatensis episcopus, navi quadam cum labore reperta, cum quibusdam baronibus transmeat, turbam sedat et securitatem civibus pollicetur. Postea reductis navibus, commeant more solito, nobisque necessaria ministrantur. Hucusque de populo malum presagium habebatur; hic primo expertum est. Exinde multi de turba se per Alpes a nobis separaverunt, quia omnia pre multitudine carius emebantur. Rex quoque castra movet, premisso Ratispone venerando Atrebatensi cum cancellario[2] et abbate Sancti Bertini causa nunciorum imperatoris Constantinopolitani, qui ante Iul. 19. multos dies regem ibi prestolabantur. Ad hanc urbem omnes Danubium ponte optimo transierunt inveneruntque navium multitudinem copiosam, que sarcinas nostras multumque populum usque Bogariam[3] deportarunt. Bigas etiam et quadrigas nonnulli navibus imponebant, ut dampnum preteritum in desertis Bogarie compensarent. Sed prius et postea magis fuere spei quam utilitati. Ad cautelam hec omnia dicimus posterorum. Nam cum esset quadrigarum maxima multitudo, si offendebat una, mora omnibus erat equalis. Si vero plures vias inveniebant, omnes pariter aliquando sepiebant, et summarii vitantes earum impedimentum persepe gravius incurrebant. Ex hoc erat mors frequens equorum et de parvis dietis querele multorum. Huius populi civitatis regem valde regaliter susceperunt. Sed quoniam id tociens replicari non potest, quociens illi gentes devotionem sui animi demonstrarunt, dicendum semel est, omnes villas, castella et civitates usque Constantinopolim honorem illi regium magis et minus, omnes tamen pro viribus exhibuisse. Sed cum esset

1) Lisieux. 2) Bartholomaeo, ut postea nominatur. 3) Bulgaria intelligitur.

1147. omnium par voluntas, magis et minus dico, quia non erat omnibus idem posse. Fixis ergo tentoriis et rege hospitato imperatoris legatarii vocati veniunt. . . . . . .

f 20. In his quae scribimus pro exemplo est descriptio probitatum, pro directione itineris nomina civitatum, pro cautela viatici calitas regionum. Nunquam enim deerunt Sancti Sepulchri viatores eruntque, si placet, de nostris eventibus cautiores. Igitur Mettis, Warmasia, Wirceburgis, Ratispona, Batavia, civitates opulentissime, tribus diebus a se invicem distant. A postremo nominata 5 dies sunt usque ad Novam-urbem[1], ab hac una usque ad portas Hungariae. Quae interiacent nemorosa sunt, et nisi deferantur de civitatibus, non sufficiunt exercitui victualia ministrare. Rivis tamen habundant et fontibus et pratis. Cum transirem regionem istam, aspera mihi montibus videbatur; nunc autem planam iudico respectu Romaniae. Hungaria ex hac parte aqua lutosa cingitur, ex alia vero a Bogaria amne lucido separatur. In medio sui fluvium habet Droam, qui stanni more unam ripam proclivem habet et alteram arduam. Unde modica pluvia effluit, et adiutus vicinis paludibus, etiam aliquanto remota submergit. Audivimus, eum multos Alemannorum qui nos precesserant subito inundasse; nos autem ubi castra eorum fuerant vix potuimus transvadare. In hoc parvas naves habuimus et paucas, et ideo fuit opus equos natare, qui facilem ingressum et egressum difficilem habentes, cum labore quidem, sed tamen Deo volente sine dampno transibant. Cetera omnis aqua terre huius lacus sunt et paludes et fontes; si tamen fontes sunt, quos paululum fossa humo etiam in estate faciunt transeuntes; excepto Danubio, qui hanc satis in directum preterfluit et multarum regionum divitias nobili civitati Estrigun[2] navigio convehit. Terra hec in tantum pabulosa est, ut dicantur in ea pabula Iulii Cesaris extitisse. In hac pro voto nobis fuerunt et forum et concambium. Hec dietas quindecim habet. Deinde Bogaria in ingressu castrum attollit quod Bellagrava[3] dicitur Bogarensis respectu cuiusdam quae in Hungaria est eiusdem nominis civitatis. Inde ad unam dietam, interposito quodam fluvio, Brundusium[4] civitatem pauperculam. Quod de illa superest, ut ita dixerim, pratum est nemorosum vel nemus pabulosum. Bonis abundat que sponte nascuntur et ceteris est habilis, si colonos haberet. Non plana iacet nec montibus asperatur, sed inter colles vineis et segetibus habiles rivis et fontibus lucidissimis irrigatur. Caret fluviis; sed nec usque Constantinopolim exinde nobis navibus opus fuit. Hec ad quintam dietam primam, sed modicam ex hac parte Greciae civitatem Nit ostendit. Nit[5], Hesternit[6], Philipipolis, Andronopolis civitates 4 diebus ab invicem dissidentes, et ab ultima usque Constantinopolim sunt quinque. Que interiacent plana sunt, villis et castellis omnibusque bonis redundantia. Dextra levaque montes sunt tam prope, ut videantur, et tam longe, ut lata, dives et iocunda planicies includatur. Hactenus hec. Oportet autem nos ultro citroque progredi et reverti. Multa enim scribenda se offerunt; sed non debet oratio rerum multiplicitate confundi. Collateraliter incedunt cause, sed oportet servari consequentiam in sermone. Ecce enim rex et imperator occurrerunt michi memoriae pariter Ratispone. Sed cum rex michi sit principalis materia, me cogunt tamen de imperatore pauca inserere facta eorum communia. Nostrum regem precessit Alemannus tempore[a] locoque. Noster processit in pentecosten, ille in pascha; noster de Beato Dionisio movit pedem, ille de Ratispona. Hoc tamen nostro contulit, quod ille precessit, quia, cum in terra eius multi fluvii sint, super ipsos sine proprio labore et sumptu novos pontes invenit. Ut autem verum fatear, valde imperialiter egressus est et navali apparatu et pedestri exercitu. Et bene; habebat enim tunc Hungaros inimicos. Igitur imperator animosus, navalis et pedes, habens in navibus copiosum militem secum et iuxta se per terram equos et populum, sicut oportuit et decuit principem, ingressus est Hungariam. Erat autem quidam Boricius nomine, qui ius hereditarium in regno illo

*f 21. clamabat et super *hoc Stampas regi nostro litteras miserat plenarie querimoniam exponentes et humiliter iusticiam postulantes. Hic dum regi nostro veniret obviam litteras suas sequens, offendit, in quo confidere posset, imperatorem. Causam igitur illi suam exponit, multa promisit, immo, sicut audivimus, dedit et ab eo spem sui iuris accepit. Rex autem Hungaricus, sciens se[b] posse vincere facilius auro quam ferro, multam pecuniam inter Alemannos effudit et eorum impetum evasit. Boricius autem, spe frustratus inani, delitescens arte qua potuit, regis transitum expectavit et nescio qua intentione furtivus se Francis immiscuit. Dicitur tamen, hoc duos principes scisse et gratia imperatoris Constan-

a) locoque tempore *c.*; loco et tempore *Ch.* b) non *add. c., om. Ch.*

1) Neustadt. 2) Gran. 3) Belgrad. 4) Branitza. 5) Nissa. 6) Quae et Sardica, nunc Sofia.

tinopolitani, neptem cuius habebat, hunc illis satis favorabiliter adhesisse. Tali velamine 1147 tectus et tutus, procedit cum exercitu per Hungariam. Inter hec rex Hungaricus nostrum timens et venerans, legatis et muneribus eius gratiam conquirebat, sed interposito Danubio presentiam devitabat. Optabat autem eius colloquium, quem fama sibi commendaverat, res monstrabat; sed cum navigare in nostram ripam timeret, humiliter supplicat regi, ut ad suam ripam sua dignatione veniret. Rex igitur, cui mos erat dilectione et humilitate facile superari, ductis secum quibusdam episcopis et ducibus, eius paruit voluntati. Deinde post oscula, post amplexus statuunt pacem, firmant amorem, et ut securi deinceps per Hungariam nostri peregrini transirent. Quo facto, rex noster Hungarum letum dimisit. Prosequuntur eum regia munera, equorum, vasorum et vestium, et parat adhuc rex Hungarus nostrum et eius optimates pro posse venerari, cum ecce intelligit, inter Francos esse Boricium. Mittit ergo, qui regi fedus novum dilectionis et pacis pretenderent et inimicum suum, qui latebat in exercitu, sibi tradi prece humili postularent. Hoc totum factum est nocte. Rex autem totius duplicitatis ignarus, id penitus non credebat. Sed tandem illis constanter hoc asserentibus et precantibus adquievit. Illi ergo leti audacter amplius quam prudenter incedunt; nam ille tumultu querentium a lecto excitus, nudus evasit. Unde illi confusi redierunt. Fugitivus autem, non tamen stupidus, dum tendens ad fluvium tentoria exisset, obvium[a] habuit armigerum super optimum equum, cum quo pro equo animose confligit. Clamat armiger et resistit et superat magis clamore quam viribus. Confluunt enim undique qui Boricium sicut latronem capiunt et verberatum, luto sordidum, nudum exceptis femoralibus, regi adducunt. Omnes eum latronem putabant; ipse vero regi prostratus, licet ignoraret linguam nostram et rex tunc interpretem non haberet, quedam tamen verba nota barbaris vocibus inserens et suum nomen sepius iterans, quis esset aperuit. Mox igitur honeste induitur et in crastinum reservatur. Hungarus autem rex, qui prope nos tentoria fixerat et Boricium iam expertus metuebat, loco vicinus et timore curiosus, ilico scivit quod gestum est. Hunc ergo a rege sicut ab amico et pro federe amoris quasi ex debito requirit et insuper ob hoc multa, immo vix credenda promittit. Similiter prece et precio sollicitat animos procerum, sed non valet extorquere a rege instantia precum aut munerum, nisi quod prius iudicasset communis sententia sapientium. Suum hunc fatebatur amicum. Non tamen propter eum sibi faciendum esse quod dedeceret peregrinum. Episcopi tandem et optimates alii convocati discussa ratione iudicaverunt, ut rex regi pacem servaret et viro nobili licet capto vitam servaret; quia scelus esset utrumque, et morti hominem vendere et amici sine ratione fedus rumpere. Ergo rex Hungarus se nostris non credens, sed tristis abscedens, tuciora et remotiora sui regni requirit, noster autem Boricium satis honeste secum habens, de Hungaria educit.

EXPLICIT SECUNDUS. INCIPIT TERCIUS.

Hucusque lusimus, quia nec dampna pertulimus ex malicia hominum nec pericula timuimus de astutia subdolorum. Ex quo autem intravimus Bogariam, terram Grecorum, et virtus laborem pertulit et sensus exercicium. Ingressuri desertum, in Brondusio, paupere civitate, victualibus honestamur, que maxime Hungaria per Danubium ministravit. Erat ibi tanta navium multitudo, quas Alemanni adduxerant, ut domibus edificandis et igni civibus in longum * sufficerent. Harum minores nostri accipiebant, et transducto amne, de quo- * f. 22. dam castro Hungariae non longe posito necessaria convehebant. Hic primo cupream monetam estammas[b] offendimus et pro una earum 5 denarios et pro 12 solidis marcam tristes dabamus vel potius perdebamus. Ecce in introitu sue terre Greci periurio maculantur. Debetis enim iam dicta reminisci, illos scilicet pro suo imperatore forum idoneum et concambium nostris iurasse. Ceterum deserta transivimus terramque pulcherrimam et opulentissimam, que sine interruptione protenditur usque Constantinopolim, intravimus. Hic primo ceperunt iniurie fieri et inveniri; nam cetere regiones, que nobis necessaria competenter vendiderunt, nos omnino pacificos invenerunt. Greci autem suas civitates et castella obserabant et per murum funibus venalia submittebant; sed nostre multitudini non sufficiebat victus tali modo ministratus. Peregrini ergo in rerum abundantia penuriam non ferentes, predis et rapinis sibi necessaria conquirebant. Visum tamen est aliquibus, hoc Alemannorum nos precedentium culpa fuisse, qui cum omnia predarentur, invenimus eos insuper aliqua suburbia combussisse. Nam, quod egre referendum est, Philipipolis extra muros nobilem burgum Latinorum habebat, qui supervenientibus necessaria habundanter

a) obviuum c. b) et stammas *Ch.*; staminas *legendum esse, coniecit Ducange VI, p.* 353.

1147. precio ministrabat. Ubi cum tabernis insedissent, malo auspicio affuit ioculator, qui licet eorum linguam ignoraret, tamen sedit, symbolum dedit, bibit. Et post longam ingurgitationem, serpentem, quem precantarum[a] in sinu habebat, extrahit et cifo terre imposito superponit, et sic inter eos, quorum mores et linguam nesciebat, ceteris lusibus ioculatoriis sese frangit. Alemanni, quasi viso prodigio, ilico cum furore consurgunt, mimum rapiunt et in frusta discerpunt scelusque unius omnibus imputant, dicentes, quod eos occidere Greci veneno volebant. Turbatur urbs tumultu suburbii, et dux cum turba suorum, ut sedaret turbam, foras inermis, sed festinus egreditur. Turbatus autem vino et furore oculus Alemannorum non arma videt, sed cursum, undique causa pacis accurrentibus occurrunt irati, putantes a se homicidii vindictam exigi. Illi autem fugientes in urbem recepti sunt. Tunc sumtis arcubus — haec enim sunt arma eorum —, denuo exeunt, fugant quos fugerant, occidunt, vulnerant, expulsisque omnibus de suburbio, cessant Ibi multi Alemannorum occisi sunt, et maxime in hospiciis et pro pecuniis suis in speluncis proiecti. Resumptis ergo animis et armis, ut vindicarent suam verecundiam et aliorum necem, redierunt et extra muros fere omnia combusserunt. Nostris etiam erant importabiles Alemanni. Nam quadam vice quidam nostrorum regie multitudinis oppressionem vitantes et ideo preeuntes, iuxta illos hospitati sunt. Itur ad forum ab utrisque, sed Alemanni non patiebantur, ut Franci aliquid emerent, nisi postquam ipsi exinde satis habuissent. Inde rixa, immo garritus oboritur; ubi enim alter alterum non intelligens clamosa voce impetit, garritus est. Franci ergo percutientes et repercussi, de foro cum victualibus redierunt. Alemanni, quia multi erant, paucorum Francorum superbiam dedignantes, contra illos arma sumunt, furiose invadunt; illique similiter armati animose resistunt. Sed Deus illud nefas, nocte cito superveniente, finivit. Nocte illa ignis eorum nec extingui potuit nec consopiri, quia mane debacantes acrius surrexerunt. Sed sapientes eorum stultorum genibus provoluti, humilitate et ratione insaniam[1] sedaverunt. Sic Alemanni precedentes omnia perturbant, et ideo Greci subsequentem nostrum pacificum[b] fugiebant. Conventus tamen ecclesiarum et clerus omnis de civitatibus exeuntes cum icconiis suis et alio Greco apparatu, illum semper cum timore et honore debito suscipiebant. Dux quoque Hesternensis, cognatus imperatoris, in via regi semper adherens, et pacem indigenis et ex parte forum fecit exhiberi peregrinis. Qui regi de victualibus satis honorifice serviebat; sed ipse inde sibi parum vel nichil retinens, modo totum divitibus, modo pauperibus dividebat. Ideoque cum illo pax districtius serva-
*f 23 batur, quia ibi minus necessitatis et amplius erat timoris. *Multe vero illum precedebant acies et sequebantur, vel de foro, si poterant, vel de predis, quia hoc poterant, sibi abundantiam conquirentes. Tandem venitur Philipipolim, ubi Alvisus venerandus Athrebatensis episcopus, dum legatione Constantinopolim fungeretur, octavo Idus Septembris in sancta con-
Sept. 5. fessione obierat. Hic post longam egritudinem, dum inter festum sancti Bertini, cuius
Sept. 8. monachus fuerat, et nativitatem beatae Mariae acrius urgeretur, obortis lacrimis, quarum gratiam semper habuerat. monachis suis et clericis convocatis, dixit: 'Karissimi, festum sancti Bertini honore debito celebretis; sed quia sollemnitati beatae Mariae vobiscum non interero, impendite michi gratiam quam potestis, ut preoccupantes eam sumptis libris omne michi servitium sollemniter decantetis'. Illi autem flebiliter obsequentes, diei et noctis omne servitium morosius decantarunt. At ille quocienscunque illud 'ave' singulare vel nomen virginis audiebat, in ipso mortis articulo nisu debili sed devoto surgebat. Post hec reddidit virgini animam, cuius ipse tam devote iam tenebat memoriam. Corpus autem eius extra urbem in ecclesia sancti Georgii ante altare venerandam habuit sepulturam. Ad cuius tumulum rex postmodum veniens, illum obisse doluit et cum suis episcopis et abbatibus ei lugubres exequias iteravit. Sciendum est, quod nos pro certo vidimus febricitantes prius subtus feretrum, deinde supra tumulum obdormire, postmodum de sua sanitate Deo et defuncto episcopo gratias agere.

His autem paululum intermissis, libet Alemannos Constantinopolim duci, immo etiam et transduci; debet enim res ordine quo gesta est recitari. Incedunt igitur satis audacter, sed minus sapienter, quia, dum in terra illa ubique inveniunt opulentiam et in ea non habent temperantiam, pedites eorum remanentes ebrii necabantur, et inhumatis eorum cadaveribus, omnia fedabantur. Unde Francis sequentibus minus nocebant armati Greci quam occisi

a) *ita c.;* praecantatum *Ch.* b) *supple:* principem *vel* regem.

1) Similia Byzantini auctores Cinnamus et Nicetas referunt; cf. Kugler, 'Studien' p. 119.

1147 Alemanni. Qui venientes Andronopolim, invenerunt transitum Constantinopolim partim resistendo partim consulendo prohibentes et apud Sanctum Georgium de Sisto[1] mare strictius et solum fertilius asserentes. Sed imperator eorum resistentes et consulentes equa lance vilipendit. Tendens ergo quo ceperat, in medio fere itinere pratum invenit, fluviolo quodam vel torrente irriguum et mari contiguo terminatum[2]. Dum igitur ibidem fixis tentoriis pernoctaret, erupit pluvia super eos, quidem sicut audivimus modica, sed in montibus tanta inundantia, ut eos potius raperet quam aspergeret. Torrens enim tumidus et rapidus tentoria sibi obvia et quicquid continebant involvens et rapiens, in mare vicinum precipitavit et ipsorum multa milia submersit. Imperator autem et superstes multitudo, non sine dolore quidem, sed tamen velut sine dampno malum[a] perferentes, consurgunt, et quasi audatiores redditi pro eventu, Constantinopolim veniunt. Erat ante urbem murorum ambitus spaciosus et speciosus, multimodam venationem includens, conductus etiam aquarum et stanna continens. Inerant etiam quedam fossa et concava, que loco nemorum animalibus prebebant latibula. In amenitate illa quedam palatia nimia ambitione fulgebant, que imperatores ad iocunditatem vernorum temporum sibi fundaverant. In hunc, ut verum fatear, deliciarum locum Alemannus imperator irrupit, et undique pene omnia destruens, Grecorum delicias ipsis intuentibus suis usibus rapuit. Imperiale*namque palatium et singulare, quod muris supereminet urbis, istum sub se habet locum et inhabitantium in eo fovet aspectum. Tamen, si tale spectaculum Greco imperatori stuporem attulit vel dolorem, repressit et per suos Alemanni colloquium postulavit[3]. Sed alius eorum ingredi civitatem, alius egredi timuit aut noluit, et neuter pro altero mores suos aut fastus consuetudinum temperavit. Rex interim Francorum, cui semper mos fuit regiam maiestatem humilitate condire, imperatori Alemannorum cum multa prece mandavit, ut eum citra Brachium expectaret, et, quorum voluntas eadem eundem laborem susceperat, eodem consilio fruerentur. Ipse vero fervore quo cepit accelerat, et accepto a Greco imperatore duce itineris, immo potius erroris et mortis, transmeat. Et licet *ego prescripserim et verum *f. 24 sit, de illius exercitu infinitos iam obisse, audivimus tamen a Grecis, qui numerarunt transeuntes, eum cum nongentis milibus[b] et quingentis 66[4] transfretasse. Venit ergo Nichodemiam, ubi sui, oborto scandalo, scisma fecerunt[5]. Imperator tetendit Iconium; frater [autem[c] eius Otto] Frisingensis episcopus et nobiles multi cum eo maritima tenuerunt. Flebiles eorum eventus et celeres[d] loco et tempore referemus, sed ad nostros interim redeamus.

Venerandus Mettensis episcopus[6] et frater eius Reinaldus[e] de Moncon et Tullensis episcopus[7] Alemannos non ferentes, cum copioso exercitu adventum pacifici principis expectabant; sed Greci quibus poterant iniuriis et maxime fori subtractione illos transfretare cogebant, dicentes, se pactum cum eorum imperatore firmasse, quod nullum suorum ibi permitterent remanere. Regii vero nuncii, qui adhuc in urbe morabantur, hoc audientes et verum esse credentes, litem illam tali pacto terminarunt, ut illi transmearent et forum idoneum in aliam partem expectantes haberent. Quo facto, pauci Franci, qui supervenerant, remanserunt. Quos cum alios sequi monerent, cogerent, nec impetrarent, immensam multitudinem Pincenatorum et Cumanorum ad eos debellandos miserunt; qui etiam in desertis Bogariae per insidias de nostris plurimos occiderunt. Illi autem quendam terre tumulum ascendentes et in eo se bigis et quadrigis sepientes, viriliter restiterunt. Ibi nostri primam perpessi sunt penuriam, quia forum non habebant, nec illi ab impugnatione cessabant. In urbe vero regii nuncii tarde, licet hoc scientes, imperatorem adeunt nimia commotione furentes. Cognito enim doloso scelere, de his qui transierunt pridie conqueruntur, et maxime de his qui in urbe christianorum ab infidelibus impugnantur. Tunc imperator, quasi aliter Pincenatos inhibere non posset, iubet nostros accedere propius et subtus se ad pedem palacii hospitari et mercatum preberi. Igitur illi, audito nuncio, claustra sua qualiacumque exeunt et, quod iussi fuerant, quasi nichil timentes incedunt: cum ecce illos Pincenatorum alii persequuntur, alii locum illorum occupare nituntur. Illi autem celeriter et viriliter revertentes et persequentibus locum suum occupantibus animose resistunt. Ibi multi pedites, ut

a) tantum m. *ed.* b) militibus *c.?* c) a. e. O. *post add. c.* d) sceleres *c.* e) Ren. comes *ed.*

1) Sestus ad Propontim. 2) Cf. hac de re Ottonis Fris. Gesta I, 45, p. 375. 3) Quod iam antea factum esse, Cinnamus tradit; cf. Kugler l. l. p. 124. 4) 900000 etiam Cinnamus numerat; Kugler l. l. 5) Cf. de hoc loco Giesebrecht, K G. IV, p. 480; Kugler, 'Analecten' p. 69. 6) Stephanus. 7) Heinricus.

1147. expeditius fugerent, suarum rerum proicientes aliqua, perdiderunt. Tunc quidam nunciorum ardentius inflammati, Evrardus videlicet de Britoilo et Manasses de Bulis[a] et Ansellus dapifer Flandrensis et quidam alii, iudicantes melius honeste pati mortem suam quam turpiter videre suorum, armantur, civitatem exeunt, iunguntur suis et participes efficiuntur discriminis. Magister vero Templi dominus Evrardus de Barris et Bartholemeus cancellarius, Herchembaudus Burbonensis et quidam alii imperatorem aggredientes, eum, quem tunc viribus superare non poterant, ratione vicerunt. Iurat ille, se hoc nescisse, suis petit veniam nostrosque facit iuxta palatium hospitari, et omni propulsa inquietudine, mercatum facit preberi. Esset nunciis satisfactum, nisi probarent scelus; ex scelere didicerunt enim, eum cum Turcis pacem habere. Et qui regi scripserat ad debellandas gentes incredulas secum ire et se de illis novam et gloriosam victoriam habuisse, certum erat, cum eisdem inducias duodecim annorum firmasse. . . . . . . Ceterum multo studio consulendo laborabant, ut rex ab Andronopoli ad Sanctum Georgium de Sisto gressum diverteret et ibi celerius et utilius transfretaret. Rex autem noluit incipere, quod Francos audiebat nunquam fecisse. Igitur eisdem vestigiis, sed non eisdem auspiciis Alemannos subsequitur precedentes. Et cum ad unam dietam Constantinopolim propinquasset, suos nuncios habuit obvios, rumores de imperatore, quos iam ex parte retulimus, reportantes. Tunc fuere, qui regi consulerent retrocedere et terram opulentissimam cum castellis et urbibus capere, et interim regi Rogerio, qui tunc imperatorem maxime impugnabat, scriberet et eius adiutus navigio ipsam Constantinopolim expugnaret. Sed ve nobis, immo Petri apostoli subditis omnibus, quod non prevaluerunt voces eorum! . . . . . .

25 EXPLICIT TERTIUS. INCIPIT QUARTUS.

Constantinopolis, Grecorum gloria, fama dives et rebus dicior, ad formam veli navalis in trigonum ducitur. In interiori angulo Sanctam Sophiam habet et palatium Constantini, in quo capella est que sacrosanctis reliquiis honoratur, duobus autem lateribus mari precingitur. Venientes ad urbem, Brachium sancti Georgii ad dexteram et quendam profluvium,
26 qui de ipso procedens ad 4 fere milia tenditur, *habebamus ad levam. Ibi palacium quod dicitur Blasserna fundatur, quidem in humili, sed sumptu et arte decenti proceritate consurgit, et triplici confinio triplicem habitantibus iocundidatem offerens, mare, campos urbemque visibus alternis despicit. Exterior eius pulchritudo fere incomparabilis est, interior vero quicquid de illa dixero superabit. Auro depingitur undique variisque coloribus et marmore studioso artificio sternitur area, et nescio quid ei plus conferat precii vel pulchritudinis, ars subtilis vel pulchra materia. Latus tercium de trigono civitatis campos habet, sed duplici muro munitur et turribus, qui a mari usque ad palatium fere duobus milibus tenditur. Hic nec robore firmus est nec turres in altum subrigit, sed urbs, sicut estimo, in sua multitudine et antiqua quiete confidit. Infra muros terra vacua est, que aratra patitur et ligones, habens ortos omne genus holerum civibus exhibentes. A foris subterranei conductus influunt, qui aquas dulces civitati largiter tribuunt. Ipsa quidem sordida est et fetida multisque in locis perpetua nocte dampnata. Divites enim suis edificiis vias tegunt sordesque et tenebras pauperibus et hospitibus derelinquunt. Ibique cedes exercentur et latrocinia et que tenebras diligunt alia scelera. Quoniam autem in hac urbe vivitur sine iure, que tot quasi dominos habet quot divites et pene tot fures quot pauperes, ibi sceleratus quisque nec metus habet nec verecundiam, ubi scelus nec lege vindicatur nec luce venit in palam. In omnibus modum excedit; nam, sicut divitiis urbes alias superat, sic etiam viciis. Multas quoque habet ecclesias Sancte Sophie magnitudine impares, non decore; que sicut sunt admirabiles pulchritudine, sic sunt etiam numerosis sanctorum pignoribus venerande. . . . . . .

27 Forum tamen ex parte subtrahentes, rumoribus Alemannorum nostros ad transitum concitabant. Primo retulerunt, Turcos copiosum exercitum congregasse et Alemannos de illis sine dampno suorum 14 milia peremisse. Post diem alteram feliciori eventu infaustum transitum amplius persuadebant. Dicebant enim, Alemannos pervenisse Hiconium, et ante adventum illorum eiusdem civitatis perterritum fugisse populum. Et quoniam ipsi festinant in antea, imperatorum alter alteri scripsit, ut veniat et quod sine
28. suo labore conquisitum est defendendo possideat. . . . . . Ecce pertransivimus, et nos naves cibariae cum cambitoribus subsequuntur; sternunt gazas in littore, fulgent auro

a Bugues *ed.*

tabulae vasisque argenteis, quae a nostris emerant, honustantur. Veniunt de exercitu qui 1147. cambiunt necessaria, iunguntur et illis qui ambiunt non sua. Igitur una die Flandrensis quidam, dignus flagris et flamma, cernens immensas divicias et immoderata cupiditate cecatus, clamat hauo! hauo! rapiens quod cupivit, et audacia pariter et prede precio sibi similes ad nefas animavit. Et quoniam ubique stulti erant — in concambio enim quot ociosi tot stulti —, corruunt ubique qui pecunias in promptu habebant. Crescit clamor et furor, corruunt essedrae, conculcatur aurum et rapitur; metu mortis cambitores fugiunt spoliati, navesque suscipiunt fugitivos et subducte littori referunt ad urbem, qui cibos emebant, nostrorum plurimos. Verberantur isti et spoliantur; civitas quoque quos hospites habuit quasi hostes spoliavit. Fiunt haec nota regi, succensusque ira requirit maleficum; qui a comite Flandrensi[1] redditus, in prospectu civitatis illico est suspensus. Deinde festinat querendo perdita, reddentibus donando veniam, celantibus comminando similem penam. Et ne suam presentiam timerent vel erubescerent, iussit, ut episcopo Lingonensi omnia redderent. Revocantur in crastinum qui pridie fugerant et quod se iurare poterant perdidisse plenarie rehabebant. Requirebant plurimi amplius quam deberent. Sed rex maluit quod defuit de suo restitui[a] quam pacem sui exercitus violari. . . . . . . Dum hec aguntur, omnes fere quos rex f. 29. expectaverat transfretarunt, quorum nomina michi dolor est recitari, quia mortes eorum immaturas aspexi, et esset forsitan legenti taedium, qui querit utilitatis vel probitatis exemplum. Et quoniam solus imperator erat ulterius causa morandi, imperat rex castra moveri. Quod ille audiens, premissis nunciis post eum properat, determinans quoddam castrum eorum colloquio, in quo sibi cavit vicini maris adunato navigio. Rex autem, Alemannorum emulus, quorum bonam famam letus audierat et similem festinanter querebat, nec morari voluit nec colloquium respuit. . . . . . . Illo die[2] sol vidit scelus quod ferre non potuit, sed ne videretur illud equare proditioni dominice, servivit mundo dimidius et dimidius se abscondit. Cum igitur exercitus dimisso rege procederet et solem in forma dimidii panis magna diei parte conspiceret, verebatur, ne ille, qui super alios fide lucebat, dilectione fervebat, spe superna tenebat, proditione Grecorum aliqua portione sui luminis *privaretur. Sed aliud accidit eque dolendum. Imperator enim Alemannus a duce suo *f. 30 proditus et in concavis montibus clam relictus, multis suorum iaculis Turcorum confossis milibus, retrocedere compulsus est, sicut postea referemus. Quod postquam didicimus, quid significaret celeste prodigium, rectius exposuimus, dicentes, nostrum regem et Alemannum esse unum solem, quoniam unius fidei lumine coruscabant, et hunc lucere dimidium et dimidii circuli radios abscondisse, quando, rege fervore solito tenente cursum[b], Alemanni retrocedebant.

EXPLICIT QUARTUS. INCIPIT QUINTUS.

Constantinopolis, superba divitiis, moribus subdola, fide corrupta, sicut propter suas divicias omnes timet, sic est dolis et infidelitate omnibus metuenda. Si autem careret his viciis, aere temperato et salubri fertilitate soli et transitu facili ad fidem propagandam posset locis omnibus anteferri. Habet enim Brachium sancti Georgii, quod fecunditate piscium mare est et salsedine, fluvius quantitate, qui possit in die septies vel octies ultro citroque sine periculo navigari. Ultra Romania est, terra latissima montibusque saxosis asperrima, meridiana sua parte pertingens usque Antiochiam et in orientali habens Turciam. Que cum tota esset iuris Grecorum, hanc ex magna parte Turci possident; illis expulsis, aliam destruxerunt; ubi vero Greci adhuc munitiones obtinent, redditus parciuntur. Tali servicio retinent, quod Francorum virtus, quia Ierosolimam conquisierunt, liberavit, et perdidisset omnia populus iners, sed aurum auro redimens, diversarum gentium conductis militibus se defendit. Semper tamen perdit; sed multa possidens, non potest omnia simul; non enim sufficiunt aliene vires propriis destituto. Quod nobis Nichomedia prima monstravit, que sentibus et dumis consita, ruinis sublimibus antiquam suam gloriam et presentium dominorum probat inertiam. Frustra iuvabat eam quidam maris profluvius, qui de Brachio consurgens post dietam terciam in ea terminatur. Ab hac vie tres dirigunt Antiochiam, quantitate dispares et qualitate dissimiles. Que vergit ad sinistram brevior est, si obstacula non haberet, et tribus ebdomadibus finiretur. Sed post dies 12 pretendit Hiconium, solistani[c] sedem, nobi-

a) res | tui *c.* b) cursu *c.?* c) soltani?

1) Theodericus, cuius virtus in pugna contra Turcos apud Laodiciam commissa lib. VI. praedicatur.
2) Octob. 26.

1147. lissimam civitatem, et post quinque alios, preteritis[a] Turcis, terram Francorum. Robustus ergo exercitus, fide munitus et multitudine, ista contemneret, si non nivibus montium in hieme terreretur. Quae dexteram tenet pacatior est et abundantior, sed marinis amfractibus triplicem moram facit viantibus; habens fluvios et torrentes timendos in hieme loco nivium et Turcorum. Media vero partis utriusque commodis et dispendiis temperatur, breviori longior, sed tucior, longiori brevior et tucior, sed pauperior. Igitur Alemanni, qui nos precesserant, facto scismate, plures cum imperatore ad sinistram partem sinistro auspicio per Hiconium tetenderunt. Reliqui vero cum fratre illius ad dexteram versi sunt, consequentes omnia sinistrorsum. Nobis autem sors media cecidit, utriusque lateris infortunio temperato. Cum igitur ad sinistram, relicta Nicea, super lacum ipsius sederemus, Grecorum rumoribus stimulati post Alemannos properare et prosperari, ecce viri nobiles ab eorum imperatore post regem missi supervenerunt, qui nobis, illos refugisse Niceam, contra nostrum votum et estimationem flebiliter retulerunt. Audientes hoc nostri, cum stupore dolent et cum dolore stupent, tam robustum exercitum subito defecisse et inimicos Dei et nostros de nostris sociis tam leviter triumphasse. Requiruntur illi ordinem, modum seu causam tanti infortunii; sed omnia hec forsitan dicuntur improprie, siquidem confusio non habet ordinem, nec excessus modum, nec causam illud quod racio aliqua non precedit. Habuit tamen finem et principium malum utrumque, sicut hi qui casum illum potuerunt evadere docuerunt. Satis iuste primo erant accusatores sui ipsorum: quod nimium in propriis viribus confidebant, qui Deum sepius et solito amplius offendebant. Deinde Constantinopolitanum idolum execrabantur, qui cum dedisset eis viae conductorem et traditorem, quantum in ipso fuit, christianorum fidem stravit, paganismum stabilivit, animos illorum timidos animavit, fervorem nostrorum frigidavit. Ducti enim Niceam, a duce suo[1] iussi sunt octo dierum cibariis onustari, tali viatico Hiconium perventuri. Finitis autem
*f. 31 diebus et escis, putabant *viam similiter finiendam; sed de illius infinitate, obsessi montibus et eorum scopulis immersi, possent capere coniecturam. Tamen a duce, immo a truce suo seducti, amplius de crastino in crastinum usque in tercium patiuntur et in montes invios longius intruduntur. Tandem credens adhuc vivum exercitum iam sepultum, proditor ille nocte per compendia sibi nota fugiit et ad predam Turcorum sibi maximam multitudinem convocavit. Diluculo igitur insequenti, cum more solito signiferi previum suum iam irati in eum quererent nec invenirent, Turcos subito vident scopulos montium occupasse, dolentes maxime, quem querebant sine sui sceleris digna mercede fugisse[2]. Fiunt hec nota imperatori tam relatione suorum quam solis. Consulit itaque in illo articulo sapientes suos, sed tarde, quia non erant de malo bonum, sed de malis levius electuri. Procedendum erat vel recedendum; sed processum fames prohibebat et hostis et incognita montium laberintus, recessum eque fames et obprobrii metus. In hoc tamen erat spes aliqua evadendi, sed cum turpitudine, in alio certa mors sine utilitate vel laude. Quid igitur faciet virtus ieiuna? Fugiet in Dei servicio, que non solet in suo? Item procedit incassum ilico moritura, que adhuc servire Deo poterit conservata? Mallet certo mortem gloriosam quam turpem vitam; sed si utramque maculat turpitudo, melius est strenuis actibus turpiter conservari quam turpiter sine correptione finiri. Tali consideratione cedentes Alemanni, faciunt quod non solent, recessum dampnantes iudicio, concedentes pro tempore correctionis intuitu; faciunt quod possunt, volunt quod debent. Armantur itaque omnes ad tolerantiam contra famem, habentes ad esum fessos et morientes equos, et quidam comes egregius Bernardus[3] nomine solus cum suis ad miliciam contra persequentes inimicos[b]. Dum sic redeunt ordinati, augent dietas cibos querentes, et minuunt vires labor et esuries. Turci vero paulatim eos temptabant, et debilitate cognita, de die in diem acrius infestabant. Tandem comes illustris, laude dignus et luctu, dum fessos expectat, dum supportat debiles, exercitus quendam montem pertransit, et ipse nocte superveniente ultra remansit. Quem ibidem Turci a longe circuunt et sagittant et sine damno suorum occidunt levius quam sperabant. Carebat enim vir ille arcubus et balistis, famesque et labor abstulerat veloces equos armatis. Nolebant Turci manu ad manum congredi, nec ille habebat arma quibus a longe posset defendi, nec armatos in hostes ferre poterant equi ieiuni. Plangenda nimis est iuventus agilis, que, sepius extracto gladio, vervecum pelles habens pro scuto, dum velociter et audacter currit

a) *ita ed.*; perterritis *c.?* b) *quaedam deesse videntur.*

1) Stephanus teste Cinnamo dictus. 2) Cf. Konradi epist., inter Wibaldinas nr. 78 (Iaffé, Bibl. I, p. 152); Kugler, 'Studien' p. 154 n. 3) de Plozeke, Ann. Magdeb. SS. XVI, p. 188; Palid., ib. p. 83.

in hostem, in medio itinere offendit mortem volantem. Dum papa sanctus accipitres et 1147. canes prohibuit armisque militum et vestibus modum imposuit, sicut iussit sapienter et utiliter, sic qui eius imperio non consensit stulte et inutiliter. Sed eque utinam pedites instruxisset, retentisque debilibus, fortibus quibusque pro pera gladium et pro baculo arcum dedisset, quia semper debiles et inermes suis sunt onus, hostibus preda! In crastinum comes requiritur, qui ad defensionem suorum ultro se solebat offerre, et discitur, illum sero ad exercitum non venisse, sed in via cum suis Turcorum iaculis interisse. Plangunt omnes mortem illius, de cuius viribus et consilio plurimum confidebant, et quia mors similis imminet universis. Armantur itaque omnes qui poterant, et fame et hoste solito acrius debaccante, properant. Turci enim iam nichil a longe metuunt, ubi arcus non esse et equos veloces agnoscunt. Ergo non solum postremos urgebant, sed etiam primos et medios sagittabant. Non possum describere damna itineris, in quo ipse imperator vulneratus est duabus sagittis. Ubi properantibus aliis remanent debiles, et in turba media pluvia sagittarum necat inermes; sic tandem venere Niceam morientes. Ibi currunt[a] ad escas famelici, quas, sicut in tali necessitate poterant, nimium caras vendebant Greci, spatas et loricas requirentes, non aurum, ut penitus nudarent exercitum. Cuius pars maxima, viribus consumptis et rebus perditis, repatriare volens, Constantinopolim ivit; sed antequam possent habere vel forum vel transitum, eorum plus quam triginta milia, sicut *audivimus, fames *f. 32. occidit. Imperator vero solatio destitutus humano et presumens adiutorium de divino, constanti animo tendit post regem, ad Dei servicium eius expetens societatem. Quem ab eo premissi nuncii super lacum Nicenum, sicut predictum est, invenerunt et ei que descripsimus retulerunt, rogantes, ut occurrat obviam subsequenti, prestaturus opem et consilium indigenti. Rex autem dampnum socii sicut proprium doluit et cum multo baronum comitatu eius personae et precibus libenter et celeriter obviavit. Amplexantur igitur alter alterum et infigunt oscula, que rorabant lacrime pietatis. Tandem statuunt, quod rex imperatorem ad castrum quod Lupar dicitur[1] expectaret, et ille post istum, sumptis in Nicea cibariis, festinaret. Dehinc ceperunt Greci nostris forum subtrahere, sed illi non videre poterant opulentiam et esurire. Dispersi ergo, plurimi rapiebant quod libentius emerent, et alii predas emebant ab eis, quasi iustiores, si quoquo modo de suo viverent. Sic veniunt ad Lupar, ubi ex condicto Alemannos expectant, quos subsequentes, ut residuum bruci locusta comederet, cotidie Greci rebus et vita spoliabant. Tandem fessus imperator et eques, cum non possent evadere, licet pauci essent inimici, armis viriliter resistendo descenderunt, in via misere procedentes animosius tolerando. Pauperes vero, qui non impediebantur ad fugam sarcinis, post regem properant, non timentes cupidos gratia paupertatis. Imperator etiam illi per nuncios supplicat, ut cum militari manu in obviam cito recurrat, vel eorum cadavera sepelire vel semivivis vitae particulam custodire. Igitur conestabulus Ivo de Niella Suessionensis comes, ad hoc urgente rege, festinando laboravit, sed fessos Almannos, Grecis fugientibus, sine labore liberavit. Et certe, sicut ipsi postea referebant, nisi conestabulus tam cito venisset, omnes in horam et locum mortis inciderant. Heu quam miseranda fortuna, Saxones Bathavosque truces et alios Alemannos, quos in antiquis hystoriis legimus quondam Romanam fortitudinem timuisse, nunc dolis Grecorum inertium tam miserabiliter interisse! Referetur quoque suo tempore Francorum occasus, et erit intolerabilis geminus luctus. Et habebunt gentes utreque quod semper defleant, si filii mortes parentum non vindicant. Dat autem nobis, qui pertulimus Grecorum scelera, divina iusticia spem vindictae, et quod nostre gentes non solent verecundas iniurias diu ferre. His interim mestos animos consolamur et, ut sciant posteri Grecorum dolosa facinora, nostra infortunia prosequemur. Imperatore igitur ad regis tentoria conducto et in partem alteram cuiusdam fluminis hospitato, rex eundem navibus transiit et ad illum consolandum animosus et pius, virilis et flebilis, pedes venit. Quem ille sicut naufragus portum tenens, verba eius nimis gratanter suscepit et ab eo quibus egebat valde humiliter postulavit; eventus suos sic incipiens satis constanter exposuit: 'Domine rex, quem natura mihi vicinum prestitit et cognatum et Deus servavit in necessitate patronum, referre vobis meos casus me non oportet, quia supervacuum est monstrare alicui quod iam videt. Mali quidem sunt; sciatis autem, quod inde non irascor Deo, sed mihi; Deus enim iustus, ego vero et populus meus stulti.

a) cucurrunt *c.*

1) Ulubad; v. Iaffé, 'Gesch. K. Konrads' p. 133 n.

1147. Cum de meo regno numerosum exercitum et pecuniosum educerem, si bonorum Largitori dignas gratias redderem, forsitan qui dederat conservasset. Intraturus barbaras regiones si de presenti vitam corrigerem et de preterito pia satisfactione deflerem, Deus correpta vicia non punisset. Cum de Turcis victorias presumebam, si de meo numero non tumerem, sed in Deo exercituum humiliter spem haberem, Deus non inventam contumaciam non domasset. Adhuc tamen sua gratia sanus sum et divicias habeo et in voluntate sui servicii persevero, credens, quia de tot periculis dives et incolumis non exissem nec vos in mortis articulo ad meum suffragium invenissem, nisi me Deus adhuc valere aliquid in suo servicio providisset. Nolo itaque deinceps a vestra societate seiungi nec susceptus primus vel ultimus collocari, quia non possem hostes obvios propulsare nec sequentes sine dampno
*f. 33. mediorum sufferre. *His exceptis, quo volueritis mea tentoria collocentur. Rogo autem, ut de vestris sociis meus numerus augeatur'. Cum hec interpretante Metensi episcopo recenti dolore anxius perorasset[a] et ad fletum viscera omnium commovisset, rex episcoporum et baronum consilio suos avunculos Morianensem comitem et marchisum de Monte-ferrato suosque cognatos Metensem episcopum et fratrem eius comitem Renaldum et quosdam alios sibi sociavit et, ut e vicino posset ab illo consilium capere, ambos simul hospitari debere iudicavit.

EXPLICIT QUINTUS. INCIPIT SEXTUS.

Rex igitur imperatorem diligens pro persona, pene[b] preferens pro etate, venerans pro
Nov. 11. fortuna, castra movit et post festum beati Martini ad castrum quod dicitur Eseron[1] venit. Ego vero interim, dum recens est dolor, dum adhuc obsequii regii recordatur, regem adeo, iniurias, quas beato Dionisio[c] faciebat de castro Estufin[d,2] et Hescelingis[3], expono et excommunicationem, quam de hoc papam audierat in pascha facere, ad memoriam reduco. Ille vero exultans, quod occasionem haberet suo patrono serviendi, non differt, sed ilico iubet sibi possessores horum monstrari. Cui ego respondi, quod ipse imperator in castro turrem unam habebat et dux Fridericus aliam, qui presens aderat et cetera singulariter possidebat. Hoc audito, requirit utrumque per se, per suos, prius privatim, deinde publice; pro se rogat, pro Deo placando et glorioso martire hortatur, ex hoc familiares imperatoris sollicitans et sollicitando frequentans. Ille vero prius dubia respondebat, quia regem cessare ab incepto tedio fatigatum sperabat; sed ipse ab honesta et religiosa postulatione non destitit, donec ille, quam inrevocabilis ab errore et quam ingratus esset beneficiis, patefecit. Quamvis hoc non sit de nostra materia, pater Sugeri, tamen congruit, ut sciatis, quatinus pro illo qui vos presens honorat et absens diligit devotius supplicetis. Ceterum rex ex proposito Philadelphiam properabat, et erat usque illuc[e] plana via octo dierum; sed plenarie victualia[f] non habebat. Quod intelligens imperator, cum rex presens et barones adessent, de hoc sermonem habuit, in quo nobis de sua fortuna, forsitan nescius, plenis phialis propinavit. 'Sicut virtutis est', ait, 'gesta fortia imitari, sic prudentie est, de alieno infortunio cautum reddi. Cum ego nuper exercitum haberem, cui nulla gens incredula restitisset, victus fame cessit his quos habens victualia domuisset. In hoc autem nobis duobus est equa conditio: sicut non timetis gentis alicuius potestatem, sic non habetis iacula contra famem. Ecce vobis proponitur duplex via, una brevior, sed egena, altera longior opulenta; sed certe melius est in opulentia diu honeste vivere, quam cito turpiter in egestate perire, et mora melior, que robustum exercitum in abundantia servat, quam illa, que fessum vel famelicum recreat. Unde vobis consulo, quatinus maritima retineatis et robur vestre militiae ad Dei servitium, licet tardius veniat, conservetis'. Annuit itaque rex sermoni magis verisimili quam veraci, dampna et pericula ilico perpessurus, et ad Demetriam[4] civitatem maritimam, quo pars exercitus, que rectam viam tenuit, die venit dimidia, vix die tertia perventurus. Deviavit enim in quaedam concava, offendensque montium scopulos, dum eos circuit vel ascendit, non accedit quo volebat, sed alternis vicibus inferno et sideribus propinquabat. Mane tercio vidimus villulam habentem rusticos socios beluarum; quorum unum, fugientibus aliis, cepimus eiusque beneficio eodem die ad nostros socios de nobis valde timentes ante Demetriam[g] educti sumus. Primam vero iacturam et maximam fecimus in hos montes, mortuis-

a) perforasset *corr.* perorasset *c.* b) penes *c.* c) Dioniosio *c.* d) *ita ed.*; Estusin *c.? certe* Estuphin *alibi dicitur.* e) *ita ed.*; illa *c.?* f) victalia *c.* g) Demetrias *corr.* Demetriam *c.*

1) De Balikesri cogitatur. 2) Nunc Königsburg prope Schlettstadt; v. Stälin, 'Wirtemb. Gesch.' II, p. 83 n. 3) Esslingen. 4) Adramyttium, nunc Edremid.

que sumariis, auro et argento, armis et vestibus valde ditavimus Grecos silvestres, dampnum 1147. hoc, quia evasimus, equanimiter pacientes. Inerat enim ibi torrens sinuosus et rapidissimus, quem oportebat in die novies vel octies transvadare; qui si modica pluvia paulo amplius tumuisset, nemo posset procedere vel redire, sed erat necesse quemque in loco suo lugendo peccata vite terminum expectare. Post haec sumus redditi marinis anfractibus, saxosos montes et arduos fere cotidie inventuri et torrentium *defossos alveos, quos erat *f 34. labor etiam vacuos pertransiri, et si nivibus vel imbribus augerentur, non esset possibilis eorum rapacitas ab equite vel pedite transnatari. Ibi multas urbes destructas invenimus et alias, quas ab antiqua latitudine supra mare Greci restruxerant, munientes eas muris et turribus. Ab his escas habebamus, cum labore quidem propter nostre multitudinis importunitatem, et nimis care propter illorum cupiditatem. Sed dicet forsitan aliquis qui non interfuit, has debuisse capi et quod haberi non poterat iusto precio gratis rapi. Sed illi turres habebant et muros duplices ad tutelam et in mari naves ad fugam. Quis igitur fructus, si nostri mora, periculo et labore harum aliquam expugnassent, et cives sumptis urbis spoliis aufugissent? Villarum quoque animalia in montibus abscondebant et villani domibus vacuatis de navibus escas ad suum libitum caras vendebant et pauperes in tam longo itinere auro et argento, armis et vestibus spoliabant. Illi autem, si quando naves poterant invenire, naufragio postposito dupplici, intrabant ruituri quocunque illos Grecorum fraus vel hyemis tempestas vellet deferre; alii, quos conditio dampnaverat servituti, ducebant levius in eorum servicio remanere. Nec pretereundum, nos in hac via stupentibus indigenis contra morem tres fluvios facile transvadasse, et unumquemque post nostrum transitum ilico pluviis inundasse; unde habebatur pro miraculo, contra solitum nobis imbres et hyemem pepercisse. Sic tandem, preteritis Smirna et Pergamo, venimus Efesum; que inter ruinas antique gloriae venerandas sui status habet reliquias, beati Iohannis sepulchrum in quodam terre tumulo contra paganos muro circumdatum. Ibi rex imperatoris[1] nuncios cum litteris habuit, qui contra eum Turcos supra numerum congregatos dicebant et ipsum refugere in illius castella suadebant. Cum vero rex Turcorum metum et imperatoris graciam equaliter contempsisset, obtulerunt alias sputo simili dignas, exponentes, que rex ibi fecerat dampna, et quod non posset suos homines retinere deinceps a vindicta. His sine rescriptione despectis, processit, volens in valle Decervion[2] nativitatem Domini celebrare, et Alemannus penitens, quod Constantinopolitanum imperatorem non viderat, apud eum reversus est hiemare[3]. . . . . . .

Nunc venit in memoriam comes ille Bernardus, qui cum imperatore revertens de Hiconio, f. 35. pro fratribus suis animam suam posuit, quia hic cum Frisigiensi episcopo, fratre imperatoris, alius comes eiusdem nominis et fortune simili proditione interiit. Dux enim huius urbis[4], cum deberet illos educere de montanis, per loca invia superduxit eos Turcorum insidiis. Ubi comite occiso cum pluribus, qui potuerunt evadere latitando fugierunt, dux autem et Greci quos duxerat cum Turcis spolia diviserunt. . . . . . . Erant ibi montes adhuc de cruore Alemannorum madidi, et parebant idem ibi qui eos occiderant inimici. . . . . . .

EXPLICIT SEXTUS. INCIPIT SEPTIMUS.

. . . .

Parcat Deus Alemanno imperatori, cuius fortunam vitantes et indocto consilio acquiescentes, f 39. in hec mala devenimus. Sed Greco quomodo parcet iustus iudex Deus vel homo, qui dolosa 1148. crudelitate tot christianos occidit utriusque exercitus? Populus ergo novorum pauperum, affectus tedio, spoliatus argento, corruptus morbo, cognitoque de navibus Grecorum mendatio, ad regem veniunt[5], cui suam voluntatem et paupertatem his et *similibus verbis exponunt: *f. 40. 'Domine rex, in vestre maiestatis presentia merito astamus confusi; tamen illud audemus de vestra bonitate confisi. Quando enim Grecis credentes vobiscum per terram ire noluimus, in hoc inertes, in alio decepti sumus, modo vero paupertate cogente illud volumus facere sine duce. Vadimus in mortem, sed Deo volente valere poterit vitare presentem. Tolerabilior erit forsitan Turcorum gladius quam post discessum vestrum istorum civium dolus'. Quibus rex solita miseratione condoluit et eorum egestati tam larga effusione consuluit, ut crederes, eum nichil antea expendisse vel de cetero curam domus proprie con-

1) Constantinopolitani. 2) De cuius situ non constat; cf. Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' III, p. 176 n. 3) Cf. Konradi epist. l. l. 4) Laodiciae. 5) Qui, clade accepta, Attaliae, Pamphyliae urbe, morabatur.

1148. tempsisse. Deinde volens eos in itinere tutos fore, pactum facit cum nuncio imperatoris et duce, ut ab eo quingentas marcas acciperent et suos ultra duos fluvios, qui erant prope, cum magna manu conducerent et postea darent eis competens[a] comitatum, qui posset eos securos ducere Tarsum; in urbe vero debiles et infirmi susciperentur, quousque convalescentes invento navigio alios sequerentur. Illi ergo de argento cupidi et contra Turcos timidi, prius cum illis locuti sunt, et sicut tunc putavimus, cum eis precium diviserunt, et reversi, sumptis secum divitibus civitatis, pactum simul, sicut predictum est, iuraverunt. Redditur argentum, et illi iubent debiles civitatem intrare et alios ad iter se in crastinum preparare. Adhuc suis rex providet, equos quos invenire potuit congregans et probatis militibus eos donans. Fraudemque timens ubi sepius illam invenerat, comitem Flandrensem et Archembaldum Borbonensem usque ad processum illorum dimisit, et ipse cum benedictione remanentium naves ascendit[1]. In crastinum pedestris exercitus duces itineris expectabat; et ecce Turcorum populus regem discessisse[b] per Grecos edoctus, quasi ad certam predam contra illos veniebat. Quos contra comes Flandrensis et Archenbaldus Burbunensis acies suas ordinant animosas, sed pigras, quia paucos et debiles equos habebant. Hostibus occurrunt, confligunt; dant terga qui veniebant ad spolia. Sed quoniam non fuit qui posset illos velociter insequi, pauci sunt illorum occisi. Post hec ducem nunciumque imperatoris de pacto requirunt, quod regi iuraverant, et illi tunc primum de impossibilitate, Turcos monstrantes et hyemem, se excusant. In hoc dies aliquos et verba plurima perdiderunt nec illos iure, ratione vel honestate vicerunt. Tandem, querela deposita de conductu, vix concedunt, nostros infra murum propugnaculi hospitari et eis ibidem usque ad navigium forum preberi. Quo facto, viri regii vadunt ad naves, eo quod suas iniurias non possunt vindicare dolentes. Deinde Turci urbi appropiant, intrant et exeunt et aperte Grecis comunicant. Vident, inter dua genera hostium et murorum suos hostes densos includi sicut pecudes in ovili, et eos qui non audent exire vel ingredi posse ibidem sagittari. Erat murus humilis et inflexus, et ei non poterat inherere tam densus populus, unde remotiores patebant vulneribus. Turci ergo de locis congruis sagittas immittunt et vulnerant aliquos vel occidunt. Tunc probati iuvenes ceperunt de muris sumptis arcubus prosilire, suam suorumque vitam tueri vel mortem vendere, querentesque pacem viribus, hostes longius cogunt refugere. Haberent pacem; sed eos Greci sine vulnere perimebant, qui sanos cum egris in arto et inmundo loco recluserant. Et dum hos fames occidit, nummis deficientibus, luesque corrumpit alios vicinis cadaveribus, corruunt multi, Grecis non inferentibus mortem, sed expectantibus. Ob hoc virorum fortium due turme trium et quatuor milium, ne morerentur, sunt mortue, iudicantes idem foras mori et intus vivere. Qui sumptis armis exeunt, duos fluvios transituri, loco vicinos, sed magnitudine dispari. Primum facile transierunt; sed ad secundum duplici obstaculo restiterunt. Amnis enim non nisi natando nec hostis ibi congregatus nisi pugnando poterat pertransiri, sed utrumque simul non poterat exerceri, et ideo revertentes fugati sunt, capti vel mortui. Sanguine istorum sitis Turcorum extincta est, et dolus Grecorum in violentiam conversus est. Illi enim reversi sunt eos videre qui remanserant et deinceps egris et pauperibus largas elemosinas faciebant; Greci vero cogentes fortiores ad sua servitia, loco mercedis verberabant. Quidam Turcorum a suis sociis nostras monetas emebant et inter pauperes plena manu dividebant, Greci vero illis quibus
*f.41. aliquid remanserat auferebant. Vitantes igitur sibi *crudeles socios fidei, inter infideles sibi compatientes ibant securi, et sicut audivimus, plus quam tria milia iuvenum sunt illis recedentibus sociati. O pietas omni proditione crudelior! dantes panem, fidem tollebant, quamvis certum sit, quia contenti servicio neminem negare cogebant. Deus autem execrans civitatem, tam districte cives eius subita morte percussit, ut multe domus in ea vacue remanerent, et vivi stupentes et timentes eam omnino relinquere cogitarent. Imperator quoque Deo contrarius in iudicio, eo quod illa regi forum paraverat et navigium, illam[c] penitus auro et argento spoliavit; sic Deus et ille contraria sentiebant; tamen hanc uterque punivit. Rex autem, cum in hac 5 complesset ebdomadas, quibusdam suorum navibus confractis vel cassatis, non tamen Deo volente submersis, usque Antiochiam naufragando consummavit

a) competentem *ed.* b) decessisse *c.* c) illa *corr.* illam *c.*

1) Attaliae.

tres alias. Gravia sunt quae pertulit dampna et pericula, pater Sugeri, sed ipso debetis sospite consolari. Illi etiam proderit laborasse qui scitur in periculis tutus et per dampna letus constanter et prudenter omnia pertulisse. Sola illi gravis erat adversitas subditorum, quibus semper pro posse consuluit, putans esse regis, non sibi nasci, sed utilitatibus aliorum, et sicut regis est habere pietatem, sic eiusdem esse nunquam timere paupertatem. Ad probitatem cautelam regiam postponebat, et tutelam primam vel ultimam et excubias noccium vicibus alternis faciens, algorem noccium dierumque fervorem sub lorica tolerabat. In tot laboribus servatus est incolumis sine medicina pro exercicio sanctitatis. Quia semper adiutus sacramentis obviabat viribus hostium, et revertens ab hostibus requirebat vesperas, et completorium dominicum semper faciens alfa et ω suorum operum. Sic liberalis ut rex, animosus ut princeps, acer ut miles, ut iuvenis alacris, maturus ut senior, locis et temporibus et virtutibus singulis se aptabat et de probitate favorem hominum, de religione divinam gratiam conquirebat.

EX RICHARDI PICTAVIENSIS CHRONICA.

Medio saeculo XII. Richardus, in provincia Pictaviensi, pago, ut videtur, Alniensi[1] *natus, monachus Cluniacensis, tam carminibus nuper editis*[2] *quam chronico quod condidit non vulgarem famam adeptus est*[3]. *De hoc accuratius egerunt L. Weiland*[4] *et E. Berger*[5]. *Praefatione praemissa ad Petrum abbatem Cluniacensem scripta, qua consilium operis exponit et auctores praecipuos ab ipso adhibitos recenset, fusius res antiquas, breviter vero historiam regni Francorum et quae saec. X—XII. per varias Europae partes gesta sunt enarravit. Nonnulla etiam ex Ademaro sumsit, alia ex annalibus nunc deperditis recepisse videtur; praeterea quae sive in monasterio celeberrimo et a multis visitato sive in itineribus — etiam in Angliam profectus, cuius laudes carminibus celebrat — acceperat memoriae tradidit. Narrationem non ultra a.* 1145, *quo Edessa capta memoratur, perducit; cum vero Eugenii papae annos* 9 *recenseat et Petrus abbas iam a.* 1153. *obierit, hoc anno auctor scripsisse censendus est. Sed liber ita compositus num monasterii fines egressus sit, dubitari potest. Nam unus tantum exstat*

A) codex P a r i s i e n s i s *nr.* 5014, *olim Thuaneus, post Colbertinus* 6213, *f.* 44'. *ita inscriptus:* Cronica, id est series temporum, collecta de diversis libris a Richardo Pictaviensi, monacho Cluniacensi *(cf. 'Arch.' XI, p.* 310*; Berger p.* 56 *sqq.), quem pontificum Romanorum chartae Cluniacensi monasterio datae, quae f.* 75. *et* 76. *leguntur, ibidem scriptum esse probare videntur. Weiland, nonnisi excerptum genuini operis hoc libro contineri, opinatus est; rectius vero primam eius commentationem dicas, qua auctor nonnulla aliunde inserenda omisit*[6], *alia vero inter lineas, in margine et in foliis praecedentibus collegit, quae chronico amplificando servirent*[7]. *Codicem Parisiis contuli.*

Ex his alteram libri recensionem paravit ad a. usque 1162. *deductam,*

1) Ita Berger in libro mox laudando p. 47 sqq.; sed Richardum etiam monachum ibi degisse, sine causa statuit. Ubique Cluniacensis dicitur (cf. Chron. Clun., Bibl. Clun. 594: *Eodem tempore floruit Richardus monachus Cluniacensis, origine Pictavensis, qui magnus historiographus sacrae scripturae fuit. Scripsit enim ab Adam chronica usque ad tempora Frederici)*; Petrum abbatem 'patrem suum' alloquitur. 2) 'N. Arch.' I, p. 600; cf. II, p. 448. IV, p. 25. 3) V. locos Ptolemaei Lucensis, Trithemii aliorumque a Muratorio, Antiq. Ital. IV, p. 1078. allatos. Cf. 'Hist. littér.' XIII, p. 532. 4) 'Arch.' XII, p. 43 sqq. 5) 'Bibl. des écoles françaises d'Athènes et de Rome' VI, p. 45 sqq. Hic etiam de aliis libris Richardo recte vel perperam tributis dixit p. 52 sqq. 6) Non solum Abaelardi epitaphium, de quo Weiland p. 46. monuit, sed alia quoque omisit; cf. locum in A obvium, post omissum: *De quo filio suo* (Rogerio) *dicendum plenius arbitror;* sed nihil dicit. Quae vero Berger p. 76. affert, non magni facio; nam quae omissa putat, etiam post addita esse possunt. 7) Id quod recte Berger p. 77. exposuit. Vix tamen Richardus libri epitomen ad novam editionem parandam fecisset; sed quae primum scripserat illius fundamentum retinuit.

ideo post Petri abbatis mortem absolutam; quare praefatio, quam huic inscripserat, omissa est. Multa auctor addidit, praesertim belli sacri historiam ex Fulcherii et Raimundi libris inseruit, alia aliter disposuit, seriem Romanorum pontificum in ipso chronico omisit, sed quasi appendicem in fine posuit. Occasione data 'quibus ex causis intumescat oceanus' disputavit et fretum Gaditanum accuratius descripsit; alio loco de India longius egit. Hanc libri formam praebent codices

B 1) *Parisiensis nr.* 4934 *(olim Baluzii), membr. s. XIII, f.* 1—119', *titulo praemisso:* Hec sunt chronica a principio mundi, *Richardi nomine minime indicato. Posteriorem partem ante aliquot annos V. Cl. Ehrenfeuchter cum editis contulit, quare nunc primum huic ms. dedimus locum.*

B 2) *Vaticanus, Ottobon. nr.* 481 *(olim Petavii, post regin. Christ. nr.* 158*), membr. s. XIII, (de quo cf. Berger p.* 59 *sqq.).*

B 3) *Bernensis nr.* 575, *membr. s. XIII. ex. (de quo v. Weiland, 'Arch.' XII, p.* 45*). Catalogus pontificum Romanorum omittitur.*

B 4) *Archivi Vindobonensis nr.* 787 *(Univ.* 23*), membr. s. XV. fol. max. eleganter exaratus, auro et coloribus variis ornatus, ita inscriptus:* Incipiunt cronič fratris Richardi Pict. ordinis Cluniacensis *('Arch.' X, p.* 592*; Böhm, 'Handschriften des k. k. Haus-, Hof- und Staatsarchivs' p.* 244*). Adiecta est continuatio usque ad a.* 1284. *ex Martini Oppaviensis chronico eiusque Continuatione Romana hausta. Codicem ab archivi aulici Vindobonensis summo praefecto V. excellentissimo A. ab Arneth humanissime Berolinum transmissum ipse evolvi.*

B 5) *Romanus principis Borghese membr. s. XIII. ex. ('N. Arch.' II, p.* 364*).*

B) Codex Parisiensis nr.* 6237. *s. XII, fol.* 5'—6'. *breve continet fragmentum ita inscriptum:* Historia Rotberti Guischardi, *quod cave ne Richardi fontem putes*[1].

Similem libri formam exhibet

C) Codex Vaticanus, regin. Christin. nr. 1911, *membr. s. XIII, ubi f.* 1—91'. *legitur:* Cronicha, id est series temporum, Richardi monachi Cluniacensis. *Historia vero ad a. usque* 1173. *continuata necnon compluribus locis novis aucta est additionibus*[2]. *Haec a primaeva chronici indole longius recedunt, quippe quae praesertim in rebus miraculose gestis et in donationibus monasterio Cluniacensi factis enarrandis versentur*[3]. *In eodem volumine f.* 95'. *libellulus* De destructione castri Iulii *legitur, qui res Richardi tempore et in eius patria gestas enarrat et deplorat. Neque haec ab ipso post libri sui exemplari illata esse negarim*[3].

Ex hoc codice sumta sunt Chesnii excerpta in codice Parisiensi nr. 17556.

Exstat vero etiam alia chronici recensio usque ad a. 1172. *vel* 1174. *deducta. Initio codicem A omnino sequitur, iis tamen suppletis vel omissis quae auctor indicaverat, sed haud exsecutus erat*[4]. *Continuatio vero usque ad a.* 1162. *deducta prorsus est neglecta, sed expeditio Ludovici et Konradi regum in Terram Sanctam suscepta et res postea gestae aliter narratae; de iis quae recensio C addidit, haec prorsus tacuit, alia vero quae de terris longinquis auctor acceperat breviter retulit. Neque haec Richardo abiudicaverim, cuius praefationem hi tantum codices servarunt; cum recensione C nonnisi res mona-*

1) Servavit etiam locum de Novo monasterio a Widone duce Aquitanorum fundato, qui a rebus Normannicis prorsus est alienus. 2) V. Berger p. 45 n. 103. Alium locum edidit Delisle; v. infra p. 81. Hunc cum codice contulit V. Cl. Mau. 3) Cf. Berger p. 74. 87, ubi bis eadem argumenta attulit. 4) V. p. 74 n. 6.

sticas prosecutus erat, nunc ad universalem historiam rediisse et opus e consilio ante capto absolvisse videtur.

Codicum vero duae distinguendae sunt classes:

D) Vaticanus, Ottobon. nr. 750, *chart. s. XIV/XV, uno saltim, ut videtur, loco interpolatus*[1] *(Berger p.* 67 *sqq.). Huius apographum fecit Mabillon.*

E 1) *Perusinus I,* 75 *nr.* 16015, *membr. s. XIII/XIV, f.* 16'—92. *Sequitur catalogus Romanorum pontificum et f.* 93—104'. *aliud chronicon usque ad Friderici II. tempora deductum, ei simillimum, quod fratri ordinis Theutonicorum vindicavimus (SS. XXIV, p.* 151*), neque tamen, ut nunc constat, inter eius codices referendum. Qui hoc composuit etiam Richardi continuationi quaedam inseruit.*

E 2) *Matritensis universitatis nr.* 134, *olim Alcobacensis, s. XIII. ('N. Arch.' VI, p.* 326*), negligentissime exaratus, foedissimis mendis scatens, cuius magnam partem V. Cl. Ewald descripsit. Eadem additamenta ac E* 1 *praebet, praeterea vero alterius chronici partem posteriorem Richardi libro ita subiecit, ut eius continuatio haberi possit*[2]*. Qua occasione data eam, quam cum tomum XXIV. scriptorum ederemus nondum nacti fuerimus, nunc exhibendam duximus. Chronico enim illi fratris ordinis Theutonicorum alia inserta sunt quae cum chronica Mantuana ibidem (p.* 215*) edita conveniunt, neque tamen ex hac, sed ex uberiore eius fonte hausta sunt.*

Ex Richardi libro vero ea tantum recepimus quae ad res nostras illustrandas facere possunt.

Antea typis data est recensio A inde a Pippini tempore a Martenio et Durando (Collectio V, p. 1159 *sqq.), recensio B inde a Karolo Magno ex codice B* 2 *a Muratorio (Antiquitates Ital. IV, p.* 1079 *sqq.); recensionis D fragmenta cum B permixta ex Mabillonii apographo a Bouqueti continuatoribus (XI, p.* 285*; XII, p.* 411*); recensionis C continuatio et magna recensionis D pars ex codicibus D et E* 1 *a Bergero (p.* 123. 129*). Pleniorem omnium recensionum editionem viri docti Francogallici sane populari suo debent.* *G. W.*

Venerabili patri suo Petro Cluniacensi abbati frater Richardus[a] eternis[b] perfrui bonis.

Licet stulticiam simulaverim scribens puerilia, hoc est hystorias veterum replicando, compilando, in unum congerendo, tamen presenti tempori nil utilius retractandum fore perspexerim[c], presertim cum aut inopia aut inercia scriptorum fere que[d] a quadringentis annis gesta sunt oblivioni tradita esse non sit dubium: ideo mihi, etsi non omnium[e] summam, tamen quam[f] scire potui, usque ad tempora nostra, posteritati providens, adnecti placuit, et que sub eodem tempore diversis terrarum partibus gesta sunt, quamvis sepe varia, sub una clausula racionis sunt posita. Si qua eciam portenta aut fames aut eclipsis solis et lune, aut qui viri clari sub quibus regibus claruerunt, aut aliquid tale contigisse alicubi compertum est, hoc eciam memorie tradidi, ut, si quid[g] huiusmodi quandoque contigerit, ex[h] comparatione preteritorum sciat illa iudicare non ignara posteritas. Hoc eciam lectorem admonere placuit, ut, si quid sub dubio in hoc ponitur opusculo, non ex ignorancia nostra processit, sed ex scriptorum precedencium discordia sumpsit exordium. Nam cum in pluribus plures discordent, rem de qua lis oritur, prout gesta est aut geri potuit, sub aliqua opinione poni congruum erat. Ceterum non verborum faleris[i], sed

a) Ricardus *E* 1. b) externis *D.* c) perferim *D.* d) *deest D.* e) omnia *D. E* 1; omnia sumam *Berg.* f) que *Berg.* g) quis *D*, sicut *E* 1. h) et *E* 1. i) falleris *D.*

1) Historiolam de rustico et famulo, Berger p. 129, in codd. E omissam, minime Richardo tribuerim. Amalricus (Muratori III, 2, p. 378), et ex simili quaedam edidit Lebeuf, a Bouqueti cont. XIV, p. 41, repetita.

2) Codicem usque ad a. 1216. continuatum novit

inculto sermone, nec satis currenti oracione, presens opus exaravi. Unde tu, pater, qui[a] epistolari stilo pene Tullium imitaris, et in raciocinando, dum scripturas edisseris, te alterum Tertullianum[b] emergis, paupertatem vene nostre, queso, non dedigneris aspicere et male sonancia verba gratuita[c] bonitate reseces et suppleas imperfecta. Multum enim confert materie arguta verborum urbanitas; inde qui alterius gesta scribit favorem lectoris adquirit, et fere non minus scriptor[d] operis quam factor eiusdem rei maiorum[e] iudicio comprobatur habere. Non enim lignorum sectores aut partitores gloriam fabrorum, qui ea dolant, poliunt, adaptant, promereri consueverunt; quod quia me[f] facere sensus inopia, labor operis Dei continuus prohibuit, tibi quasi lignorum materiem[g] de silva librorum advectam ad componendam fabricam gratis offero[h], ut quicquid laudis inde adquiritur tibi totum ascribatur. Quamvis enim fratres nostri iam libenter opusculum legant, multum avidius illud expetent[i], si de tui torrente ingenii respersum viderint. Nichil siquidem nomen tuum ita perhenne reddiderit, qualiter tua vel aliorum de te aut ad te scripta fecerint[k]. Ideo memoriam tui scedulis[l] nostris semper inseram, ut nomen tuum posteris vivat et ametur. Hoc itaque ere perhennius[1], auro melius, gemmis preciosius iudicavere priores.

EXPLICIT[m] PROLOGUS.

Hoc opusculum excerpsi de libris Augustini, Ieronimi, Ysidori, Theodulfi, Iosephi, Egesippi[n], Eutropii, Titi Livii, Suetonii, Aimoini[o], Iustini adbreviatoris seu excerptoris[p] Pompeii[q] Trogi, Friculphi, Orosii, Anastasii bibliothecarii Romane sedis, Annei[r] Flori, Gregorii Turonensis, Bede, Adonis, Gilde Britonum[s] hystoriographi, Pauli monachi Langobardorum hystoriographi et quorumdam aliorum.

Deus ab eterno est[t] . . . . . .

Karolus[u] Simplex sive Stultus, Ludovici filius, regnavit annis 25 infeliciter. . . . . . .

Eo tempore dux ipse Willelmus, cum non haberet heredem, Cluniacum[v] monasterium in fundo proprio, qui est in Burgundia, pago Maticensi, construxit, eidem[w] loco Bernonem abbatem preficiens, magnos de suo redditus prefato loco iure dedit hereditario. Adem

Anno igitur ab incarnatione[x] Domini 910. primum prefuit eidem loco[y] Berno abbas annis 16. Willelmus[z] Pius inmatura morte preventus locum inperfectum reliquit et ducatus sui Eblum iam[a] factum Pictavensem comitem reliquit heredem. Extunc siquidem Pictavorum comites duces Aquitanorum fuere. . . . . . .* cf. Adem

Adrianus papa[b] Romae sedit ann. 2, mens. 4. Quo pontificante cenobium[c] Cluniacense a predicto[d] duce Willelmo II. Pio fundatum est.** Formosus sedit ann. 4, mens. 7, d. 13. Hic confirmavit Bernoni abbati cartas et donaria quae fecerat Gigniensi[e] ecclesiae.*** Berno Cluniacensis abbas moritur.†

Radulfus post[f] mortem Karoli super Francos regnat ann. 13.†† Huius[g] tempore Oddo Cluniacensis abbas obiit.

Ludovicus, Karoli Simplicis filius, regnat ann. 18.[h] . . . . . .

Tunc Ademarus abbas[i] Cluniacensis per decennium claruit. Ante quem fuerat Oddo abbas Cluniacensis tempore Radulfi regis[k], cuius iussu cepit disponere regulariter Floriacense cenobium. Prefuit autem idem pater Dolensi, Maciacensi, Aureliacensi et omnibus fere

*) *A add.:* Martinus papa sedit ann. 1, mens. 5.
**) *A add.:* Stephanus sedit ann. 4, mens. 7, d. 14.
***) *A add.:* Bonefacius sedit ann. 5. Stephanus sedit ann. 1, mens. 1, d. 18. Romanus sedit ann. 4, d. 20. Theodorus sedit d. 26. Iohannes sedit ann. 1. Benedictus sedit ann. 4, mens. 6, d. 14.
†) *A add.:* Leo sedit mens. 1. Christoforus sedit mens. 6.
††) *A add.:* Sergius papa sedit ann. 7, d. 23. Anastasius sedit ann. 2, mens. 2, d. 23. Lando sedit d. 26. Iohannes sedit ann. 14, mens. 2, d. 4.

a) que epulari *D.* b) Tercull. *D.* c) gratuitate *D.* d) factor o. quod scriptor *D.* e) malorum *D.* f) *deest E* 1. g) materiam *D.* h) offerro *ed.* i) expectant *D.* k) fecerunt *D.* l) cedulis *E* 1. m) *haec des. D.* n) Egis. *D.* o) Aunomi *D.* p) exceptoris *E* 1. q) Pamperi *D.* r) Amei *E* 1. s) Britonensis *E* 1. t) qui est ab eterno *E* 1. u) De Karolo rege *add. B* 1, *et similiter deinceps ubique novo rege incipiente.* v) Duū *corr.* Diium *B* 4. w) Eidemque *A.* x) incarnato Verbo *A.* y) *deest B* 4. z) Guil. *B* 4 *hoc loco.* a) *deest B* 1? b) p. R. *des. A.* c) Clun. c. *A.* d) *deest A, ubi* W. d.; duce *deest B* 4. e) Gignensi *A.* f) r. p. m. K. s. Fr. *A.* g) Huius — obiit *des. B* 1. h) 8 *A;* octo *B* 4. i) Cl. a. *B* 1. k) regi *B* 1.

1) Hor. Od. III, 30, 1.

Aquitaniae cenobiis, quae regulari disciplina cohercuit. Hic[a] rexit Cluniacense cenobium ann. 18.*

Lotharius, Ludovici filius, super Francos regnat ann. 30. . . . . . .**

Ademarus Cluniacensis abbas obiit Cluniaci.***

Ludovicus[b], Lotharii filius, super Francos regnat ann. 5. . . . .†

Maiolus abbas, qui per 40 annos Cluniacensi prefuit cenobio, obiit Silviniacum[c], ubi cum magna reverentia sepultus est.

Hugo Caped[d], filius Hugonis Magni, super Francos regnat ann. 10. . . . . . .

Otto III. Romanis imperat.††

Rotbertus[e], Hugonis filius, super Francos regnat ann. 40. Hic fuit regum piissimus et sanctae religionis amicus. Per idem tempus domnus Odilo abbas ann. 56 Cluniacensi prefuit monasterio[f]. . . . . . .†††

Henricus, Rotberti[g] filius, super Francos regnat ann. 23. Apud Bizantium Micael[h] imperat. Henricus secundus Romanis imperat et Alemannis. Per idem tempus Sanctius[i] rex christianorum in Hispaniis[k] sceptra gerebat. Quo defuncto, Frederannus, filius eius, regni suscepit habenas. Per haec tempora domnus Odilo abbas, qui per 56 annos prefuit Cluniacensibus, obiit. Post haec[l] eidem cenobio preesse cepit domnus Hugo abbas, pre ceteris genere, helemosinis, prophetiae spiritu clarus. . . . . . .*† His temporibus florere cepit in Theutonica terra Menegaldus philosophus, divinis et secularibus litteris ultra cohetaneos suos eruditus. Uxor quoque et[m] filiae eius religione florentes multam in scripturis habuere notitiam et discipulos proprios filiae eius predictae docebant.**†

Philippus[n], Heinrici filius, super Francos regnat[o] ann. 45[p]. Apud Bizantium Alexius imperat, super Romanos et Theutones Heinricus III. Circa haec tempora in Affrica a Mauris Marroch civitas nobilissima conditur. Per***† hoc idem tempus Rotbertus[q] Wischardi de Normannia exiens, vir pauper, miles tamen, ingenio et probitate sua Apuliam, Calabriam[r] suae ditioni submisit et insulam Siciliam[s] de manu Hismaelitarum[t] liberavit Rotgeriumque[u], fratrem suum, eiusdem insulae comitem appellavit. Deinde mare transiens, Durachium[v] urbem nobilem cepit Dalmatiamque[w] et Bulgariam supra Alexium imperatorem adquisivit. Insuper eum ter bello fugavit et Romanum Heinricum[x] semel ab Urbe fugere compulit, et

*) *A add.:* Leo papa sedit mens. 7, d. 15. Stephanus papa sedit ann. 2, mens. 2, d. 12.

**) *A add.:* Iohannes papa sedit ann. 4, mens. 10.

***) *A add.:* Leo sedit ann. 3, mens. 8, d. 10. Stephanus sedit ann. 3, mens. 4, d. 15. Marinus sedit ann. 3, mens. 6. Agapitus sedit ann. 9, mens. 7, d. 27. Iohannes sedit ann. 8, mens. 4.

†) *A add.:* Leo papa Romanus sedit ann. 1, mens. 3. Benedictus sedit mens. 2, d. 5. Iohannes sedit ann. 6, mens. 11.

††) *A add.:* Benedictus papa sedit mens. 2, d. 5. Bonus sedit ann. 1, mens. 5. Bonefacius sedit mens. 2, d. 12. Benedictus sedit ann. 9.

†††) *A add.:* Iohannes papa sedit mens. 9. Iohannes sedit mens. 4. Iohannes sedit ann. 9, mens. 5, d. 10. Gregorius sedit ann. 2, mens. 7. Iohannes sedit mens. 10. Silvester sedit ann. 4, mens. 5, d. 12. Iohannes, qui vocatus est Sicco, sedit mens. 6. Iohannes, qui et Fanassus[y], sedit ann. 7, mens. 7. Sergius, qui vocatus est Os porci, sedit ann. 2, mens. 9, d. 22. Benedictus, frater Alberici maioris, sedit ann. 9, mens. 9, d. 21. Iohannes, frater eius, qui et Sigerius, mens. 3, d. 25.

*†) *C hoc tempore add.:* Hic *[Henricus I.]* per singulos annos ecclesie Cluniacensi 100 marchas argenti ministrabat ad monasterium construendum.

**†) *A add.:* Damasus, qui et Popo, sedit d. 33, vel mens. 2, d. 6. Leo nonus, qui et Bruno Tullensis episcopus, sedit ann. 5. Cuius tempore Odilo Cluniacensis abbas obiit. Victor, qui et Gebeardus, sedit ann. 2, mens. 3, d. 6. Stephanus, qui dictus est Fredericus, sedit mens. 7. Benedictus, Veliternensis[z] episcopus, sedit mens. 9, d. 12. Nicholaus, qui et Geraldus, sedit ann. 2, mens. 11, d. 15. Alexander, qui et Anselmus, sedit ann. 11, mens. 5, d. 20.

***†) *D, postquam de Anglia a Willelmo Normanno a. 1066. expugnata retulit, addit:* Angli vero nobiles, qui de preliis vivi evaserunt, Byzancium ad imperatorem fugerunt. De quibus dixisse fertur, quod secure ab eo retineri possent, quia qui terram suam amiserant nunquam alienam aquirere possent; posuitque illos ad custodiam palacii, quod usque in hodiernum diem servant.

a) Hic — 18 *des. B* 4. b) Lod. *A.* c) Silv. — sepultus est *des. A.* d) Chaped *A;* Carped *B* 1. e) Robertus *A;* Golbertus *B* 1. f) cenebio *B* 4. g) Rob. *A. B* 4, *ubi* fil. *deest.* h) Mikel *corr.* Mikael *A.* i) Santius *A*, Sancius *B* 1. k) Hispanis *A.* l) *deest B* 4. m) e. et f. *A.* n) Philipus *A.* o) regnavit *B* 1. p) 48. *D rectius.* q) Rotbertus Wischardi *inc. fragm. B**; Rob. *A;* Rolbertus *B* 1, *et ita post.* — Guichardi *B* 1. r) et C. *B**. s) *deest B* 4. t) Hiesm. *B* 1, Ysm. *A. B**. u) Roger. *A;* Rogger. *B* 1. v) Duratium *A.* w) Dalmachiamque *B* 1. x) Henr. *B**. y) *ita c.* z) Ve *e corr. A.*

pontificem Romanum, quem ceperat, ab eo liberavit. [Qui[a] cum innumerabilia pene fecisset probitatis indicia, hoc de illo constans habetur, quod, nisi morte preoccupatus fuisset, filium suum Boamundum imperatorem faceret, se vero regem Persarum, ut saepe dicebat, constitueret*]. Numquam victus[b] est, quamvis saepe pugnaverit. [Venetos[a], qui contra eum omni virtute sua convenerant, cum stolo suo ita profligavit, ut nec fuga nec pelagus illis esset auxilio. Nec fuit terrarum locus ita remotus, in quo rumor, fama, timor Wischardi per omnium fere[c] ora non volitaret. Et ut verius de eo dici potest, nulli regum aut imperatorum Wischardus extitit[d] secundus. Solebat enim de eo dicere Wido[e] dux Aquitanorum, qui fuit vir illustrissimus[f] et preliator fortissimus, ita ut cum fratre Willelmo, qui iam obierat, Vasconiam[g] sibi subiugaret[h], nullum hominem probum debere vocari nisi solum Wischardum[i]; qui[k] cum esset generis ignoti et pauperculi, maius omnibus fecisset[l] hominibus]. Wido autem dux predictus[m] Novi-monasterii cenobium Pictavi a[n] fundamentis erexit; quem de propriis redditibus iuxta munificentiam[o] suam valde ditavit domnoque Hugoni[p] abbati Cluniacensi ad disponendum tradidit. Rotbertus autem Wischardi[q] in terra mortuus est imperatoris, ubi[r] cum magno exercitu terra marique contra eum perrexerat. De quo quidam aiunt, quia veneno necatus est. Sepultus est autem apud Venusiam in cenobio monachorum, quod ibidem ipse adhuc vivens[s] construxerat.** . . . . . .

Reliquid enim Rotbertus Wischardi[t] duos[u] filios moriens, Boamundum, quem adhuc privatus de privata uxore[1] genuerat, et Rotbertum[2] ducem Apuliae, quem de filia[3] principis Salerni susceperat; quibus terram sibi adquisitam dimisit[v]. Rotbertus autem dux filium Willelmum genuit et ducem post se Apuliae reliquid. Qui sine herede mortuus est. Boamundus vero, dum post mortem patris sui Francorum proceres Ierosolimam tenderent, eis, relictis omnibus, ut dictum est, se sociavit et consortem laboris sese fieri rogavit[w]. Qui postea, capta[x] a Francis Antiochia, princeps eiusdem urbis factus, magnum ob suae probitatis meritum dedit posteris documentum. Necnon ob morum elegantiam filiam[y] Philippi regis Francorum Constantiam nomine uxorem habere meruit. De qua filium Boamundum iuniorem suscipiens[z], post se reliquid heredem. Rotgerius[a] autem comes, frater saepe dicti Wischardi, Rotgerium filium suae dominationis successorem moriens instituit.*** Rotgerius[a*], Rotberti Wischardi nepos, mortuo Willelmo Apuliae duce, et Boamundo iuniore[b] Antiochiam migrante, utriusque possedit hereditates. Et cum omnia prospere sibi cessissent[c], regem se vocari[d] maluit, et multos nobiles, ne sibi forent contrarii, alios exheredavit, alios occidi precepit, et eorum terras solus possedit. [In[a] urbe Venusia, ubi Rotbertus Wischardi sepultus est, poeta[e] Oratius in quadam turri veteri, quae muro urbis adhaeret, conditus est]. . . . . Circa haec tempora Cartusiae monasterium in Alpibus construitur, ubi monachi in cellis habitant, orationi, lectioni et contemplationi vacantes.† . . . . Post aliquot annos Cistellense cenobium aedificatur; unde tanta seges effloruit[f] religionis, ut omnem fere Latinitatem repleverit. Post[g] hec tot et tam[h] diversarum sectarum monasteria in Galliis fabricata sunt, ut non sit facile singulis immorari.†† [Sequenti[i] etenim anno[4] Henricus rex Alemanniae

*) *B* add.:* viamque Iherosolimorum, destructa paganismitate, Francis aperiret.

**) *A add.:* In eadem urbe Venusia Oratius poeta conditus est in quadam turre veteri, quae muro urbis adheret. *Cf. supra l.* 32.

***) *A add.:* De quo suo loco dicendum plenius arbitror.

†) *D add.:* Qui finem avaritiae suae ita posuerunt, ut nihil amplius alicuius substantiae, quam ipsimet sibi constituerunt, habere velint; nil vero, etiamsi offeratur, accipiunt, immo, si quid de victu constituto sibi post annum superest, pauperibus erogant. Quodsi desunt pauperes, iidem monachi substantiam suam superabundantem ad domos inopum mittunt.

††) *A add.:* Gregorius septimus, qui et Ildebrannus, sedit ann. 12, mens. 1, d. 22. Victor, qui et Desiderius abbas Cassinensis, sedit mens. 4, d. 7. Urbanus, qui et Oddo Cluniacensis monachus

a) *haec des. A.* b) visus est fugere *Mur.*; Numq. — pugnaverit *des. B 1.* c) omni ora *B 1.* d) s. ext. *B 4. B*.* e) Guido *B 1. B*.* f) *deest B 4.* g) Gasc. *B 4;* Wasc. *B*.* h) subiugarent *B*.* i) Guischardum *B 1. 4;* Wiscardum *B* h. l.* k) qui — hominibus *des. B*.* l) f. h. *des. B 4.* m) Aquitanie *A.* n) *erasum B*.* o) magnif. *A.* p) Ugoni *B*.* q) Guichardi *B 1 semper fere.* r) ut *B*.* s) iuvenis estr. *B 1.* t) *deest A;* Guischardi *B 4;* Wichardi *B*.* u) f. d. *A. B*.* v) divisit *Bouq.* w) postulavit *D.* x) a Fr. c. *A.* y) *post suppl. post* Franc. *A.* z) suscipientes *B 1.* a) Roger. *A;* Rogger. *B 1 semper.* a*) *In A. D (E) haec inferius leguntur.* b) minore *B 4.* c) concesissent *A;* cederent *D.* d) vocare *D ?* e) O. p. *B 4.* f) r. e. *B 4, ubi* ut *deest.* g) Per *B 4.* h) tanta *B 1.* i) *haec quoque desunt A.*

1) *Alberada* add. Bouq. 2) Lege: Rogerium. BOUQ. 3) Sikelgaita, filia Waimari IV. principis. BOUQ. 4) i. e. ex Richardi calculo a. 1123.

cum Calixto papa pacificatur. Deo autem gratias, qui regnum et sacerdotium in dilectione confederavit]. Hoc[a] tempore Hugo abbas Cluniacensis obiit.

Ludovicus[b], Philippi filius, Francis prefuit ann. 29. . . . . . .*

Per haec tempora surrexit in Ierusalem novum miliciae genus [ab[c] Hugone de Paieno viro nobili constitutum]; more monacorum viventes, castitati dant operam, domi et bello disciplinam servant, cum silentio edunt; omnia illis communia; contra gentiles tantum arma sumunt, et multum dilatati sunt. Sunt namque[d] qui dicant, quod, nisi fuissent ipsi, diu est quod Franci Ierusalem et Palestinam perdidissent. Hii vocantur milites de Templo, quia in porticu Salomonis sedem[e] suae religionis statuerunt[f]. His[g] diebus[h] domnus Poncius[i] abbas Cluniacensi cenobio[k] prefuit[l] 13 annis. Post quem domnus Hugo secundus[m] mensibus[n] 3. Quo etiam defungente, domnus Petrus natione[o] Arvernus[p] idem monasterium regendum suscepit.** . . . . . .

Ludovicus[q] iunior Francis imperat annis 24[r]. . . . . . .***

et postea Hostiensis episcopus, sedit ann. 11, mens. 6. Hic primus iter ad capiendum Iherusalem in Clarmontensi concilio predicavit et prevaluit. Nam a Francis capta est et retenta, facto ibi rege christiano Godefredo. Paschalis, qui et Rainerius cardinalis, sedit ann. 18, mens. 7, d. 2. *D, qui cum A catalogum paparum inserit, de Gregorio VII. ita:* Hic cepit dare primum pecuniam Romanis, ut eum iuvarent contra imperatorem, eo quod ab imperio deseruisset, et versum est in malum usum. — *B hoc loco expeditionis primae in Terram Sanctam susceptae longiorem inserit narrationem.*

*) *D et E add.:* Apud Bizancium Ka. Iohannes imperat, super Romanos Henricus IV. rex Teutonicorum[s]. Hic patrem suum iecit in vincula, pro eo regnare volens, et, ut fama est, eum captum pede percussit; unde tali vindicta percussus est a Domino, ut nec filium nec[t] filiam post se reliquerit. Quo sine prole[u] vita exempto, Lotarius Saxonum dux consensu pontificum imperator eligitur. Qui contra Rogerium, Wiscardi prefati nepotem, cum hoste maxima pergens, ei totam terram Apulie usque Barim abstulit, nec aliquis ex imperatoribus predecessoribus suis ita imperium dilatavit. Rogerius tamen post decessum eius terram recuperavit[v]. Post cuius mortem Conradus, predicti Henrici imperatoris nepos, resumit[w] imperium;

et paulo post:

Post hec tempora in Sicilia civitate[x] Syracusis anno ab incarnato Verbo 1128, circa horam diei tertiam factus est terre motus magnus, ita ut ecclesia episcopii, cum clerici missam cantarent dominicam, in ictu[y] oculi caderet et clerici omnes in choro psallentes [cum[z] ecclesia perirent; episcopus solus, qui forte post euangelium exierat, salvatus est] cum diacono et subdiacono, qui missam celebrabant, remanente presbitero superstite, cum magno omnium miraculo incolumes evaserunt. Fons etiam Aretusa[a] prope[b] muros civitatis ebulliens, qui potum civibus ministrabat, versus est in salsuginem. Que res non modicam[c] tribuit fabulis poetarum fidem[d], que astruunt, de Grecia in Siciliam per subterraneos meatus sub mari rursus hanc eandem aquam cum Alpheo fluvio de terra emergere se ipsam in fontem predictum. Muri eciam urbis predicte cum multis domibus corruerunt.

**) *D et E add.:* In Hispaniis Yldefunsus iunior super christianos imperat et imperatorem abusive se vocari facit, eo quod sit maior quibusdam regulis christianis qui ibi habitant;

et in fine huius regni:

Hoc tempore surrexit apud Teutones[e] quidam Henricum predictum imperatorem se simulans et multos decepit; erat enim facie[f] illi per omnia similis, ita ut per Ytaliam in pluribus locis quasi imperator haberetur. Sciebat quidem[g] verba plurima quae imperator predictus multis secrete dixerat; que cum retractaret hisdem viris quibus imperator in conclavi illa dixerat, non modicum errorem audientium cordibus generabat. Tandem ille[h], ex parte relicta simultate, Cluniaco monasterio sub habitu tamen imperiali venit et nomine; ubi se monachum fieri postulans, a dompno Petro Venerabili abbate loci libenter[i] susceptus est. Affirmavit tamen, quod prius dixerat, scilicet se fuisse Henricum predictum[h] imperatorem. Degit autem monachus in prefata ecclesia valde monachico instructus ordine[1]. [1118[k]].

Sequuntur, quae etiam A habet: Gelasius papa, qui et Iohannes Gaditanus, sedit anno 1 [1119]. Calixtus, qui et Guido Viennensis archiepiscopus, sedit ann. 5[l] [1125]. Honorius, qui et Lambertus Hostiensis episcopus, sedit ann. 5 [1130]. Innocentius X, qui et Gregorius diaconus Sancti Angeli, sedit ann. 14. [Obiit[m] 1142. octavo Kal. Octobris].

***) *D et E add.:* Per idem tempus Conradus[n] rex Teutonicorum Romanis imperat, vir ante imperium strenuus, post regni vero monarchiam adeo iners, ut[o] quasi sepultus esse videretur. Nam

a) H. t. *des. A.* b) Lod. *A.* c) *haec des. A. D. E.* d) *deest A. D. E.* e) s. s. r. *des. B* 4. f) constituetur *B* 1. g) Per haec tempora *A. D. E.* h) *deest B* 4. i) Ponpius *B* 1. k) pr. c. *B* 4. l) 13 pr. a. *A.* m) *deest D. E.* n) 3 m. *A.* o) Petrus Venerabilis abbas *A. D. E.* p) Alvernus *B* 2, *corr.* Arvern. *B* 4. q) Lod. *A.* r) *numerus vacat A.* s) Teuciorum *D.* t) vel *E* 1. u) *deest E* 1. v) reparavit *D.* w) resummit *E* 1. x) civitas *E* 1. y) victu clerici *D.* z) cum — salv. est *des. D.* a) Arecusa *E* 1. b) propter *D.* c) modica *D.* d) *deest E* 1, *ubi* qui a. e) Centones *D.* f) fere p. *E* 1. g) Siquidem *D.* h) *deest E* 1. i) liberet suspectus *D.* k) *hi numeri in solo cod. E* 1. l) 4 *E* 1. m) *haec des. A. D.* n) Corradus *E* 2. o) *deest D. E* 1.

1) Cf. Sigeb. Cont. Praemonstr. a. 1138, SS. VI, p. 451.

Hugo de Sancto Victore, vita philosophus, Parisius obiit, vir preclari ingenii et in quadruvio doctissimus[a]. Divinarum autem scripturarum tantam scientiam habuit[b] et memoriam, ut nulli sui[c] temporis secundus extiterit. Reliquid autem ad monimentum sui scripta perplurima[d], librum scilicet[e] de sacramentis, de Ecclesiaste[f], de archa Noe, librum qui intitulatur Diascalicon[g] et alia nonnulla opuscula valde utilia. Sequenti anno Petrus Baalardus[h] perhipateticus, doctor[i] famosissimus et vita philosophus, [abbas[k] prius, postea Cluniacensis monachus], Cabilonis moritur et in basilica[l] beati Marcelli martyris sepelitur. [Unde[k] non post multos dies a suis furtim sublatus, in loco qui Paraclitus nuncupatur, quem ipse ad legendum iuxta Sequani fluvium construxerat, ubi et monachas posuerat, translatus est]. Scripsit* autem Baalardus opuscula quaedam, quae pluribus habentur in locis. Haec duo Latinorum luminaria in Francia studuerunt.

Non post multos vero dies** Fulco[m] rex Ierosolimorum[n], dum leporem sequitur, precipitatus equo, morte subita[o] moritur. Post quem Baudoinus puer[p], filius eius, in regem promotus est.***

Rogerius[q], qui se regem super eum creavit, regionem usque Romam et usque fere Ravennam[r] sibi[s] nemine contradicente subdidit[1]. Interfectis autem et fugatis omnibus terre illius nobilibus, insuper[t] diadema imperii a Romano pontifice pene extorquere non dubitat.

*) *A. D. E ita:* Haec duo — studuerunt. Scripsit autem Petrus B. — plurimis habentur in locis. Huius epitaphium[u] huic opusculo inserere voluimus[v]:

Votum[w] summorum maior Petrus Abaalardus[x]
Occidit, inmanis[y] factus dolor omnibus unus.
Gallia nil maius[z] habuit nec[a] clarius isto;
Nec[b] mors cuiusquam fit tanta ruina Latinis.
In quantum fama Romani nominis exit,
Illius ingenii studiorum fama notavit.
Nannetis[c] oritur, patre Pictavus et Brito[d] matre;
Cum Francis studuit, monachus moritur Cabilonis[e].

D et E add.: Sequenti anno Kalo-Iohannes imperator Constantinopolitanus, dum Antiochiam Francis, qui hanc a captione Ierosolimitana possident[f], auferre vellet, non longe, ut fama est, a prefata urbe, dum venatum pergeret, tali casu moritur. Est enim aput Grecos consuetudinis, ut[g] omnes sagitte imperatoris toxicate sint; quod, si forte imperator aliquando[h] cum una earum percusserit, quasi ad[i] victoriam imperatoriam morte moriatur. Unde ille dum archu[k] ad feram percutiendam intensaret sagittam[l], divino iudicio manum[l] suam cum sagitte ferro vulneravit et mortuus est. Cuius[m] exercitus cum confusione revertitur. Cuius[m] loco Manuel, filius eius, imperium arripuit.

**) Eodem Anno *A. (?) E.* Sequenti anno *D.*

***) *C hoc loco addit:* Hiis[2] etenim diebus viguit apud Parisius quidam scolasticus Hugo nomine a conscolasticis[n] Primas cognominatus, persona quidem vilis, vultu deformis. Hic a primaeva aetate litteris secularibus informatus, propter faceciam[o] suam et litterarum noticiam fama sui nominis per diversas provincias divulgata resplenduit. Inter alios vero scolasticos in metris ita facundus[p] atque promtus extitit, ut sequentibus versibus omnibus audientibus cachinum moventibus declaratur, quos de paupere mantello sibi a quodam presule dato declamatorie composuit.

De Hugone lo Primat Aurelianensi[q].

'Hoc indumentum tibi quis dedit? An fuit emptum?
Estne tuum'? — Nostrum, sed qui dedit abstulit ostrum.
Qui dedit hoc munus, dedit hoc in munere funus.
Qui dedit hoc munus, presul mihi prebuit unus,
Pontificum spuma, fex[r] cleri, sordida struma,
Qui dedit in bruma mihi mantellum sine pluma.
Pauper mantelle, macer, absque pilis, sine pelle,
Si potes, expelle boream rabiemque procelle!
Sis mihi pro scuto, ne frigore pungar acuto!
Per te namque puto ventis obsistere tuto. —

a) doctissimi *A. D. E.* b) D. a. t. h. sc. script. *B* 1. c) t. illius *D. E* d) plurima *E* 2. e) id est libr. de *A. D. E.* f) ecclesiastice *B* 4. *E* 2. g) didascalon *D.* h) Bealaardus *D*; Abaalardus *E* 1; Abalardus *E* 2. i) vir *A. C.* k) *haec des. A. D. E.* l) claustro *D. E.* m) Fulcho *B* 1. n) Ierosolimitarum *E* 2. o) subitanea *E* 2. p) f. e. p. regnum suscepit in r. p. e. *E* 2. q) Rogenus *E* 2. r) Ravannam *E* 2. s) totam *add. D.* t) et *E* 2. u) epictaphium *A.* v) volumus *E* 2; *epitaphium ipsum deest A.* w) Quantum *E* 2. x) Abalardus *E* 2. y) in maius *D*; occiditur manies factis *E* 2. z) maior ... clarior *E* 2. a) vel *E* 1. b) Ne m. cussit t. *E* 2. c) Lannetis *E* 1; Nam *D*; Sanctius *E* 2. d) Britone *D.* e) m. sed Cabellionis *E* 2. f) possideret *E* 2. g) ubi *D. E* 1. h) aliquid *D*; aliquem una *E* 1. i) *deest E* 2. k) in arcu *D*; archum *E* 2. l) c. s. f. m. s. *E* 2. m) Eius *E* 2. n) concolastacis *c.* o) facesciam *c.* p) faciundus *c.* q) Aureliacensi *c* r) Sex *c.*

1) Haec valde esse ampliata, vix est quod moneam. 2) De hoc loco cf. Delisle, qui primus ex apographo Chesnii eum edidit 'Bibl. de l'école des chartes' XXXI (1870), p. 310.

1145. Eodem[a] anno Sanguis[b] Turcus rex de Aleph[c] cepit Edessam civitatem [quae[d] alio nomine[e] Roais et in Genesi dicitur Arath] Francosque[f] ibi captos aut morte aut servitute multavit. Archiepiscopum vero[g] civitatis quasi ducem gregis in medio urbis cum omnibus clericis suis, quia noluerunt abnegare[h] Christum, coram se decollari precepit, uno solo evadente, qui amicitiam cum quodam Turco[i] nobili habuerat. Qui apud[k] eum ne perimeretur optinuit; sed sanum quo vellet ire permisit. Purpuratur itaque Edessa novorum sanguine martirum, modo primum a gentilibus possessa, ex quo ab Agaro[l] rege Christo est dedicata. Dolor ingens et desolatio multa! Sacratae virgines dantur incestui; loca sancta stabula fiunt iumentorum. Corpus beati Thomae apostoli gentilium contactu polluitur [quod[d] ibi transportatum est ab India, ubi pro Christo martyrizatus occubuit. . . . . .* Nunc autem ad calcem historiae redeundum est]. Sanguis Turcus [predictus[d] rex de Aleph apud Edessam civitatem] super aram beati Iohannis baptistae, ut fertur, tres spetiosissimas matronarum maculavit. Conculcata sunt omnia, profanata sunt universa, nomen Christi derisio fit hostium.**

—

EX CONTINUATIONE RECENSIONIS B.

Quod audiens[m] ecclesia Gallicana: 'Heu', inquid, 'quantum dedecus christianis'! Unde predictus Ludovicus rex Francorum duxque Aquitanorum ex precepto domni Eugenii pape, qui tunc preerat episcopus Rome[n], et consilio Bernardi Clarevallensis[o] et Godefredi[p] Lin-
1146. Mart 29. gonensis et aliorum cum consulibus et baronibus in pascha Verzeliacum[q] venit, de Sarracenorum vastatione locuturus. Ibique in die parasceue, sexta videlicet feria, facto sermone a Bernardo Clarevallensi de via Hierosolimitana[r], ab eodem Bernardo signum peregrinationis, ut mos est, acceperunt, hoc est crucem. Hoc autem factum est in latere montis[s] ipsius Verzeliacum[t] iuxta viam Autisiodorensem, ubi ea de causa modo fabricata est ecclesia in honore sanctae crucis.

Sequenti vero anno ab[u] incarnatione Domini 1147, circa Maium mensem predictus rex, congregata manu Francorum, Aquitanorum et Burgundionum necnon et Theutonicorum[v] cum imperatore suo Frederico[1], alii per Alemanniam et Pannoniam, alii per Provinciam cum comite Sancti Egidii et Engolismensi et per Italiam Constantinopolim devenerunt. Deinde Romaniam[w] ingressi, aliter evenit ipsis quam speraverunt. Grande autem hoc miraculum Dei. Ipsi tamen superare viribus cupiebant et armis Turcos, qui[x] Armeniam, Syriam et Mesopotamiam inhabitabant[y]; sed ab eis superati sunt, quoniam quidem alii eorum a Turcis capti, alii gladio perempti, alii vero famelici fatigatione et inedia absque numero in via consumpti sunt. Qui vero a tanto periculo rebus suis attenuati evadere potuerunt, Antiochiam, de manu nefandae gentis erepti, navigio pervenerunt. Ibique cibis refocilati, post paucos dies Hierosolimam habierunt, visitatisque[z] inibi locis sanctis[m] ab eis,

Tunc ita mantellus: 'Mihi nec pilus est neque vellus.
Si notus iratus patulos penetrabit hyatus,
Stringet utrumque latus per mille foramina[a] flatus.
Scis quid agis, Primas? Eme pelles, obstrue rimas[b];
Tunc bene depellam, iuncta mihi pelle, procellam.
Compacior certe, moveor pietate super te,
Et facerem[c] iussum, sed Iacob nec Esau sum'.

*) *Longiorem Indiae descriptionem add. B. — A. D. E post* polluitur *pergunt:* Nomen — hostium. Conculcata — universa. Nam Sanguis[d] Turcus, ut fertur, super b. I. b. a. — maculavit. — *D. E vero addunt:* Qui, ut avaritiam misceret incestui, trecentas, ut fertur, pulcherrimarum mulierum per plurimas civitates vendi precepit.

**) *A addit:* Celestinus, qui et Wido de Castella, papa Romanus sedit mens. 5. Lucius, qui et Gerardus de Sancta Cruce, sedit anno 1. Eugenius, qui et Bernardus, monacus Cistellensis, sedit ann. 9. *Altera manu add.:* Anastasius, qui et Conradus episcopus Sabinensis, sedit 1, mens. 4. Adrianus, qui et Nicholaus Albanensis episcopus, sedit; *et ita historiae finem dedit.*

a) Eo *B.* b) Sanguinus *D. E* 1; Sanguinis *E* 2. c) Alep *A;* Halep *B;* Halap *E* 1. d) *haec des. A. D. E.* e) vocatur *add. B* 1. f) et Francos *A. D. E.* g) *deest B* 1. h) negare *D. E.* i) n. T. *D.* k) *deest A;* Qui cum *D;* Qui (Quia 2) enim *E.* l) Agro *E* 1; a gabaro *E* 2. m) *deest B* 4. n) Rom *B* 4. o) Clarevall' *B* 1. 4. p) Godefridi *B* 1. q) Vigel. *B* 1; Nercel. *B* 4. r) Ier. *B* 4. s) i. m. *B* 1. t) Vizel. *B* 1. u) ab inc. D. *des. B* 1. v) Teot. *B* 1. w) Romam *B* 4. x) quia *B* 1. y) inhabitabunt *B* 4. z) que *deest B* 1. a). forromna *c.* b) rumas *c.* c) facere *c.* d) Sanguinus *E* 1; Sanguinis *D. E* 2.

1) Ita codices pro Conrado.

multi illorum, transito mari, cum magna penuria ad propria reversi sunt. Inter quos imperator Theutonicus, cui male in Romania contigerat ante regis adventum de suorum proditione, similiter cum paucis regradatus est. Rex Ludovicus . . . . . .

Eugenius papa Romae moritur, sepultus in basilica sancti Petri via triumphali. . . . . . .

His vero diebus Adrianus papa moritur pridie Kalendas Septembris, Romae sepultus in basilica sancti Petri apostoli[a] via triumphali, anno ab incarnatione Domini 1159.

Interea Fredericus[b] imperator Theutonicus in Italia Mediolanenses vastabat et Placentinos, quia nolebant ei subici. In obsidione vero eorum quinquennio vel plus commoratus, ad ultimum reddiderunt se ei 4. Nonas Martii anno 1161[c]. Vae Mediolanensibus! 1162.
Redditum est eis secundum opus suum. Iuxta omnia quae fecerant[d] factum est eis. Propter superbiam suam a fundamentis subversa in cinerem redacta est. Siquidem murus ille altissimus suffossione suffossus est, et portae eius excelsae igne combustae sunt[1].*

*) *B 2 alia manu vel certe alio calamo addit:* Post mortem Adriani pape reverso imperatore in Alemanniam, ut veniret iterum cum magno exercitu Ytaliam, ut subiugaret totam, non ita ut putavit evenit, quia omnes urbes Ytalie consensu pape Alexandri contra eum preter Papiam coniuraverunt, edificantes urbem Alexandriam in nomine eius, et 4 burgi, in quibus Mediolanum diviserat, in unam urbem redacti sunt.

EX CONTINUATIONE RECENSIONIS C.

. . . .

Henricus rex Anglorum . . . . antea quidem copulaverat matrimonio filiam suam Matillam nomine duci Danorum[2]. . . . . . .

Per hoc idem tempus, eodem scilicet anno quo domnus Thomas prefatus archiepiscopus sub rege Heynrico[e] palmam martyrii adeptus est, domnus Heynricus[e] Wintoniensis episcopus . . . . migravit ad Dominum . . . . . . Fuit precipuus amator Cluniacensis ecclesie, matris sue; multum eam dilatavit in auro, in argento et in aliis rebus, ut testantur hii qui viderunt et audierunt. Hoc testatur vas aureum lapidibus preciosis adornatum, quod pendet super maius altare, ubi corpus Domini iugiter conservatur. Testantur et hoc domus lapidee cum duabus capellis, quas infra claustra ipsius monasterii miro ordine collocavit. Ipse vero sui non inmemor sollerti vigilancia instituit, ut eius anniversaria dies octo diebus a conventu Cluniacensi annuatim celebraretur, et de redditibus illis, quos proprie ad hoc a quodam nobili viro comparaverat apud Laudunum castellum trans Ararim, iisdem diebus fratribus plenaria refectio prepararetur. Verum ut ipse disposuit ita Cluniacus tenet semperque tenebit. A passione Domini usque ad obitum eius annus 1171. computatur . . . . . .

EX CONTINUATIONE RECENSIONUM D ET E.

Audita itaque fama tanti sceleris, in Antiochia et in Ierosolimis luctus factus est magnus, et omnis etas sumpsit lamentum. Pervenit etiam fama usque ad externas[f] nationes et usque Gallias, ubi dolor[g] ingens tetigit corda singulorum. Lodovicus etiam rex Francorum et Conradus[h] imperator Teutonicorum tacti[i] dolore cordis[k] intrinsecus ad ulciscendam[l] tantam iniuriam copiosum moverunt[m] exercitum. Sed quia[n] cum superbia multa perrexerunt, in Romania[o] prius fame consumpti, postmodum a Turcis fere[p] vastati, vix cum paucis sociis[n] usque Ierosolimam pervenerunt, ubi nichil dignum memoria[q] gestum fore novimus. Unde magnam congratulationem[r] Turcis et Arabibus duo summi reges christianorum prebuere. Revertentes itaque cum ignominia, celemus et nos cum silentio, quod predicare nimio pro[s] pudore non audemus.

Anno ab incarnatione Verbi 1145. Edessa civitas capta est a Turcis. Tercio anno sequenti Conradus imperator Teutonum[t] et Lodovicus rex Francorum perrexerunt Ierosolimam.

a) *deest B* 1. 2. b) Fed. *B* 4. c) *ita B* 1. 4. d) fecerunt *B* 4. e) Heynric. *c.* f) extremas *E* 1; exteras *D.* g) i. d. *E* 2. h) Corradus *E* 2 *semper.* i) tanti *D. E* 2. k) eorumdem *D.* l) ulciscendum *E* 2. m) movent *E* 2. n) *deest E* 2. o) Romana *E* 2. p) *ita codd.; ferro corr. Berg.* q) memorie *E* 2. r) gratul. *D. E* 1. s) pre *E* 2. t) Teutonicus *D;* Teutonium *E* 2.

1) Qui in hac recensione additur catalogus Romanorum pontificum alibi edetur. 2) Ducem Saxonum Heinricum Leonem intelligit.

Item tercio[a] reversionis sue anno Conradus imperator moritur. Fredericus vero, nepos eius, sumit imperium, Lodovico supradicto aput Francos regnante. . . . . . .

Fredericus autem Romanorum imperator cum Longobardis[b] diuturnum habet prelium. Nec etiam cum Romanis pacem habere potest[c]; unde multum terram illam preliando devastat[d] et nec sic eos subiugare valet, nec exitus ullus[e] inde nobis videtur.*) Amauricus vero rex Ierosolimorum, ut nobis relatum est, in multis prospere egit, ita ut almiralus[f] Babilonie ei tributa libens persolvat. Terram autem Antiochie Turci[g] Francis nostris ex maxima parte abstulerunt, et vix eis[h] respirare licet. Manuel enim[i] imperator Bizantius inter Turcos et Grecos degens, pacem habet cum utrisque, nec aliquid, sicut audivimus, agit memoria dignum. Francis itaque nostris qui sunt in Antiochia nichil[k] fere iuvaminis prestat. Semper est enim Grecis suspecta Francorum prosperitas[l].

De rege autem de Marroch, qui dicitur rex Asiriorum[m], propter predictas causas et de rege Bugie[n] et de rege Numidie[o] et Libie et[p] Cyrene et de rege Ethiopum[q] tam rara et[r] tam pauca audivimus, quod fere prorsus ignoremus, quid ibi agatur; ex quo enim christianitas de terra illa[s] repulsa est propter errorem Mahumet[t], et gens illa incredula alienata est a nobis et ab imperio Romano pariter et fide christiana desciverunt. Unde quia nec mercimonia nec aliquid[u] tale nobiscum habent commune, penitus eos ignoramus et eorum opera. Barbari enim sunt lingua[v], victu, natione, cultu, religione; quod totum eos a nobis removet. Similiter autem et de soldano Persidis propter terre longinquitatem et alienationem christianitatis et linguam pauca novimus; preter[w] quod dicunt, ultra Persas et Medos[x] et Macedones christianos reges[y] esse, [qui[z] etiam gentis illius pontifices dicuntur et reges]. Ita enim[a] fama ad nos usque pervenit. Illi autem valde[b] vexant gentiles [nationes[c]] regionum[d] illarum. Rex quoque de Avesguia et rex Nubianorum, sicut audivimus, hoc[e] idem faciunt. Rex vero Danorum[f] et christiani qui regiones illas incolunt, que sunt in Germania et in septemtrione[g], bellum habent cum paganis, qui [adhuc[c]] adorant idola et sacrificant elementis et dicuntur Leutices[h] sive Lutoici, Christum quoque[i] nostrum novum deum appellant. Sunt enim pulcherrimi homines, et orientem versus[k] eorum regio in[l] longum protenditur. Mercurium[m] tamen et Venerem precipue colunt, non in templis, sed in nemoribus vel[n] iuxta fontes. De insulis vero que[o] ultra Britaniam sunt similiter pauca audivimus preter earum[p] nomina. In quibusdam illarum adhuc[q] gentiliter vivunt. In Yberniam[r] tamen[s] et Gaslandiam[t] et Norguesiam[u] et[i] Yslandiam et quasdam alias christiani sunt. De Yslandia[v] vero, nisi quia ad finem tendimus operis, dicere pulcra[w] possemus. Pigmei[x] et Monopodes[y] habitant in montanis insule illius. Qui potius homines an monstra sint[z], ab ipsis incolis insule ignoratur. Nam signis[a], non verbis sibi[b] locuntur. Aurum vero ibi superhabundat. Nullum fructum prorsus terra illa generat preter animalia diversi generis. Hec et alia dicere[c] de terra illa possemus, nisi post laborem operis requiem natura deposceret. Is[d] status erat rebus humanis anno ab incarnato Verbo 1172[e].

[Non[f] queras hic, lector, plenitudinem ystoriarum. Pauca enim de multis scripsimus, ut occasionem querendi habeas[g] que penitus non ignoras, et precipue quia cronicam scripsimus, non historiam].

*) *E 1. 2 addunt:* Demum tamen 1155.[h] Terdonam[i] destruxit et die decimo exeunte Madio et 1159.[k] Cremam destruxit, [nuper[l]] et 1162. Mediolanum destruxit[m], et 1167. reversi sunt Mediolanenses in civitatem. 1176.[n] Lombardi preliantes contra ipsum dicuntur[o] vicisse. His temporibus Crema reedificatur ab ipso imperatore Frederico.

a) t. anno r. s. a. *E 2.* b) Lombardis *E 1.* c) potuit *E 2.* d) devastaret nec ut sic *D.* e) nullus unde *E 2.* f) amiralius *E 1.* g) Turcis *E 1. 2.* h) vis eas *D.* i) autem *E 2.* k) fere n. f. *E 2.* l) probitas *E 2.* m) Asinorum *E 1. 2.* n) Burgie *D.* o) Numide *E 1*; Ninive *E 2, ubi haec ante* et de r. Bugie *leguntur.* p) L. Tirennie *E 2.* q) Etiophum *E 2*; Etyopum *D.* r) *deest E 1.* s) *deest E 2.* t) Machumeth *E 1*; Mafumet *E 2.* u) aliquod *E 2.* v) victu, n. c. lingua *E 2*; l. n. victu r. *D.* w) preterquam *D*; propter *E 2.* x) Modos *D*; Indos *E 1.* y) e. r. *E 2.* z) *haec des. D.* a) Itaque *E 2.* b) *deest D.* c) *deest D. E 1.* d) regione *D*; i. r. *E 2.* e) si *D.* f) Dannorum *E 2.* g) septemtrionem *E 2.* h) Leucones sive Eutoici *D*; Leviticos sive Lucoya *E 2.* i) *deest E 2.* k) verbis *D*; usque *E 2.* l) in l. *des. E 2.* m) Mercuriumque *E 2.* n) iuxta vel *E 2.* o) qui *D. E 2, ubi* q. sunt in Britaniam ultra sunt. p) eorum *E 2.* q) tamen *E 2.* r) Ibernia *E 1*; Ybernia *D*; Ymberniam *E 2.* s) vero *E 2.* t) Gaslardiam *E 2.* u) Norgostriam *D*; Norguensiam *E 1.* v) Isl. *E 1.* w) plura *D.* x) Pimei *D*; Piginei *E 2?* y) Monopedes *E 2.* z) sunt *E 2.* a) in s. *E 2.* b) l. s. *E 2.* c) de t. i. d. *E 2.* d) his *E 2.* e) 1174. *D.* f) *ita D, ubi nomina et anni pontificum Romanorum a Celestino — Adrianum sequuntur.* g) habeat *c.* h) 1055. *E 2.* i) Terridonam *E 2.* k) et 1159. Cremonam *post* Mediol. destruxit *E 2.* l) *deest E 1.* m) destruit *E 2.* n) 1177. *E 2.* o) ducantur *E 2.*

CONTINUATIO ITALA

cod. E2.

1143.[a] Celestinus II, natione Castellanus, mensibus 5, diebus 17, obiit 8. Idus Marcii.

1144.[b] Lucius[c] II, natione Bononiensis, ex patre Alberto, ecclesie sancti Fridiani Lucen-
sis canonicus, mensibus 11, diebus 13, [obiit[d]] 15. Kallendas Marcii, anno Domini 1144. 1145.

1145. Eugenius III, natione Pisanus et Clarevallensis monachus, sedit annis 8, mensibus 4, diebus 22.

Anastasius papa, natione Romanus, ex patre Benedicto, sedit anno 1, mensibus 4, diebus 24, et [obiit[e]] 4. Nonas Decembris[f] anno Domini 1154[g].

Adrianus IIII, canonicus Sancti Rufi, natione Anglicus, eloquio dulcis, sedit annis 5, mens. 8, diebus 28; [obiit[d]] Kallendas Septembris 1159[h].

1170. Alexander III, natione Tuscus, patria Senensis, ex patre Rainuctero, et in utro- cf. Chr. Mant.
que iure peritissimus, sedit annis 21, m. 11, di. 9. Hic vicit quatuor scismaticos[i], Octavianum scilicet, Cat. Cenc.
Guidonem[k] Cremensem, Iohannem Strumensem, Landonem. Primus fecit se vocari Victorem, secundus Pascalem, tercius
Calixtum, quartus Inocentius. Quos manutenuit Fredericus imperator; qui postea ad mandatum cf. Chr. Mant.
eius 18. anno pontificatus sui *humiliter reddiit, et supponens collum ei equum ascen- f. 168'.
denti, audivit ab ore ipsius: *Super aspidem et basiliscum am[bulabis], et con[culcabis]* etc. Ps. 90, 18.

Lutius[l] III, natione Lucensis, ex patre Orlando, sedit annis 4 et m. 2 et di. 25, anno 1182[m]. Unde quidam Lucensis[1]:

Luca dedit tibi [lucem[n]], Luci, pontificatum
Hostia, [papatum[o]] Roma, Verona mori.

Item emulus[2]:

Lucius est piscis, rex atque tyrannus aquarum,
A quo discordat Lutius[p] iste parum:
Devorat hic homines, hic piscibus insidiatur;
Esurit hic semper, hic aliquando satur.
Amborum[q] vitas[r] si lanx equata levaret,
Plus rationis habet qui[s] ratione caret.

Urbanus papa III, qui et Umbertus dictus est, natione Mediolanensis, ut nobilis genere ib.
et moribus, pulcra reverendus canitie, urbane eloquentie preditus[t], in utroque iure peritissimus, et infra mensem unum in Bituricensem archiepiscopum et primatem et in Vercellensem episcopum et in Romana ecclesia cardinalis electus et tandem infra tres annos cardinalatus sui Mediolanensis archiepiscopus factus et in Urbis episcopus Verone consecratus, sedit annis 2 minus 35 di. Obiit[u] anno 1187, 13. Kallendas[v] Novemb. Qui etiam tem-
pore sui pontificatus, inimicis ecclesie contradicentibus, Urbem intrare non potuit. ib.

1187. Gregorius, natione Beneventanus[w], magna honestate decoratus, Ferrarie electus atque consecratus, sedit men. 2 minus 2 di. Obiit Pisis[x] 14. Kallendas Ianuarii anno Domini 1187.

Inperator Fredericus, pacato - — imperii feliciter regit. Chr. Th.

1188. Clemens, natione Romanus, sedit annis 6, men. 2, di. 11.

1191. Celestinus, natione Romanus, sedit annis 7, mens. 8. Hic Tusculanum ab imperatore Henrrico recepit et Romanis tradidit destruendum. De quo quidam hemulus eius:

Tartare, pande sinum, tibi mittit avara suppinum
Roma Celestinum; tartare, pande sinum.

His temporibus quidam de principibus — — preciosa imperii diripientes. Philippus vero, patruus eius, nomine ib
ipsius Romanorum regnum obtinuit. Quo a quodam proditore peremto — hic regnavit annis 8 —, Otto[y] Saxo genere eligitur, ab Innocentio III. coronatur. Hic dum regnum suscepit[z]. Otto in Saxonia obiit. Ordines Predicatorum et Minorum oriuntur.

Innocentius, natione Campanus, sedit annis 18. Hic scientia, moribus pollebat, generale concilium Lateranis celebravit; obiit 1215.

a) MXCCXLIIII. *c.* b) 1053. *c.* c) Aucius *c.* d) *deest c.* e) *deest spatio vacuo relicto c.* f) *lege* Septembris. g) 1144. *c.* h) 1059. *c.* i) scismaticorum *c.* k) Verdonem Clemessem *c.* l) Autus *c.* m) 1185. 1182. *c* n) *deest c.* o) *spatium 7 litterarum vacat c.* p) lutus *E2.* q) Illorum *Abr.* r) *ita Abr.;* vitam *Wright;* vita si laus *Pip.* s) quam *Wr.* t) predictus *c.* u) Oferunt anni *c.* v) Kal. 13. *c.* w) Benovet. *c.* x) Piscis *c.* y) Deto *c.* z) *complura omissa sunt.*

1) Hi versus saepius afferuntur; v. 'Forschungen' XVIII, p. 35. 2) Hos versus a Primate compositos dicit Pipinus, Muratori SS. IX, p. 597. Leguntur etiam ex Giraldi Cambrensis Speculo ecclesiae ap. Wright, 'Walter Mapes' p. XXXVIII, et ex codice Abrincatensi 'Cat. des manuscripts des départ.' IV, p. 443.

Chr Th. Honorius, natione[a] Romanus, sedit annis 10, m.[b] 8. Hic Fredericum[c] coronavit et Petrum comitem Auti- cf. Gilb B.C. siodorensem[d] imperatorem Constantinopolitanum; et in diebus suis pacem fovit; Rome obiit, in Chr Th ecclesia sancte Marie maioris[e] quiescit.

ib 1220, di. 9. ex. Octub.[1] Fredericus imperat; primo die coronationis sue leges obtimas contra hereticos edidit; hospitali Alemanorum multa privilegia obtinuit, Sarracenos in Scicilia perdomuit; divitiis, potentia et filiis, cf Chr Mant Chr Th sapiencia magnus fuit. Prima ei uxor — — filium et filiam suscepit.

1237. cf Chr. Mant. Anno Domini 1238[f], die 4. exeunte Novembri aput Cortenovam[g], nonnisi 4[h] videlicet amissis[i], victoriam habuit de Mediolanensibus et, multis occisis et captivatis, caurocium[k] eorum Romam cum his verbis misit:

Roma volubilis est, idcirco volubile[l] lignum
Mittitur in signum: dominorum publica lis est[m].

Item alius:

Roma dona notant, dona notata renotant.

Quod postmodum Romani indignati ad eum in capitolio[n] depositum minutatim lacerant[o].

Anno Domini 1238. obsedit Brixiam[p] per 4 menses et dimidium. Item anno Domini 1240. obsedit Faventiam[q] 8 menses et diebus et eam ad precepta sua recepit. Multa et cf. ib. alia magna fecit. Tandem expugnatus apud Parmam, cum paucis fuga evasit, civitate[r], quam ipse ibi edificaverat[s], vocata Victoria, inde ita cremata et destructa, quod inde quasi vestigium non remansit[t], amissis[i] mirabili tesauro et carrotio[u] Cremone et multitudine magna trucidata et in captivitate redacta[v]. Hic multos filios et filias spurios habuit. Fuit enim proprium eius, non solum unius, sed multitudine ac varie turpitudini luxurie studio cf. ib. nimio et inpudico usque ad mortem involvi, multum timeri et a nullo quasi amari, nullorum principum[w] vel nobilium consortio vel consilio uti, fidem in promissis[x] non servare, suos intimos etiam quasi omnes proditores habere, divitias inexcogitatis et mirabilibus modis et quibuscumque artibus congregare. Nulli parcebat[y] nisi forte ad tempus, unde et proprium filium Henrricum sibi regem contrarium carceri tradidit; quo vitam finivit. Simulationis mirabilis et duplicitatis ars eius quasi in omnibus fuit. Hic excommunicatur a Gregorio IX. et depositus ab Innocentio IV. Postquam ita[z] brachiis partium et ipsius adiutorio scismatum nimis affligerat et ecclesiam inmanissime[a] persecutus fuerat, tractans loca sacra et personas et sacramenta quasi paganus; obiit in Appulia apud Fogiam anno Domini 1250, Ydus Decembris.

Chr Th 1227. Gregorius, natione Anagninus[b] — — sollempniter predicavit

a) Campanus . . . . . . *(8 litterae erasae)* Ro. *c.* b) *bis scr. c.* c) Rodericum *c.* d) Antifioscessem *c.* e) mat's *c.* f) *ita c.* g) Cortenavam *c.* h) IIII° *c.* i) amissus *c.* k) cauroncium *c.* l) l. v. *c.* m) es *c.* n) capitulo *c.* o) laceratur *c.* p) Buxiam *c.* q) Faur? *c.* r) civitatem *c.* s) edificaverit *c.* t) evasit remansit *c.* u) carrotie *c.* v) redapta *c.* w) principium *c.* x) premissis *c.* y) pacem *c.* z) ita br. *bis scriptum; quid sibi velit subsannare nequeo.* a) inmagnissime *c.* b) Agnagn. *c.*

EX CHRONICA DE GESTIS CONSULUM ANDEGAVENSIUM.

Gesta comitum Andegavensium primo ab anonymo quodam inter a. 1151—1164. *composita sunt, qui praeter libros historicos, ut Rodulfi Glabri historiam, Libellum de reversione et Miracula sancti Martini*[2], *Petri Bechini chronicon et Annales Andegavenses, qui falso dicuntur Chronica Rainaldi, maxime narrationes populares secutus, de prioribus saeculis nihil fere nisi fabulas prodidit. Inter quae pauca res Germaniae vel Italiae tangentia, quamvis omni prorsus careant pretio, tamen omitti non potuerunt. Quae excerpsimus ex editione a P. Marchegay*

1) De coronatione Friderici agi videtur d. 22. Novembr. 1220. 2) Apud Salmon, 'Supplément aux Chroniques de Touraine' p. 1 sqq.

et A. Salmon parata in 'Chroniques d'Anjou' I, p. 34 sqq., cum iam antea apud D'Achery, Spicil. X, p. 408 sqq., ed. 2. III, p. 237 sqq., luci data essent.

Ex eorundem editione p. 387 sqq. recepimus locum ex scripto Huonis vel Hugonis de Cleeriis militis Andegavensis de senescalcia et maioratu Franciae comitibus Andegavensibus collatis, post medium saec. XII. composito, quem auctor ex libello Fulconis III. comitis Andegavensis (a. 987—1040) in monasterio Lochensi servato se excepisse dicit, qui et paucissimis verbis mutatis in Gestis comitum Andegavensium legitur, sive ex Fulconis, sive ex Huonis libello exscriptus. Sed et ei vix incerta verae historiae memoria inest.

Denique addidimus exigua frustula ex Historia comitum Andegavensium, quam Thomas Pactius prior Lochensis monasterii, ut editores opinantur, paulo post a. 1183. composuit, Chronicam de gestis comitum in epitomen redigens et pauca de suo addens. Ediderunt Marchegay et Salmon p. 319 sqq.

Singulos locos ceterorum fontium Andegavensium, Gestorum dominorum Ambaziensium, Historiae Sancti Florentii Salmurensis, in notis collocavimus.

O. Holder-Egger.

[VI.[a]]

[6.[a]] In diebus illis[1] Huasten Danus tribus annis Gallias circa loca maritima maxime infestans, ad ultimum ad consobrinos suos Edwardum et Hilduinum[2], qui consules Flandriae erant, cum quindecim milibus Danorum et Saxonum pervenit, secum habens Hethelwulfum, mirae magnitudinis et fortitudinis virum, quem Francisca lingua Haustuinum vocant. At vero Dani cum Suevis[b] per regiones Francorum discurrebant, rapinis et incendiis quaeque poterant oppida vel villas pessumdantes. Peragrata itaque armis atque incendiis auxilio Flandrensium tota fere illa depopulataque regione quam prope Franci Flandriam habitant, consultum est Parisius transire terroremque suum ubique spargere. Ventum est itaque in vallem amoenam et pulcherrimam inter locum qui Mons-Morentius dicitur et Parisius; castellumque Montis-Morentii captum munientes, diutius ibi immorari existimaverunt. . . . . . .[3] p. 78.

[14.] Rursus a partibus Alemanniae bellum novum exortum est. Quidam Theutonicus de Suevia Edelthedus nomine, qui de genere Pharamundi et Clodovei descenderat, regnum Francorum iure hereditario exigebat; qui auxilio Othonis regis Italiae Lothoringiam et superiores partes Franciae impugnabat[4]. Conquerebatur in propatulo de foederatis pactionibus, quas Hugo rex in praesentia Henrici ducis Lotharingiae[5] et Ricardi comitis Normanniae et Gosfridi Andegavis in quodam colloquio fecerat, scilicet quod regnum Francorum Hugo sibi dimitteret, ita duntaxat, ut sibi ducatum totius Franciae daret, sicut dux Hugo olim possederat; quod praedicti principes, ut aiebat, et multi alii magnates fide sua pepigerant. Gosfridus Grisa-Tunica, aliis dubitantibus, surrexit et ait: 'Periurii nusquam volo redargui, nec patiar, ut nobis domineris; regem meque et socios de fide mentita defendo'. Bertholdus, frater ducis Saxoniae[6], vir factus ad unguem, pro Theutonico duellum arripit et adiecit: 'Pares et coaequales nostri quod iustum est diiudicent; altercatio enim haec insopibilis est'. Congregati sunt utriusque partis maiores, auditae sunt utriusque litigantis quaestiones, itum est in partes, et responderunt expectantibus iudicium: 'Communi iudicio a nobis concordatum est, quod qui victor extiterit regnum in pace teneat; alter consilii nostri auctoritate, regno dimisso, viam suam pacificus acceleret'. Id totum ita concessum est, et sic se simpliciter persecuturos[c], manu in manum episcoporum firmatum est. [15.] Regina, Gosfridi Andegavis consanguinea, partem zonae beatae Mariae virginis, quae in capella sua erat, quam Karolus Calvus a Bizantio attulerat, ei misit et, ut nuda colli ex ea ligaret, praecepit, ei affirmans, quod in hoc vinceret. Ad bellum igitur Gosfridus animatus, iam maiori fiducia procedebat. Bertholdus siquidem tantae animositatis et stoliditatis erat, ut nullum sibi audere venire obviam ad pugnam arbitraretur, aiebatque: 'Sinite eum, exeat, veniat! Ego illum contemptibilem caniculum, qui de bello ausus est praesumere, statim praevalens suffocabo'. Ventum est ad praelium; pugnatur viriliter. Primo impetu neuter cecidit; sed Bertholdus, dum equum giraret, a comite lancea graviter inter scapulas vulneratur. Sanguis illius funditur; utrinque irremeabiliter[d] pugnabatur, cassides aeneae resonabant; nulla eis requies praestabatur. Cum Bertholdus p. 85.

a) *numeri capitum et paragraphorum sunt editionis Dacherianae, quos Marchegay et Salmon omiserunt.* b) Saxonibus *Dach.* c) prosec. *Dach.* d) irremediabiliter *Dach.*

1) Tempore Gosfridi Grisae-Gonellae comitis Andegavensis a. 958 — c. 987. 2) Horum nominum nunquam extiterunt comites Flandrenses. 3) Taedet nos longam narrationem plane fabulosam, totam repetere, quomodo Gosfridus comes Hethelwulfum singulari pugna superaverit et ipsius praesertim virtute Dani cum sociis devicti sint. 4) Haec quoque narratio plane fabulosa est. Bellum inter Karolum ducem Lotharingiae, cui Theophano et Otto III. favebant, et Hugonem regem a. 989 -991. gestum huic fabellae ansam dedisse videtur. Sed tunc Gosfridus iam mortuus erat. 5) Huius nominis tempore Hugonis regis dux non fuit. 6) Nec huius nominis unquam extitit.

equo cadit citoque in pedes surgit, consul animosus descendit. Tunc eorum corpora sudore et cruore liquentia conspiceres, cum manus manibus, pedes pedibus, corpora corporibus impingebant. Ad ultimum vero rupta lorica Bertholdi, extis eius fusis, ille praeliator fortissimus Gosfridus Grisa-Tunica victor extitit. Franci Christo gratias egerunt diemque illum solempnem[a] duxerunt Deoque dignam immolaverunt laudem. Theutonici cum duce suo Edelthedo confusi ad propria redierunt. Gosfridus licentiam redeundi a rege et regina poposcit zonamque sibi dari promeruit, quam in ecclesia beatae virginis Mariae Luchis[1] posuit, ubi et canonicos ad simul vivendum constituit et ex propriis rebus multa eis dedit. . . . . . .

[VIII.]

p. 100. [13.] Vir Deum timens Fulco[2] Romam gratia peregrinationis venit. Tunc temporis papa Sergius quartus praesulatum Romanae sedis sorte felici regebat; sciensque Fulconem virum iustum et sapientem et annosum, conquestus est ei de Crescentio Deo odibili, qui cotidianis[b] assultibus populum Romanum et terram circumadiacentem depopulabatur; nonnullos occidebat, alios capiens graviter redimebat, singulorum et omnium victum et vestimentum sine prece vel pretio vi auferebat, peregrinorum et negotiatorum itinera disturbabat et redimere faciebat; nec erat aliquis in Langobardia, qui posset contumaciam eius edomare; et licet omnes eum timerent, nullus erat qui diligeret. Audita querimonia apostolici, reverendus heros inquit ei: 'Domine mi pater, ego aggressus sum viam Ierosolymitani itineris, quam cum benedictione vestra volo perficere. Denique, adorata cruce[c] et eius reverendo sepulcro, revertar ad vos et per vos; tunc consilio vestro faciam satis et praeceptis in omnibus parebo, sicut decet filium patri obedire'. Et acceptis cum benedictione a Romano papa litteris, iter eundi Ierusalem, quam tunc gentiles tenebant, arripuit. Qui Constantinopolim veniens, Robertum ducem Normanniae[3] illud itidem iter aggressum ibidem repperit. . . . . . .

p. 103. [14.] Quo invento Fulco et sibi sociato, litteras papae imperatori tradidit. . . . . . . [Cum[d] autem regressus fuisset Fulco, memor conquestionis domini papae et sponsionis suae, quam ei fecerat dum Iherosolimis iret et rediret, convocatis multis ex servientibus et archeriis suis, quos in huiusmodi exercitio peritos esse noverat, fecit eos exercere ante se ad foramen cuiusdam portae et sagittas iacere sive buzones. Ex quibus omnibus quatuor fratres uno patre geniti inventi sunt, qui a cognitione Prompti cognominantur, qui ita iacula per foramen emittebant, ut nec in aliquo lignum foraminis tangerent. Fecit etiam eos balistis trahere. Qui, sicut arcubus recte trahebant, ita balistis per foramen iacula emittebant. Quos ut vidit consul sapiens, vocavit eos dixitque eis: 'Quinto decimo die parati estote mecum ad iter agendum'; motusque est consul cum privato comitatu et cum istis quatuor archeriis a castro Lochacensi, et iter aggressus est Romam tendens; quam intravit tricesimo die qua motus est a castro Lochacensi praesentavitque se Sergio papae dixitque ei: 'Domine mi pater, modo paratus sum ad vindictam malefactorum Crescentii et inimici Dei et vestri et ad liberandum vos populumque Romanum et peregrinorum et negociatorum euntium et redeuntium totiusque patriae, et volo scrutemini consilium meum. Volo quidem eum morti tradere, sed peto a sanctitate vestra, ut absolvatis[e] me et meos a peccato homicidii et sceleris excogitati, si rem coeptam perficere potuero, quia amore Dei et vestri in huius discriminis noxam me immitto'. Respondit ei papa: 'Et a peccato absolvo et dignis muneribus, ut dignum est, te recompensabo'. Tunc Fulco consul, quia extra turrim cum eo[4] loqui non poterat nisi cum armata manu et militum multitudine, mandavit ei, quod et eum videret[f] et cum eo loqui posset. Si[5] mane ante turrim veniret, ille deintus ad fenestram, Fulco deforis ex platea loqueretur. Quo audito, Fulco gavisus est valde, vocatisque quatuor archeriis qui Promptuli cognominabantur, dixit eis: 'Vos soli egrediemini mecum ad colloquium Crescentii portabitisque vobiscum arcus et balistas'. Dixitque duobus primis: 'Vos duo eritis circa pedem turris, tensis arcubus et sagittis incochiatis et praeparatis ad iaciendum, ut, dum ad fenestram inclinatus fuerit, sagittis eum figatis'. Alios autem duos posuit post dorsum suum, balistis tensis et quarellis praeparatis ad traiciendum, cooperuitque eos, ne ab anteriore parte viderentur, quia statura procerus erat et corpore amplo, dixitque eis: 'Dum cum Crescentio confabulabor, vos ponite curbitatem balistarum super scapulas meas sicque quarellos iuxta faciem meam traicite, et videte in poena oculorum vestrorum sive in periculo omnium membrorum, ne evadat, quia, nisi eum de fenestra mortuum ante pedes ruere feceritis, loco illius omnes vos quatuor moriemini'. Venit autem mane hora prima Fulco in platea, descenderuntque de equis iuxta quandam domum non longe constitutam, ordinavitque quatuor archerios suos eo ordine quo pridie eos nominaverat. Ut autem erat clamosus, vocavit Crescentium voce magna. At ille ad fenestram egressus, ostendit illi faciem suam; quam ille intuens: 'Eia', inquit, 'domine mi, quam pulchra facies! quam pulchrum exigit corpus! Ergo quia vidi faciem vestram sicut faciem angeli, ostendite corporis amplitudinem et membrorum lineamenta'. Statimque ascendit et erecto corpore tabulatum[g]. Tunc consul dedit archeriis suis signum. Illi autem, qui ad radicem turris erant, traicientes sagittas, percusserunt eum unus in inguine, alter in gutture. Illi vero, qui a posteriori parte consulis erant, impingentes balistis quarellos, percusserunt eum unus sub mamilla sinistra, et sic intravit cor eius, alter vero in dextra; et sic a fenestra cecidit in terram ante

a) solemnem *ed.* b) quotid. *ed.* c) Domini *vel tale verbum omissum videtur.* d) *haec in editione Spicilegii Dacheriani omissa, in solo cod. Paris. nr.* 6005. *exstant.* e) absolvetis *ed.* f) videre? g) tabulatur *ed., ubi annotatum:* '*Var.* tabulatum'.

1) Loches super fl. Indre. 2) III. Nerra comes Andegavensis. 3) Robertus I. a. 1035. demum iter transmarinum iniit, cum Sergius IV. papa iam a. 1012. defunctus sit. Fulco ter Hierosolymam adiisse dicitur, scilicet c. a. 1007, a. 1028. et a. 1039. 4) Crescentio 5) Supple: 'Crescentius respondit'.

pedes Fulconis exanimis[1]. Ipse vero consul cum suis ad palatium Lateranense, obi papa cum omni clero et populo Romano missam et orationes agebant pro eo, advenit. Ut autem vidit eum papa sanum atque incolumem et ad honorem Dei et ecclesiae rem bene peractam, precepit per omnes ecclesias *Te Deum laudamus* canere et signa pulsare. Cum autem ille absolutionem peteret sibi et suis, papa iudicavit[a], eum nulla expiatione indigere, sed magis pro ipso orandum, qui inimicum Dei deiecisset de culmine iniquitatis, dum allevaretur, dixitque ei: 'Quia ab inimico Dei Crescentio populum Romanum liberasti, amicis Dei donaberis et ditaberis, Daria videlicet et Chrisantio'. Conduxitque eum papa cum omni clero et populo Romano extra muros Urbis miliario uno.] . . . . . .

[18.] Sequenti[2] anno, cum Odo Campaniensis[3] a duce Lotharingiae impugnaretur[4], vir prudens et p. 103. 1017
modestus Fulco ad distringendam urbem Turonicam, quam multum desiderabat esse suam, oppidum in Monte-Budelli statuit. . . . . . .

[XIII.]

[9.] Rex *[Angliae Henricus I.]* vero in hoc infortunio humiliatus, cupiebat cum Ful- p. 151.
cone[5] amicitias iungere et foederatum eum habere; quod et obtinuit. . . . . Non post multum temporis copulavit filiam suam imperatricem, uxorem quondam Henrici imperatoris Alemannici, filio eius Gaufredo, pulcherrimo iuveni et strennuissimo militi. . . . . . .

[10.] Robertus[6] rediens a Ierusalem ex uxore sua[7] filium nomine Willelmum genuit. 1106.
Robertus die sancti Michaelis a fratre suo Henrico capitur. Cuius filius Willelmus filiam[8] Fulconis comitis Andegavis Petr. Bech. 1127.
duxit; sed ab illa propter cognationem separatus, sororem[9] reginae Franciae[10], uxoris Ludovici regis, duxit, data sibi 1128.
Flandria post obitum Karoli consulis; sed Willelmus lancea manu percussus, non diu post vixit[11]. . . . . . .

Anno incarnati Verbi 1110. Fulco ex filia comitis Heliae[12], uxore sua[13], genuit Gosfri- p. 152
dum; qui adultus miles armis prepotens effectus, Meltidem, filiam Henrici regis Angliae, quae uxor fuerat imperatoris Alemanniae, uxorem duxit. . . . . . .

a) indicavit *ed., ubi adnot : 'vel* iudicavit'.

1) Non monendum, totam narrationem esse fabulosam fictamque. Iohannes Crescentius paulo post Sergium papam a. 1012. propria morte defunctus est. — Eadem in Hist. S. Florentii Salmurensis paulo aliter sic narrantur (ed. P. Marchegay et E. Mabille, 'Chroniques des églises d'Anjou' p. 273): *Fulco vero callidus ingenio, cum Elysabeth coniugem suam Andegavis post immane praecipitium salvatam occidisset ipsamque urbem, paucis defendentibus, flammarum incendiis concremasset, Ierusalem petiit. . . . . Postea repatriare decernens [discernens* ed.*], Romam devenit, in quo itinere praedones quosdam sedem sancti Petri violantes ac transeuntibus insidiantes, aliis vitam, aliis vitae subsidium rapientes, destruxit. Nam Rainerius, comitis archiarius, ducem praedonum, ad fenestras turris cum comite loquentem, nomine Crescentem in pectore sagitta perfodit; et turre sic capta, patriam a praedantibus, ut papa Sergius expetierat, liberavit.* 2) In praecedentibus de praelio Pontelevensi a. 1016. commisso relatum est. 3) II. comes Blesensis, postea Campaniensis. 4) Cf. Chronica dicta Rainaldi, apud Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou' p. 10. De eodem bello in Gestis Ambaziensium dominorum apud Marchegay et Salmon, 'Chroniques d'Anjou' I, p. 164. haec leguntur: *Odo vero comes in Lothoringia cum Alemannis, qui sibi infesti erant, et cum Frerico Tullensi consule, qui eos in terram praedicti comitis adducebat, saepe pugnans, diu his impeditus a Turonia et Blesis aberat.* Et post pauca p. 165 sq. de rebus a. 1025 (vel 1026?) gestis: *Fulco . . . Montem Basonis obsedit. Quo facto, Odo comes obsidionem Montis Budelli relinquens, Monti Basoni succurrens appropinquavit. . . . . Odo, audito nuntio, Alemannos in Lothoringia esse terramque suam invasisse, per urbem Turonicam et Rupes Corbonis Blesis rediit.* (Cf. Bresslau, 'Jahrb. Konrad II.' I, p. 109 n. 3). Et p. 168: *Succedente paucorum annorum curriculo, Odo cum Alemannis in Lothoringia pugnans, graviter vulneratus obiit;* scilicet a. 1037. Quae in Gestis com. Andegav. p. 114. de hac pugna narrantur ex Rudolfi Glabri Hist. III, 9. exscripta sunt. 5) V. comite Andegavensi, postea rege Hierosolimitano. 6) II. dux Normanniae. 7) Sibylla. 8) Sibyllam, filiam Fulconis V. com. 9) Iohannam, filiam Rainerii marchionis Montisferrati. 10) Adelinae. 11) In Hist. Gaufredi comitis Andegavorum libro I. (apud Marchegay et Salmon p. 238) hoc de Willelmo narratur: *Sublimato . . . patre eius Fulcone in Ierosolimitanum regem, consul Gaufredus armorum exercitiis et laudi adipiscendae operam dedit. Nonnullo tempore elapso in arenosa montis planitie a Britonibus et Normannis torneamenti dies assignata est. Conveniunt ad Normannorum partis subsidia Willelmus comes Flandrensis, Theobaldus comes Blesensis et eius frater Stephanus Moritoniae dominus.* Quod certe non factum est, dum Willelmus comes Flandriae esset. Ibidem de Willelmo Ypreusi, Willelmi Clitonis aemulo, in Anglia pro Stephano rege militante complura narrantur et inter cetera p. 307: *Willelmus Yprensis, Flandria oriundus, vir exconsularis et magnae probitatis, qui cum esset belli peritissimus, videns impossibilitatem, regi distulit auxilium suum in tempora meliora.* 12) Cenomannensis. 13) Eremburgi, a quibusdam (v. p. 90) Sibylla dicta.

EX HUONIS DE CLEERIIS SCRIPTO DE SENESCALCIA COMITIBUS ANDEGAVORUM COLLATA.

p. 388. Hoc scriptum fecit Fulco comes, Ierosolomitanus[1], in ecclesia Sepulchri de Lochis cum magna sepultus honorificentia, de donis factis suis antecessoribus a rege Franciae.

Cum[2] Deus voluit sublimare Rotbertum, filium ducis[3], in regem, Gaufridus[a] Grisa-Gonella[b, 4] cum tribus milibus armatorum serviebat[c] domino regi suo Rotberto[5]. Otho siquidem rex Alemannorum cum universis
978. copiis suis Saxonum et Danorum Montem-Mortiaci[d, 6] obsederat et urbi Parisius multos assultus ignominiose faciebat. In hac necessitate praelii rex Rotbertus et pater suus ducatum primae cohortis praedicto comiti Gaufrido Grisa-Gonella[e] tradidit et ad persequendum exercitum Alemannorum ducem et consiliarium constituit. Prosecutus[f] est itaque rex Rotbertus regem Alemannicum[g], praeeunte Gaufrido Grisa-Gonella[e], usque ad flumen Esnae[7]. Comes vero Gaufridus, gnarus pugnandi et assuetus, tantam[h] stragem hostium super flumen dederat ante regis Rotberti adventum, quod stagnum putares, non fluvium[i]. Alemannis itaque fugatis, rex Rotbertus, congregato generali concilio[k], consilio patris sui et episcoporum, comitum, baronum dedit Gaufrido comiti, quidquid rex Lotharius in episcopatibus suis, Andegavis scilicet et Cenomannis, habuerat. . . . . . .

Hucusque sunt scripta Fulconis Ierosolimitani.

a) Gosfrid. *Gesta cons. And. p. 76. semper.* b) praedictus *Gesta.* c) subvenit *Gesta.* d) Morentiaci *Gesta.* e) Gr. G. *deest Gesta.* f) Persec. *Gesta.* g) Alemannos *Gest. ed.; sed* regem Alemannorum *cod. Par.* 6005. h) magnam *Gesta.* i) flumen *Gesta.* k) *deest Gesta*

EX THOMAE PACTII HISTORIA COMITUM ANDEGAVENSIUM.

p. 334 Helias, filius Iohannis de Fleca, Sibillam, filiam cuiusdam comitis Longobardiae, neptem scilicet Heriberti quondam Cenomannorum comitis, duxit uxorem et cum ea comitatum Cenomanniae suscepit. De Sibilla vero genuit Sibillam, quam Fulco, filius Fulconis Rechin, postmodum rex Iherosolimorum, duxit uxorem; de qua genuit Gaufridum Plantagenest et Sibillam Flandriae comitissam[8]. . . . . . .

p. 341 Gaufridus, magnanimitate Fulconis et industria roboratus, adeo paternis successibus incitatus est, ut et ipse de semine regio comparem affectaret sibi foedere nuptiali iungendam; Matildem itaque, regis Anglorum Henrici primi filiam unicam et heredem, accepit uxorem. Quae cum prius Henrico nupsisset imperatori, terque cum ipso pariter in consortium imperatoriae maiestatis Romae coronata fuisset, licet ex eo prolem aliquam non sustulerit, nichilominus tamen post mortem imperatoris de mariti prerogativa semper enituit, quoad vixit sibi nomen retinens imperatricis. Igitur ex imperatrice Gaufridus comes procreavit Henricum secundum. . . . . . .

p. 342. Filiae vero tres regis *[Angliae Henrici II.]*, ut diximus, et Alienor[9] alienationem a nativo solo forsitan eo sustinent aequanimius, quod de semine regio procreatae nupserunt regiae stirpis viris illustribus; quorum nomina licet subticeam, populos quibus presunt preterire non convenit: hinc etenim Saxones[10], hinc Hispanos[11], hinc Siculos[12] debita coercitione[a] refrenant. Inter hos itaque populos, victu, vestitu, moribus, habitatione tam remotos ab Anglia, filias regis Angliae commorantes barbaries saxea Saxonum, dubius Hispanorum sub Agarenis conflictus, tyrannis effera Siculorum poterant in continuum horrorem inducere, nisi generositas aviae suae Matildis imperatricis, in cuius[b] femineo corpore virile pectus, neptibus suis tolerantiae semitas et apertas patientiae vias imitabiles premonstrasset. Sed ut sexus infirmior in aliquo firmius relevaret filias Alienor, alienum aerem sub annis tenerrimis imbiberunt, ibidem enutritae salubrius, diversitatem quoque facilius alienarum sunt edoctae linguarum. . . . . . .

a) coercione *ed.* b) eius *ed.*

1) III, qui et Nerra dictus. 2) Haec etiam in Gestis com. Andeg. post addita sunt, sive ex ipso Huonis libro, sive ex scripto Fulconis, quod Huo se descripsisse contendit. 3) Hugonis regis. 4) I. comes Andegavensis. 5) Quae sequuntur gesta sunt a. 978, quo tempore Lotharius Franciam regebat, non Robertus. 6) Falso pro Monte Martyrum (Montmartre), ut videtur. 7) Aisne. 8) Uxorem Willelmi et Theoderici comitum. 9) Uxoris eius. 10) Henricus Leo dux duxit Mathildem. 11) Alfonsus rex Castelliae duxit Alienordem. 12) Willelmus II. rex Siciliae duxit Iohannam.

EX LIBRIS DE VITA ET MIRACULIS SANCTI BERNARDI CLAREVALLENSIS ABBATIS.

Celeberrimus ille Clarevallensis abbas Bernardus saeculo XII. magnas in rebus imperii et ecclesiae partes egit, sed natione Gallicus et Gallico monasterio praefectus non is est, cuius vitam et gesta nobis vindicare possemus. Quare nonnisi excerpta ex libris de vita eius scriptis huic collectioni inserenda duximus, eaque hoc potissimum loco inter alios rerum Gallicarum scriptores collocavimus.

Quamvis vero complures auctores ei aetate suppares et familiaritate coniuncti in rebus ab eo gestis describendis desudaverint, dolendum sane, magis miracula ab ipso, ut credebatur, patrata quam quae ad res publicas spectabant digna esse visa quae posteris traderentur. Attamen etiam illa saeculi eius ingenium et mores satis dilucide depingunt, ita ut iis carere nequeat qui in huius temporis historia enucleanda versatur.

Vita praecipua quinque libris constat, qui a tribus auctoribus partim eo vivo partim paullo post mortem sunt compositi; accedit Miraculorum historia itidem tribus partibus constans et postea etiam tamquam liber sextus vitae adiectus.

Primus vitae scribendae calamum admovit Willelmus (Guilelmus), Leodii natus, aliquando Sancti Theoderici prope Remos abbas, sed hac dignitate a. 1135. *dimissa, tunc monachus Signiacensis, Bernardo amicitia coniunctus*[1], *litterarum studio et variis scriptis notus, qui iam grandaevus et, ut ipse sibi persuasit, morti proximus, pio zelo accensus, praesertim monachicam Bernardi vitam et merita de ordine Cisterciensi celebrat, ipso vivo, sed, ut eius verbis utamur, 'nec edenda vivente eo, sicut nec scribuntur ipso sciente'. Scripsisse videtur, ut Mabillonius censet, post a.* 1140, *et forte post* 1145. *Ex hoc libro pauca tantum frustula selegimus.*

Uberiorem sane materiam nactus est, qui librum continuandum suscepit Ernaldus sive Arnoldus, abbas Bonae-vallis monasterii dioecesis Carnotensis[2], *et ipse inter Bernardi amicos referendus*[3], *qui tempore Godefridi episcopi Lin-*

1) V. epistolas Bernardi ipsi datas 85. 86. 392. ed. Mabill.; etiam apologiam adversus Cluniacenses necnon librum de gratia et libero arbitrio Bernardus illi inscripsit et quantum eius doctrinam fecerit verbis indicat: *si quid obscurius dictum adverteritis, quod in re obscura, servata congrua brevitate, dici planius potuisset, non sit vobis pigrum aut emendare per vos aut mihi resignare emendandum.* Cf. epist. 88. et 79. — Willelmi operare censet Fabricius, Bibl. Lat. m. a.; cf. 'Hist. littér.' XII, p. 312 sqq. 2) Neque alius monasterii eius nominis dioecesis Viennensis. 3) Ipse epistola 310. de valetudine sua refert, *ne quid lateat amicum de statu amici sollicitum.* De aliis Ernaldi libris v. Fabricium et 'Hist. littér.' XII, p. 435 sqq. — Singulari errore secundus vitae liber tribuitur Guillelmo Rievallensi in cod. s. XIII. bibl. 'Escorial', 'N. Arch.' VI, p. 273.

gonensis (a. 1139—1161*)*[1], *non multo, ut videtur, post obitum Bernardi*[2], *praesertim ea quae in schismate Innocentii et Anacleti Romanorum pontificum sedando egit et alia extra monasterium gesta enarravit.*

Iam antea fortasse Gaufridus, tunc monachus Clarevallensis et Bernardo dum viveret notarius adiunctus[3], *de ultimo vitae tempore et morte libellum composuit, quem Eskildo archiepiscopo Lundensi, illius discipulo, direxit et in quo emendando diutius desudasse videtur. Paullo post etiam duos libros praemisit, quorum primus 'ea', ait, 'maxime quae ad habitum, mores atque doctrinam Bernardi videntur pertinere prosequitur, secundus autem virtutes multas per eum factas eloquitur'; quae recte supplementa dicas operis a Willelmo et Ernaldo compositi. Plerumque cum hoc coniuncti et libri III—V. inscripti, alibi etiam separatim numerati sunt. Praeterea etiam epistola exstat Archenfredo data de miraculis in Aquitania patratis*[4], *necnon brevior Bernardi vita Gaufrido tribuenda esse videtur*[5]. *Denique vero sive ipse Gaufridus sive alius quidam totum opus retractavit et secundis curis edidit*[6]. *Pauca vero hi Gaufridi libri continent quae ad res nostras faciunt, ea magnam partem ex historia miraculorum excerpta, quam codices quidam tamquam sextum vitae librum adiecerunt, cum tamen iam antea Bernardo etiamnum vivo a compluribus sit conscripta.*

Primus enim Herimannus episcopus Constantiensis, qui a. 1146. *virum fama celebrem invitaverat ut dioecesim suam visitaret, quae in hoc itinere et in curia Spirensi facta credebantur miracula, utut ipse et socii alii ea viderant vel audierant, calamo tradenda duxit et mox libellum ita compositum ad Henricum, filium Ludovici VI. regis Francorum, tunc monachum Clarevallensem, a. vero* 1149. *episcopum Belvacensem electum, misit. Huic monachi Clarevallenses subiunxerunt quae inde a Spira usque Leodium facta sunt, denique Gaufridus, qui postea vitam continuavit, Herimanno episcopo de ultima itineris parte retulit, necnon quaedam similis argumenti alibi facta adiecit. Haec*

1) *Godefridus prior eiusdem loci* (Clarevallis), *propinquus eius et carne et spiritu, … qui … postea in ecclesia Lingonensi factus episcopus . . . usque hodie . . . laudabiliter perseverat.* Henricum episcopum dicit Belvacensem, qui a. 1162. archiepiscopus Remensis electus est. 2) Bernardo mortuo Ernaldum scripsisse, verba ostendunt praefationis: *qui nostris temporibus singulari religione floruit et doctrina; cuius odor exinanitus universam replevit ecclesiam . . . et fieret perpes consolatio secus positis reliquiis sacri corporis et sermonis.* Sed qui post excessum Bernardi se convenisse dicunt episcopi et abbates, ut memoriam posteris traderent, iam Ernaldi librum habuerunt et retinendum iudicaverunt, tres Gaufridi adiicientes. 3) De vita eius hunc Mabillonii locum repetere iuvat: *Is patria Autisiodorensis, ante suam conversionem* (c. a. 1140) *Petri Abaelardi discipulus fuit, et quidem clericus, ut patet ex libro Declamationum, cuius et ipse auctor est, num.* 13: *'Postremo et nos in clero fuimus'. Post conversionem Bernardi, una cum Nicolao Claraevallensi notarius ac peregrinationum socius, dein, Bernardo mortuo, Igniaci primum, tum Claraevallis post Fastredum abbas anno* 1162; *cui loco 'quadriennio circiter praefuit', ex Chronico Claraevallensi apud Chiffletium; sed postmodum a suis vexatus, 'abbatiam dimisit anno* 1165', *et ad Fossam-novam in Italia se recepit; ubi et abbas postmodum fuit, ac demum Altacumbae, ut fusius in eodem chronico legitur. Ibidem quaedam eius opera recensentur, nempe opus insigne super Cantica canticorum, Vita S. Petri archiepiscopi Tarentasiensis, et plures alii libri et sermones.* Cf. verba eius ex Helinando descripta ap. Albricum, SS. XXIII, p. 836. Etiam Bernardi epistolas collegisse et edidisse videtur. A. 1167. vero in Italia de concordia inter Fridericum I. imperatorem et Alexandrum III. papam tractavit; Reuter, 'Alexander' II, p. 274. Cf. 'Hist. littér.' XIV, p. 430 sqq. 4) Acta SS. in fine vitae edita. 5) Fragmenta edita inter Chifletii Opuscula (1679), Opera Bernardi ed. Mabillon a. 1690. II, p. 1275; a. 1719. II, p. 1292; Migne CLXXXV, 1, p. 523. Exstat 'ex mss. abbatiae Aureae-vallis in Luxemburgo' saec. XVII. descripta in cod. Parisiensi nr. 17639 (Bouhier 69 bis), in quo praemissa est narrationi miraculorum in Germania patratorum. Incipit f. 1: *In territorio Lingonis civitatis situm est castrum nobile quondam et inclitum valde cui Castellio nomen est* etc.; f. 3. *Incipit vita vel miracula Bernardi abbatis. Somnium vidit mater Helisabeth* etc. Eodem codice, ut videtur, editores AA. SS. usi sunt ea parte quam 'Gloriam posthumam' inscripserunt c. III, § 61 sqq. 6) Vide quae mox de codicibus B dicentur.

vero Philippus Clarevallensis collegit et praefatione aucta Samsoni archiepiscopo Remensi (a. 1140—1161*) misit. Maiorem huius historiae partem recipere debuimus.*

In appendice vero etiam excerpta damus ex libro, quem de miraculis praesertim a fratribus ordinis Cisterciensis factis[1] *composuit c. a.* 1178.[2] *Herbertus, primum abbas Morensis dioecesis Lingonensis, post archiepiscopus Turritanus*[3] *in Sardinia, quo Bernardi saepe mentio fit et res etiam in Germania vel Italia gestae illustrantur. Haec partim iisdem verbis in libro leguntur de initio Cisterciensis ordinis (vulgo 'Exordium magnum ordinis Cisterciensis' dicto), quem codex Fugniacensis praebuit Tissiero (Bibliotheca patrum Cisterciensium I*[4]*), qui Conradum abbatem Eberbacensem (in dioecesi Moguntina), c. a.* 1180. *Clarevalle disciplinis claustralibus eruditum, auctorem dixit. Sed de hoc alio loco est agendum.*

Qui vitam Bernardi breviorem digessit[5] *Alanus episcopus Autisiodorensis (a.* 1152—1167*) nihil fere iis addidit, quae ex maiore quinque librorum opere, ipsis verbis plerumque servatis, excerpsit; neque vita a Iohanne heremita c. a.* 1180. *scripta quidquam continet dignum quod repetatur.*

L. Bethmann b. m., qui Willelmi, Ernaldi, Gaufridi et Philippi opera integra proponere voluit, magnam codicum farraginem comportavit, duodecim Parisiis, alios Bruxellis, Gandavi, Duaci, Cameraci excussit, ex iis quaedam inedita descripsit, sed more suo selectas tantum lectiones enotavit[6]. *Quare quos potui denuo inspexi aliosque qui ad manus fuerunt in subsidium vocavi. Facile erat intellectu, duas praesertim Vitae recensiones esse discernendas, quas A et B indicavi. Sed quintus Gaufridi liber etiam plures induit formas.*

Codex Parisiensis nr. 7561. *hunc praebet separatim descriptum multisque locis auctoris manu emendatum vel mutatum. Praemissa est epistola ad Eskilum Lundensem archiepiscopum data, et ipsa curis secundis expolita. Notavi codicem littera G.*

Sed antequam Gaufridus ita librum retractaverit, apographum factum sit oportet, quod in Germaniam transiit, et cuius duo exemplaria recentiora exstant:

A 1a*) Codex bibliothecae universitatis Lipsiensis nr.* 823, *olim 'Liber Veteris Celle monasterii Sancte Marie', membr. saec. XIV, litteris grossioribus exaratus, ubi post Vitam S. Elisabethae f.* 25—95[1]. *haec Bernardi legitur.*

A 1b*) Codex eiusdem bibliothecae Lipsiensis nr.* 842, *'Liber monasterii Veteris Celle', chart. a.* 1496, *qui plerumque cum* 1a *convenit, neque tamen ex ipso descriptus esse potest*[7]. *Raro tantum hi libri a primis Gaufridi verbis recedunt, ita vero non uno eodemque tempore eum in recensendo opere occupatum fuisse ostendunt.*

Secundas vero Gaufridi curas exprimit

A 1*) Codex Duacensis nr.* 372 *(olim S. Rictrudis Marchianensis) f.* 147'.

1) Herberti librum miraculorum Clarevallensium laudat Albricus a. 1130, p. 829. 830; 1135, p. 831; 1166. 1167, p. 849. Sed unus tantum locus (a. 1135) in Chifletii editione exstat. Cf. Scheffer-Boichorst ib. p. 667. Nescio an de altero Herberti libro cogitandum sit; cuius pars fortasse etiam locus erat de libro miraculorum feliciter servato infra editus.
2) V. infra II, 13; et cf. I, 13, ubi narrat, Bernardum paulo ante defunctum.
3) Hanc dignitatem cum librum scriberet iam eum adeptum esse, ex II, 13. coniicias. Cf. de eo 'Hist. littér.' XIV, p. 554.
4) Repetitum Migne CLXXXV, 2, p. 995 sqq.
5) Eius autographon in bibliotheca Trecensi exstare, notavit V. Cl. Arndt.
6) 'Arch.' VIII, p. 59. 92. 93. 97. 431. 435. 554.
7) In fine additur f. 113': *Gesta quedam et miracula de sanctissimo patre nostro Bernhardo ex libro miraculorum Cisterciensis ordinis conscripta.* Sed unum tantum capitulum ibi legitur, fol. 113'—126. vacuis relictis. Fol. 198 sqq. alia manu addita, ibique f. 219—220'. exstat: *Otto venerabilis in Morimundo abbas de transitu beati Bernhardi abbatis.* Idem exstat in cod. Lilienfeldensi, 'Arch.' VI, p. 186.

sqq., saec. XII[1], *qui etiam miraculorum historiam vitae tamquam sextum librum submisit et in fine f.* 150. *praefationem Clarevallensium libris III—V. praemissam servavit.*

Alii huius recensionis sunt:

A 2) *Codex* **Monacensis** *nr.* 2613 (*'Iste liber est Sancte Marie virginis in Alderspach'*), *membr. saec. XIII. inc., diligenter exaratus, quem in singulis verbis exprimendis maxime secutus sum.*

A 2a) *Codex* **Berolinensis**, *Theol. fol. nr.* 334 (*'Liber sancte Marie virginis et sanctorum martirum Cosme, Damiani et Symeonis prophete monasterii in Leysborn'*), *membr. saec. XV, nitide scriptus, qui ubique fere cum* 2 *convenit.*

A 3) *Codex* **Parisiensis** *nr.* 9742, *saec. XII, ubi Vita Bernardi cum aliis sanctorum vitis coniuncta est.*

A 4) *Codex* **Gandavensis**, *olim Eihamensis, saec. XII, quem in bibliotheca Vergauwen Gandavensis repertum Bethmann omnibus praeferendum duxit; sed* 5 *quaternionibus amissis ita decurtatus est, ut parum fructus ex eo percipere potuerimus.*

A 5) *Codex* **Parisiensis** *nr.* 2042, *membr. fol. maximi saec. XIV, fol.* 103—126, *qui medium locum inter recensiones A et B tenere videtur.*

Huc etiam pertinent codices **Monacensis** *nr.* 9517, *saec. XIV, de quo mihi V. Cl. Laubmann retulit;* **Lilienfeldensis** *saec. XIII ('Arch.' VI, p.* 186); **Bruxellensis** *nr.* 8283, *saec. XIV ('Arch.' VIII, p.* 512); **Remensis** *K.* 792. 771, *saec. XII ('N. Arch.' II, p.* 311); **Guelferbytanus** *Gud. nr.* 204, *saec. XV, cuius notitiam dedit V. Cl. de Heinemann; necnon Campensis, quo Horstius in editione sua usus est.*

Recensionem B esse posteriorem, multa sunt quae ostendant. Auctor, quisquis fuit, nonnulla omisit, alia addidit, verba nonnumquam aliter disposuit. Liber ita lectioni adaptatus praesertim in Galliae monasteriis Cisterciensis ordinis descriptus et magnis legendariis insertus est. Certe plerique codices nunc bibliothecae ditissimae **Parisiensi** *illati huc pertinent:* 1) *nr.* 17638 (*olim S. Martin.* 60), *saec. XII (desinit fol.* 80. *in lib. V, c.* 23: et quomodo); 2) *nr.* 5369, *fol. max. saec. XIII, f.* 1—60 (*olim vero f.* 97 *sqq.,* 12 *quaternionibus excisis);* 3) *nr.* 5370, *saec. XIV, f.* 1—77 (*initium deest; incipit in lib. I:* alia queque seu divina); 4) *nr.* 2574 (*'Liber Sancte Marie de . . . . .'*), *ubi vitae Alexandri papae epistolae duae praemittuntur, in fine additur:* Sermo de eodem (*Bernardo*) in anniversaria die depositionis eius; 5) *nr.* 14655 (*St. Victor* 714), *eadem continens quae in* 4 *leguntur, praeterea vero alterum sermonem, librum sextum (Miracula in Germania patrata) et librum* 'miraculorum que in Claravalle multisque locis aliis diversis temporibus contigerunt *ex Herberti opere excerptum*[2]; 6) *nr.* 1864, *fol.* 197—267', *saec. XIV;* 7) *nr.* 3809 *A, fol.* 10'—44, *saec. XIV;* 8) *nr.* 13780, *f.* 1—198, *saec. XIV,* 4° (*initium deest; incipit:* cum ingenti delectatione). — *Alios huius recensionis codices enumerare longum est; praecipuas tantum eius lectiones annotavi. Nonnullas vero ex codice recepi, quem*

C) notavi, cum nonnisi tres posteriores libros a Gaufrido confectos contineat, eosque nonnumquam tam a recensione A quam a B recedentes. Bethmann has exscripsit, sed ubi codicem legerit, indagare haud potui.

Historiam miraculorum in Germania patratorum praebent:

1) *Codex* **Duacensis** *supra notatus, qui librum I. et II. continet.*

2) *Codex* **Bruxellensis** *nr.* 21848 (*olim 'liber Sancti Martini Tornacen-*

1) De quo cf. 'Arch.' VIII, p. 431; 'Catalogue des mss. des départ.' VI, p. 204. 2) I, 1. 6 etc.

sis', post bibliothecae Lammens Gandavensis illatus), membr. saec. XII, eodem cuius apographo Bollandistae nonnullis locis usi sunt. Ultima pars deest.

3) Codex Parisiensis nr. 17639, in quo libri II. et III. Vitae breviori subiecti sunt.

4) Codex Parisiensis nr. 14655, de quo supra dixi. — 3 et 4 ipse cum editis contuli, 2 W. Arndt. Praeterea Miracula in codice Bruxellensi nr. 8283. exstant ('Arch.' VIII, p. 512).

Herberti librum ex Chifletii editione (S. Bernardi... genus illustre assertum p. 161 sqq.[1]) sumsimus.

Vitae libri saepius cum S. Bernardi operibus (a Mabillonio a. 1667. 1690. 1719, ap. Migne, Patrologia CLXXXV), editi sunt, praeterea apud Surium, qui codice recensionis A usus est, et in Actis SS. Boll., August. IV, p. 256; Gaufridi epistola Eskildo data ap. Baluzium, Misc. V, p. 453; Miracula ap. Tissier, Bibl. Cisterc. I, p. 247; excerpta ap. Bouqueti cont. XIV, p. 361. exstant. Hucusque tamen editio omnibus numeris absoluta desideratur, neque nostrum erat talem exhibere. *G. W.*

EX LIBRO I. AUCTORE WILLELMO.

INCIPIT[a] PREFATIO DOMNI WILLELMI ABBATIS SANCTI THEODERICI IN VITA VENERABILIS BERNARDI ABBATIS CLAREVALLENSIS.

Scripturus vitam servi tui ad honorem nominis tui, prout tu dederis, domine Deus ipsius, per quem ecclesiam nostri temporis in antiquum apostolicae gratiae et virtutis decus voluisti reflorere, eum invoco adiutorem, quem iam olim habeo incentorem, amorem tuum. Quis enim de amore tuo quantulumcumque spiraculum vitae habens et videns testimonium gloriae et[b] honoris tui tam preclarum et tam fidele temporibus[c] nostris mundo insolitum effulsisse, non[d] agat et satagat, non det operam quantamcumque potuerit, ne lumen a te accensum tuorum quempiam lateat, sed quantum humano fieri stilo potest — quod melius ipse tamen per virtutem operum facis — manifestatum et exaltatum luceat omnibus qui sunt in domo tua? In quo cum ego iam olim vellem, prout[e] possem, qualecumque ministerium agere vicis meae, et seu timore seu verecundia prohibitus sum usque adhuc, modo quidem supra me iudicans esse dignitatem materiae et dignioribus opificibus reservandam, modo etiam post obitum eius, quasi supervicturus ei, melius hoc et competentius deliberans actitandum, cum iam homo non gravaretur laudibus suis, et tutius id fieret a conturbatione hominum et contradictione linguarum. At ille vigens et valens, quanto infirmior corpore, tanto fortior fit et potens, non cessans agere digna memoriae et magna maioribus semper accumulans, quae ipso tacente scriptorem requirant. Ego vero iam delibor, urgentibus infirmitatibus corporis, mortis huius, et meis omnibus incipientibus habere responsum vicinae mortis, sentio instare tempus resolutionis meae, plurimumque timeo, ne sero me poeniteat tamdiu distulisse, quod, priusquam pereffluam, velim omnimodis peregisse. Sed et me fratrum quorundam pia benivolentia plurimum ad hoc impellit et cohortatur, qui, cum viro Dei iugiter assistant, omnia eius noverunt, ingerentes quaedam diligenti inquisitione investigata, plura etiam, quibus cum fierent ipsi interfuerunt et viderunt et audierunt. Qui cum multa suggerant et preclara, quae per servum suum Deus ipsis

a) *ita A* 1; Incipit prologus venerabilis Wilhelmi abbatis (monasterii S. Theoderici *post add.* 1b) in vitam beati (sancti 1b) Bernhardi Clar. abb. *A* 1a b (feliciter *add.* 1b); Incipit prologus Willemmi (domni Guilhelmi 2a, abbatis Sancti Theoderici in vitam s. Bernardi Bernhardi 2a) Clarevallensis primi (Clarevallis 2a) abbatis *A* 2. 2a; Incipit prologus Willelmi abb. S. Theod. in vita viri sancti Bernardi Cl. abb. *A* 4; Incipit prologus in vitam s. Bernardi abb. Clarevallensis *A* 3; Incipit prologus Willelmi abb. in vita s. Bernardi Clarevallensis abbatis et optimi doctoris *A* 5, Incipit prefacio d. Willelmi abb. S. Th. Remensis in vita s. Bernardi primi abb. Clarevallensis *B* 1; Incipit prefacio d. Guillelmi in vita s. B. Clar. abb. *B* 2; Incipit prologus (prefatio 7) Guillelmi in vita s. Bernardi Clarev. abb. (a. Cl. 3) *B* 3. 4. 5. 7; Incipit prologus in vita beati Bernardi *B* 6. — *Index capitum praecedit B* 4. 5; *singulis libris praemittitur A* 1a. b, *B* 2. 3. 6. b) ecclesie tue et *A* 5. c) t. n. *des. B.* d) n. a. et s. *des. B.* e) p. p. *des. B.*

1) Inde Migne l. l. p. 1273 sqq.

presentibus operatur, et nota eorum religio et scola magisterii ab omni me liberet suspicione falsi, adhuc etiam ad testimonium sibi asciscunt probabilium auctoritatem personarum, episcoporum, monachorum, clericorum, quibus fidem non habere nulli fidelium licet. Quamquam id superfluo dixerim, cum totus ea noverit mundus, et virtutes eius narret omnis aecclesia sanctorum. Quapropter attendens divinae laudis mirificam materiam omnibus se offerentem, neminem vero suscipientem, dissimulantibus eis qui melius hoc ac dignius poterant, suscepi in ea agere ipse quae potero, non vanitate confidentis[a], sed presumptione diligentis. Metiens* tamen memet ipsum in memet ipso et me ipsum comparans michi, nequaquam totam vitam viri Dei suscepi digerendam, sed ex parte, experimenta scilicet aliqua viventis et loquentis in eo Christi, opera quaedam exterioris cum hominibus conversationis eius, quae de ipso viderunt quibus hoc datum est, et nos quoque ex parte (cf 1.Ioh.1,1) vidimus et audivimus et manus nostrae contrectaverunt. Cum enim hoc ipsum ex magna (Gal. 2, 20.) parte de ipso sentiendum sit, quod de eo qui dicit: *Vivo autem iam non ego, vivit vero in me* (2 Cor. 13, 3) *Christus;* et alibi: *An,* inquit, *experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur Christus?* non invisibilem illam vitam viventis et loquentis in eo Christi enarrare proposui, sed exteriora quaedam vitae ipsius experimenta, de puritate interioris sanctitatis et invisibilis conscientiae per opera exterioris hominis[b] ad sensus hominis exteriores micantia; quae sicut omnibus scire, sic etiam quibuslibet utcumque scribere in promptu est; presertim cum nec ipsa quasi accuratius digerenda, sed saltem in unum congerenda et reponenda susceperim, nec edenda ipso vivente, sicut nec scribuntur ipso sciente. Confido autem in Domino, quoniam post nos et post obitum eius[c] exurgent, qui melius ac dignius perficient quod nos conati sumus; qui[d] etiam sufficient[e] exteriora interioribus comparare, poterunt[d] preciosam in conspectu Domini mortem eius vitae simili continuare scribendo et de morte vitam et de vita mortem commendare. Iam ergo adiuvante Domino propositum aggrediamur.

EXPLICIT PREFATIO[f].

INCIPIT[g] LIBER I. EDITUS A DOMINO WILLELMO ABBATE SANCTI THEODERICI DE VITA ET ACTIBUS VENERABILIS BERNARDI ABBATIS CLAREVALLENSIS.

Bernardus[h] Castellione[1] Burgundiae oppido** oriundus fuit, parentibus claris secundum dignitatem seculi, sed dignioribus ac nobilioribus secundum christianae religionis pietatem. Pater eius Tecelinus[i], vir antiquae et legitimae miliciae fuit, cultor Dei, iustitiae tenax. Euangelicam namque secundum instituta precursoris Domini miliciam agens, neminem concutiebat, nemini faciebat calumpniam, contentus stipendiis suis, quibus ad omne opus bonum habundabat; sic consilio et armis serviebat temporalibus dominis suis, ut etiam domino Deo suo non negligeret reddere quod debebat. Mater Aalez[k] ex castro cui nomen Mons-Barrus[2] et ipsa in ordine suo apostolicam regulam tenens, subdita viro, sub eo secundum timorem Dei domum suam regebat, operibus misericordiae insistens, filios enutriens in omni disciplina. Septem quoque liberos genuit non tam viro suo quam Deo, sex mares, feminam unam, mares omnes monachos futuros, feminam sanctimonialem . . . . . .

*) Metiens — scribere in promptu est *om. B, qui pergunt:* Nec tamen ipsa — suscepi.
**) Burgundiae partibus Fontanis oppido patris sui[3] *B. (De A1 non satis constat).*

a) presumentis, sed fiducia diligentis *B.* b) hominum *A*3. c) p. ipsius consummationem *B.* d) sumus, et dignam digna vestient elocutione materiam, sed et p. *B.* e) sufficienter *A*2. f) prologus *A*1a. b. 4. *B*4. 6. g) *ita A*1; Incipit liber primus de vita (in vitam 2a) s. B. Cl. abb. *A*2. 2a. 4. *B*4? Incipit vita s. B. abb. Cl. *A*3; Incipit vita b. B. abb. *B*1; Incipit liber I. in vita s. B. abb. *B*2. 6; Incipit vita s. B. Cl. abb. *B*5; Incipit vita s. B. primi abb. Cl. *B*7. h) Beatus igitur Bern. *A*3. i) *ita A*1. 4. *B*1. 2. 6. 7; Tescelinus *A*2. 2a. 5; Thecelinus *B*4; Tescelerinus *A*1a. b. k) Aaleth *B*1. 2. 6. 7.

1) Châtillon-sur-Seine. 2) Montbard ad Brenne fluvium. In vita brevi legitur: *Huic sane uxor erat Elisabeth nomine ex optimo genere Burgundionum, Bernardi in Monte-Barro filia.* Iohannes vero I, 1 (Chiflet, S. Bernardi genus p. 105) ita: *Aalays, filia Bernardi Montis-Barri domini, viri potentis et magni secundum saeculi dignitatem et ex antiquorum, sicut asserunt multi, Burgundiae ducum generositate trahens originem.* Aalays, ex 'Adelheidis' decurtata, hic pro 'Elisa, Ellis' dicta videtur. 3) Ita post scriptum esse puto; in brevi vero Vita Gaufrido tribuenda (v. p. 92 n. 5) legitur: *Erat* (pater Tecelinus) *quidem indigena Castellionis, sed dominus minoris castri, cui Fontanae nomen est, quod famosissimo illi castro Divionis supereminet, in excelsa rupe locatum.*

19. Anno ab incarnatione Domini 1113, a constitutione domus Cisterciensis 15, servus Dei Bernardus annos natus circiter 23[a], Cistercium ingressus cum sociis ferme[b] 30, sub abbate Stephano suavi iugo Christi collum submisit. . . . . . .

21. Cum autem placuit ei, qui eum segregavit a seculo et vocavit, ut ampliore gratia revelaret in eo gloriam suam et multos filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum, misit in cor abbatis Stephani ad aedificandam[c] domum Clarevallis mittere fratres eius et[d] cum eis alios viros religiosos. Quibus abeuntibus, ipsum etiam dominum Bernardum prefecit abbatem, mirantibus sane illis tamquam maturis et strennuis tam in religione quam in seculo viris et timentibus ei[e] tum pro tenerioris aetate iuventutis tum pro corporis infirmitate et minori usu exterioris occupationis.

22. Erat autem Clarevallis locus in territorio Lingonensi, non longe a fluvio Alba, antiqua spelunca latronum, et antiquitus dicebatur vallis Absinthialis, seu propter habundantis ibi absinthii copiam, seu propter amaritudinem doloris incidentium ibi in manus latronum. Ibi ergo in loco horroris et vastae solitudinis consederunt viri illi virtutis, facturi de spelunca latronum templum Dei et domum orationis. . . . . . .

42.[f] Cumque dilectus Deo et hominibus Bernardus in illa valle sua et vicinis civitatibus et regionibus, quas aliquotiens eum invisere domesticae curae ratio cogebat, tantis floreret virtutibus et miraculis, cepit etiam seu communibus aecclesiae necessitatibus seu karitate fratrum seu obedientia maiorum ad remotas pertrahi regiones, paces desperatas inter dissidentes aecclesias et principes seculi reformare, causas humano sensui et consilio interminabiles auxilio Dei pacifice terminare, et virtute potius fidei quam spiritu huius mundi de multis huiusmodi impossibilibus possibilia faciendo, quasi montes transferendo, in oculis omnium mirabilis et venerabilis magis ac magis apparere. Maxime vero in tantum in eo enitescere cepit virtus predicationis, ut dura etiam corda auditorum sepe ad conversionem emolliret, vix aliquando domum vacuus rediret. Postmodum vero feliciter proficiente et usu sermonis et exemplo conversationis, rete verbi Dei in manu piscatoris Dei tam copiosas piscium rationalium multitudines cepit concludere, ut de singulis eius capturis navicula domus illius impleri posse videretur. Unde factum est, ut in brevi maiori miraculo pre omnibus quae in hac vita gessit miraculis per unum hominem languidum et seminecem, tantummodo loqui valentem obscura usque ad illud[g] tempus illa vallis et re et nomine Clara-vallis efficeretur, divinae cuiusdam claritatis lumen quasi de summo quodam apice virtutum diffundens in devexa terrarum; et extunc apud vallem illam, quae prius dicebatur vallis Absinthialis et amara, ceperunt montes stillare dulcedinem. Quae vacua fuerat et sterilis ab omni bono, cepit habundare spirituali frumento et de rore caeli et benedictione Dei in tantum pinguescere omnis deserta eius et multiplicata gente magnificare laeticiam, ut impletum in ea videatur, quod olim per prophetam dictum est ad civitatem Iherusalem: *Adhuc*, inquit, *dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuae: Angustus est locus, fac* Es. 49, 20. 21.
locum ut habitemus. Et dices in corde tuo: Quis genuit michi istos? Ego sterilis et non parturiens[h]*; et istos quis enutrivit?* Iam enim de locis angustioribus vallis illius domus claustralis habitationis non sine divinis quibusdam revelationibus translatae in locum planiorem et spaciosum, magnificatae ibi et amplificatae sunt, et adhuc multitudini inhabitantium ipse locus angustus est. Iam domus ordinis illius, filiae domus ipsius, citra et ultra Alpes et maria deserta plurima impleverunt, et adhuc sunt et cotidie confluunt, quibus locus querendus est. Et petuntur undique fratres et mittuntur, cum beatos se estiment reges gentium et presules aecclesiarum, civitates et regiones quaecumque de domo illa et disciplina viri Dei contubernium[i] aliquod se gaudent adipisci. Quid dico? Ultra homines usque ad barbaras nationes, in quibus naturalis feritas naturam quodammodo exuit humanam, religio haec profecta est, ubi per eam bestiae silvae homines fiunt, et cum hominibus assuetae conversari, discunt cantare Domino canticum novum. Quapropter piscator Dei, precipiente Domino, non cessat laxare retia in capturam, et aliis abeuntibus, aliis succedentibus in locum eorum, numquam minuitur sanctae illius congregationis plenitudo. Hoc usque nunc egerunt et cotidie agunt mirificae eius capturae Cathalaunensis, Remensis[k], Parisiacensis, Maguntina[l], Leodiensis[m] et aliarum nonnullarum civitatum; Flandriae quoque, Germaniae,

a) 22 *B.* b) amplius quam *B.* c) edificandum *A* 2. d) et — religiosos *des. B*; alios *deest A* 1a. b. e) eis *A* 5. f) c. 14. *B* 2. g) istud *A* 5. h) *sequentia exciderunt in A* 4, *quaternionibus* VIII—XII *deperditis.* i) v. D. meruerint c. a. a. *B.* k) *deest B.* l) Mog. *A* 2. m) Leodicensis *A* 1a. b, 2a.

Italiae, Aquitaniae et aliarum regionum quascumque quacumque necessitate contigit aliquando seu adhuc usque hodie contingit virum Dei visitare. Cooperante siquidem gratia Spiritus sancti, quocumque vadit, plenus redit, et sua eum plenitudo ubique comitatur. Nec dimittit suos quos a se transmittit, sed ubicumque sunt, et ipse semper paterna sollicitudine cum eis est. Et sicut ad locum unde exeunt flumina revertuntur, sic ad ipsum cotidie seu laeta seu tristia filiorum suorum. . . . . . .

47. In monasterio quoque quod Alpense dicitur[1] inter caeteros qui curam requirebant infirmos venit ad eum mulier, quae caduco morbo laborabat. . . . . . .

48.[a] Ducissa*) Lotharingiae[b, 2], femina quidem**) secundum seculum nobilis, sed ignobiliter nimis victitans, cum vidisset aliquando in somnis hominem illum Dei serpentes septem horribiles de utero eius manibus propriis extrahentem, postmodum ad religiose vivendum eius commonitione[c] et[d] doctrina eius conversa, usque hodie, se esse de qua septem demonia eiecerit, gloriatur. . . . . . .

SUBSCRIPTIO[e] PRECEDENTIS[f] OPERIS, QUAM BURKARDUS[g] ABBAS[h] BALERNENSIS APPOSUIT[3].

Prescriptum opus voluminis[i] huius, quod de vita sanctissimi viri Bernardi Clarevallis abbatis a venerabili Guillelmo Sancti***) Theoderici abbate scriptum est, usque ad tempus scismatis adversus Innocentium papam a Petro Leonis conflati digestum esse cognoscitur. Fuit autem prefato fideli viro specialis causa scribendi amicitia et familiaritas, quibus viro Dei multo tempore coniunctus erat. Unde et tantam apud illum invenerat gratiam, ut vix alter magis intimus inveniretur ad secreta communicanda mutuae dilectionis, ad spiritualium mysteriorum conferenda sacrosancta[k] colloquia. Cuius familiaritatis gratia ex eo precipue usque modo prodit ad manifestationem, quia plures epistolas idem sanctus scripsit ad illum, in quibus quantum[l] sentit de illo manifeste liquet legentibus illas. Scripsit etiam ad ipsum librum Apologeticum et alterum de gratia et libero arbitrio. Fuit tamen eidem Guillelmo speciali valentior generalis causa scribendi, videlicet utilitas totius aecclesiae Dei, ne, cum absconditur vas plenum thesauro desiderabili, ipse quoque thesaurus pariter[m] ab-
Eccli 41, 17. scondatur. Unde non immerito conqueritur qui exponi desiderat, dicens: *Thesaurus invisus et sapientia abscondita, quae utilitas in utrisque?* Exponit iste divicias salutis, thesaurum desiderabilem, ne lateat cum gleba, quod gleba non est, sed preciosissima margarita. Accidit tamen ei contra desiderium suum, quia, sicut ipse in prefatione sua vereri se denunciarat, preoccupatus morte non explevit, quantum animo conceperat stilo mandandum. Itaque qui accedit ad lectionem operis huius, facile satis intelliget, a quanta perfectione pius puer et religiosus Bernardus velut alter Benedictus primordia conversionis fuerit aggressus, qui et in utero matris sanctificationem visus est accepisse, de qua concepta sunt presagia futurae sanctitatis illius, vitae pariter et doctrinae. Sicut[n] refertur de illo, numquam suxit

*) *Vita altera (cod. Paris.) haec ita amplavit.* Ducissa Lothoriniae, quae nunc in monasterio sanctimonialium feminarum quod Tarcium vocatur[4] servit Deo in humilitate et paupertate multa, cum adhuc corporis voluptatibus supra modum dedita esset, contigit, venerabilem virum pro pace quadam rogare ducem pariter atque ipsam, dumque loquens extenderet manum, casu factum est, ut ducissae clamidem tangeret. Cui unus de adstantibus arridens: 'Super religiosam', inquit, 'mulierem extendisti manum, pater'. At ille: 'Nondum venit hora eius'. Audiens ducissa — siquidem litteras noverat —, compuncta est vehementer, et usque ad medullas animae eius sermo vivus et efficax penetravit. Eodem quoque tempore somnium vidit, quo amplius exanimata est, virum Dei ab eius utero septem serpentes horribiles manu propria extrahentem. Cui non longe post committens animam suam, seculo abrenuntiavit. Et usque hodie gloriatur, se esse de qua pater sanctus eiecit septem daemonia.

**) f. nobilis, sed non tamen nobiliter victitans *B.*

***) pridem Sancti Theoderici abbate, sed tunc iam monacho Signiacensis cenobii, ad quod desiderio solitudinis et quietis sese contulerat *B.*

a) 15. *B* 2. b) Lothoringie *A* 2. 2[a]. c) amm. *B* 5. d) c. eius et d. *A* 1[a. b]. 2; *des. B.* e) *ita A* 2. 2[a]; *rubra deest A* 4. 5; *totum epilogum om. A* 1 *et alii codd. A;* Subscriptio (domini *add. A* 1[b]) Bernardi Bonevallis abbatis *A* 1[a b]. f) op. pr. quam auctore defuncto *B.* g) Burchardus *B* 1; Buccardus *B* 2; Brocardus *B* 7; Bucharilus *B* 8. h) Bal. abb. *B* 2. i) v. h. *des. B.* k) *deest B.* l) quid de eo sentiat *B.* m) *deest A* 4. n) Sicut — iura transcendens *des. B.*

1) St. Jean d'Aulps ad lacum Lemannum; v. Janauschek, Cisterc. I, p. 41. 2) Adelheidis, uxor Simonis. Cf. Bern. epist. 119. 3) Balerna ord. Cisterciensis in dioecesi Vesontionensi condita anno 1136, cuius abbas primus Burchardus; data ad ipsum est Bernardi epistola 146. MAB. 4) 'Tunc prope, nunc intra Divionem'. MAB. Cf. chartam Matthaei ducis, eius filii, ap. Chiflet., S. Bernardi genus p. 446.

ubera nutricis nisi matris, ut cum lacte piae matris pietatem sugeret, non errorem. Sunt infantes, qui pendentes ad ubera matrum vultu turbulento et torvis oculis prefigurant, quales sint futuri; sunt et alii, qui[a] lactentes lactantium[a] mammas pugnis et capitibus quasi furiosi contundunt. At infans Bernardus bonae indolis semper exhibuit signa. De matris utero cum illo exierunt indicia bonitatis, facies graciosa, vultus placabilis, oculi columbini. Quicquid fuit illi ad indicium bonitatis ex dono naturae, per donum gratiae transiit in virtutem. Infans nondum fans lingua fari videbatur gratia iam accepta. Avulsus a lacte et transiens in puerum, iam aliquid maturum pretendebat, puerilia iura transcendens. Quid[b] adolescens factus agere ceperit, in prescripto narratur opere, ac deinceps usque ad virum perfectionis depingitur diligenter, quantum, sicut iam dictum est, licuit optimo pictori, sed preoccupato.

EXPLICIT LIBER PRIMUS DE VITA SANCTI BERNARDI ABBATIS.

EX LIBRO II. AUCTORE ERNALDO.

INCIPIT[c] PREFATIO DOMNI[d] ERNALDI[e] ABBATIS BONAE-VALLIS[f] IN SECUNDO[g] LIBRO VITAE EIUSDEM.

Virorum illustrium gesta nonnulli scriptorum laudibus attollentes, verbis ea sollempnibus celebrarunt, quantum excellentis ingenii et disertae linguae potuere conamina. Cumque tractator et opus iunctis complexibus pari sunt federe coniugati, et ad propositum tema, ut[h] dictum est, ordinandum ingenium et eloquentia convenerunt, prospere actum est, et ad quietum tranquillumque portum directo cursu materia digne ordinateque disposita appulit. Ubi vero sublimitas negocii sub imperito artifice naufraga eliditur scopulis, et, succumbente sensus hebetudine, tractatoris lassatur presumptio, sero de correctione initur consilium; quia, quae in multos effusa sunt, nec revocari possunt nec corrigi, et dissonantiam scripti et operum venustius esset abradi quam emendari. Haec ego mecum reputans et revolvens, omnino timeo, ne, sicut ipse[i] multorum imprudentiae soleo indignari, qui, cum scientia et facundia careant, ad scribendum precipites, cum se vehementer emunxerint, eliciunt sanguinem, ita et ego, si quod supra me est aggrediar, me ipsum derisioni exponam. Quis enim ego sum, qui ad scribenda gesta sanctissimi viri Bernardi Clarevallis abbatis aspirem, qui nostris temporibus singulari religione floruit et doctrina; cuius odor exinanitus universam replevit aecclesiam; cuius gratia cooperante Domino signis et miraculis declaratur? Quot in monasterium eius litteratos viros, quot rethores, quot philosofos seculi huius scolae miserant ad conversationem theoricam et mores divinos! Quae non ibi floruit disciplina, ubi erant examina magistrorum et egregii viri exercitato intellectu insignes, qui ad invicem divinis studiis inherentes, multis gratiarum auctoramentis invicem se ipsos edocent et accendunt! Quorum[k] unanimis universitas cantat canticum graduum, et ascendens cum Iacob in summitate scalae, in decore suo Deum videt radiante corona perspicuum. Debuerant utique viri illi, quibus nichil in aliqua gratia deest, hunc laborem assumere, et eorum[l] esset venerabili patri insculpere monimenta, ut esset eorum studio delectabilis pagina, quam quasi viventem traderent legendam discipulis, et esset[m] perpes consolatio, secus positis reliquiis sacri corporis et sermonis. Sed extrema emulari et quae homines lateant, Clarevallis consuevit humilitas, et proferre in publicum aliqua sui indicia viri illi nobiles erubescunt, et quietiores facit eos contemptus et abiectio, quam quaelibet oblatio dignitatis, in qua sibi professio humilitatis periclitari videtur. Ob huiusmodi causas sese intra silentii cardines retinentes, magis in sacco heremi quam in socco palacii delectantur, nec iam in stilo, sed in cruce gloriam querunt. In hoc ergo sicut et in caeteris eiusmodi negociorum suorum sarcinas aliis libenter imponunt. Et nunc, sublato venera-

a) qui lactentium m. *A* 5. b) Q. etiam ad. *B.* c) Incipit *deest A* 2. *B* 1; *rubra deest B* 4; Incipit libri secundi prologus *A* 3. d) *deest A* 2. 2[a]. e) Hernaldi *A* 2[a]. *B* 1. 5; Arnaldi *B* 7; Arnoldi *A* 1[a. b]. 4. f) *deest B* 2. 3; Bon. abb. *A* 4. g) l. s. *B* 2. 3; libro vite s. B. Clarevallis abbatis *B* 5; in libros sequentes *A* 1[a]; l. s. de vita s. Bernh. 1[b]; de vita s. B. primi abbatis Clarevallis sanctissimi ac nobilissimi per omnia viri *B* 7. h) ut d. e. *des. B.* i) ego ipse *A* 5. k) Quorum — perspicuum *des. B.* l) e. e. *des. B.* m) p. fieret *B.*

bilis memoriae domno Willelmo[a], qui eiusdem viri sancti gloriosa primordia fideliter et devote conscripsit, ad meam exiguitatem huius operis devenit peticio, et imposuit michi dilectae aecclesiae karitas, ut coquam pulmentum filiis prophetarum. In quo si colochin-
cf. 4 Reg 4, 38 sq tidas[b] miscuero negligens, superiecta, ut confido, farinula amaritudinem condiet Helyseus, et excessus insipientiae obedientiae bonitas[c] condonabit.

EXPLICIT PREFATIO.

INCIPIT LIBER SECUNDUS[d].

1130. 1. Ea tempestate Honorius papa, cuius[e] adhuc instituta nitent et redolent, viam universae carnis ingressus est. Nec mora, in electione dissidentibus cardinalibus et divisa aecclesia, plures numero et saniores[f] consilio, vita approbabiles[g], viri virtutum, presbiteri, diacones, episcopi Innocentium elegerunt, cuius vita et fama et etas et scientia digna summo sacerdotio habebatur. At vero pars altera infames ausus violentia, non ratione corroborans, Petrum Leonis ad hunc apicem aspirantem fraudulentis machinationibus seorsum et precipitanter nominavit Anacletum et caeteris renitentibus ordinavit. Qui vero in parte katholica erant electum suum sollempniter ordinatum collocarunt in kathedra, et per loca illa, in quibus sessiones habent ex antiqua consuetudine Romani pontifices, circumduxere, et pro tempore honor debitus apostolicae affuit dignitati. Extunc sane circa Lateranense palacium morabantur, nec erat iam eis tuta in domibus propriis mansio, cum eos acerrime Petri satellites infestarent. Ibi etiam diu resistere non valentes, per confederatos sibi quosdam ex nobilibus Romanis ad tempus in turribus eorum receptacula habuerunt. Sed nec in eis perseveravit fidelitas; nam in brevi aut vi aut formidine temerariae multitudinis aut precio corrupti sunt. Nam Petro tam propria generis virtute quam adherentium sibi affinitate multitudo tanta erat, ut fere eum tota civitas sequeretur, vel pecunia vel commodis obligata. Congregaverat sane opes iunumeras tam in exactionibus curiae quam in legationum negociationibus, quas ad expectatas nundinas reservarat. Insuper et paterni census ampla congeries eatenus sigillata, modo distributa in populum, ad fas et nefas venalem plebem armaverat. Quibus erogatis, donaria regum in ornamentis aecclesiae ab ipsis evulsit altaribus. Et cum calices frangere et crucifixos aureos membratim dividere ipsi profani christiani vel timerent vel erubescerent, quaesiti[h] sunt Iudei, qui ad[i] derisionem religionis nostrae sacra vasa et imagines Deo dicatas audacter comminuerent. Igitur quisque[k] pro modo suo secundum maius et minus conducti ad scelus, sacramentis generalibus publice Petro vendiderunt assensum et in omnem sanguinem manus exposuerunt et arma, et cotidianis congressibus partem quae cum Innocentio erat maledictis insectabantur et gladiis. Habuere igitur servi Dei consilium, et quia vi humana se tueri non poterant, cedere elegerunt. Et procuratis clam navigiis, de ore leonis et de manu bestiae per Tyberim in Tirrenum mare elapsi, prosperis ventis carbasa impellentibus, cito[l] in portu Pisano feliciter appulerunt. Audito[m] tantorum virorum adventu, et cognita causa, propter quam de Urbe exierant, gratulata est Pisa, quod ad se Romani nominis gloria transferretur et, illis perpetuae sibi infamiae insculpentibus notam, sibi nominis aeterni et perhennis famae inscriptio pararetur. Occurrunt igitur honorati viri et consules, et domini papae pedibus advoluti, gratias agunt, quod eos tanto dignos iudicasset honore, ut eorum eligeret urbem, quam propria dignaretur illustrare presentia. 'Tua est', inquiunt, 'civitas, nos populus tuus; nostris stipendiis famulabimur tibi; immo in usus tuos res publica, quicquid apud se repositum habet, gratanter exponet. Nichil duplicitatis in Pisanis invenies; non modo adherebunt modo resilient, modo iurabunt modo iuramenta dissolvent. Non inhiat populus iste rapinis domesticis et cedibus intestinis. Non est gens nostra domi audax, extra meticulosa. Nos nec servi sumus nec domini, sed concives et fratres, honore invicem prevenientes, non sediciosis ausibus alterutrum provocantes. Domi mansuetudine utimur; fortitudinem nostram sepe extranei experiuntur. Nos, Penis subactis et Balearibus insulis subiugatis, terra marique de piratis et discolis triumphantes, reges eorum captivos in vinculis Pisam induximus; de quorum spoliis et varia suppellectili hodie in adventu tuo ornantur competa

a) Guillelmo *A* 2; Guilhelmo *A* 2a; *et similiter alii.* b) coloquint. *corr.* colochint. *A* 2. c) excusabit affectus *B.* d) de vita et miraculis sancti Bernardi abbatis *add. A* 2a; s. vite sancti Bernardi abbatis *B* 8; s. de vita s. B. Clarevallis abb. *B* 7. e) c. a. i. n. et r. *des. B.* f) seniores *A* 1a. b. 2. 2a. g) probabiliores *B* 4. h) Iudeos aiunt esse quesitos *B.* i) ad d. r. n. *des. B.* k) quique *A* 1a. b; *deest A* 2 l) *deest B.* m) *sequentia usque ad finem cap. des. B.*

1130. et plateae, et letabunda civitas coronatur'. Post huiusmodi verba, populo obviam procedente, pre innumerabili multitudine vix patebat advenientibus via; et pedetentim procedentes, desideratam sui copiam prospicientibus per fenestras turrium matronis et virginibus et parvulis cardinales prebebant, et porrectis hinc inde benedictionibus, usque ad beatae Mariae canonicam dominus papa cum comitatu suo gloriose deductus et honorifice susceptus est.

2. Premissi*, antequam de Urbe egrederetur, a domino papa in Gallias fuerant nuncii, qui dissensionis et scismatis a Petro facti ordinem Gallicanae intimarent aecclesiae et hortarentur episcopos, ut in ultionem presumptionis huius accingerentur et, dampnata parte scismatica, subscriberent unitati. Necdum[a] ad plenum tenor operis innotuerat episcopis, nec privatum quisquam commodare presumpsit assensum, donec collecto Stampis[1] generali conventu, in commune decernerent, quid reciperent, quid dampnarent. Neque enim Francia, caeteris regionibus proclivibus ad scismata, aliquando Guiberti[b] vel Burdini susceptione fedata est, nec malignorum acquievit erroribus, nec fabricata est ydolum in aecclesia nec venerata in Petri kathedra monstrum. Nec enim talibus in causis principalia aliquando eos terruerunt edicta, aut generalibus utilitatibus privata commoda pretulerunt, nec declinantes in partem, personis detulere, sed causis. Sed, si quid oportuit, fortiter persecutionibus obviarunt, nec dampna nec exilia formidarunt. Convocato[2] igitur apud Stampas concilio, abbas sanctus Clarevallis Bernardus specialiter ab ipso rege[c] et precipuis quibusque pontificibus accersitus, sicut postea fatebatur non mediocriter pavidus et tremebundus, advenit, periculum quippe et pondus negotii non ignorans. In itinere tamen consolatus est eum Deus, ostendens ei in visu noctis aecclesiam magnam in Dei laudibus concorditer concinentem, unde speravit pacem sine dubio proventuram. Ubi vero ad locum ventum est, caelebrato prius ieiunio, precibus ad Deum fusis, cum de eodem verbo tractaturi rex et episcopi principesque consedissent, omnium unum consilium fuit, una sententia, ut negocium Dei Dei famulo imponeretur, et ex ore eius tota causa penderet. Quod ille, timens licet et tremens, monitis tamen virorum fidelium acquiescens, suscepit, et diligenter prosecutus electionis ordinem, electorum merita, vitam et famam prioris electi, aperuit os suum, et Spiritus sanctus implevit illud. Unus ergo omnium ore locutus, suscipiendum ab omnibus summum pontificem Innocentium nominavit, et ratum esse omnes pariter acclamarunt. Et decantatis ex more laudibus Deo, et obedientiam deinceps polliciti, electioni Innocentii omnes pariter subscripserunt. Interea dominus papa, multis in Pisis et in Tuscia et in aliis provinciis potestative[d] dispositis, valefaciens Pisanis et gratias agens, in Provinciam navigio delatus est. Et Burgundiam transiens, Aurelianum** pervenit. Ubi occurren- 1131. tibus episcopis, a rege piissimo Francorum Ludewico alacriter et honorifice susceptus est. Inde a Gaufrido Carnotensi, magnarum virtutum viro, Carnotum deducitur, ubi etiam gloriosus Anglorum rex Henricus ei cum maximo episcoporum et procerum comitatu occurrit. Hunc quoque regem venerabilis abbas ad eum premissus adduxit. Quem vix persuasit Innocentium recipere, ab episcopis Angliae penitus dissuasum. Cum enim omnimodis recalcitraret et detractaret: 'Quid times'? ait. 'Times peccatum incurrere, si obedias Innocentio'? 'Cogita', inquit, 'quomodo de aliis peccatis tuis respondeas Deo, istud michi relinque; in me sit hoc peccatum'. Ad quod verbum persuasus rex ille tam potens, etiam extra regnum[e] suum domino papae occurrit usque Carnotum. Multa[f] ibi dicta et facta sunt, multaque ibi secularia et aecclesiastica negocia definita. Reversi interim de Germania legati domini papae, tam episcoporum quam regis*** consensum et litteras detulerunt et deprecationem publicam, ut ad eos transiens suam eis desideratam exhiberet presentiam. Facile enim persuasi sunt recipere eum, quem iam caeteri recepissent. Sed detinuit eum dilectio et devotio aecclesiae Gallicanae, et singuli et omnes visitationem apostolicam expetebant. Perlustrata igitur Francia, Remis convocavit concilium, in quo multis ad hono-

*) Premissi in[g] Gallias[h] fuerant nuncii, qui Gallicanae ecclesiae intimarent negocii veritatem et h. *B*
) Franciae urbem *add. Al.* *) Lotharii *add. Al.*

a) N. vero *B.* b) al. tali factione fed. *B.* c) r. Francorum *B.* d) salubriter et p. *Al.* e) p. extra terram suam *B.* f) Multa — definita *des. B.* g) *deest B* 1. h) Galliis *B* 5.

1) Etampes. 2) Haec ad verbum exscripsit Alanus c. 17.

1131. rem Dei dispositis, regem Ludewicum vivente patre pro Philippo fratre coronavit in regem et[a] unxit. In omnibus his dominus papa abbatem a se separari non paciebatur[*]; sed cum cardinalibus rebus publicis assidebat. Sed et privatim, quotquot habebant negocia, virum Dei secretius consulebant. Ipse vero audita referebat ad curiam et oppressis patrocinia exhibebat. Igitur, soluto concilio, Leodium dominus papa Romanorum regi occurrit. Et honorifice quidem susceptus est, sed velociter obnubilata est illa serenitas. Siquidem importune idem rex institit, tempus habere se reputans oportunum, episcoporum sibi restitui investituras, quas ab eius predecessore imperatore Henrico[b] per maximos quidem labores et multa pericula Romana aecclesia vendicarat.[**] Ad quod verbum expavere et expalluere Romani, gravius sese apud Leodium arbitrati periculum offendisse, quam declinaverint Romae. Nec consilium suppetebat, donec murum se obposuit abbas sanctus. Audacter enim resistens regi, verbum malignum mira libertate redarguit, mira auctoritate compescuit. Rediens autem Leodio, Claram-vallem dominus papa per se ipsum voluit visitare. Ubi a pauperibus Christi, non purpura et bysso ornatis, nec cum deauratis euangeliis occurrentibus, sed pannosis agminibus scopulosam baiulantibus crucem, non tumultuantium classicorum tonitruo, non clamosa iubilatione, sed subpressa modulatione, affectuosissime susceptus est. Flebant episcopi, flebat ipse summus pontifex; mirabantur congregationis illius gravitatem, quod in tam sollempni gaudio omnium oculi humi defixi nusquam vagabunda curiositate circumferrentur, sed complosis palpebris ipsi neminem viderent et ab omnibus viderentur. Nichil in aecclesia illa vidit Romanus quod cuperet, nulla ibi suppellex eorum sollicitavit aspectum, nichil in oratorio nisi nudos videre parietes. Solis moribus poterat inhiare ambitio, nec dampnosa poterat esse fratribus huiusmodi preda, cum minui non posset asportata religio. Gaudebant omnes in Domino, et sollempnitas non cibis, sed virtutibus agebatur. Panis ibi opirus[c, 1] pro simila, pro careno sapa, pro rumbis holera, pro quibuslibet deliciis legumina ponebantur. Si forte piscis inventus est, domino papae appositus est, et aspectu, non usu in commune profecit. Invidit diabolus, et servorum Dei gloriam, quos tanti hospitis nobilitabat presentia, ferre non valens, dum in choro alacriter psallerent et devote, presentibus etiam nonnullis ex cardinalibus, qui in auditu et in aspectu eorum delectabantur, aliquantos fratrum horribili pavore turbavit. Nam et unus pre caeteris occupatus blasphema quaedam verba locutus est: 'Dicite', inquiens, 'ego sum Christus'; et alii plures territi et tremebundi ad beati patris vestigia confugerunt. At ille conversus ad caeteros: 'Orate', inquit; ac deinceps sub silentio eos qui turbati videbantur eduxit atque compescuit, ut nequissimus ille, qui conventum pietatis transferre conabatur in theatrum et scolam innocentiae in derisum, non, ut putabat, estimationem religiosorum hominum corrumpere posset, sed se proderet et conatus suos experiretur infirmos. Tanta siquidem celeritate omnia sunt sedata, ut personas illas, quae prope[d] astabant, omnino latuerit quod acciderat, et malignus hostis velociter increpatus, non modo scandalum eis quod parabat inferre nequiverit, sed nec[e] ad illorum noticiam rem perferre. Factumque est ex eo, ut diligenti[f] sollicitudine ampliori custodia se fratres munirent, et merito et numero et possessionibus deinceps cresceret Clara-vallis, et multiplicatis conventibus, fere per omnem latitudinem loci illius dilataretur religio, ipse etiam abbas sanctus extunc amplius solito miraculis clareret et signis.

3. Longas in Galliis facere moras dominus papa non potuit, sed, sicut inter[g] se et
1133. regem Lotharium condixerat, Romam ei occurrit, et vi exercitus in Lateranense palacium deductus est. Multi etiam ex nobilibus Romanis fideles aecclesiae eum honorifice susceperunt. Verum Petrus Leonis non ponens Deum adiutorem suum, sed federatorum stipatus milicia, in editioribus et tutioribus turribus manens, Lotharii ludificavit virtutem, et inter-

*) qui ubique opera pietatis exercens, oppressis p. c. *Al.*
**) *Al. pergit:* Nec c. s. expavescentibus Romanis regis potentiam, donec *etc.*

a) et u. *des. B.* b) Heinrico *A 2, semper.* c) autopyrus *ed. sed* opirus *etiam alibi legi notatur Ducang. IV, p.* 716. d) prope *corr.* propter *A 2, et ita* 2ª. e) *deest A 2.* 2ª. f) d. s. *des. B.* g) s. cum Lothario rege *B.*

1) Panis autopyros (qui idem esse videtur) dicitur is, ex quo nihil neque pollinis neque furfuris excretum est, quasi totum in se triticum non imminutum habens. Carenum est vini dulcis cocti genus. Sapa vero est succus herbarum. MAB.

dicens suis congressus publicos, nec sibi securitatis suae fecit periculum, nec causas con- 1133. flictus hostibus dedit, sed tantum liberum eorum discursum machinis superioribus et obstaculis variis impedivit. Vitavit etiam obstinatissime imperatoris colloquium, nec minis nec blandimentis flexus est, nec de statu suo cuiuslibet consilium personae admisit. Relicto igitur Romae Innocentio, alias imperator digreditur. Petrus vero post eius discessum crebros movens per Urbem excursus, fidelium cedibus inhiabat. Intelligens igitur Innocentius Romae sibi infructuosam eo tempore moram, ne presentia sua illius bestiae rabiem efferaret, rursus Pisas revertitur, ibique aggregatis totius Occidentis episcopis aliisque religiosis viris, magnae gloriae synodus celebratur. Affuit per omnia et consiliis et iudiciis et 1135. diffinitionibus omnibus sanctus abbas, impendebaturque ei reverentia ab omnibus, et excubabant ante eius limina sacerdotes, non quod fastus, sed multitudo communem prohiberet accessum; et aliis egredientibus, alii introibant, ita ut videretur vir humilis et nichil sibi de his honoribus arrogans, non esse in parte sollicitudinis, sed in plenitudine potestatis. Actiones concilii longum est prosequi; summa tamen in excommunicatione Petri et irregressibili fauctorum eius deiectione constitit, et usque hodie haec sententia perseverat.

4.[a] Soluto concilio, ad reconciliandos Mediolanenses domnus papa abbatem Clarevallis, quem multis supplicationibus expetierant, et Guidonem Pisanum et Matheum Albanensem episcopum a latere suo direxit, qui scisma per Anshelmum in eadem urbe factum abluerent et ad unitatem aecclesiae devios revocarent. Abbas igitur cum predictis viris, quos a domino papa collegas acceperat, addidit consortio et communi consilio virum venerabilem Gaufredum Carnotensem episcopum, cuius innocentiam et sinceritatem in multis probaverat. Et visum est cardinalibus bonum, ut tanto adiutore negotium tanti ponderis fulciretur. Transcenso itaque Apennino, ubi audierunt Mediolanenses abbatem desideratum suis finibus propinquare, longe a civitate miliaribus septem omnis ei populus obviat, nobiles, ignobiles, equites, pedites, mediocres, pauperes, quasi de civitate migrarent, proprios lares deserunt et distinctis agminibus incredibili reverentia virum Dei suscipiunt. Omnes pariter delectantur aspectu, felices se iudicant qui possunt frui auditu. Deosculantur pedes eius universi, et licet hoc ille moleste acciperet, nulla potuit pronos et devotos ratione compescere, nulla interdictione repellere. Vellicabant[b] etiam pilos quos poterant de indumentis eius et ad morborum remedia de pannorum laciniis aliquid detrahebant, omnia sancta iudicantes quae ille tetigisset, et se sanctificari tactu eorum vel usu. Precedentes itaque et subsequentes laetabundis acclamationibus applaudebant abbati, et diu intra agminum spissamenta detentum tandem sollempni reddidere hospicio. Et cum tractatum esset in publico de negotio, propter quod tam vir Dei quam cardinales advenerant, oblita fortitudinis suae civitas, omni ferocitate deposita, se ita abbati substravit, ut obedientiae eorum non incongrue ille posset aptari poetae versiculus:

Iussa sequi, tam velle mihi quam posse necesse est.

Pacatis omnibus, reconciliata aecclesia, firmatis inter plebes concordiae pactionibus, alia ceperunt nasci negotia, et insanienti diabolo et in quibusdam obsessis corporibus debachanti oppositum est Christi vexillum, et increpante[c] viro Dei, de possessis atriis, superveniente eminentiori virtute, territa et tremebunda diffugere demonia. Et[d] nova legatio, non Romanum pragma circumferens, sed divinis legibus fidei pragma[e] allegans, prolatis in medium litteris sanguine Christi conscriptis et bulla crucis inpressis, quae figura auctoritate sua terrestria et inferna sibi subdit et curvat. Inaudita est nostris temporibus populi tanta fides, tanta in homine virtus, inter quos religiosa erat contentio, cum signorum gloriam abbas credulitati eorum, illi vero sanctitati abbatis ascriberent et hoc de eo indubitanter sentirent, ut quicquid a Domino peteret impetraret. . . . . . .

6. . . . . . . Nescio[f] quo Dei iudicio ea tempestate in Mediolano iuxta illud Ysaie verbum: *Pilosi clamabunt alter ad alterum*, occurrebant onocentauris demonia et effrenatis Es. 34, 11 discursibus plurimos infestabant, nec erat qui insolentiae eorum resisteret, cum diu sub Anselmi scismate, qui Petri fautor extiterat*, sacerdotes gementes, virgines squalidae, sanctificationes maledictae, altare pollutum, iram Dei in populum provocassent. At vero in

*) Mediolanensem occupaverat cathedram *B*.

a) *nulla capitis distinctio in A* 5. b) Vellificabant *A* 1a. b. 2. c) increpanti *A* 2; *post add.* a 1a, increpati a 1b. d) Hec *A* 5; Ecce *ed.* e) pagma *A* 1a; paranigma *A* 1b; pagina *A* 2. 2a. f) Divino iud. *B*.

adventu viri Dei, abdicatis Anselmi prestigiis, et in sedis apostolicae obedientiam sub Innocentio revocata aecclesia, impedita est illa demonum licentia, et cotidie dabat locum et ad preces viri Dei diffugiebat diabolus, et si quando resistere conabatur, in ipso conflictu succumbens gloriosius pellebatur. Inter eos igitur qui vexabantur mulier grandeva civis Mediolanensis et honorata quondam matrona usque ad aecclesiam beati Ambrosii post beatum virum a multis tracta est. . . . . . .

7. Audiebantur haec quae Mediolani fiebant, et per totam Italiam viri Dei discurrebat opinio, et divulgabatur ubique, quod surrexisset propheta magnus, potens in opere et sermone, qui invocato nomine Christi et infirmos curaret et obsessos a demonibus liberaret. Maxima quidem ei erat in curationibus egritudinum gratia, sed in[a] demonibus eliminandis frequentior operatio erat, quia copiosior vexatorum numerus ad experta subsidia concurrebat, et maiorum operatio virtutum minores obscurabat effectus. Iam vero pre frequentia populi, qui a mane usque ad vesperam foribus assidebant, oppressiones vulgi pre corporis imbecillitate non ferens, ad fenestras domus procedens, se eis conspiciendum prebebat et elevata manu benedicebat eis; panes quoque et aquam devehebant secum, quibus benedictioni eius subpositis, domi[b] ea pro beneficiis sacramentalibus[c] referebant. Ex vicinis sane castellis et vicis et urbibus multi ad[d] virum Dei confluxerant, et communia tam advenarum quam civium in Mediolano studia erant prosequi sanctum, expetere beneficium, audire verbum, videre signum; et doctrina et miraculis ultra quam credibile est delectabantur. . . .

9. . . . . . . Per idem tempus hospicium Albanensis episcopi[1], quem dominus papa in eadem legatione sibi collegam dederat, gratia tractandorum negotiorum intraverat, et de his quae iniuncta fuerant agebant[e] ad invicem, cum repente irruit super eos adolescens. . . . . . .

11. Iam Papiam advenerat, et fama virtutum adventum eius precesserat, et cum debito gaudio et apparatu tantae gloriae virum civitas letabunda suscepit. Et ne diu populi desiderium dilatio suspenderet, qui, sicut Mediolani miracula facta audierat, signum ab eo optabat videre: advenit post eum repente rusticus quidam, qui de Mediolano secutus eum fuerat, uxorem demoniacam secum adducens . . . . . .

13. Cum secundo per Mediolanum eodem anno pater sanctus transiret, oblata est ei demoniaca mulier. Nam eo tempore aberat, quo primum vir Dei civitatem predictam sua illustravit presentia. Hanc possidebat demonium, quod modo Italica, modo Hibera lingua loquebatur; nec satis certum, utrum unus esset bilinguis, an duo, sui quisque sermonis idiomate utens, sed tam proprie modo haec modo illa sonabat, ut diceres: 'Hic qui loquitur Ligur est, hic Hispanus'. . . . . . . Haec et alia multa intra Alpes constitutus operatus est vir Dei, et diversa loca perlustrans, benefaciebat iis qui infirmabantur, illuminando cecos, erigendo debiles, curando febricitantes, maxime oppressos a diabolo diligentiori studio purgans, et quae malignus fedaverat spiritus pectora, templa Deo acceptabilia consecrabat. Multa[f] in hunc virum probabilia et laude digna concurrunt. Et[g] alii quidem doctrinam, alii mores, alii mirantur miracula. Ego quidem congruum his omnibus honorem defero, sed pre omnibus, quantum in me est, hoc sublimius duco, hoc propensius predico, quod, cum esset vas electionis et nomen Christi coram gentibus et regibus ferret intrepidus; cum obedirent ei principes mundi, et ad nutum eius in omni natione starent episcopi; cum ipsa Romana aecclesia singulari privilegio eius veneraretur consilia et quasi[h] generali legatione concessa subiecisset ei gentes et regna; cum etiam, quod gloriosius iudicatur, dicta eius et verba confirmarentur miraculis: numquam excessit, numquam supra se in mirabilibus ambulavit, sed semper de se humilia sentiens, venerabilium operum non se auctorem credidit, sed ministrum; et cum esset omnium iudicio summus, suo sibi iudicio constitit infimus. Soli Deo quicquid fecit ascripsit, immo se nichil boni aut velle aut posse nisi inspirante et operante Deo et sensit et dixit. . . . . . . Quot aecclesiae destitutae pastoribus eum sibi in episcopum elegerunt! Elegit eum domestica Lingonensis aecclesia, elegit Cathalaunensis. Intra Italiam civitas Ianuensis et Mediolanum, metropolis Ligurum, hunc opta-

a) in dem. — concurrebat et *des. B* 1. b) *deest B.* c) sacramentibus *A* 4. d) ad v. D. *des. B.* e) conferebant c. *B.* f) Plurima autem in eum p. *B.* g) Alii namque d. *B.* h) quas *A* 4.

1) Matthaei.

verunt pastorem et magistrum. Remis, nobilissima Frantiae civitas, sed[a] et Belgicae provinciae caput, eius dominationem ambivit. Omnibus his vocationibus postpositis, non sollicitavit animam eius honor oblatus, nec motus est pes eius, ut inclinaret se ad gloriam, nec magis eum delectabat tyara et anulus quam rastrum et sarculus. . . . . . .

14. Iam Alpes transcenderat, et descendebant in occursum eius de summis rupibus pastores et armentarii et agreste hominum genus, et conclamabant a longe, benedictionem petentes, et reptabant per fauces montium, regredientes ad caulas suas, colloquentes ad invicem et gaudentes, quod sanctum Domini vidissent et manu eius super se extensa optatae benedictionis gratiam accepissent. Tandem Crisopolim veniens, usque Lingonas sollempniter deducitur, circa quos fines fratres ei Claravallenses occurrunt; provoluti genibus surgunt ad oscula, et vicissim ei colloquentes, Claram-vallem eum deducunt alacriter. . . . . . .

19. Interea literae apostolicae virum Dei vocant, et ut assit laboranti aecclesiae sup- 1137.
plicant cardinales. Intermittuntur studia, et quae modo continua erant, interpolatis discursibus[b] resumuntur. Nulla vacatio superest: servus Dei aut orat aut meditatur aut legit aut concionatur. Videns igitur excusationes frustra expendi et necesse esse obedire mandatis, convocatos a multis partibus fratres, diu profundeque suspirans, affatur: 'Videtis, fratres, in quantis tribulationibus laboret aecclesia. Pars quidem Petri et in Italia et in Aquitania auctore Deo elisa, iam non parturit, sed abortit. Evasati[c] sunt in his regionibus scismatis defensores; Romae magna pars nobilium Innocentium sequitur, et favent ei multi fidelium; qui tamen temerariae multitudinis impetum formidantes, non audent publice confiteri, quem Innocentio firmavere, consensum. Coniuratos habet Petrus homines perditos, quos corrupit pecunia; et munitionibus eorum occupatis, non Symonis Petri fidem, sed Symonis magi representat prestigias. Contra unam gentem, Occidente edomito[d], superest lucta. Orantibus vobis et iubilantibus Ihericho ruet; et cum extenderitis ad Deum cum Moyse manus, Amalech victus aufugiet. Iosue pugnat, et ut ad consummationem victoriae dies sufficiat protelata, soli, ut stet, non tam orat quam imperat; et meretur fides tam solis obedientiam quam de hoste prostrato victoriam. Nobis igitur pugnantibus vos ferte presidium et auxilium de caelo supplicibus animis implorate. Agite quae agitis et state in gradu quo statis. Et licet nichil vobis conscii sitis, iudicio tamen vestro non estimetis vos iustos; quia solus Deus quos iustificat iudicat, et perfectissimus quisque iudicii divini districtum examen ignorat. Iudicari autem ab humano die non multum curetis, neque vestra[e] propria neque aliena iudicia approbantes, sub timore Dei sic state, ut nec vos quempiam iudicantes aliquando extollamini, nec aliorum curantes iudicia, excidatis in nugas, singula vero prosequentes, vos servos inutiles reputetis. Eundum autem est, quo nos obedientia vocat, et huius domus fraternitatem et vestri custodiam Deo, pro quo hunc laborem assumimus, confidentes de eius clementia, tradimus et commendamus'. Haec dicens et benedicens, flentibus universis, discessit; et cum multa reverentia ubique susceptus, demum Romam pervenit. In cuius adventu tam dominus papa quam fratres laetati sunt; et communicatis cum eo consiliis, secundum rerum proventus et statum causarum abbas alia via opus[f] aggreditur; nec in curribus nec in equis spem ponens, sed colloquia quorumdam suscipiens, sciscitatur, quae sit eorum facultas, qui fautorum[g] animi, utrum errore an malicia seducti tantum scelus protrahant et protelent. Intelligit ex secretis clerum, qui cum Petro erat[h], de statu suo sollicitum, scire quidem peccatum, sed non audere reverti, ne perpetua notatus infamia, vilis inter caeteros haberetur, et malle sub umbra honestatis interim sic esse quam expelli a sedibus suis et publicae mendicitati exponi. Eorum qui de Petri prosapia erant haec erat responsio, quia iam credi eis a nemine posset, si demembrarent genus suum et eum relinquerent qui cognationis suae caput esset et dominus. Caeteri iuramento fidelitatis excusabant perfidiam, nec aliquis ex sana conscientia parti illi conferebat suffragia. Denunciabat itaque abbas eis, colligationes impietatis esse sacrilegas et profanas, conspirationes legibus et canonibus condempnatas iuramentis non posse muniri, nec posse nec debere veritatis sacramenta mendacio suffragari; insanire autem eos, qui rem illicitam sacramenti patrocinio constare existimant, cum oporteat extraordinarias pactiones, quocumque religionis obtentu sancitas, revocari in irritum et auctoritate divina dissolvi. Audi-

a) secundae Belg. *ed.* b) discussionibus *A* 1[a. b]. 2. c) Enasati *A* 2. 2[a]. d) edomita *A* 2. e) nostra *A* 2. f) in o. *A* 2. 2[a]; in o. progreditur *A* 1[a. b]. g) factorum *A* 1[a]. 2. 5; fauctorum *A* 2[a]. h) erant *A* 1[a]. 2.

1137 tis his aliisque viri Dei sermonibus, defluebant a Petro, et cotidie partis illius dissociatis agminibus, vincula rumpebantur; ipsius quoque Petri animus tabescebat, quia, se cotidie minui, Innocentium vero crescere, minime dubitabat. Defecerant pecuniae, contabuerat curiae amplitudo, aruerant ministeria domus, rarus mensam eius frequentabat conviva, deliciae in plebeia cibaria commutatae, cultus obsequentium vetustate obscurus, macri[a] et acuti stipendiarii aere alieno obpressi, et tota domus[b] effigies pallida dissolutionem proximam indicabat.

20. Interea rex Siciliae Rogerus, qui solus iam ex principibus obedire papae Innocentio detrectabat, ad eum mittit epistolas[c], petens, ut Haimericum[d] cancellarium suum et abbatem Clarevallis ad se mitteret; nichilominus a Petro Leonis idem petens, ut Petrum sibi Pisanum a suo latere delegaret. Aiebat autem, se dissensionis huius, quae iam diu induruerat, velle scire originem et cognita veritate aut corrigere errorem aut sancire sententiam. Scribebat[e] autem in dolo; sed[f] audierat, Petrum Pisanum eloquentissimum esse et in legum et in canonum scientia nulli secundum, putabatque, si eloquentiae eius in publico consistorio audientia preberetur, declamationibus rethoricis simplicitatem abbatis posse obrui et silentium ei vi verborum et pondere rationum imponi. Ne diu morer; venit pars utraque Salernum[1]; sed militaverat ultio et prevenerat tanti sceleris[g] machinamentum. Parato namque ad bellum innumerabili exercitu, adversus Ramnulfum[h] ducem idem rex in campum armatas produxerat acies: cum subito, viso duce audacter obviam procedente, territus fugit effusumque exercitum predae et cedibus exposuit, et innumeris militibus captis et interfectis, invitus ducem ditavit opibus et gloria sublimavit. Quae quidem ei omnia iuxta verbum viri Dei contigerunt. Cum enim primus eorum qui vocati fuerant abbas sanctus adveniens regem in castris positum invenisset, per multos dies vicinas acies, ne committerent, impedivit, denuncians regi, quia: 'Si conflictum inieris, victus et confusus abibis'. Novissime vero cum eiusdem regis plurimum crevisset exercitus, ignorans, quod non in multitudine foret eventus belli, virum sanctum querentem ea quae pacis erant ulterius audire contempsit. At ille ducem Ramnulfum et catholicorum aciem verbis potentibus adhortatus, sicut regi fugam, sic illis victoriam pollicitus est et triumphum. Cumque ad proximam villulam[i] declinasset et instaret orationi, repente fugientium et[k] insequentium clamor auditur. Siquidem per eundem locum fugientem regis exercitum Ramnulfus persequebatur. Egressus itaque frater quidam ex his qui cum abbate erant, uni ex militibus occurrit et quid accidisset interrogabat. At ille — siquidem literas noverat —: 'Vidi', inquit,
Ps. 36,35. 36. 'impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Lybani; et transivi, et ecce non erat'. Nec mora, dux ipse secutus, ut monachum vidit, sicut erat armatus equo desiliit, et eius pedibus advolutus: 'Gratias', inquit, 'ago Deo et fideli servo eius, quia non nostris[l] viribus, sed eius fidei collata haec victoria est'; iterumque insiliens equo, hostes insequebatur. Nec tamen hac plaga sibi inflicta caelitus correctus est animus regis, nec detumuit[m] procella, quam conglomerarat pravae mentis elatio; sed post fugam reversis qui evaserant, simulans alacritatem, regio se ornatu attollens, stipata militibus curia, utramque partem iubet accersiri; et prius instructo Petro et multarum promissionum auctoramentis accenso, de causae suae rationibus eloqui iubet. Prior Petrus electionem domini sui canonicam asserit[n] et verba sua multis canonum[o] assertionibus munit. At vero vir Dei non in sermone, sed in virtute regnum Dei esse intelligens: 'Scio', inquit, 'Petre, te virum sapientem et litteratum esse, et utinam sanior pars et honestiora te occupassent negotia! Utinam te patronum causa felicior optineret! Et sine dubio rationabilia allegantem nulla posset impedire facundia. Et nos quidem agrestes et[p] questuarii, saepius ligonibus quam pragmaticis advocationibus[q] assueti, si causa fidei non esset[r], institutum silentium teneremus. Nunc autem cogit nos karitas eloqui, quia tunicam Domini, quam in tempore passionis nec ethnicus presumpsit scindere nec Iudaeus, fautore hoc domino, Petrus Leonis lacerat et dirumpit. Una est fides, unus Dominus, unum baptisma. Nos neque duos dominos neque gemi-

a) m. et a. *des. B.* b) *deest A* 2. c) *deest B.* d) Heim. *A* 2; Heinricum *A* 1a. b. e) Mittebat *B.* f) a. enim *A* 1b. g) federis *A* 2. h) Rāmulfum *A* 2; Rannulfum *A* 1a. 2a; Raynulfum *A* 1b. i) villam *A* 1a. b. 2. k) et i. *des. A* 2. l) in n. *A* 2. 2a. m) detinuit *A* 2. n) probare contendit *B.* o) legum et c. *B.* p) et q. *des. B.* q) declamationibus *B* 4. r) urgeret *B.*

1) Haec accuratius narravit Falco Beneventanus.

nam fidem nec duo baptismata novimus. Ut ab antiquis ordiar, una archa tempore diluvii 1137.
fuit. In hac octo animae, caeteris omnibus pereuntibus, evaserunt, et quotquot extra
archam inventi sunt, perierunt. Archam hanc typum tenere aecclesiae, nemo est qui ambi-
gat. Archa alia nuper fabricata est, et cum sint duae, alteram necesse est esse adulteram
et in profundum demergi. Archa quam regit Petrus si ex Deo est, necesse est, ut archa
quam regit Innocentius obruatur. Peribit ergo orientalis aecclesia, peribit Occidens totus,
peribit Frantia, peribit Germania, Hiberi et Angli et barbara regna in profundum pelagi
demergentur. Religio Camaldrensis et Chartusiensis et Cluniacensis* et Cisterciensis et Pre-
monstratensis aliaque innumerabilia servorum et ancillarum Dei collegia, necesse est, ut
sub uno turbine corruant in abyssum. Episcopos et abbates et reliquos aecclesiae princi-
pes collo precipiti mola asinaria alligata pelagus vorax excipiet. Solus ex principibus
mundi archam Petri intravit iste Rogerus[a], et caeteris omnibus enecatis, solus ipse salva-
bitur? Absit, ut totius mundi religio pereat, et ambitio Petri[b], cuius vita palam est quae
extiterit, regnum caelorum optineat'. Ad haec verba non ultra se poterant continere pre-
sentes qui aderant, sed abhominati sunt et vitam Petri[c] et causam; abbas autem tenens
manum Petri[d], elevavit eum, et simul ipse surrexit: 'Tutiorem', inquiens, 'si michi
credas, intrabimus archam'. Et sicut iam pridem mente conceperat, salutaribus illum
aggrediens monitis, cooperante gratia Dei protinus persuasit, ut ad Urbem rediens
Innocentio papae reconciliaretur. Soluta contione, rex necdum voluit obedire, quia
sancti Petri patrimonium, quod in Cassinensi et Beneventana provincia amplissimum
est, cupidus occupaverat, putabatque huiusmodi suspensionibus aliqua[e] extorquere pri-
vilegia, per quae in ius proprium deinceps sibi stabiliretur hereditas. Sic Herodes visum
Salvatorem contempsit, et quem desideravit absentem, contempsit presentem. Sic
omnipotens Deus claritatem, quam accepit a Patre, dedit hominibus et contempnentes cf. Ioan. 17, 22.
se facit inglorios et erigit in sublime humiliatos. Igitur circa curationem cuiusdam Iob 5, 11.
viri nobilis et in urbe Salernitana notissimi succumbentibus medicis, quorum ibi pre-
cipue ars viget et studium, eidem viro de medicorum auxilio desperanti noctu quidam
per somnium apparens intimavit, advenisse Salernum virum sanctum et in curationibus
efficacem. Hunc inquirere iubetur et de lavacro manuum eius bibere. Quesivit, invenit,
aquam petiit, bibit, convaluit. Hoc verbum per totam urbem divulgatum ad aures regis et
procerum eius pervenit. Cum omnium igitur populorum favore, solo rege in malicia per-
manente, abbas Romam revertitur; predictum vero Petrum Pisanum et quosdam alios re-
conciliat aecclesiae et Innocentio papae confederat. Advenerat** tempus, in quo, completa
Amorrei malicia, angelus percutiens gladium iam vibrabat, et pertransiens domus, quarum cf. Exod. 12, 23.
superliminaria sanguis agni imbuerat, ad domum Petri Leonis veniens, salutare in ea non
reperit signum. Percussit igitur miserum; nec tamen ilico defungitur, sed datur per tri- 1138.

*) et Grandimontensis *add. B.*

**) *Vita altera (cod. Par. 17639) haec ita ampliavit:* Eodem tempore Petrus Leonis sententiam iustae damnationis excipiens, pacem reliquit ecclesiae, requiem viro Dei; cuius obitus manifeste praecognitus est, abbati cuidam apparente in visione. Convenerat ecclesia copiosa, et Innocentius papa sedebat in throno, Petro Leonis ex adverso similiter residente; aderat autem et gloriosa virgo mater Domini stans in medio, et iaculum dextra vibrans, Petrum vero Pisanum, de quo paulo ante sermo habitus est, terribilibus oculis indignabunda intuebatur. At ille timens et tremens: 'Quid est', inquit, 'domina, quod indigneris mihi? Numquid, quia reliqui Petrum Leonis, offensa es'? Cui gloriosa virgo respondens: 'Non quia eum reliquisti, sed quia cum eo fuisti'. Interrogante autem eo et dicente: 'Ergone adeo tibi displicet ille'? 'Ego tibi ostendam', ait virgo, 'quantum mihi ille displiceat'; et intorquens iaculum quod tenebat, gutturi Petri Leonis infixit, et corruit miser in ipsa hora. Quam sane visionem post paucos dies effectus secutus est, et homo ille, tantae tribulationis causa et tantorum origo malorum, in gutture ipso pessimo percussus ulcere expiravit. Cui tamen ab his qui cum ipso fuerant substitutus est alter, sed miserante Deo citius finem accepit dementia illa, et ipse ridiculus pontifex temerarie usurpata insignia ponens, cum omnibus fautoribus suis procidens ad pedes domini Innocentii papae, ad catholicam rediit unitatem. Facta autem plenaria reconciliatione et scismatis errore sedato, qui novem ferme annos sustinuerat in tribulatione ecclesiae, in pace eius vix quatuor aut quinque dies potuit detineri. Sed accelerans reditum, cum exultatione universae terrae suscipitur, pretiosum utique tanti laboris fructum reportans diu desideratae manipulos pacis. Hic finis scismatis.

a) Rogerius *h. l. A* 2. 2[a]. b) *deest A* 2. c) Leonis *add. ed.* d) Pisani *add. ed.* e) a Romanis *add. B.*

1138. duum penitentiae locus. Ille pacientia Dei abutitur et in peccato suo moritur desperatus. Miserabili pompa corpus eius effertur, cadaver eius in latebris sepelitur, et usque hodie fovea illa a catholicis ignoratur. Attamen pars ipsius papam sibi pro illo alterum statuerunt[1], non tam ex pertinacia scismatis, quam ut oportunius per aliquam temporis moram papae Innocentio reconciliarentur. Quod sine mora per manum servi sui Christus effecit. Nam et ipse ridiculus pontifex, Petri Leonis heres, ad eundem virum Dei nocte se contulit, et ille eum, nudatum quidem insignibus usurpatis, ad domini Innocentii pedes adduxit[2]. Quo facto civitas gratulabunda laetatur; Innocentio aecclesia redditur; Romanus populus ut pastorem et dominum Innocentium veneratur. Abbas Clarevallis in mira reverentia habetur ab omnibus, auctor pacis et pater patriae predicatur. Procedentem viri nobiles prosecuntur, acclamat populus, matronae sequuntur et omnes ei prompto animo obsecuntur. Sed quamdiu ille gloriam toleravit? quamdiu pace fruitus est post tam diuturnum laborem? Nec diem pro anno recipere acquievit. Sedatis omnibus et compositis, vix quinque dies teneri potuit, qui septem annis et ultra pro resarcienda eadem scissione sudavit. Exeunti* autem universus occurrit populus. Lacrimantur post eum et se ab eo postulant benedici et orationibus eius cum omni se devotione commendant. Accepta igitur ab Innocentio licentia, confirmata pace, vir Dei regreditur, et maximum domi reportans gaudium, a fratribus cum gratiarum actione devote suscipitur. Interea Romae Innocentius potestative agenda disponit. Undique visitatores occurrunt; alii cum negotiis, alii tantum gratia congaudendi adveniunt; processiones per aecclesias sollempniter celebrantur; depositis armis ad audiendum verbum Domini plebes accurrunt. Post multifarias egestates civitas in brevi opulenta refloret. Quae discordiae tempore distracta fuerant pax soliditata reducit et revocat; arantur solitudines, et deserta pinguescunt. Requiescunt singuli sub vite et ficulnea sua; nocturnae silent excubiae, et apertis ianuis omnis timor excluditur. Dato tempore Innocentius aecclesiae ruinas restaurat, recolligit exules, aecclesiis antiqua servicia, depopulatas colonias expulsis restituit, insuper dona congrua largitur per[a] singulos. Monasterium etiam apud Aquas Salvias in sancti Anastasii martyris honore constituit; quod quidem ibi prius[b] fuerat, sed hoc tempore sola aecclesia, deerat habitator. Constructis itaque cenobialibus mansionibus, et reformata aecclesia, assignatis etiam ad alimonias domibus, agris et vineis, a Clara-valle abbatem et conventum fratrum sibi mitti dominus papa voluit[c] et obtinuit. Mittitur igitur Bernardus, Pisanae olim aecclesiae vicedomnus, et religiosi cum eo fratres, qui secundum beati Benedicti regulam in eodem loco Domino deservirent. Cito profecit illa plantatio, et associatis sibi viris indigenis, servorum Dei multiplicatus est numerus; et pinguia[d] congrua nutrimentis incolume[e] et multiplex in brevi produxere peculium.

22. Abbas sanctus ad studia sua reversus, dilectum amplectitur epithalamium. E diversis etiam regionibus, odore religionis illius ubique diffuso, fratres ad fundanda monasteria invitantur. Fundata quoque et statuta se ditioni eius subiciunt et artioris ineunt regulas disciplinae. Sed et diversarum regionum civitates ex hoc collegio meruere episcopos. Inprimis Roma summo ornatur pontifice[3]. Preneste Stephanum habuit totius modestiae[f] virum; Ostia virum magnum Hugonem. In ipsa quoque Romana curia Heinricus et Bernardus, alter presbyter, alter diaconus ordinati sunt cardinales. Prope urbem Romam Nepa sub Hoberto[g] refloruit. In Tuscia Pisis natalis soli gratia et magnum aecclesiae lumen Balduwinus effulsit[4]. Citra Alpes Lausennae[h] datus est Amedeus[5], Seduno Garinus[6], Lingonis Godefridus[7], Autisiodoro Alanus[8], Namnetis Bernardus[9], Belvaci Henricus[10], Tornaco Geroldus[i, 11], Eboraco Henricus[12]. In Hibernia duo episcopi re et nomine christiani[13].

*) *B ita:* Exeuntem Roma prosequitur, deducit clerus, occurrit populus, universa civitas comitatur, nec poterat sine communi merore dimitti, qui colebatur amore communi[k]; *quibus B 1. 2. 7 addunt:* Confirmata pace, vir Dei domum revertitur (Igitur firmata pace vir Dei regreditur 2. 7); et duplex exhibens gaudium, cum exultatione universae terrae suscipitur.

a) p. s. *des. B.* b) *deest A 2.* c) petiit *B.* d) pascua *B.* e) *deest B 1. 4.* f) gloriae *B;* ecclesie *A 5.* g) Huberto *A 1a*; Humberto *A 1b*; Oberto *B 4.* h) Lusenne *A 2*; Lusane *A 1a. b.* i) Gerhardus *A 2a.* k) *deest B 5.*

1) Victorem; cf. Falcon. Benev. ap. Watterich II, p. 248. 2) Cf. Bernardi epist. ed. Mabill. 317. 3) Eugenio III. 4) A. 1137—1145. 5) A. 1145—1159. 6) A. 1138—1150. 7) De quo v. praef. 8) A. 1152—1167. 9) A. 1147/48—1169. 10) A. 1149—1162. 11) A. 1149—1166. 12) A. 1147—1153. 13) De illis Menologium Cisterciense ad diem 3. Novembris. BOLL.

In Alemannia civitate Curia Algotus[1], sapientia, aetate et gratia reverendus. Haec luminaria de Clara-valle assumpta fulgore puro predictas urbes sua illustravere presentia, et pastoralis officii elucidantes gloriam, exemplum caeteris episcopis facti sunt doctrinae et vitae et in altitudine sua semper humiles constiterunt. Defuncto siquidem Innocentio papa, et successoribus eius Caelestino et Lucio quam velociter consummatis, Bernardus, quem prius apud Sanctum Anastasium abbatem diximus ordinatum, papa Urbis efficitur*. Hic, seditione orta in populo, pulverem pedum in litigantes ex- 1145. cussit, et relictis eis, in Frantiam venit. Cumque Romae se comederent ac morderent et ad invicem consumerent, expectavit in pace, donec fatigati conflictibus et dampnis afflicti eius presentiam cuperent et optarent. Qui interim, celebrato Remis concilio, Claram-vallem 1148. humiliter visitat et gloriam pontificatus Romani pauperum presentat aspectibus. Mirantur omnes in tanta altitudine humilitatem immobilem et in tam excellenti culmine positi sancti permanere virtutem, ut altitudini sociata humilitas pro officio exterius splendeat et pro virtute nequaquam interius inanescat. Adherebat carni eius lanea tunica, et diebus ac noctibus cuculla vestitus, sic ibat, sic cubabat. Intus monachi habitum retinens, extra se pontificem et moribus et vestibus exhibebat, rem difficilem agens, diversarum in uno homine proprietatem exhibens personarum. Segmentata ei circumferebantur pulvinaria; lectus eius palliis opertus, cortina ambiebatur[a] purpurea; sed si revolveres operimenta, invenires superiectis laneis conplosa stramina et paleas conglobatas. Homo in facie, Deus in corde; ipse vero bona coram Deo et hominibus providebat. Alloquitur fratres non sine lacrimis, miscens sermonibus avulsa a corde suspiria; hortatur et consolatur et se inter eos fratrem et socium, non dominum exhibet vel magistrum. Cumque[b] ibi morari diutius non pateretur magna eum prosequens comitantium multitudo, salutatis fratribus, iter in Italiam dirigens, abscedit et ad Urbem pervenit. Scripsit ad eundem papam vir sanctus librum[2] multae subtilitatis . . . . . .

*) et Eugenius tertius appellatur *add. B.*

EX LIBRO III. AUCTORE GAUFRIDO.

INCIPIT[c] PROLOGUS EPISCOPORUM ET ABBATUM MULTORUM IN ULTIMOS TRES LIBELLOS DE VITA VENERABILIS BERNARDI ABBATIS CLAREVALLENSIS.

Post beati patris nostri Bernardi Clarevallensis abbatis excessum ad ipsius memoriam filiali devotione convenimus nos episcopi et abbates, qui in horam usque novissimam, indigni licet, sacris eius vestigiis adherentes, quod de illo homine Dei hominibus innotescere[d] potuit, plenius et perfectius tam nostra ipsorum experientia diuturna quam illius erga nos speciali dignatione cognovimus. Unde etiam visum est nobis oportere ex hiis aliqua posteris servanda litteris commendari et ex tanto convivio, quo nimirum ad Domini benedictionem omnis nostra generatio sit refecta, modica saltem fragmenta colligi, ne perirent. Neque id aliis magis incumbere videretur, si idonea tanto operi facultas nobis aut diligentia non deesset. Confidimus tamen, quod inconcinnitatem eloquii apud pias mentes intentionis pietas excusabit. Nam[3] et sincerius et securius visa solent quam audita narrari, et efficacius perinde expertorum testium verba lector admittit quam transfusa per multos, sicut ea dulcius aqua bibitur quae ex primo fontis alveo fuerit hausta quam quae ex rivulo longius iam progresso. Verumptamen quae de eodem patre nostro a reverendis abbatibus Willelmo Sancti Theoderici et Ernaldo Bonevallis fideliter scripta repperimus, diligenter quidem examinata, sicut erant recipere quam rescribere et approbare maluimus quam mutare. Libenter enim parcimus stilo, ubi testimonio licet esse contentos. Duobus ergo libris eorum premissis, opus hoc tertium in tres libellos partitum lector inveniet[4]. Quorum primus quidem maxime versatur circa habitum, mores atque doctrinam huius beatissimi patris

a) ambigebatur *A 2.* b) C. eum *A 5.* c) *haec praefatio in solo cod. A 1 legitur post Miracula f. 150.* d) innoscere *c.?*

1) A. 1151—1160. 2) Libros de consideratione. 3) Eadem in Gaufridi prologo leguntur. 4) V. ibidem.

nostri, secundus autem virtutes plurimas per eum factas exequitur, tertius in ipsius beato fine completur. Sicubi vero alicuius nostrum oportuit fieri mentionem, tanquam de alio aliquo loqui maluimus, ne fieret orationis confusio crebra mutatio personarum. Alioquin si quis nostram hanc considerationem minus probat, ad excusationem nobis, si tamen ut[a] eam pretendere licet, nonnulla sanctorum exempla subpeditant, quos in libris suis de se ipsis tanquam de aliis liquet esse locutos. Illud etiam duximus admonendum, in rerum nos narratione gestarum coherentiam similitudinis magis quam temporis observasse. Siquidem nec signa nec alia eius opera eo ordine quo meminimus facta narravimus, sed quaedam ex hiis locis oportunioribus inserentes, ut quae dicebantur perinde fierent clariora, nonnulla etiam alia transposuimus, ut aliis eiusdem generis aptius convenirent. Verum haec quidem in duobus libellis prioribus; nam in tertio fere per omnia ordini temporis series narrationis obsequitur[b].

INCIPIT[c] PROLOGUS DOMNI GAUFRIDI AUTISIODORENSIS[d] IN TRES ULTIMOS LIBELLOS DE VITA SANCTI BERNARDI CLAREVALLENSIS ABBATIS.

Clarissimi patris nostri Bernardi Clarevallensis abbatis memoriam viri insignes ad laudem Christi et multorum edificationem litteris commendarunt. Inventa sane materia uberi, prout cuique licuit et certior ei gestorum innotuit veritas, non eam totam, sed partes aliquas digessere. Videtur autem nonnullis, quod multo minus eum silere debeat puer sanctitatis ipsius, dignationis filius, benignitatis alumpnus. Quem ab eius uberibus post annos circiter tredecim — quod sine singultu nec meminisse debeo nec proferre queo — sola tandem, quae sola potuit, mors avulsit. In quo tibi utinam sic complaceat etiam[e] nunc, pater sancte, sicut aliquando videbatur et aliquamdiu complacere. Et quis alter tibi tam debitor, quis tam obnoxius, quis tam tuus? Momordit, fateor, et dure momordit mors improba; sed non totum pariter deglutivit. Amputavit, non extirpavit; sine misericordia portionem, quae se contingebat, accepit. Tulit aspectum, tulit eloquium, corporale etiam tulit obsequium; sed non rapuit fidem presentis etiamnunc opitulationis; non absorbuit spem futurae aliquando visionis; non denique in preteritorum memoria altius radicatum filialis absumpsit devotionis affectum. Ceterum mihi quidem, ut optime novi, presertim tanto idonea operi nec scientia nec eloquentia suppetit. Sed tua sane magnalia et tuas digne eloqui laudes, non Origenis ingenium, non[f] Ciceronis lingua sufficeret. Nec desperandum tamen, quod tuorum magis operum fructus carpere prudens lector quam verborum nostrorum folia indigna debebit; ut, illorum magis suavitate gustata, quam istorum ariditate culpata, non tam nequiter ista mordeat quam illos delectabiliter edat. Nam et securius et sincerius visa solent quam audita narrari; et in tertium vas transfusa facilius coacescunt. Sed et dulcius ea bibitur aqua quae exiguo licet alveo fontis hauritur, quem confestim repleverit vena scaturiens, quam quae ex rivo tollitur longius iam progresso vel ex flumine etiam copioso. Inde est, quod, intactis eorum libris, qui de eiusdem beatissimi patris nostri initiis seu etiam mediis conscripserunt, ne tanquam super alienum edificasse[g] videar fundamentum, circa ea potissimum noster sermo versatur, quibus pene omnibus presens affui; interdum etiam, licet pauca, interserens, quae fidelissima fratrum qui aderant relatione cognovi. Verumtamen opus istud libellis tribus partitum lector inveniet; quorum primus quidem ea maxime quae ad habitum, mores atque doctrinam huius beati patris videntur pertinere prosequitur, secundus autem virtutes multas per eum factas eloquitur, tertius in eiusdem bono fine completur. Illud etiam admonendum, in rerum narratione gestarum coherentiam similitudinis magis quam temporis observari; siquidem nec signa ipsa nec opera quaedam eo ordine scripta quo facta sunt; sed interdum aliqua, prout occurrere locis oportunioribus videbantur, inserta. Firmior enim videtur et haberi acceptior solet oratio, quae suis innititur et illustratur exemplis, velut fabrica quaedam idoneis fulta columpnis. Nonnulla quoque transposita sunt, ut similibus aliis iungerentur, et quae erant eiusdem

a) *ita cod. apogr.* b) *c. add.:* Alium prologum require in fine voluminis. c) *hic prologus nonnisi in codd. B legitur. Codices A (praeter 1) utroque carent. In A 3 ne liber quidem indicatur, sed rubrae spatium vacat.* — Inc. pr. d. G. in tres sequentes libros *B* 2. 3; Incipit prol. in ultimos tres libellos de vita s. B. (Clarev. abb. *add.* 5) *B* 4. 5; Inc. prol. in ult. 3 libros s. Bernardi *B* 7. d) G. quondam b. Bernardi notarii in *cod. unus Bethm* e) et *B* 5. f) nec *B* 4. 5. 7. g) v. f. edificare *B* 4. 5

generis sibi aptius cohererent. Verum hec in duobus quidem libellis prioribus; nam in tertio pene per omnia ordini ipsi[a] ipsius temporis series narrationis obsequitur.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT[b] LIBER III. A DOMNO GAUFRIDO QUONDAM CLAREVALLENSI ABBATE EDITUS IN VITA VENERABILIS BERNARDI ABBATIS CLAREVALLENSIS.

1. Innumeris quidem signis atque miraculis, ut orbis comperit universus, fidelem famulum[c] Deus Bernardum Clarevallensem glorificavit abbatem . . . . . .

Cum iam Dei famulus annos aliquot in Clara-valle peregisset, subit animum eius, ut sanctum Hugonem Gratianopolitanum[d] episcopum et Cartusienses[e] fratres devotionis gratia visitaret. Quem predictus episcopus tam gratanter et tam reverenter suscepit, divinam intelligens in eiusdem hospitis visitatione presentiam, ut prostratus solo tenus adoraret. Videns autem servus Christi episcopum etate grandevum, celebrem opinione, sanctitate conspicuum, coram se procidentem, vehementer expavit, et ipse quoque pariter corruens ante eum, ita demum susceptus est in osculo pacis. Humilitatem suam tanti viri veneratione confusam non sine gravi gemitu causabatur. In cuius pectore singularem optinuit ex eo tempore locum, ut fierent deinceps duo illi filii splendoris cor unum et anima una et se invicem fruerentur in Christo. Sicut enim regina Saba de Salomone testatur, uterque (3. Reg. 10,7) in altero longe amplius, quam fama vulgasset, invenisse gratulabatur. Cartusiae quoque a viro reverentissimo Guigone[f] priore et a caeteris fratribus eodem affectu et eadem veneratione susceptus est servus Christi, exultantibus illis in gaudio, quia, qualem eum per epistolam prius noverant, talem invenerunt[g] et presentem. . . . . . .

Nec tacendum, quod ex predicatione[h] itineris Iherosolimitani grave contra eum quorundam hominum vel simplicitas vel malignitas scandalum sumpsit, cum tristior sequeretur effectus. Quod tamen verbum dicere possumus ab eo[i] quidem inicium non sumpsisse. Cum enim multorum iam animos audita permovisset necessitas, a rege Francorum semel et iterum propter hoc expetitus, apostolicis etiam litteris monitus, nec sic acquievit super hoc loqui vel consilium dare, donec ipsius tandem summi pontificis generalem epistolam iussus ab eo est tamquam Romanae aecclesiae lingua exponere populis atque principibus. Cuius epistolae tenor fuit, ut in penitentiam et remissionem peccatorum iter arriperent, aut liberaturi fratres aut suas pro illis animas posituri. Haec et huiusmodi super hoc poterant veraciter dici; sed dicendum potius id quod potius[i] fuit. Evidenter enim verbum hoc predicavit, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Sed quantis et quam multiplicibus signis! Quanta vel numerare, nedum narrare, difficile foret. Nam et eodem tempore scribi ceperant, sed ipsa demum scriptorem numerositas scribendorum et materia superavit auctorem; nimirum cum aliquando una die viginti seu etiam plures ab incommodis variis sanarentur, nec facile ab huiusmodi dies ulla vacaret. Denique plures eo tempore Christus per servi sui tactum et orationem ex ipsis etiam matrum uteris cecos videre, claudos ambulare, aridos convalescere, surdos fecit audire et mutos loqui; mirabilius restituente gratia, quod minus prestitum fuerat a natura. Nec tamen ex illa profectione orientalis aecclesia liberari, sed caelestis[k] letari meruit et impleri. Quodsi placuit Deo tali occasione plurimorum quidem[l] eripere, si non Orientalium corpora a paganis, Occidentalium animas a peccatis: quis audeat illi dicere: 'Quid fecisti sic'? aut quis recte sapiens illorum sortem magis non doleat, qui ad priora vel peiora forte prioribus scelera redierunt, quam eorum mortem, qui in fructibus penitentiae purgatas variis tribulationibus animas Christo reddiderunt? Alioquin quamlibet[m] dicant Egyptii, dicant filii tenebrarum, qui veritatem nec videre valeant nec proferre: 'Callide eduxit eos, ut interficeret in deserto'; (cf. Exod 32, 12.) patienter tolerat Salvator obprobrium, quod tantarum animarum salute compensat. Meminit huius verbi ipse quoque venerabilis pater, inter caetera dicens: *Si necesse sit unum fieri e duobus, malo in nos murmur hominum quam in Deum esse. Bonum michi, si dignetur me*

a) *deest B 7.* b) *ita A 1*; Explicit liber secundus de vita, de miraculis s. B. abb. Incipit III[us] *A 2*; Explicit liber secundus. Incipit liber tercius in vitam sancti Bernhardi abbatis *A 2[a]*; Incipit liber primus *B 1. 4. 5*; Incipit liber tercius vite s. B. abb. *B 2*; *alii aliter; rubra deest B 7.* c) suum *add. A 5.* d) Granop. *A 2[a], alii.* e) Carturiens. *A 2.* f) Gingone *A 2[a]*; Guidone *A 2*; Gwidone *A 1[a. b]*; Ginguone *B 7.* g) *deest A 2.* h) ex ea predicatione, qua fideles principes populosque pro orientali ecclesia, cuius gravissima nunciabatur afflictio, exponere sese monuit et labori, grave c. e. *C.* i) *deest C.* k) magis *add. C.* l) *deest B.* m) qua libet *A 2.*

uti pro clipeo. Libens excipio in me detrahentium linguas maledicas et venenata spicula blasphemorum, ut non ad ipsum perveniant. Non recuso inglorius fieri, ut non irruatur in Dei gloriam. Haec quidem ille in libro de consideratione secundo[1].

Accidit autem, ubi[a] primum de eiusdem exercitus dissipatione lamentabilis intra Gallias insonuerat rumor, ut illuminandum Dei famulo filium cecum offerens pater multis precibus vinceret excusantem. Et imponens sanctus puero manum, orabat ad Dominum, quatinus, si ab eo verbum predicationis illius exierat, si predicanti Spiritus eius affuerat, in illius illuminatione ostendere dignaretur. Dum vero post orationem orationis prestolaretur effectum: 'Quid facturus sum'? ait puer; 'video enim'. Attollitur ilico clamor astantium; plures enim non modo e fratribus, verum etiam e secularibus aderant, qui ut puerum videre videntem, multipliciter consolati Deo gratias referebant. Illud[b] etiam iocunde satis credimus considerasse nonnullos, quod eadem ebdomada, qua felicissima eius anima carne 1153. soluta est, aecclesia Iherosolimitana magnifice satis divino fuerit munere consolata, sicut sepius illum noverant promisisse. Siquidem capta est Ascalon illa munitissima, paucis a Sancta Civitate miliariis distans et periculose instans calcaneo eius. Adversus hanc quinquaginta annis et amplius laborantes nichil profecerant christiani; nam et tunc non humana virtute capta est, sed divina. Nec incongruum ipsius nunc interserere verba, quae eodem scripserat anno ad virum optimum Andream, militem Templi tunc ministrum[c], nunc iam et magistrum miliciae Templi, qui ipsius secundum carnem avunculus erat[2]: *Ve principibus nostris,* ait. *In terra Domini nichil boni fecerunt; in suis, ad quas velociter redierunt, incredibilem exercent maliciam et non compatiuntur super contricione Ioseph. Confidimus autem, quia non repellet Dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet. Porro dextera Domini faciet virtutem, et brachium suum auxiliabitur ei, ut cognoscant omnes, quia bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.* Et de his hactenus.

2. Nam et illud propter posteros memorandum, quam multipliciter aecclesiae sanctae viri sancti doctrina profuerit in catholicorum moribus corrigendis, in scismaticorum furoribus reprimendis, in hereticorum erroribus confutandis. Siquidem preter eos quos docuit sobrie et iuste et pie vivere in seculo, quantos etiam perfectius valedicere seculo persuasit, vel ex hoc liquet, quod non cessavit quamdiu vixit, deserta seculi seculi desertoribus Ps 106, 35–38. implens. Cuius ministerio videtur propheticum illud etiam corporaliter exhiberi: *Posuit desertum in stagna aquarum et terram sine aqua in exitus aquarum, et collocavit illic esurientes, et constituerunt civitatem habitationis; et seminaverunt agros et plantaverunt vineas et fecerunt fructum nativitatis; et benedixit eis, et multiplicati sunt nimis[d], et iumenta eorum non minoravit.* Sane in diebus scismatis generalis quam fideliter servus Domini stetit in confractione in conspectu eius, ut averteret iram eius; quam efficaciter cf Eccli 44, 17 stetit et placavit, cessavitque quassatio; quam denique evidenter in tempore irae factus est reconciliatio, non modo latius prosequendum. Sufficere interim potest, si ipsius super hoc scribentis[e] ad eum Innocentii papae verba ponamus[3]: *Quam firma,* ait[f], *perseverantique constantia causam[f] beati Petri et sanctae matris tuae Romanae aecclesiae, incandescente Petri Leonis scismate, fervor tuae religionis et discretionis susceperit defensandam, et se murum inexpugnabilem pro domo Dei opponens, animos regum ac principum et aliarum tam aecclesiasticarum quam secularium personarum ad catholicae aecclesiae unitatem ac beati Petri ac nostram obedientiam frequentibus argumentis et ratione munitis inducere laboraverit, magna quae aecclesiae Dei et nobis provenit utilitas manifestat.* . . . . . .

9. Abbas Farfensis conventum fratrum a Clara-valle vocaverat, monasterium eis edificaturus; sed Romanus impedivit antistes, et sibi tollens eos, in loco altero ordinavit. Unde plurimum dolens predictus ille vir magnus et magnae devotionis, collectam pecuniam sexcentarum fere marcarum argenti deposuit sub cyrographo, quas ad Dei hominem veniens optulit ei, rogans, ut, quod non meruerat in partibus suis, vel citra Alpes novum exinde cenobium conderetur. Missum est pro argento, et prorsus totum amissum. Nec respondit aliud homo Dei, cum ei nunciaretur, quam: 'Benedictus Deus, qui nobis pepercit ab onere.

a) ubi — rumor *des. C.* b) Illud etiam — sperare in principibus *des. B;* Ill. etiam *des. A* 5. c) *deest C.* d) e. i. e. n. m. *des. A* 5; n. e. ı. e. n. m. *des. B* 1. 4. e) s. ad e. *des. C.* f) *deest C.*

1) c. 1, Op. ed. Mabillon p. 417 (Migne CLXXXII, p. 745). 2) Epist. 288. edit. Mabill. 3) Inter Bernardi epist. 352.

Nam et illis', inquit, 'qui abstulere, levius indulgendum; sunt enim Romani; et pecunia videbatur immanis, ac vehemens fuit ipsa temptatio'. Gratulari etiam consueverat, decem circiter monasteria vel aedificandis monasteriis loca congrua numerans, fraudulenter sibi et violenter ablata, dum contendere[a] nollet et magis eum vinci quam vincere[b] delectaret......

EX LIBRO IV. AUCTORE GAUFRIDO.

1. Sicut sermone super Cantica canticorum 24. servus Domini Bernardus Clarevallensis 1138. gratulatur et gratias agit illi, tercio[1] quidem reditum ab Urbe suum clementior e caelo respexit oculus, et serenior tandem vultus arrisit, quod quievisset rabies Leonina, accepisset finem malicia, recepisset aecclesia pacem. Tanta vero exultatione aecclesia illum Gallicana recepit, ut non minorem videretur de suo reditu exhibere quam de pace reddita nunciare leticiam. . . . . . .

2. Fratres autem Iherosolimitani Templi, fidelis miliciae professores, cum novam habere eo tempore domum in Urbe cepissent, redeunte predicto suo patre specialique patrono, tunicam eius pro eximia benedictione servabant. . . . . . .

5. In monasterio cui nomen est Bella-vallis[2] prope urbem Crisopolim homo quidam a demone vexabatur, mira eo instigante faciens, mira loquens. Post multas igitur orationes fratrum, cum improbe persisteret illa nequitia spiritalis, recordatus est venerabilis abbas loci illius* hodieque superstes, habere se stolam, qua beatus pater aliquamdiu usus fuerat in oblatione hostiae salutaris. . . . . . .

14. Ingressus aliquando servus Christi Germaniae regnum, festinabat ad partes Moguntinorum, pacem reformaturus inter regem Lotharium et predecessoris eius Henrici regis[c] nepotes, Cônradum scilicet, qui Lothario postea successit in regnum, et Fridericum, patrem huius Friderici, qui post Cônradum electus optinet hodie principatum[3]. Venerabilis autem metropolitanus Moguntinorum Albertus[d] honorabilem quendam clericum nomine 1133/34. Mascelinum[e] viro Dei obviam misit. Hic igitur Mascelinus[e] cum a domino suo missum se esse diceret ad serviendum ei, paulisper intuitus eum vir Dei: 'Alius', inquit, 'dominus ad sibi serviendum te misit'. Expavit Theutonicus, et miratus quid dicere vellet, firmius asserebat, a domino suo Moguntino archiepiscopo sese destinatum. Econtra servus Christi: 'Falleris', ait, 'maior dominus est, qui misit te, Christus'. Tum demum intelligens homo, quorsum vellet vibrare sermonem: 'Putas', inquit, 'quod monachus fieri velim? Absit a me, non cogitavi, nec ascendit super cor meum'. Nichilominus tamen, rennuente illo, Dei famulus affirmabat, omnimodis fieri oportere, non quod ipse de se cogitaverat, sed quod de eo disposuerat Deus. In eodem denique itinere conversus ad Dominum saeculo valefecit, et cum aliis pluribus litteratis honoratisque personis, quas collegit eo tempore servus Christi, ipse quoque, sicut sibi predictum fuerat, secutus est eum. . . . . . .

17. Inter ceteros, quos de vana conversatione huius saeculi per ministerium servi sui Christus eripuit, de partibus Flandriae multi aliquando nobiles, multi sapientes et litterati viri sub ipsius magisterio sacram professi sunt servitutem. Quorum primus videbatur Gaufridus ille de Perona, qui postmodum in Clara-valle prioris est functus officio et defunctus in eo. In quibus evidentissime[f] vidimus euangelicum illud impleri: *Multi dicent* cf. Matth. 24, 23. *vobis: 'Ecce hic est Christus, ecce illic'*. Plurimis enim suasionibus actum est cum eis, ut aliam magis eligere professionem et loca alia debuissent, donec occurrit Dei famulus iam prope dispersis, et in verbis gratiae, quae procedebant de ore eius, pristina omnis hesitatio facta de medio, et omnium pariter in ipsius consilio irrefragabiliter est firmata voluntas. Quod quidem factum est non sine subita et penitus insperata quorundam ex ipsis mutatione animorum. Denique cum iam Dei hominem ad monasterium sequeretur predictus

*) Pontius *add. B.*

a) ipse *add. C.* b) alios v. *B.* c) imperatoris H. *B.* d) Adelb. *A* 2. e) Mazell. *A* 2; Macell. *A* 1[a. b]. f) evidenter satis e. i. impletum est *B.*

1) Verba Bernardi retinuit auctor. 2) Bellevaux prope Besançon. 3) Cf. Otton. Fris. chron. VII, 19, SS. XX, p. 257.

ille Gaufridus, gravissima cepit temptatione pulsari. Intuitus autem illum unus e[a] fratribus: 'Quid est', inquit, 'quod facies tua exterminata et tristiciae quodam nubilo graviter obvoluta videtur'? Cui Gaufridus: 'Scio', inquit, 'scio, quod numquam amplius letus ero'. Quod verbum cum ad Dei famulum idem frater satis anxius retulisset, videns ille basilicam prope viam, per quam gradiebantur, divertit et ingressus orabat. Ceteris autem deforis prestolantibus, Gaufridus ille gravatus tedio super lapidem obdormivit. Demum cum ambo pariter surrexissent, ille de oratione, iste de somno, apparuit idem Gaufridus tantum iocundior et hilarior ceteris quantum tristior prius. Cumque ei predictus frater verbum mesticiae, quod locutus fuerat, amicabiliter improperaret: 'Etsi tunc', inquit, 'dixi: Numquam amplius letus ero; sed nunc dico: Numquam amplius tristis ero'.

18. Idem[b] quoque Gaufridus primo tempore tyrocinii sui pro patre suo viro nobili et potenti, quem in saeculo dereliquerat, filiali pietate sollicitus, patrem sanctum pro eius conversione rogare Dominum, affectuosius exorabat. Cui vir Dei: 'Ne timeas', inquit, 'ego illum probatum monachum manibus meis in hac Clara-valle sepeliam'. Utrumque secutum est; et perfectus monachus factus est et a patre sancto, sicut predixerat, in Clara-valle sepultus. Tamquam enim mori illo absente non posset, quinque mensibus infirmatus et creberrimum, immo continuum in se ipso responsum mortis habens, sustinuit, donec pater sanctus rediret, qui, ut olim promiserat, eum traderet sepulturae. . . . . . .

22. . . . . . . Nam[c] et Virduni aliquando, quae est civitas Lothoringorum, cum ad tumulum reverentissimi viri Alberici episcopi Ostiensis, noviter ante defuncti[1], pro commendatione eius sacrificium laudis offerret, collectam similiter in fine mutavit. De quo tamen quid vidisset, nec interrogatus est nec confessus, cum sine certa revelatione id fecisse minime videatur. . . . . . .

30. Ante hos paucos dies venerabiles abbates Gerhardus[d] et Henricus de Suetiae partibus venientes, dum super his conferremus, testati sunt nobis, panem ante[e] annos undecim eius benedictione signatum manere adhuc apud se penitus incorruptum. . . . . . .

1146. 41. Regnum quoque Germaniae cum introisset aliquando vir beatus, tam excellenter enituit in gratia sanitatum, ut nec verbis exprimi nec credi valeat si dicatur. Nam et testati sunt qui affuerunt in territorio Constantiensi, circa vicum quem Doinguen nominant[2], ex his qui diligentius investigarunt et viderunt oculis suis, una die illuminatos ad eius impositionem manus cecos undecim, sanatos etiam mancos decem et claudos[f] decem et octo. Ceterum ne fecisse nos inopes copia videatur, ex innumera multitudine saltem pauca memoriae commendamus, quae in locis celebrioribus facta noscuntur.

42. Cum venisset Constantiam homo Dei, et undique se virtutum eius fama diffunderet, abbas Augensis — quod intra lacum Lemannum[3] antiquum extat et nobile monasterium — cecum hominem, quem suis elemosinis sustentabat, misit ad eum, et confestim videntem illum recepit.

43. Heitereseim[g] dicitur locus ad eiusdem diocesim pertinens civitatis, sed plurimum a civitate remotus. Ibi quoque, sicut et in ceteris illius provinciae per quae transiit locis, multis in servo suo miraculis glorificatus est Deus. Ubi etiam cecus natus sub manu eius visum recepit. Item alteri a nativitate surdo et muto auditus redditus est et loquela.

44. In civitate etiam Basilea cum ex more sermonem habuisset ad populum, ut impleretur in eo quod de sanctis apostolis legitur — qui videlicet profecti predicaverunt ubique, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis —, oblata est ei femina muta, et[h] orante eo locuta est[i]; oblatus est ei claudus, et ambulavit; oblatus est cecus, et vidit.

45. Apud Spirensium civitatem, presente Romanorum rege Cŏnrado, qui Dei hominem ab aecclesia ad hospicium devotissime deducebat, offerebant puerum claudum, rogantes, ut ei manum imponere dignaretur. Quem signatum protinus erigens, super pedes statuit, et libere gradiebatur, in Dei laudem acclamantibus universis.

46. Item in capella episcopi civitatis ipsius, rege ipso vidente, visum reddidit cecae cuidam mulieri et claudo nato gressum donavit. Multa quidem et alia in manu eius ibidem Christus effecit; sed ad exemplum pauca sufficiant. Nonnullos enim pauperculos etiam pueros rex ipse devotus suis illi manibus offerens, de multorum curatione meruit gratulari. Nec modo apud predictam Spirensium urbem, sed apud Frankenevort[k], Moguntinae diocesis locum, innumeris virtutibus idem Dei servus effulsit. De tota

a) ex *A* 1[a.b] 2. b) Item *A* 2. c) *haec des. B.* d) Gerardus *A* 1[a]. e) *deest A* 1[a.b]. 2. f) erectos *add. B.* g) Kerteresheim *A* 1[a]. 2; Kerteressheym *A* 1[b]; Tertereseim *A* 2[a]. h) confestim *add. B.* i) *deest A* 2. 2[a]. k) Franchenvurt *A* 2; Frankenvort *A* 1[a].

1) Obiit a. 1148. 2) Haec ex Historia miraculorum Herimanni episcopi Constantiensis opera conscripta excerpta sunt. 3) Ita pro: Potamicum.

siquidem regione quotquot paciebantur afferebant ad eum; et tantus erat concursus, ut predictus rex, 1146. cum aliquando populum comprimentem coercere non posset, deposita clamide virum sanctum in proprias ulnas suscipiens, de basilica asportarit. Inter plurimos sane, qui ibidem adepti sunt sanitatem, senex quidam paraliticus de vicinia illa, homo notus et honoratus, multis suorum precibus et non sine multo labore introductus est ad hominem Dei. A quo post brevissimam, ut solebat, orationem erectus protinus et sanatus, non modo incolumis[a], sed et fortis apparuit, ut posses credere, si videres, non tam alteratum esse hominem quam alterum. Iamque eo viriliter precedente, parabant alii tollere lectum eius, in quo subvectus erat, cum revocans eum unus ex circumstantibus, Hugo Tullensis aecclesiae archidiaconus, euangelici illius paralitici memor: 'Non sic', ait, 'non sic vacuus reverteris; tolle grabatum tuum et ambula'. Et imponens in humeros eius, dimisit eum libere procedentem; sed et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.

47. Ibidem etiam puer surdus et mutus ex utero matris suae, sublevatus per scalam et fenestram, accedens ad virum Dei, sub manu eius auditum recepit pariter et loquelam. Sed et paralitica quaedam mulier de regione eadem dives et honorata ibidem recepit amissam ex multo tempore sospitatem; dumque exiliens ambularet, omnes quidem letati sunt qui videbant, sed pre ceteris exultavere milites qui attulerant et obtulerant eam. Nam et ipsius sibi particeps esse virtutis religiosa devotio videbatur.

48. Per idem tempus transeunte sancto prope vicum in littore Reni positum quem Bobardum 1147. vocant et varios per universam provinciam curante languores, oblatus est paraliticus in grabato. Audita siquidem fama virtutum, a predicto vico in occursum eius se fecerat asportari[b]. Cui in medio populi manus imponens, erexit hominem incolumemque remisit ad propria.

49. Eodem anno ingredienti urbem Treverensium servo Christi ex more obviam ruit populus universus Offerunt autem ei sorores duas, quae ab annis quatuor amborum lumen amiserant oculorum. Quarum ille utrique imprimens signum crucis, visum reddidit lucis; et videntes virum Dei cum ceteris sequebantur. In eiusdem basilica civitatis cum ad altare beati Petri apostoli vir apostolicae gratiae immortalem hostiam immolasset, oblatus est ei claudus, et ambulavit; oblatus est ei cecus, et vidit; oblata est ei surda mulier, et audivit. Haec in somnis admonitam se esse dicebat, ut Dei hominem peteret, cuius beneficio receptura esset auditum.

50. Apud Confluentiam, Treverensis diocesis nobile castrum, Mosellam fluvium, qui ibidem in Renum labitur, Dei famulus pertransibat. Cumque paululum[c] processisset, oblatum sibi et signatum hominem claudum deponi iussit et ambulare; sed non fuit qui obediret. Nec mora, claudus idem retractum prius femoris nervum clamat sponte laxari et, dum nescit, extendi velut ab altero genu suum, quod quamlibet ante conatus, nullo modo potuisset. Mirantur omnes; probatur sub omni velocitate quod dicitur; deponitur ilico, ilico graditur, ilico sanus et incolumis innotescit.

51. Non est nobis Colonia transeunda. Magna est civitas; magna illic Dei famulo virtus affuit; magna illum devotio coluit populorum. Ostenditur hodieque in claustro Beati Petri, sicut a personis veridicis nuper accepimus, adolescens olim claudus, nunc libere gradiens, qui oblatus viro Dei, ad impositionem manus eius gressum recepit; unde etiam filius eius publice cognominatur.

52. Abbas Henricus de Suetia, cuius superius fecimus mentionem[1], nuper retulit nobis, feminam nobilem, germani sui olim uxorem, cum post obitum viri sui pre dolore frenesim incurrisset et multo tempore sic se habens in vinculis teneretur, eidem patri sancto in prefata urbe oblatam et vix tenuiter in turba circumstrepente signatam, dum ex more ligata revehitur, mentem pristinam atque integram recepisse salutem.

53. In eadem etiam civitate filiam surdam eidem patri sancto parentes nobiles obtulerunt. Hanc aiebant a puericia traditam sanctimonialium monasterio feminarum, ibidem amisisse prorsus auditum et annos plures in eodem incommodo peregisse. Cuius aures signo crucis edito pater sanctus attrectans, protinus et auditum ei et parentibus eam reddidit audientem.

54. Accedens inter haec mulier honorata, Coloniensis itidem civis, quae alterius oculi lumen amiserat, plurima iam per quinquennium inutiliter sese in medicos expendisse dicebat. Et ipsam quoque continuo per signum crucis illuminans vir beatus, quod gratis acceperat gratis dedit.

55. Sed et matronam alteram in beati Petri basilica oblatam in lectulo idem Christi servus erexit protinus et incolumem suis pedibus abire precepit. Huius ex multo tempore nervi femorum fuerant sic retracti, ut nec erigi ullatenus posset nec consistere pedibus suis.

56. Nam ex personis aliis perhibebant, qui studiosius observarunt, ad eiusdem viri sancti orationem et manus impositionem in civitate predicta intra[d] triduum quod ibi fecit duodecim claudos erectos, mancos duos sanatos, quinque cecos illuminatos, loquelam redditam mutis tribus et decem surdis auditum.

57. Aquisgrani, sede regia, dum in illa famosissima toto Romanorum orbe capella vir beatus missarum sollempnia celebraret, claudo homini gressum et cecis quatuor visum sub manu eiusdem servi sui Rex summus[e] et unicus reparavit.

58. Eodem etiam tempore intra Leodiensium fines, preter innumera alia quae brevitatis studio preterimus, iuxta opidulum[f] quod Fontanas dicunt[g] orante eo aperuit Dominus oculos ceci nati. Huius non modo oculi ceci, sed etiam ipsae quoque[h] palpebrae clausae et emortuae erant. Quas sacratissimis

a) inc. — credere *des.* *A* 2. b) *ita* *A* 1a. b. 2. 2a; apport. *ed.* c) paulum *A* 2. d) infra *A* 1a. b. 2. 2a. e) R. regum et Dominus dominantium reparavit et potenti virtute restituit *B.* f) *ita* *A* 1. 5; opidum *A* 1a. b. 2. 2a. g) vocatur *A* 2a. h) *deest* *A* 2.

1) C. 30.

1147 digitis suis aperiens vir beatus, divino munere et vigorem palpebris et pupillis prestitit claritatem. Confestim denique idem puer lucem miratus ignotam, maxima cum exultatione clamabat: 'Video diem, video, omnes homines video capillatos'. Plaudens quoque manibus et tripudians: 'Deus', inquit, 'ex hoc iam non offendam ad lapides pedes meos'.

59. In urbe etiam Nerviorum[a] quae dicitur Cameracus celebranti missarum sollempnia viro Dei surdum et mutum a nativitate puerum offerebant. Quem audientem protinus et loquentem qui propius aderant, supra gradum ligneum statuere, ut de loco eminentiore novo sermone populum salutaret. Nec mirum, quod mira plebis devotio, mira protinus vociferatio sit secuta. Et haec quidem super his quae in regno Germaniae in manu servi sui mirabiliter operatus est Deus e pluribus pauca sufficiant. . . . . . .

62. Ex hoc nobis ad ea quoque quae mirabiliter egit in regione propria redeundum. Nam in eo forte etiam plus quam propheta dici posse videtur, quod propheticus ei non defuerit honor ne in patria sua. Henricus[b] quidam vir magnus et potens in omni domo et familia ducis Bawariorum ex multo iam tempore misero penitus et miserabili quodam incommodo desperabiliter laborabat. Siquidem tamquam vivum aliquid et motabile intra precordia sentiens et ex magna parte freneticus, nec consolari poterat aut securus esse nec quid timeret aut pateretur agnoscere, nisi quod demonium esse suspicabatur. Talis ad Dei hominem de Bawaria Claravallem usque perductus, eius oratione perfectam meruit sospitatem. Cui etiam formam vitae et mandata quae deinceps observaret idem sanctus imponens, incolumem remisit ad propria. Nam et usque in presentem diem, sicut certa relatione didicimus, tam obediens perseverat, ut nec modo suis contentus sit[c] stipendiis, sed operibus etiam pietatis intentus; ut mirabilior eius morum correctio quam curatio videatur. . . . . . .

1146. 72. Cum reverentissimus papa noster tercius Eugenius, ex monacho Clarevallensi et abbate Sancti Anastasii in urbe Roma ad apostolicam assumptus kathedram, Gallias introisset, ibat cum eo vir sanctus, nec minus apostolica virtus in illo quam in illo dignitas preminebat. Tantus enim ad beatum virum erat concursus incommodis variis laborantium, ut, cum aliquando summus pontifex basilicam, ubi ille missarum sollempnia celebrabat, devotus intrasset, expleto sacrificio et ex more accedentibus eis qui curam desiderabant, paulo minus idem papa comprimeretur a turbis et vix potuerit per ministrorum manus educi. . . . . . .

73. Eodem anno apud Cistercium iuxta morem abbatibus congregatis, predictus papa venerabilis affuit, non tam apostolica auctoritate presidens, quam fraterna karitate residens inter eos quasi unus ex eis. . . . . . .

74. Venerat pater sanctus ad monasterium in diocesi Bisuntina, cui nomen est Carus-locus[1], et erant cum eo ex abbatibus sui ordinis multi. Ubi matrona quaedam de finibus illis ex multo iam tempore clauda in carro allata et oblata est ei. Orans vero breviter et signans eam in nomine Domini, erexit et sanavit, ut eadem hora incolumis remearet ad propria. . . . . . .

77. Norunt[b] multi devotum iuvenem, qui Lugdunensis olim aecclesiae filius, modo monachus Cisterciensis, patrui sui sancti Hugonis episcopi Gratianopolitani[d], cuius et nomen meruit, mores imitatur. Huius conversione vir sanctus audita gavisus est, quia patruo eius singulari fuerat karitate devinctus, et consolatorias illi litteras misit[2]. Contigit autem, ut eodem tempore idem iuvenis febre correptus graviter laboraret. Susceptam igitur debita veneratione epistolam fideli devotione collo suo ob remedium salutis appendit, et usque modo gratulatur, perfectam se protinus optinuisse sospitatem. . . . . . .

94. In pago Treverensi antiquum extat cenobium quod Rutinense vocatur[3]. Ubi celebrante aliquando missarum sollempnia viro Dei, innumerabilis aderat multitudo. Interea Guntramus de Sirca[4], quod est opidum eidem proximum monasterio, claudam illic fecit feminam deferri. . . . . . .

1146. 96. Egressus[e] aliquando Basileam urbem, surdum quendam signaverat et transierat. Cumque paululum processisset, vocans Alexandrum Coloniensem: 'Revertere', ait, 'quere, utrum audiat homo'. Rediit ille et illum reperit audientem. Similiter ipso die cum signasset alium cecum altero oculo et abisset: 'Deus', inquit, 'aperuit oculum eius'. Hoc etiam, cum predictus Alexander ad inquirendum reflexisset iter, ita esse cognovit. Iste est Alexander, qui in eisdem diebus ad viri Dei sacra monita ostensionemque virtutum cum aliis fere triginta seculo valefecit et secutus est eum[5]. A quo deinde* promotus, abbas est hodie monasterii Grandis-silvae[6], cuius supra fecimus mentionem. . . . . . .

97. In Constantiensi[f] quoque diocesi prope castrum Frieburg cum homini ceco in via manum imposuisset, remisit qui videret eum, et inventus est videns.

98. Quod de duobus aliis cecis in pago Coloniensi prope monasterium quod Brunwillare[g] dicitur similiter fecit; et cum videre nunciarentur, confessus est, se quoque sensisse virtutem. Utriusque[h] rei, tam illorum illuminationis quam ipsius confessionis usque hodie testis est [Theodericus[i]] abbas de Campo[k, 7], quod est cenobium non ignotum parrochiae Coloniensis et ordinis Cisterciensis. . . . . . .

100. Egrediebatur idem pater Metensium civitatem, et ex more devotus eum populus deducebat

*) etiam post modicum tempus abbas est ordinatus in monasterio Tolosanae diocesis quod Grandis-silva vocatur *B*.

a) Nerinorum *A* 2. 2[a]; etiam Cameraco *B*. b) *sequentia des. B*. c) *deest A* 4. d) Granop. *A* 1[a]. e) Regressus *A* 2. f) Constantiensi *A* 2. g) Briulre *A* 1[a. b]. h) Utriusque — Cisterciensis *om. B*. i) *ita A* 1[a. b]; *deest A* 2. 2*. k) Campis 2[a].

1) Notre-Dame de Cherlieu. 2) Epist. 322. ed. Mabill. 3) Rutila, Rethel intelligi videtur. 4) Sierk. 5) De quo v. quae infra ex libro Herberti de miraculis exhibentur. 6) Grand-selve. 7) Campen sive Aldencamp.

cum episcopo eorum Stephano et fratre eius Rainaldo[a] Barrensi comite aliisque personis tam ex clericali quam ex militari ordine multis. Interim causa extitit, ut rogaret nobilem virum Henricum de Psalmis[b] super verbo quodam, quod ipse ei episcopus et alii qui convenerant suggerebant, ut videlicet Metensi civitati et populo pacem daret, cui graviter inimicabatur. Ille vero renuere penitus cepit et abiurare nec ullis precibus flecti. Inter haec supervenientes alii offerebant beato viro hominem surdum, obsecrantes, ut ei manum imponere dignaretur. At ille fidei zelo succensus, sicut interdum ob causas necessarias terror quidam et auctoritas supra hominem in eius facie rutilabat, conversus ad militem: 'Tu nos', inquit, 'audire contempnis, quos continuo coram te audiet surdus'. Et imponens manus homini, signavit eum et in aures eius digitos misit. Quo protinus audiente, pavens Henricus et tremens ruit ad pedes hominis Dei, humiliter satisfaciens et libere annuens quicquid fuerat postulatus. . . . . . .

EX LIBRO V. AUCTORE GAUFRIDO.

[INCIPIT[c] EPISTOLA DOMINI GAUFRIDI AD HESCHILUM VENERABILEM DANORUM ARCHIEPISCOPUM DE OBITU EIUSDEM SANCTI PATRIS].

Illustri domino et reverendo patri Eschilo Dei gratia Lundensi archiepiscopo, metropolitano Datie, frater Gaufridus de Clara-valle, tam miserabilis iam pupillus quam felix olim magni patris alumpnus, feliciter consummari. Timor quem timebamus evenit nobis, et accidit quod vel solum vel maxime verebamur. Scio, scio, iam pervenit ad aures vestras, iam pervenit ad cor, et vestram ipsius animam gladius iste pertransiit, eo siquidem atrocius, quo firmius adheserat sanctae illius[d] anime que migravit. Siquidem Bernardus amicus vester dormit; sed non totus dormit, vigilat[e] cor ipsius[f]; caro illius dormit[g] et requiescit in spe, donec veniat qui a somno excitet illam; nam spiritus quidem nunc maxime vigilans non dormit aliquando nec[h] dormitat. Nimirum ad illos transiit vigiles, qui supernam custodiunt civitatem; sed et ipsos quoque pertransiit; et inveniens sancta anima[i] illa quem diligit, tenuit illum, nec dimittet in finem[k]. Quesierat eum tot annis in lectulo suo per noctes; iam reliquit lectulum, iam surrexit; non est hic; quippe cui iam aspiraverit dies, et inclinate sint[l] umbre. Iam supernam circuiens civitatem, immolavit in tabernaculis eius hostiam iubilationis; iam per vicos, in quibus perpetuum resonat alleluia, per plateas, que mundo sternuntur auro, dilectum curiose[m] vestigans, inventa est[n] et gratanter excepta a felicibus illis vigilibus; quos tamen[o] et ipsos pertransiens, quem querebat invenit. Et illa quidem non minus feliciter quam firmiter tenens dilectum amplectitur, nec dimittit: nos[p] ipsum amplectimur lectulum quem dimisit, tanquam novi lectulum Salomonis; illius utique Salomonis[m], cuius et vos non[q] modo sapientiam auditurus, sed suffragia[r] petiturus, novissimo[s] vite ipsius anno a finibus terre, fide plenus et devotione, venistis. Cuius rei memoria[t] ad expetendum illum sequendumque alacrius merito[u] satis omnes nos incitat et hortatur, presertim quos spacia nulla terrarum, nulla marina[v] pericula, nulli[w] barbarorum metus habere valeant excusatos. Votis desideriisque sequendus est, cogitatione et aviditate petendus, crebris pulsandus suspiriis et humili suplicatione. Si enim iuxta scripturam oratio humiliantis se penetrat celos, ibi profecto, ibi[x] est quem amamus; ibi illum, quem Eccli 35, 21.
desideramus, inveniet. At efficacior[y] modus sequendi illum nostrorum profectus[z] esset et[a] immutatio studiorum et suorum vel ex parte aliqua imitatio morum, quam nobis ipse piis precibus ac[a] potentibus meritis optinere[b] a Deo et sic nos[c] trahere post se in suarum dignetur odore virtutum; quatinus mereamur sic currere, ut comprehendamus, sic sequi, ut aliquando consequamur. Nec[d] enim ille[e] defunctus est, sed profectus; non[f] obiit sane, sed

a) Rein. *A* 2. 2[a]; Reinoldo *A* 1[a]; Reynoldo *A* 1[b]. b) Salmis *A* 1[a]; Salinis *A* 1[b]. *B* 1. 4; Phalmis *A* 2[a]. c) *ita A* 1: Incipit prefacio Gaufridi monachi de transitu beati Bernhardi abbatis *A* 1[a]; *plerique codd. hanc omittunt epistolam, sed legitur in Gaufridi autographo.* d) illi *A* 1[a]; ille *A* 1[b]. e) *bis ponit A* 1[a. b]. f) *corr. ex* illius *G.*; illius *A* 1[a. b]. g) d. et *des. A* 1[a. b]. h) neque *A* 1[a]. i) i. a. *corr.* a. i. *G.*; i. a. *A* 1[a. b]. k) eternum *A* 1[b]. l) *e corr. G.*; sunt *A* 1[a. b]. m) *deest A* 1[a. b]. n) e. et g. e. *curis secundis add. G.* o) *cur. sec. add. G.*; *deest A* 1[a. b]. p) n. quoque *A* 1[a. b]. q) *deest A* 1[a]. r) et s. *A* 1[a. b]. s) n. v. i. a. *cur. sec. add. G.*; *des. A* 1[a. b]. t) *ita corr. ex* Que res *G.*, Que res *A* 1[a. b]. u) *ita corr. G. ex* a. hodie m. satis inc.; a. hodie n. s. m. inc. *A* 1[a. b]. v) p. m. *A* 1[a. b]. w) iam b. nullus m. *A* 1[a. b]. x) *deest A* 1[b]; ibi perfecto est, ibi est *A* 1[a]. y) *ita corr. G. ex* e. sane m.; e. sane m. *A* 1[a. b]. z) *cur. sec. add. G.*; *deest A* 1[a]. a) et *corr.* ac *G.* b) *ita corr. G. cur. sec. ex* nobis utinam o. ipse a Deo; n. ut. o. a Deo *A* 1[a. b]. c) tr. n. p. se d. in s. o. *A* 1[a]. d) Neque *A* 1[b]. e) e. d. i. *A* 1[a. b]. f) nec *A* 1[a. b].

abiit; transiit, non interiit; mortem non incidit, sed evasit. Quem ipsius felicem transitum et decessum qualicumque sermone digestum, munus, ut[a] arbitror, gratum vobis destinare curavi. Non mediocre siquidem refrigerium nobis[b] et vobis, ni fallimur, repositum est in ipsius[c] memoria, cuius subtracta presentia cruciamur. Obsecro autem ceteros, qui forte legerint ista — nam de vobis nil tale vereor —, ut proxilitatem, si[d] sibi displicuerit, michi dignanter indulgeant, cui multa suggerebat affectus. Nam sermonis inercia quem[e] offenderit, consideret, quia quod habui hoc feci, memineritque, in his presertim non exigendum ab homine, quod non accepit[f].

1. Cum post tantos[g] labores Dominus ac[h] sudores dilecto suo Bernardo Clarevallensi[i] abbati diu desideratum preciose mortis somnum dare disponeret et fidelem servum in requiem introducere suam, cepit magis ac magis promtus in ipsum proficere spiritus, caro infirma deficere. . . . . . .

In[k] diebus illis causa extitit, ut fratrum aliquis in remotas Germanie partes pro quibusdam mitteretur agendis. Et missus est frater Henricus monachus, quem ante sex annos de Constantiensis diocesis partibus cum pluribus aliis idem pater sanctus adduxerat. Hic ergo dum mitteretur, longioris itineris pericula timens — nimirum hyems erat —, illud tamen maxime verebatur, ne contingeret, ut idem pater sanctus, priusquam ipse rediret, ab hac vita migraret, et absens ipse benedictionis extreme participio fraudaretur. At ille benedicens ei et dicens: 'Ne timeas, et incolumis reverteris, et me quoque, sicut desideras, invenies', consolatum illum emisit[l]. Profectus idem frater, in territorio Argentinensium civitatis astrictum glacie fluvium pertransibat: cum subito fracta glacie sub pedibus muli, quo vehebatur, corruit, et sub glacie vehemens illum unda trahebat. Quid faceret mersus flumine, glacie clausus? Recordatus est patris sancti, recordatus est promissionis eius, que inanis esse non potuit. Continuo siquidem, ut hodieque[m] fatetur, patrem sanctum sibi visus est sentire presentem; tanta suavitate perfusus est, ut nec impetum amnis nec molestiam frigoris nec spirandi difficultatem nec ullum denique aut incommodum sentiret aut metum. Nec mora, contra fluminis impetum sine suo conatu divina virtute reductus, ad ipsum per quod ante ceciderat foramen se repperit, marginem arripit, exit intrepidus, illesus evadit, expleto negocio redit incolumis, et fideli promissore, sicut ipse promisit, invento, multiplices ei gratias agit; ad sacrum cuius tumulum tam devotus hodieque persistit, quam certus est, eius sese meritis velud de tumulo, et quidem satis horribili, revocatum. Sed non est nobis super hoc declamandum. Alii antiqua miracula conferant: nec minus hunc mirabiliter, quam beati Benedicti puerum Placidum, nec minori asserant a periculo liberatum; quin etiam, si videtur quem astrictus glacie reddidit fluvius, ei compararent quem evomuit cetus. Nobis sufficit brevis et pura narratio.

1153. 2. Interea dum[n] adhuc pater sanctus in suo Clarevallensi cenobio[o], licet lectulo decubans, cursum vite viriliter consummaret, gravi admodum plaga Metensi populo supervenit. Egressi enim[p] in multitudine gravi adversus[q] vicinos principes, a quibus[r] preter morem lacessitam se esse tanta civitas indignabatur, traditi sunt multi in manus paucissimorum. Conclusi denique inter Frigidi-montis[1] — sic enim eum appellant — et Moselle amnis angustias, ac mutuo sese impetu collidentes, una hora, sicut dicebatur, plus quam duo milia corruerunt, quidam gladiis trucidati, plures amne submersi. Vehementi igitur indignatione concepta, totis[s] ad ultionem viribus parabantur, cum e regione adversarios quoque et fortiores preda copiosa[t] et aucdaciores fecisset eventus. Imminebat[u] totius provincie certa vastatio, cum venerabilis eorum[v] metropolitanus Illinus[v*] archiepiscopus Treverensis, dignam gerens suorum sollicitudinem filiorum, unicum in tanta necessitate refugium[w] petiit et prefatum[x] expetiit virum Dei. Veniens ergo Claram-vallem, ipsius atque omnium fratrum vestigiis tota humilitate prostratus, rogabat et obsecrabat, ut se tantis dignaretur opponere malis, quibus[y] alter nemo modum posse ponere videretur. Dominus autem, sicut semper fidelis servi sui direxerat vias et in precipuis quibusque[z] causis aptissimo usus fuerat instrumento, ex paucis ante diebus egritudinem corporis eius aliquatenus relevarat. Quibus[a] diebus cum ad litteras venerabilis[b] Hugonis Ostiensis episcopi rescriberet, ait[2]: *Verum est quod audistis. Infirmatus sum usque ad mortem; sed interim, ut sentio, revocatus ad*[c] *mortem, atque hoc, ut me sentio, non diu.* Vitam quippe mortalem mortem magis quam vitam reputans, non a morte, sed ad mortem revocatum se sentiebat, cum ab exitu revocaretur, licet presentiens haud diutius differendum[d]. Quod[e] quidem sepius erga eum providentia

a) *prima manu superscr. G.* b) v. et n. *A* 1^{b}; v. et n. quoque *A* 1^{a}. c) i. i. *cur. sec. add. G.;* in i. rep. est *A* $1^{a.b}$. d) si forte s. *A* $1^{a.b}$. e) si q. *A* 1^{b}. f) Explicit prefatio. Incipit de transitu eius *A* 1^{a}; Explicit prefatio. Incipit liber de transitu sancti Bernhardi abbatis *A* 1^{b}. g) t. iam *B* 2; multos *B* 4; multos iam *B* 1. 6. 7. h) ac s. *des. B.* i) Clarevallis *G., qui* B. C. a. *cur. sec. add.;* d. s. *infra post* mortis *posita huc transposuit;* diu des. p. m. dil. s. B. Cl. a. sompnum *A* $1^{a.b}$. k) *haec sec. cur., aliis deletis, quae in A* $1^{a.b}$ *leguntur, G.* l) dim. *A* 2. m) hodie quoque *A* 2; hodie *A* 2^{a}. n) Interea dum *G. cur. sec.;* Cum a. *A* $1^{a.b}$. o) c. egrotaret gr. a. et nostris inaudita temporibus plaga *A* $1^{a.b}$. p) siquidem *A* $1^{a.b}$. q) adversum *A* $1^{a.b}$. r) a q. *cur. sec. add. G.* s) nobilis civitas . . . parabatur *A. B.* t) tam c. *A* $1^{a.b}$. u) I. iam *A* $1^{a.b}$. v) *Gaufr. primo scripserat:* venerabilis m. I. T. unicum in t. n. r. expetiit v. D. per quem nichil impossibile videretur, ipsius *etc.; B ita:* Trev. dolens anxie de preteritis, sed adhuc graviora formidans et d. v*) Hillinus *A* $1^{a.b}$. 2. w) auxilium *A* $1^{a.b}$. x) *deest A. B.* y) q. a. n. m. p. p. v. *et mox* f. s. sui *cur. sec. add. G.* z) *deest A* $1^{a.b}$. a) Q. utique *A* $1^{a.b}$. b) v. H. *cur. sec. G.* c) a morte *A* 2. 2^{a}. d) retinendum *B, G. primo nil nisi* non diu. Sane id quidem s. e. e. d. p. disponebat *habuit, sed cur. sec. in margine addidit* Vitam — sentiebat, *paulo post* cum — differendum; *denique* Quod — disposuit, *expunctis illis* Sane — disponebat. e) Et hoc *A* $1^{a.b}$. 2. 2^{a}

1) Froidmont; cf. Chron. Mett. SS. XXIV, p. 517. 2) Epist. 307.

divina disposuit, in cuius manu erat[a] placita anima illius, ut, quotiens eum grandis[b] aliqua necessitas 1153.
evocaret, vincente omnia animo, vires corporis non deessent, mirantibus qui videbant eum et robustos[b*] homines in tolerantia superare. Expletis nanque negociis velut in se rediens, multiplicibus infirmitatibus laborabat, ut vix viveret feriatus, qui occupatus deficere nesciebat. Cui in opere novissimo tam manifeste tamque magnifice divina affuit virtus, ut ex laboribus vires capere videretur[c]. Accidit autem, cum in predicti Moselle fluvii littore residentibus hinc inde partibus mediator fidelis rogaret que ad pacem erant, ut pars altera nimis[d] egre ferret quod exigebatur, ex tanta siquidem hostium strage ferocior et[e] humiliari, ut erat necesse, non sustinens. Subito denique tanquam agitati[f] furiis discesserunt, virum Dei insalutatum, solam[g] vero ceteris omnibus relinquentes desperationem pacis. Nec sane ex contemptu aliquo, sed ex metu reverentie eius iniere fugam; siquidem verebantur, ne presentium quamlibet improbas mentes facile flecteret; minus considerantes, quid ille per spiritum nusquam absentem posset etiam in absentes.

3. Iam conventus in[h] magno turbine solvebatur, sola utrinque meditabantur arma, sola inibant consilia malignandi, cum vir sanctus eos qui secum venerant consolatus fratres: 'Ne turbemini', inquit; 'licet enim per multas difficultates[i], pax desiderata proveniet'. Quibus etiam, unde id nosset, innotuit, dicens: 'Videbar michi per nocturnum soporem missam celebrare sollempnem, cumque, expleta paulo minus oratione prima, recordarer, angelicum ex more canticum — id est *Gloria in excelsis Deo* — precedere debuisse, erubui, et quod oblitus omiseram canticum inchoans, vobiscum pariter ad finem usque complevi'. Iam mediam noctis transierat, cum vir sanctus, de predictorum penitudine principum legatione suscepta, iocunde satis conversus ad suos: 'Agnoscite', ait, 'promissae vobis canende glorie et cantici pacis preparationem'. Iterum[k] ergo partibus convocatis, per dies aliquot de pace tractatum est, et[l] ob maximas difficultates occurrentes[m] utrinque sepius desperatum, nisi quod omnes iam consolabatur que omnibus innotuerat abbatis sancti[n] tam certa de reformanda pace promissio. Nec parum ipsa dilatio profuit, his presertim, qui variis incommodis laborantes, remedia consequebantur in carne, seu etiam qui videntes edificabantur in fide. Tantus enim[o] concursus erat, ut multitudine pariter atque inportunitate sua ipsum quoque negocium reformandae[p] pacis pene desperabiliter impedirent, donec, quesita tandem in medio flumine insula, partis utriusque primarii in naviculis accesserunt. Ubi compositis omnibus, secundum quod fidelis arbiter diffinivit, datis sibi[q] invicem dextris, reconciliati et[r] confederati sunt in osculo pacis.

4. Inter omnes sane, quas per manus servi sui ibidem prestitit Dominus, sanitates celeberrima fuit cuiusdam curatio mulieris. Hec ab annis octo pessima egritudine laborabat, vehementi tremore et validis motibus universa pariter[s] membra concutiens. Cum autem videretur[t] gravioribus ortis difficultatibus propemodum excidisse spes pacis, Domino disponente venit mulier ita tremens, nec minus horribilis quam miserabilis, et omnes pariter ad spectaculum convenerunt. Orante denique Dei famulo, sub oculis omnium paulatim concussione sedata, perfectam adepta est protinus[u] sospitatem. Que res in tantam admirationem etiam durissimos quosque permovit, ut percucientes pectora sua, per horam fere dimidiam cum[v] lacrimis acclamarent. Tantus denique factus est impetus et concursus procidentium et deosculantium viri Dei sacra vestigia, ut propemodum comprimeretur, donec tollentes eum fratres et imponentes in naviculam a terra modice subduxerunt. Cumque accedentes ad se principes, ut ceperat, pro pace rogaret, suspirantes dicebant: 'Oportet nos libenter audire eum, quem, ut ipsi cernimus, Deus diligit et exaudit, et audito eo, multa facit, pro quo tanta facit in oculis nostris'. Quibus ille, ut semper cautus erat competenter huiusmodi gloriam declinare: 'Non propter me', inquit, 'sed propter vos facit'.

5. Simili quoque miraculo et in simili oportunitate ipsa etiam die Metensium animos Dominus inclinavit ad pacem[w]. Ingressus enim sanctus Metensium civitatem, episcopum populumque[x] ad ea que pacis erant vehementer urgebat. Graviter autem urebat illos[y] vulnus acceptum; quibus enim valide satis reponere cogitaverant[z], secus quam vellent remittere cogebantur. In ipsa hora oblata est ei mulier paralitica de civitate[a] eadem. Cui manus imponens[b], dignatus est palliolum quoque proprium, quo utebatur ipse, superextendere ei tenendumque episcopo tradere propter[c] astanti et sub eodem velamine debilia tangere menbra. Expleta autem oratione et benedictione data, erexit illam; omnibusque mirantibus, per medium illorum incolumis[d] ibat, quam attulerant in grabato.

6. In flumine[e] quoque predicto Mosella dum ob intolerabilem concurrentium multitudinem vir[f] beatus navicula veheretur, unus ex his qui curam desiderabant cecus clamabat in littore, obsecrans, ut

a) p. e. *A* $1^{a.b}$. b) a. gravis *A* $1^{a.b}$. b*) r. eum h. *A* $1^{a.b}$. c) *post haec G. primo scripserat:* Totis siquidem diebus ferme quindecim, interdum etiam usque ad medium noctis et ultra nullam requiem habens, ibat hinc inde, et pacis querende negocio insistebat invictus. Nec dubium, divine fuisse virtutis, quod in tanto labore sociis iam deficientibus solus ipse ex labore fortior appareret; cui utique et proficiscenti solum videbatur inesse responsum mortis, sed et redeunti solum inventum est superesse sepulchrum. *Ipse ea delevit. Sed exstant A* $1^{a.b}$. d) n. e. f. q. ex. *des. B.* e) et *deest A* $1^{a.b}$; quod exigebatur obstinata animositate renueret *B* (*B* 1 *ante* ex tanta — ferocior). f) exagit. *A* $1^{a.b}$. g) solummodo c. *A* 2. h) *deest A* $1^{a.b}$. i) omnino tamen *add. A. B.* k) Interim *A* 2. 2^{a}. *B.* l) *ita G. cur. sec., et ita etiam A* $1^{a.b}$; *primo scripserat* tr. est. Aliquotiens etiam ob plurimas que utrinque ut assolet intervenerant obligationes, paulo minus desperatum. m) *hic pergit cod. A* 4. n) s. *et* de r. p. *cur. sec. G.* o) T. erat c. *A* $1^{a.b}$. 2. 2^{a}. p) *ita G. cur. sec. scripsit; et ita codd. A;* componende *B.* q) i. s. *A* $1^{a.b}$. r) et c. *des. B.* s) *deest A* $1^{a.b}$. t) *ita cur sec. G.; primo:* Domino autem providente cum v. u) *cur. sec. G.* v) a. c. l. *A* $1^{a.b}$. w) *ita G. cur. sec.; primo* Metensea . . . . tus est Deus. x) episcopum simul et populum *B.* y) eos *A* $1^{a.b}$. z) cogitabant *A* $1^{a.b}$. a) e. c. *A* $1^{a.b}$. b) et orans *add. B.* c) *ita G.;* prope *A* $1^{a.b}$. 2. 2^{a}. d) ib. inc. q. in g. a. *A* $1^{a.b}$. e) In ipsa — Mosella dum *primo breviora, ita ampliavit G. in rasura.* f) hospitium repetens *add. sed del. G.;* v. b. *des. A.*

1153. duceretur ad eum. Cumque ille iam pertransiret, audiens homo navigantem post eum haud[a] procul a littore piscatorem, diffibulatam protinus clamidem, qua erat opertus, porrigens dabat[b] illi, ut in navicula reciperetur. Factum est, et[b] ut pervenit ad sanctum, iuxta sue fidei magnitudinem magna velocitate sub manu eius visu recepto, miratus clamabat, videre se colles, videre homines, videre arbores et cetera universa. Paucis ab eodem loco miliaribus distat cenobium quod sancti Benedicti nomine vocatur[c]. Ubi puer claudus et a renibus infra omni prorsus menbrorum destitutus offitio, solis ad movendum manibus utebatur et renibus, pedes emortuos simul[d] cum tibiis post se trahens. Quem ex Burgundie partibus pater advectum ante annos quatuor ibi reliquerat, et extunc fratrum elemosinis alebatur. Itaque cum beati viri sanctitas[e] et virtutes, quas Dominus operabatur in ipso, per omnem circa provinciam fama[f] celebri vulgarentur, inpositum plaustro eundem puerum fratres[g] predicti cenobii adduxerunt ad eum, rogantes, ut solita pietate misero subveniret. Acquievit, inposuit manus, oravit, et eadem hora sanum reddidit, libere[h] stantem, libere[h] gradientem[i]. Denique, sicut ab eiusdem loci abbate nuper accepimus, usque hodie fratrum pecora idem puer incolumis sequitur et custodit, et si quis desiderat[k] scire, Iohannes est nomen eius. Alter* etiam claudus in eiusdem monasterii vicinia degens eodem tempore ad predicti patris sancti benedictionem sanatus est et gressum recepit. Sed et prope Leucorum urbem loco cui nomen est Gundervilla idem vir** Dei feminam cecam illuminavit sub oculis plurimorum, qui de tota confluxerant regione. Ceterum nimis difficile aut omnimodis inpossibile foret, itineris illius magnalia universa complecti. Sed neque propositi nostri[l] est, eiusmodi modo prosequi signa et narrandis virtutum[m] operibus operam dare***. Hic enim viarum[n] tuarum, pater dulcissime, finis beatus et hic labor ultimus fuit. In hoc opere non minus utili quam difficili nec minus desperate quam necessarie pacis labores tuos gloriose complevit, qui magnifice semper honestavit te in[o] laboribus tuis, te in suo nomine et nomen suum in te glorificans, rex glorie dominus Deus tuus.

7. Ut[p], expleta Metensium reconciliatione, et provincie illi pace reddita, pater sanctus ad monasterium rediit, gravi admodum iam iamque languore corporis occupatus, in tanta animi suavitate et dulcedine spiritus cotidie propinquabat ad exitum, acsi in portu navigans paulatim vela deponeret. . . . . . .

15. Consummatis ergo feliciter vite sue diebus, et annis circiter sexaginta tribus[q] expletis, dilectus Domini Bernardus, Clarevallensis cenobii primus abbas, aliorum quoque amplius quam centum sexaginta monasteriorum pater, 3. Kalendas Septembris inter filiorum manus obdormivit in Christo. Sepultus est autem 11. Kalendas eiusdem mensis ante[r] sanctum altare beate virginis matris, cuius fuerat devotissimus ipse sacerdos. . . . . . . Facta sunt hec eodem anno, quo beatus papa noster tercius[s] Eugenius, eiusdem patris sancti in sancta conversatione filius, ab hac luce vel ab hac magis caligine migravit ad lucem, cuius merita in ipsa, cui tam insigniter prefuit Urbe miraculis pluribus[t] illustrata coruscant; successore eius Anastasio Romane aecclesie presidente; regnantibus[u] autem in Romanorum imperio Frederico illustri, in Francorum regno piissimo rege[v] Ludewico, filio Ludewici, principatum aecclesie universe ac totius creature visibilis et invisibilis monarchiam tenente Dei filio Iesu Christo, anno ab incarnatione sua 1153. Qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen[w]. . . . . . .

*) *A* $1^{a.b}$ *haec ita:* Sic quendam eciam dum afferretur claudum vidimus et post paucos dies in eodem monasterio invenimus ambulantem, magno equidem gaudio amplectentibus fratribus tam evidens testimonium glorie viri Dei; et alterum quoque in proxima sibi villa non ignotum hominem esse (e. h. 1^{b}) narrantibus, qui similiter claudus similiter erectus esset ab eo. Sed et *etc.*

**) *A* $1^{a.b}$ *ita:* sub manu eiusdem recepit vir claudus gressum et visum ceca mulier. Ceterum nimis difficile esset itineris illius omnia prosequi, cum catervatim undique ruerent[x] populi et claudorum grabatis, cecorum et aridorum turmis sterneretur via, et aliorum comperta sanitas magis ac magis alios excitaret. Sed neque *etc.*

***) *A* $1^{a.b}$ *add.:* Difficile, fateor, potui gravem actenus saucii cohibere pectoris estum, difficile cohercere linguam, ne ex cordis habundantia loqueretur.

a) e. in navicula altera pisc. *B.* b) rogabat illi *A. B*, p. i. r. *A* $1^{a.b}$; p. i. ut *A* 2^{a}. c) *ita G., qui haec omnia* Paucis — dulcissime finis beatus *in rasura scripsit;* vocant *A. B.* d) s. c. t. *des. B.* e) sanctitatem *A*; adventum *B.* f) celebris fama vulgaret *A. B.* g) pr. c. fr. *A* 1^{a}; pr. fr. c. *A* 1^{b}. h) firmiter *B.* i) ambulantem *B.* k) sc. d. *A* $1^{a.b}$. l) mei *A* $1^{a.b}$. m) virtutibus operum *A* $1^{a.b}$. n) p. d. v. t. f. *A* $1^{a.b}$. o) *deest A* $1^{a.b}$. p) Et *G. A* $1^{a.b}$. 2^{a} q) 64 *A* 2. 2^{a}. r) ante — sacerdos *des. A* 2. 2^{a}. s) *deest A* 2; E. t. *A* $1^{a.b}$. t) *corr. ex* plurimis hodieque *G.; et ita A* $1^{a.b}$. u) regnante *A* 1^{a}. v) L. principe *A* $1^{a.b}$. w) *ita desinunt A* $1^{a.b}$, *qui eorum partem praemittunt, quae in ceteris codd. adduntur.* x) ruerunt *codd.*

HISTORIA MIRACULORUM IN ITINERE GERMANICO PATRATORUM. (VITAE LIBER SEXTUS.)

CAPITULA[a] DE NOVO MIRACULO AB ABBATE HERBERTO VISO ET SCRIPTO, QUO LIBER MIRACULORUM NON MODICE COMMENDATUR.

Visitante[a, 1] nuper venerabili abbate Clarevallensi Petro[2] cenobia[b] sua[3], quae in Remensi provincia flante spiritu Dei venustissime florent, nos quoque cum illo profecti venimus die quadam una cum ipso ad monasterium Vallis-regis[4]. Invenimus autem ibidem miraculorum sancti Bernardi multitudinem copiosam, quae propter legentium taedium in codice vitae eius inseri non potuerunt. Nam si prolixius scriberentur, plurima inde volumina conficerentur. Hunc ergo Miraculorum librum, quem in Clara-valle non haberi comperimus, acceptum mutuo nobiscum ferre curavimus, ut eum transcribi faceremus. Portabatur autem in mantica clausus cum aliis septem libris tam maioris quam minoris voluminis. Venientibus itaque nobis ad monasterium Longi-pontis[5], contigit, ut eorundem librorum portitor equus cum ceteris ad aquam duceretur. Qui dum, incaute dimissis habenis, vadum excederet, lapsus in profundum stagni, fluctuando et natitando ferme unius horae spacio, huc et illuc anxie pervagabatur. Exclamantibus autem qui aderant, quod equus ille librorum atque vestimentorum sarcinam habens cum puero superposito mergeretur, accurritur undique, ut ei succurratur. Interim autem quadrupes et ipse puer toti sub aqua latebant, nisi quod ora protensa modice superius apparebant. Quidam vero iuvenis indumentis exutus et natando diutius insecutus pereuntes, eripere voluit, sed fugiente caballo minime potuit. Tandem vero, quaesita et de longe adducta navicula, miserante Domino, educti et liberati sunt simul adolescentulus et caballus, non modo viventes, verum etiam salvi et alacres. Mantica vero continens ipsos libros inventa est aquis in modum utris plena atque distenta. Quae dum postmodum incuria ministrorum clausa diutissime permaneret, tandem ea reserata, inventi sunt libri a minimo usque ad maximum ita madefacti atque deleti, acsi in profundo stagni diutius iacuissent. Verumtamen solus ille Miraculorum liber, cum tamen ceteris aqua imbutis atque submersis esset immixtus, ita repertus est incorruptus et siccus, ita pulcher ac floridus, ut minime tunc extractum de vivario crederes, sed potius assumptum de armario diceres. Nam quemadmodum usque hodie cernitur, ne unam quidem in eo litterulam magnam[c] vel modicam aquae stilla delevit aut tetigit, cum ceteri, sicut dictum est, libri ita fluctibus oblitterati et pellium more confecti viderentur, ut nullis deinceps usibus iudicarentur apti. Unde mirati et magna iocunditate repleti, gratias egere multimodis divinae clementiae, qui dilecti sui Bernardi merita veneranda voluit etiam nunc huiusmodi signo glorificare. Nos quoque magnifice consolati, proprium dampnum de submersione librorum non modo levissime, verum etiam lenissime tulimus; quippe qui in eius restitutione iocunda vere piscatione tantum et tale miraculum de inmensitate aquarum cum libris extulimus. Et quidem duplex nobis incubuit exultandi materia, tum pro ipsa miraculorum gloria commendata, de quorum certitudine presenti miraculo certiores existimus, tum pro ipsa pueri vita donata, cuius liberationem sanctissimi confessoris huius precibus et meritis attribuendam esse non dubitamus.

INCIPIT[d] EPISTOLA AD EPISCOPUM REMENSEM.

Reverendissimo patri et domino S[amsoni] Dei gratia Remorum archiepiscopo[6] frater Philippus de Clara-valle ambulare a claritate in claritatem tamquam a Domini spiritu. Multa esset presumptio, si non multa esset dilectio, quod vestrae presumo scribere sublimitati. Quid enim servus ad dominum, discipulus ad magistrum, ad episcopum monachus? Nichil michi et illi, cum illum summa dignitas, me vilitas alta componat. Sepultus inter homines non est revocandus ad homines, nec revocari[e] debet ad faleras gloriamque verborum, qui silentium imposuit ori suo. Scitis et vos, domine pater, quia scribere nec monacho in usu nec indocto in promptu nec penitenti esse debeat in affectu. Durum quoque est, ut, cum alii vacent et videant, quoniam ipse est Deus[f], ego stilum tabulasque involvam, quem non ignoratis durioris penitentiae martirio confringendum. In veritate didici, nil esse efficatius ad promerendum divitias gratiae Dei[g], quam sedere et tacere et semper humilibus consentire. Humilitas virtutum regina primogenitum filium suum silentium parit, in quo et de quo cultus iustitiae pendet, iusto attestante, qui ait: *Cultus iustitiae silentium.* Sed nimis progredior, et interrumpendus est cursus sermonis, quia for- Es 32,17.
tassis incommoda prelibatio[h] est, si quos pluribus debetis oculos detineam pagina longiori. Id ipsum autem quando presumpsisset pusillitas vel pusillanimitas[i] servi vestri, nisi prevenisset vel intervenisset

a) *haec nonnisi in 3 leguntur.* b) monasteria *ed.* c) magna vel modica 3. d) *ita solus* 3, *qui add.:* Capit. 2. e) revocare 3. f) Dominus *ed.* g) Domini *ed.* h) publica peccem 3. i) mei *add. ed.*

1) Similem narrationem de libro miraculorum a monacho Clarevallensi, qui eum laico fratri Humberto 'secundum idioma Romanae linguae' exponebat, in virgulto relicto et post magnam pluviae inundationem, mense transacto, sano et incorrupto reperto praebet Iohannes, Epist. ad Petrum Tusculanum, ap. Chiflet. p. 98. 2) A. 1179—1186. 3) Fusniacum videlicet, Bonum-fontem et Signiacum. 4) Val-Roi, dioec. Remensis. 5) Longpont, dioec. Suessionensis. 6) A. 1140—1161.

vestra humilis sublimitas, immo sublimis humilitas, amantissime pater? Rogatis igitur, ut scribam vobis, quae comperta habeo de miraculis patris nostri, amici vestri, qui vos diligit non verbo neque lingua, sed opere et veritate. Et illa quidem egebant diligentiori disputatione et doctiori disputatore, cum illa tamen ego non scripserim, sed collegerim; certus tamen[a], quod audierim auribus meis et perspexerim oculis universa. Ipsa tamen quae in itu et reditu Stampensis collocutionis effecit ego nec vidi nec audivi, sed viderunt et audierunt qui ministri fuerunt sermonis et quibus credo sicut oculis meis. Ego enim tunc intravi scolam Ihesu cum[b] discipulis Ihesu et valedixi seculo in seculum et in seculum seculi. Decrevimus autem et haec et alia, quae fideli stilo a principio itinerarii ipsius excerpta sunt, alicui de linguis insignibus et religiosis commendare, qui potenti virtute verborum facta lucida perducat in lucem. Vos quoque, cum hanc epistolam susceperitis, orate pro Philippo vestro, qui vester ero quamdiu fuero in visceribus Ihesu Christi.

EPISTOLA[c] HERIMANNI CONSTANTIENSIS EPISCOPI AD HENRICUM, FRATREM LODUICI REGIS FRANCORUM, CLAREVALLENSEM MONACHUM.

Domino desiderantissimo et totis visceribus caritatis amplectendo fratri Heinrico, vere regio pauperi, salutem optant [Herimannus[d] Constantiensis episcopus et] qui cum abbate sunt fratres. Tibi specialiter destinandum credimus[e] descriptionis huius breviculum, ut et tibi consolatio et per te caeteris innotescat, quibus iudicaveris expedire. Molesta tibi, molesta et eis est patris mora, et ipsius animam gladius iste pertransiit, sicut nos scimus. Quidni desideret ipse tales[f] filios? Quidni desideretur talis pater a filiis? Verumptamen, ubicumque ille sit, apud vos est spiritus eius, et corpus ipsum, si vobiscum non est, est pro vobis. Pater enim filiis thesaurizat. Accipite igitur gratum munus, et nobis, qui versamur in seculi fluctibus, orationis rependite beneficium. Agnoscite, quid a Deo datum sit vobis, cum animabus vestris tantum patrem pastoremque providit.

EXPLICIT EPISTOLA.

INCIPIT PROEMIUM [IN[g] PRIMO LIBRO MIRACULORUM DOMINI BERNARDI ABBATIS].

[De[h] personis et vocabulis eorum qui hec viderunt].

1146. Cum in regno Theutonicorum verus crucis servus verbum crucis adnuntiaret, necesse fuit, ut regi Conrado[i] pro quodam pacis negocio loqueretur. Occurrit autem ei Frankenevurt[k], qui[l] in territorio Moguntinae urbis super Mogum situs est viculus et a Francorum vado nomen accepit. Ibidem quoque Constantiensis episcopus Herimannus nomine, vir religiosus affuit, obnixius supplicans, ut ad partes suas ascendere dignaretur. Cuius petitioni multa quidem negocia resistebant, maxime tamen Clarevallensium suorum intima sollicitudo et precordialis affectus, ad quos redire omnimodis[m] festinabat. Neque enim filiorum uteri sui mater poterat oblivisci, sed toto fere anno avelli a se viscera sua gravissime quaerebatur. Vicit tamen constantia domini[n] Constantiensis, cum oportune importune, modo per se, modo per regem et episcopos supplicaret. Sic nimirum intolerabile sibi iudicat vir benignissimus per se anxios contristare. Magis autem prevaluit timor Domini et spiritus eius, suggerens[o] ostium sibi magnum apertum esse. Hoc enim studium eius, haec consuetudo est, ut, licet animum gerat affectione plenissimum, nullum tamen apud eum propria optineat affectio locum in deliberatione faciendorum, sed totum sibi vendicet divinae[p] inquisitio voluntatis. Adquievit ergo venire cum episcopo. Et dominica
Dec. 1. prima adventus Domini ingressi sumus fines episcopatus Constantiensis et in villa cui nomen est Kencingen[q] maxima populi devotione suscepti. Multa ex hoc divinae virtutis[r] miracula claruerunt; quae etsi nos tacuerimus, lapides clamabunt. Propterea qui presentes fuimus dignum duximus annotare ea vitandae gratia confusionis et dubitationis abigendae[s]. Singulorum enim prescripsimus[t] nomina, et singuli quod vidimus et audivimus certa veritate testamur. Eramus autem[u] cum eo ego Herimannus Constantiensis episcopus et Eberardus[v] capellanus meus, abbates duo Balduinus[w] et Frowinus[1], monachi quoque duo Gerardus[x] et Gaufridus, clerici tres, Philippus Leodiensis archidiaconus, Otto[y] et Franco; quibus additus est in ipso itinere Alexander[z] Coloniensis; Romam enim proficiscebatur, sed videns opera divinae virtutis et audiens crebram patris exhortationem, compunctus est et conversus. Nam priores quidem ob hoc ipsum venerant Leodio. Singulorum nomina ex prescriptione primarum[a] invenies litterarum.

EXPLICIT PROEMIUM.

INCIPIUNT[b] SIGNA QUAE IN ALEMANNIA PER SERVUM SUUM BERNARDUM ABBATEM CLAREVALLENSEM OPERATUS EST DEUS.

1. Herimannus episcopus. Michi sacerdos villae Hetenheim[2], ob hoc ipsum vocatus, indicavit, hominem cecum iam annis decem, qui de domo sua erat, dominica prima adventus signatum in trans-

a) autem *ed.* b) c. d. I. *des. ed.* c) *ita* 1; Ad Henricum novitium Claraevallensem 2. *Epistola et liber primus desunt* 3. d) *haec des.* 2. e) credidimus 2. f) f. t. 2. g) *haec des.* 2. 4. h) *haec des.* 1. 2. i) Conr. 4. k) Franchenewort 1. l) quod in t. Moguntino s. M. situm est castrum 4. m) omnimodo 4. n) episcopi 1. o) s. illi a. e. o. m. 1; a. s. e. host. m. 4. p) i. d. v. 4. q) Kentingen 4. r) m. v. 4. *ed.* s) amb. 4. t) scripsimus 2. u) ergo 4. v) Ebreardus 4. w) Baldoinus 4. x) Girardus 4. y) Oco 4; *et ita infra p.* 123, *l.* 13. z) alius 2. a) priorum 2. b) *ita* 2; Incipit liber primus miraculorum que in Germ. *etc.* 1; Incipiunt signa in Germania p. s. s. B. Cl. operatus est D. descripta ab his qui presentes fuerunt 4.

1) Engelbergensis. 2) Ettenheim. Inde meridiem versus profectus est.

itu, ubi domum rediit, statim illuminatum esse. Hoc et ab alio prius audieram et in tota regione cer- 1146. tissimum est. Eberhardus[a]. Ego a duobus honestis viris, quorum alter sacerdos, alter monachus Dec 1. erat, audivi, duos in villa Kipenheim[b, 1] ipsa die signatos similiter[c] illuminatos. Philippus. Secunda Dec. 2. feria me presente cecus senex adductus est in aecclesiam, et post manus impositionem, sicut omnes audistis, illuminatum eum populus acclamavit. Frowinus[d] abbas. Ego hominem videntem vidi, et frater Gaufridus mecum. Franco. Tercia feria Frieburg[e, 2] puerum cecum mane[f] in ospicio mater Dec. 3. obtulit; dumque reportaret eum post manus impositionem, iussit pater inquiri a puero, an videret. Ego ipse secutus sum, et cum interrogassem[g] puerum, se videre respondit; quod et multis probatum est argumentis. Gaufridus. Statim ut ingressi sumus aecclesiam[h], adolescens claudus per signum vitae gressum accepit[i]. Episcopus. Omnes eum vidimus ante altare, cum populus in Dei laudibus adclamaret. Eberhardus. Ego illa ipsa die tres alios claudos erectos vidi. Franco. Mulierem cecam, quae in ingressu aecclesiae illuminata est et populo presentata, omnes vidistis. Gaufridus. Et puellam, cuius arida manus restituta est sanitati, de qua inter oblationes cantatum est. Gerardus. Ego ipsa die puerum cecum illuminatum vidi. Otto. Quarta feria, cum post missarum celebrationem pater Dec. 4. egrederetur aecclesiam, mulieris manus aridas tetigit, quae post paululum incolumitatem recepit; cantum omnes audistis; ego et Franco vidimus ipsas manus. Gaufridus. Sic et puero, cum egrederemur[k] vicum[l], manus reddita est coram omnibus nobis. Sed et mulier clauda, quam patris iussu, dum consequi nos non valeret, reversus super[m] equum suum Henricus noster[1] attulerat, nobis[n] videntibus, gressum recepit in ipso loco, ubi puella clauda ex utero ceperat ambulare, et simul duae currebant. Franco. In ipso itinere puellae cuidam manus arida restituta est; et ego ei abbatis[o] baculum tradidi, et fortiter eum tenebat.

2. Episcopus. Quid illud omisistis, quod prima die Frieburg pro divitibus iussit[p] fieri orationem, ut auferret Deus velamen de cordibus ipsorum, quia pauperibus accedentibus ipsi crucem suscipere cunctarentur. Neque enim ociosa fuit oratio; sed, ut scitis, ditissimi quique, eciam et pessimi vici illius signati sunt. Philippus. Meministis etiam ceci illius senis[q], qui in via signatus est, et quemadmodum sensit pater sanctus, exisse virtutem non a se quidem, sed a verbo virtutis et signaculo vitae; remisit enim, cum paululum processissemus, qui inquirerent, an videret, et inventus est videns. Gaufridus. Ipse nobis secreto confessus est, quod sepius futura erga eos quos signabat beneficia presentiret. Et de surdis illis mulieribus, quae eadem die in villa Crocingen[r, 3], per quam transivimus, videntibus nobis auditum receperunt, ad tactum prioris, sicut ex ipsius ore audivi, secreto[s] locutus est Deo, quod nullum adhuc surdum hac vice beneficium sensisse cognovisset, et sine hesitatione tetigit[t] eas[u]. Eberhardus. Ego cum duabus illis eciam adolescentem vidi, qui in ipsa hora fuerat illuminatus. Episcopus. Heiteresheim[v, 4] quarta[w] feria mane post missarum celebrationem[x] puellam, cui manus[y] restituta est, Dec. 5? ego obtuli. Philippus. Et ego puerum surdum et mutum ab utero, quem protinus audistis recte loquentem et audientem clare.

3. Episcopus. Ego ipse allocutus sum puerum, ubi signatus est, et libere statim respondit, et omnes audistis populi vociferationem. Gaufridus. Unde ei verba, quae nunquam audierat? Episcopus. Ab eo, qui linguas infantium[z] facit disertas. Gerardus. Hoc erat quod precedente vespera secreto colloquentibus nobis pater dixerat, neminem adhuc mutum in hac via se audisse loquentem; et post paululum: 'Cum[a] soleant', inquit, 'qui muti sunt a nativitate etiam surdi esse, mirum valde est, an aliquando sic curentur, ut linguam, quam penitus ante non noverant, subito intelligant et loquantur'. Philippus. Puellam claudam, quae ibidem erecta est et gressum recepit, et puerum illuminatum omnes vidimus. Frowinus abbas. Infantulum cecum mater attulerat, et signatus receperat visum; sed[b] illa adhuc nesciebat, donec ego ei[c] pomum obtuli, et extensa manu apprehendit illud. Et ex hoc probatus est videre. Eberhardus. Cum educeretur vir sanctus de aecclesia, immo deportaretur magis, ante ostium me presente et vidente claudum signavit[d] et tulit baculos eius, et ille exiliens ambulabat. Philippus. Cecum a nativitate puerum, cuius dum egrederemur pater beatus aperuit oculos, et ego vidi et populus multus qui aderat et vos[e] fere omnes. Similiter et puerum[f] media parte corporis paraliticum, cui eciam osculum dedit post signaculum, et statim[g] sanus factus est coram nobis; nam et[h] manum eius aridam ante curaverat. Alexander[5]. In villa Slieng[i, 4] ceca ab annis quatuor mulier in aquae transitu illuminata est coram populo, et omnes fere vidimus eam. Gerardus. Ego in eadem via puellam vidi, cuius manus arida sanata est, videntibus et acclamantibus multis.

4. Episcopus. Sexta feria Basileae post sermonem habitum et datas cruces mulier muta oblata Dec 6. est viro Dei. Cuius cum tetigisset linguam, statim solutum est vinculum oris[h] eius, et loquebatur recte. Hanc ego vidi et ei locutus sum; sed claudum, qui antea gressum receperat, de[k] quo sic acclamavit populus, quis vestrum vidit? Otto. Omnes eum[l] vidimus. Eberhardus. Ego et milites domini mei ipsa die, id[m] est sexta feria, puerum vidimus, quem ad hospicium sancti viri cecum mater adduxerat et

a) Hebreardus 4; *post* Ebreard. b) Kypenheim 1. c) *bis scr.* 3. d) F. 2, *et ita saepius prima littera nomen expressit;* Froginus 4. e) Foienburg 1; Frienburo 2; Frienburg 4. f) m. o. m. in hosp. 4. g) interrogassent 2. h) ęcclesias 2. i) recepit 4. k) egrederetur 4. l) *deest* 2. m) r. H. n. s. e. s. 4. n) vobis 2. o) b. a. 4. *ed.* p) f. i. 2. q) secus 2. r) Erocingen 2. s) *deest* 4. *ed.* t) tangit 4. u) eam 2. 4. v) Heiterisheim 2. w) quinta *legendum videtur.* x) sollempnia 4. *ed.* y) r. m. e. 4. *ed.* z) infantum 4. a) C. s. *des.* 2. b) et 2. c) puero 4. *ed.* d) signatum 2. e) nos 4. *ed.* f) S. ex m. 4. *ed.* g) stans 2. h) *deest* 2. i) Stieng 4. k) de q. s. a. p. *des.* 4. l) v. e. 4. *ed.* m) in s. 2

1) Kippenheim. 2) Freiburg. 3) Krotzingen. 4) Heitersheim. 5) Schliengen.

1146. reducebat videntem. Gerardus[a]. Multa eo maxime die facta sunt, quae pre tumultu scire nequivimus.
Dec. 6. Audivi enim ipsum dicentem, quod cecos eo die tetigisset, quos omnino credebat illuminatos esse aut
Dec. 7. cito illuminandos. Episcopus[a]. Sabbato iuxta castrum Rinvelt[b. 1] puer claudus erectus est, et ego cum audissem vociferationem — precedebam enim —, redii et inveni ambulantem claudum in medio populi exultantis. Eberhardus[c]. Sekkingen[d. 2] vespere sabbati, dum aecclesiam[e] egrederetur homo Dei, puer, cuius erant nervi cervicis indurati et caput erigere aut circumducere non valebat, oblatus est, et ubi signatus, rediit, solutis nervis, erexit caput et libere circumspexit. Serviens meus, qui in ipso hospicio pernoctavit et puerum vidit, michi hoc indicavit cum aliis sociis suis[f].

Dec. 8. 5. Gaufridus[g]. Ipsa est villa, ubi mane die dominica puero manus restituta est, et alter claudus a nativitate gressum recepit, et duo claudi, alter vir, altera[h] mulier, in egressu villae erecti sunt, et baculis quibus sustentabantur abiectis, libere incedebant magnificantes Deum. Nec longe processeramus, et ecce, mulieris manus invalida signata est et sanata. Omnes hoc vidimus, et ad singula clamor factus est et exultatio magna. Hominem eciam mente captum, quem in eadem villa pater signaverat, et statim quietum ac sane loquentem et agentem gratias vidimus et ex hoc sanum permansisse audivimus. Redeuntes iuxta eandem villam, sacerdoti ipsius[i] villae locuti sumus, et dixit, ex his de quibus certi erant usque ad decem ipsa die ibi aut erectos aut illuminatos. Vespera quoque, ubi dux Cunradus[k] occurrit, claudus puer coram eo et militibus gressum recepit, videntibus eciam nobis. Episcopus. Ibidem contigit, quod modo sileo, sed suo loco a vobis velim commemorari. Eberhardus. Ipso die in ingressu aecclesiae Doinguen[l. 3] alterum claudum erectum vidimus et ambulantem. Philippus. Mane secunda feria ex utero claudus in ingressu eiusdem aecclesiae me presente et vidente gressum recepit. Puer quoque, quem in hospicio nostro mane mutum videramus, coram nobis locutus est. Sed et hospita nostra nobis testabatur, neptem[m] suam, quae quadraginta annis ceca fuerat a quarto anno aetatis suae, ipsa die illuminatam. Gerardus[n]. Ego in hospicio die ipsa puerum cecum illuminatum vidi. Philippus. Et ego adolescentulam cecam, quae prope villam illuminata est, quam et ex nostris et ex populo multi viderunt.

6.[o] Gaufridus. Multa eo die vidimus, quorum iam non possumus recordari. Unum tamen occurrit, ipsa quam vidi laeticiae magnitudine ad memoriam revocante. Dico autem de muliere, quam diu claudam in villa quadam, per quam transivimus, erectam vidimus omnes. Eberhardus. Ego cum militibus domini mei contuli, et ex his quae tam illi viderunt quam ego ipse numeravimus triginta sex miracula quae facta sunt ipsa die. Ceci undecim illuminati sunt, claudis decem et octo gressus redditus est, mancis undecim manus restitutae, surdus unus audivit. Si plus in summa veniunt quam triginta sex, inde est, quod prius personas numeraveram, modo signa. Nam erga puellam unam multa sunt facta, quae ceca et clauda utroque pede et muta erat et alteram manum aridam habens. Ad multa eciam alia cantantem audivimus populum qui sequebatur nos, sed quia reverti nequivimus, non vidimus ea.

Dec. 10. 7.[o] Philippus. Tercia feria Scafusen[p. 4] multa amisimus, quia tumultus intolerabilis erat, et omnino abstinere oportuit patrem a benedictione infirmorum et fugere, adeo se populus invicem comprimebat. Episcopus[q]. Ego ipse ante altare rogabam obnixius, ne cui manum imponeret[r], prorsus ignorans, qua ratione posset educi. Philippus. In ingressu tamen aecclesiae clauda gressum receperat me presente, et populi cantum omnes audistis. Vidimus et aliam[s] claudam, quae egredientibus nobis de villa supra montem signata est et confestim solutis nervis libere ambulavit. Eberhardus[t]. Me vidente in eadem villa[u] surdus recepit auditum et mulier gressum, quae clauda fuerat utroque pede. Audivi etiam a milite quodam domini mei, qui in omni[v] turba sanctum Domini defendebat et presens erat omni hora, quod aridum brachium cuiusdam sanatum sit[w], et claudus ambulaverit. Episcopus. Steim[x. 5]
Dec. 11. feria quarta mane in ingressu aecclesiae me presente et vidente cum populo et fratribus nostris claudus utroque pede et manum unam habens aridam ab utroque liberatus[y] est incommodo, et libere ambulabat et movebat manum. Philippus. Puerum[z] cecum, qui ibidem illuminatus est, ego vidi.

8. Balduinus abbas. Ubi Renum transivimus, cantus ille quem audistis — omnes enim in altera parte remanseratis —, populo preoccupante naves, fuit pro erectione claudi cuiusdam pueri, quem ego vidi. Gaufridus. Cecum senem, qui in eodem itinere, dum transivimus[a] villam Stekeboren[6], lumen recepit, ego vidi et mulierem claudam longo iam tempore, quae sub manu benedicentis exiliit; cui sic congratulabantur omnes, qui eam noverant prius; curru enim venerat et pedes[b] revertebatur. Philippus. Puerum utroque brachio impotentem pater signaverat, cuius dum alterum brachium extendisset, unus e militibus alterum dum offerre ei vellet, coram omnibus nobis extendit[c]. Gaufridus. Omnes vidistis, quantum exultaverit mulier insolitam lucem mirata, quae iuxta lacum illuminata est. Episcopus. Puerum paraliticum parte media signatum atque sanatum milites nostri se vidisse testantur. Filium quoque militis cuiusdam, cuius erat manus arida, ut videbatur, fere duodennem, cum adduceretur, ego vidi; statim vero cantantes audivi, et inquisivi, quid accidisset. Miles autem quidam respondit, sanatam manum

a) *deest* 4. b) Rinwelt 1; Rinweld 2; Rinwel 4; Rinvel *ed.* c) Epc *e corr.* 4. d) Segkingen 1; Sekkin 4. e) eg. ec. 4. *ed.* f) meis 4. *ed.* g) *ita etiam* 4. h) et a. 4. *ed.* i) i. v. *des.* 4. *ed.* k) Conr. 4. l) Doingen 4; Doningen *ed.* m) neptam 4. n) Gaufr. 4. o) *nulla cap. distinctio* 4. p) Scasusen 4. q) Eb. *e corr.* 4; Eberhardus *ed.* r) imponeretur 4. s) alteram 4. *ed.* t) Epis. *corr.* Ebre 4. u) via 4. v) ipsa 4. *ed.* w) est 1. 2. x) *deest* 4. *ed.* y) i. l. e. 4. *ed.* z) C. p. 4. *ed.* a) transiremus 4. *ed.* b) pedibus 4. *ed.* c) ostendit 4.

1) Rheinfelden. 2) Säckingen. 3) Thiengen, ut videtur. 4) Schaffhausen. 5) Stein ad Rhenum. 6) Steckborn in sinistra ripa Rheni.

filii domini sui. Alexander. Ego hunc vidi[a]. Gaufridus. Ego alterum vidi pauperem adolescen- 1146. tulum, cui manus arida restituta est in villa proxima Constantiae. Frowinus abbas. Quae Constantiae facta sunt pre tumultu pauci viderunt; ego tamen cecum illum, qui feria quinta ante altare illuminatus est, vidi. Abbas Augensis[b] adduci eum[c] fecerat, cuius mendicus erat. Puer quoque de hospicio Dec. 12. nostro, quem ego ipse adduci feceram, ipsa die signatus — claudus enim erat —, gressum recepit. Sed et pro tribus aliis signis in aecclesia cantatum est, et campanae pulsatae sunt, licet nemo nostrum viderit, quid factum[d] sit. Gaufridus. Nulla sic ignoramus[e] sicut ea quae Constantiae facta sunt, quia nemo nostrum se turbis immiscere audebat et nos hic quae vidimus loqui proposuimus. Ex his quae feria sexta[f] facta sunt nichil vos vidisse arbitror ipsa die. Nam sabbato mane inter oblationes puerum Dec. 13. vidimus cum multa devotione gratias agentem patri, cuius oratione ipsa sexta feria amissum gressum[g] 14. acceperat, cum claudus advenisset. Cuius devotionem vir sanctus intuens, ad me ipsum conversus ait: 'Non est inventus, qui rediret et daret gloriam Deo, nisi puer iste'. Prius autem in ipsa oblatione ado- cf. Ev. Luc. 17, 18. lescens surdus iam duodecim annis, sicut ipse nobis confessus est, sub manu signantis beneficium sentiens exclamaverat in gaudio et exultatione, quod recepisset auditum. Omnes eum vidimus, aliqui etiam ex nostris locuti sunt ei. Sic et mulierem claudam, quae ibidem gressum recepit, vidimus et puellam claudam[h], quae similiter erecta est. Alteram[h*] quoque puellam, quae surda erat, et ibidem recepit auditum. Haec, ut scitis, Constantiae in capella domini episcopi facta sunt sabbato.

9. Philippus. In solio namque[i], cum iam pararet exire, mulieris manus invalida sanata est, et hanc ego vidi. Balduinus abbas. Ego adolescenti illi, qui in exitu civitatis auditum receperat, locutus sum, cum populus exultans vociferaretur. Philippus. Vespere sabbati in hospicio apud[k] Winthertur puellam mutam vidistis, cum eam mater adduceret, et quomodo postea redierit loquens, ipsi scitis. De multis enim interrogata libere respondit. Nam mane dominica die pre tumultu omnes existis de[l] Dec. 15. aecclesia, nec vidistis quae fiebant, licet clamorem vociferantis[m] populi audiretis. Ego autem vidi puerum media parte corporis paraliticum, cui et brachium et manum et tibiam simul et pedem, quae omnia invalida erant, virtus divina restituit ad patris benedictionem. Duabus quoque claudis, alteri quidem pede uno, alteri vero utroque, gressus redditus est, et has presens vidi. Alexander. Ipsa die in via nobis videntibus puer claudus gressum et mulier surda auditum recepit. Sed[n] prope Turegum coram multis qui occurrerant claudus erectus est. Gaufridus. Turegi secunda feria mane in aecclesia ceca Dec. 16. mulier illuminata est. Hanc ego vidi cecam cum adduceretur, et cum ei[o] manus imposita est presens affui, et protinus illuminatam vidimus universi. Franco[p]. In eadem aecclesia puella clauda gressum recepit et mutus loquelam, presentibus et videntibus nobis. Philippus. Similiter et puellula[q] ceca visum. Multa quoque ibidem facta sunt, quae videre[r] nemo ex nobis potuit pre tumultu.

10.[s] Gerardus. Ubi fluvium Lindemach[1] transivimus, cui superpositus est vicus ille, infra dimidium miliare pueri[t] duo manci manus, mutus unus loquelam, surdus unus auditum, senex cecus visum [coram[u] omnibus] receperunt. Haec nos omnia vidimus et certissime ac diligentissime probavimus, ad[v] singula acclamante multitudine, quae sanctum Domini deducebat in laeticia et exultatione. Philippus. In ipso itinere clauda erecta est, quam in humeris deportatam ubi signavit pater, deponi iussit et ambulare. Haec erat, cui sic congratulabantur vicinae mulieres et omnes qui noverant eam. Sed et surdus quidam ipsa die iuxta viculum, per quem transivimus, coram nobis recepit auditum. Gerardus[w]. Feria tertia profecti mane a viculo cui nomen Birbouminesdorh[x. 2], priusquam fluvium Rusam transiremus, duas Dec. 17. mulieres claudas vidimus in itinere erectas; utriusque curationem pater, dum eas signaret, sine ulla hesitatione cognovit. Substitit enim et utramque deponi fecit, et libere ambulabant magnificantes Deum. Alexander. Ipso die iuxta viculum quendam puer intorto et rigido collo sanatus est coram nobis, et libere caput movebat. Eberhardus. Unum omisistis, quod ego vidi et populus multus villae quae dicitur Frichem[z. 3]; omnes enim precedebatis. Ibi clericus quidam de villa quae dicitur Secchingen[a] obnixius rogavit sanctum Domini, dum ingrederetur villam, ut aliquod faceret signum, quia populus durissimus erat; et ecce, mulierem claudam ab annis viginti offerebant, quam ubi signavit pater, deponi iussit[b], et libere ambulavit.

11. Alexander. Sic[c] et mane quarta feria apud castrum Rinvelth[d. 4], ubi pernoctaveramus, prius- Dec. 18. quam intravit vir sanctus aecclesiam[e], in atrio exteriori puerum alterum a simili liberavit[f] incommodo et puellae manum invalidam reddidit sospitati. Gaufridus. In aecclesia post missae celebrationem puellam ei optulimus, quae ex utero matris ceca vix lucem solis videre poterat, nichil autem aliud discernere. Cuius oculos sputo linivit pater beatus, et continuo clare vidit et omnia discernebat. Ibidem quoque surdus auditum et cecus quidam[g] visum recepit. Alexander[h]. Puer eciam alter, cuius nervi cervicis obdurati et retracti caput circumducere non sinebant, in aecclesia sanatus est ipsa hora. In

a) sanatum vidi 4. *ed.* b) Angensis 2. c) preceperat eum 4. *ed.* d) ageretur 4. *ed.* e) ignoravimus 4. *ed.* f) quinta 2. g) am. receperat (recepit *ed.*) gr. 4. *ed.*, *ubi* c. cl. adv. *des.* h) cl. similiter q. s. est er. 4; est er. *ed.* h*) Altera q. puella 4. *ed.* i) *deest* 4. *ed.* k) ap. W. *des.* 1. l) e. ecclesiam 4. *ed.* m) p. v. 4. *ed.* n) Situs 2; et 4. o) m. e. imponeretur 4. *ed.* p) Frog. 4. q) puella 4. *ed.* r) n. ex n. v. p. 4. *ed.* s) *nulla cap. distinctio* 4. t) d. p. 4. *ed.* u) *des.* 2, *ubi* recepit v) a. ad s. 4 *ed.* w) *deest* 4. x) Birbomesdorf 2; Bibovermesdorh 4; Birbovermesdorff *ed.* y) *deest* 4. *ed.* z) Frichen 4. *ed.* a) Serkengen 2; Sekkingen 4. b) i. d. 4. *ed.* c) Sic et *des.* 4. *ed.* d) Rinvolt 1. e) *deest* 2. f) liberatum 2; ext. intortum collum pueri sanavit et 4. *ed.* g) v. q. 4. h) *deest* 4.

1) Limmat. 2) Birmenstorf. 3) Frick, inter Säckingen et Bruck. 4) Iam versus Rhenum et septentrionem rediit.

1146 via quoque contracta mulier et omnino impotens, quam in ventilabro deportaverant in occursum sancti
viri, ut signata est, exiliit clamitans; et facta est laeticia magna in populo. Sed et prope Basileam vir
quidam, qui graviter audiebat, clarum recepit auditum.
Dec. 19. 12.[a] Quinta feria ante lucem egressi Basilea[b] festinavimus Rovascle[1]. In ipso autem itinere surdus quidam recepit auditum, et puer altero oculo cecus vidit utroque; nec latuit patrem, cum[c] paulum pertransisset eos, sed misit qui scrutarentur, et inventum est ita. Eberhardus. 'Cum misisset te', inquit ad Alexandrum[d], 'ut videres, an puer illuminatus esset, conversus ad me, qui propius incedebam, ait: "Deus aperuit oculum pueri illius'. Gaufridus. Sexta feria in aecclesia Rovascle, ubi
Dec. 20. interfuit[e], puer allatus est altero oculo parum altero nichil videns, et confestim[f] clare vidit utroque. Omnes vidimus eum. Nam continuo eciam de alio signo conclamatum est, et dicebant, cecum illuminatum esse; sed videre eum nequivimus pre tumultu. Franco. Puerum quendam claudum, qui post sermonem habitum ad plebem erectus[g] est in ipsa aecclesia, de quo etiam vociferati sunt, ego ambulantem vidi in
Dec. 21. medio populi acclamantis. Episcopus. Sabbato in aecclesia Berchene[h, 2] post missarum celebrationem clericus altero oculo cecus iam per quinquennium visum recepit. Et ego eum vidi agentem gratias[i] et exultantem. Otto. Prius ibidem convaluerat puer intortum habens collum, cuius sub manu patris nervi crepuerunt et relaxati sunt, et pueri pater et puer ipse incredibiliter laetabantur. Omnes audistis cantantem populum; ego puerum vidi. Gerardus. Adolescentem, cuius arida erat manus cum brachio toto, et ibidem curatus est, omnes vidimus.
Dec. 22. 13.[k] Et puellam, quae dominica quarta adventus Argentinae in aecclesia post missarum celebrationem erecta est; de qua sic exultabat pater, sic populus acclamabat. Philippus. Ipsa die, priusquam navem ingrederemur, puer claudus erectus est et coram ipso[l] patre nostro libere ambulabat, et qui
Dec. 23. aderant vociferabantur cum gaudio, sicut omnes audistis. [Philippus[m]]. Secunda feria in navi proficiscebamur, et non poterant accedere qui infirmabantur, vespere tamen Hagenbach[n] in hospicio mulier clauda gressum recepit. Gerardus. Ipsa hora, qua mulier supervenit, querebamur invicem, nichil nos ea die vidisse, et illa statim sine baculo ambulare cepit gratulabunda et laudans.
Dec. 24. 14.[o] Tertia feria vigilia fuit dominicae nativitatis, et navi venimus Spiram. Ibi enim diem festum celebravit rex Conradus; ibi coronatus est; ibi multus[p] adfuit episcoporum principumque conventus. Illuc pater sanctus advenit, inter principes quosdam pacem cupiens reformare, quorum inimicitiis ab[q] exercitu crucis Christi multi detinebantur. Verumtamen non crebra solent in illis conventibus apparere miracula, nec dignatur Deus, ubi tantus est concursus multitudinis curiosae, revelare gloriam suam. Sed non fuit otiosus patris adventus. Ibi enim factum est, ut ipsius verbis utar, miraculum miraculorum. Siquidem rex signatus est preter spem omnium qui convenerant. Cucurrit[r] velociter sermo vivus et
Prov. 21,1 efficax; et vere ibi probatum est, quia cor regis in manu Dei. Prius enim apud Frankenvorth regem secreto convenerat vir beatus, admonens, ut[s] ipse saluti propriae provideret in tempore misericordiae uberis. Cui cum respondisset rex, nullum sibi huius militiae inesse propositum, tacuit vir mansuetissimus, dicens, non esse parvitatis suae importunius instare regiae maiestati. Sic et Spirae, cum in sermone publice[t] iam secundo regem sicut prius peregrinationis admonuisset ex nomine, die tertia, cum beati
Dec. 27. Iohannis festivitas ageretur, secreto aggressus eum solita mansuetudine, suggerens providendum omnino, ne[u] sic preteriret eum penitentia levis, brevis, honorabilis, salutaris, quam ad salvandos peccatores divina pietas excogitaverat. A quo hoc tandem responsum obtinuit, quod deliberaret secum et consuleret suos, sequenti die super hoc responsurus. Exinde intra missarum sollempnia beati patris animum coepit spiritus stimulare divinus, ut preter morem[v] nullo rogante diceret, non oportere sine sermone preterire diem. Quid multa? Locutus est, et in fine sermonis regem non ut regem, sed ut hominem tota libertate convenit. Proponebat enim futurum iudicium, hominem ante tribunal Christi astantem, imperantem Christum et dicentem: 'O homo, quid debui tibi facere, et non feci'? Ex hoc autem enumerans regni culmen, divitias, consilia, virilem animum et corporis robur, his et huiusmodi verbis commovit hominem, ut in medio sermone non sine lacrimis exclamaret: 'Agnosco prorsus divina munera gratiae, nec deinceps ipso prestante ingratus inveniar; paratus sum servire ei, quandoquidem ex parte eius submoneor'. Dixit, et ecce populus rapiens verbum de ore loquentis exclamat in laudem Dei, et resonabat terra in voces eorum. Continuo signatus est rex et vexillum ab altari per manum patris nostri suscepit[w], quod ipse in exercitu Domini manu propria deportaret. Signatus est cum eo nepos eius dux Fredericus iunior, signati alii[x] principes, quorum non est numerus. Gaufridus[y]. Ipsa autem die iuxta[z] capellam, ubi pater sanctus missam celebravit, puer claudus me presente gressum recepit.
Dec. 28. 15. Eberhardus. Sabbato cum[a] Innocentum festus ageretur dies mane exeunti de hospicio patri sancto occurrebam[b], adducens mecum militem, qui signari volebat, et ecce, in media turba puerum cecum intuens: 'Quid vult', inquit, 'puer iste'? Cuius verba cum parum[c] intellexissem, quod Romana loqueretur[d]

a) *nulla cap. dist.* 4. b) Basileam eg. 4; Bas. *deest ed.* c) sed c. p. p. e. m. 4. *ed.* d) alium 2. e) intravit 4. *ed.* f) continuo 4. *ed.* g) ereptus 4. h) Berchee 4; Berche *ed.* i) gratias — numerus. Ipsa autem die *des.* 2. k) Septimum capit. 4. l) c. omni populo l. 4; c. populo l. *ed.* m) *ita* 4, *deest* 2. *ed.; in* 1 *haec aliter narrantur:* Gaufridus. Iuste forsitan de nobis — infirmorum *(quae Bethmann haud exscripsit).* n) Hagenbuch 4; Bagenbach *ed.* o) *nulla cap. dist.* 4. p) *deest ed.* q) *deest* 4. r) Concurrit 4. s) et 4. t) publico 4. u) nec 4. v) moram 4. w) *deest* 4. x) illi 4. y) *deest* 4. *ed.* z) *pergit* 2. a) S. mane c. I. f. a. d. ex 4. *ed.* b) occurrebant 2. c) minus 4. *ed.* d) ling. loq. 4. *ed.*

1) Fortasse Ruffach. Certe in sinistra Rheni ripa profecti sunt. 2) Bergheim.

1146. Dec. 28. lingua: 'Adduc', inquit, 'puerum ad me'. Factum est ut imperavit, et confestim signatus puer visum recepit. Et[a] ego ipse in multis probavi, quod clare videret. Eberhardus[b]. Post missae celebrationem in capellam quandam[a], quae dormitorio canonicorum adheret[c], pater inductus, virum signavit, cuius alter oculus cecus erat, et confestim visum recepit. Huius et prius[d] cecitas et postea illuminatio diligentissime est probata. Sic quendam[e] surdum, dum ab aecclesia regrederetur[f], fecit audire, immittens[g] digitos in aures eius; et hoc vidimus et probavimus.

Dec. 29. 16.[h] Episcopus[i]. Sic et cecum illum, qui dominica ante altare illuminatus est, dum gradale cantaretur, quem ego ipse obtuleram. Eberhardus. Multa ibidem facta arbitror quae non vidimus. Saepe enim cantantem audivimus populum, et nemo ex nobis irrumpere potuit, ut videret quid ageretur. Unum enim[k] surdum, qui ibidem recepit auditum, ego vidi et ego obtuli eum. Philippus. Ipso die conventus factus est, ubi manifeste Spiritus affuit; neque hinc cuiquam dubitare licebit[1]. Convocavit enim rex omnes principes et milites, qui signati erant, simulque residentibus universis exhortatus est eos pater sanctus non humanis sermonibus[m], sed divinis. Ubi vero egressi sumus, et rex ipse cum principibus sanctum Domini deducebat, ne conprimerent eum turbae, puer claudus ei[n] oblatus est coram rege. At ille signo crucis edito puerum erigit et iubet coram omnibus ambulare. Quanta laeticia, quanta exultatione puer deductus sit, quis loquatur? Conversus autem pater sanctus ad regem: 'Propter vos', inquit, 'factum est hoc, ut noveritis, quia vere Deus vobiscum est, et acceptum[o] est ei quod coepistis'. Ipsa hora, priusquam ingrederemur[p] hospicium, puella clauda erecta est et ceca mulier illuminata. Eberhardus. Mane secunda feria, dum ad aecclesiam vir sanctus proficisceretur, multitudo languentium impediebat nos, et omnes precedere iussimus. Nec mora; claudus quidam ante altare erectus est; utrum signatus esset, ignoro. Ambulantem tamen vidi et ligni pedem in aecclesia dependentem[q]. Otto. In capella regis ipso presente puer[r] cecus, quem ego obtuli, illuminatus est. Alexander. Ibidem statim puer claudus ex utero gressum recepit. Eberhardus. Eadem hora alii duo, claudus alter et alter curvus, erecti et me presente ad aecclesiam[s] maiorem ab universo populo sunt deducti. Nam vociferationem et sonantes campanas omnes audistis. Vix redieram domum, et ecce, iterum clamor, iterum conpulsatio. Festinavi ad aecclesiam, et duos iterum[t] claudos adducebant, qui ipsa hora receperant[u] gressum. Dec 30.

16. Gerardus. Vespere dum rediret pater ad[v] hospicium a curia regis, multitudo languentium[w] ianuas obsidebat. Quos in ordinem fecimus residere, et singulos tetigit ac signavit. Ibi puer claudus ex utero gressum recepit; alter cecus uno oculo illuminatus, et vir claudus ab annis decem est erectus[x]. Hos ego vidi statim sanatos sub manu benedicentis. Unus e fratribus nostris, unum adhuc surdum, qui auditum recepit, se vidisse, testatur et mulierem gratias referentem, quod a dolore capitis convaluisset. Eberhardus. Feria tertia puer cecus illuminatus est, quem ego vidi. Philippus. Item vir quidam Dec. 31. in presentia regis et principum unius oculi visum recepit. [Philippus[y]]. In ipso loco factum est, unde plurimum gratulabamur, eo quod presens esset dux quidam Grecus, missus ab[z] imperatore Constantinopolitano[1]. Hic in capella regis loquebatur patri nostro, cum mulier ceca oblata est. Ubi vero signata est coram eo, statim illuminata est; et homo ille plurimum conpunctus est in hoc verbo. Sic et circa vesperam astante rege et ipso duce et principibus multis puer claudus offerebatur. Protinus autem fiducialiter loquens vir fidelis, audientibus omnibus, ait: 'In nomine Iesu Christi tibi precipio, surge et ambula'. Sonuit vox virtutis, et secuta est virtus; surgensque puer, libere ambulabat, et prius quidem trementibus membris vel tibiis ibat, sed paulatim sub oculis omnium roborabatur.

17.[a] Gerardus. Anselmus episcopus Havembergensis[b] in fronte et faucibus gravissime patiebatur, ut vix aliquid gustare posset aut loqui. Hic ergo rogabat beatum virum dicens, quia: 'Deberes etiam me curare'. Cui iocunde respondens: 'Si eandem', inquit, 'haberes fidem, quam habent mulierculae, posset tibi[c] forte prodesse'. At ille: 'Etsi ego', ait, 'fidem non habeo, salvum me faciat fides tua'. Tandem tetigit[d] eum et signavit pater, et continuo dolor omnis et[e] tumor abscessit. Philippus. Victa est curiositas nostra, quia tam[f] crebra cotidie signa choruscant. In octavis nativitatis mane[g], dum ad 1147. Ian. 1. aecclesiam proficisceremur, in claustro canonicorum puer claudus gressum recepit et coram ipso patre nostro ambulabat exultans. Gerardus. Inter missarum sollempnia curvus puer erectus est; et hunc vidi, cum ad altare deduceret mater incolumem, ut offerret pro adepta salute candelam. Otto[h]. Post missarum celebrationem mulier clauda recepit[i] gressum, quam nos vidimus omnes[k] ambulantem. Gerardus. Multa quidem et hac die et sequenti collata languentibus[l] beneficia vidimus, vidit rex ipse, vidit curia tota, vidit universa Spirensis[m] civitas, a cuius memoria deleri non poterunt in aeternum. Nostra siquidem scedula, ubi haec annotaveramus, negligentia cuiusdam fratris amissa est; parcat ei Deus! Tria tamen occurrunt memoriae; nam cetera investigare non vacat. Feria quinta pueri duo, quorum uterque oculi Ian. 2.

a) *deest* 4. *ed.* b) G(erardus) 4. *ed.* c) adiacet ind. vir Dei v. s. uno cecum oculo et visum statim recepit 4. *ed.* d) et c. prima et ill. secunda d. p. est 4. *ed.* e) et 4. *ed.* f) rediret impresso crucis signaculo f. a. 4. *ed.* g) et mittens 2. h) Capit. octavum 4. i) *deest* 4. k) tamen 4. *ed.* l) licebat 4. m) *deest* 2. n) ob. e. ei 4. *ed.* o) ei a. e. 4. p) eg. 4. *ed.* q) pandantem 4; pendentem *ed.* r) puer — statim *des.* 4. *ed.* s) m. ec. 4. *ed.* t) item 2. u) receperunt 4. v) ad h. *des.* 4. *ed.* w) hospicii *add.* 4. *ed.* x) e. est 4; est *deest ed.* y) *deest* 4. *ed.* z) a rege 4. *ed.*, *quod praeferrem.* a) *nulla cap. dist.* 4. b) Havenb. 4. *ed.* c) *deest* 2. d) s. e. p. et t. 4. *ed.* e) omnisque 4. *ed.* f) q. cr. miracula c. ch 4. *ed.* g) Mariae *ed.* h) *deest* 4. i) gr. r. 4. *ed.* k) *deest* 2. l) b. l. vidit r. 4. *ed.* m) c. Sp. 4.

1) De quo nihil constat; cf. Wilken, 'Kreuzzüge' III, p. 74 n.

1147. Ian. 2. unius lumen amiserat, in hospicio illuminati sunt, et paraliticus curatus est, quem deportaverant in grabato. [**Philippus**[a]. In capella regis dum perficeretur reconciliatio, pro qua nominatim venerat pater beatus, signavit hominem, cuius caput sine intermissione tremebat, et sanatus est ipsa hora. Puer eciam claudus ibidem erectus est. **Gerardus.** Vespere in hospicio duo ceci illuminati sunt coram nobis].
Ian. 3 Mane sexta feria modo[b] coram nobis cecus visum recepit. Sed eundum est nobis, et qui deportaturus[c] est ista nuntius iam festinat. Quaerimus proinde, quod dominus episcopus reservavit. **Episcopus.** Optime factum est, ut me commoneres; nam michi, fateor, prorsus memoria[d] exciderat. Sagittarius quidam serviens ducis Cunradi[e], cum nobis occurrisset[f], detrahebat verbo crucis et sanctum Domini blasphemabat, dicens, quia: 'Non plus signa[g] facit hic quam ego'. Ubi ergo pater[h] ad imponendam manum infirmis substitit, accessit homo et vidit cui derogaverat; statim[i] cecidit exanimis et diu iacuit sine sensu. **Alexander.** Ego proximus illi eram, quando cecidit, et equus quidem immobilis stabat. Iniquus autem ille impulsus, subito virtute divina cecidit retro. Obstupuimus omnes et advocavimus patrem, nec prius miser ille surrexit, quam descendens et orans erigeret eum. Sic in se ipso cognita virtute, cui prius detrahebat incredulus, sequenti die signatus est ad preceptum patris nostri in exercitum Domini profecturus. **Episcopus.** Per omnia benedicta miseratio Domini, qui novissimae huic generationi unum saltem ex antiquis sanctis reservavit, ut tanquam lucerna ardentissima temporis huius tenebras vita, doctrina, miraculis illustraret[k]! Felices vos, qui sub pennis eius speratis et satiamini ab uberibus consolationis eius! Felix congregatio, quae tanto patre laetatur! cuius nos[l] miseri seculares tenui saltem noticia[m] gloriamur.

EPISTOLA[n] QUORUNDAM CLAREVALLENSIUM MONACORUM AD CLERUM COLONIENSEM.

Dominis et amicis suis clericis aecclesiae Coloniensis salutem dicunt fratres et amici eorum Everardus[o], Gerardus et Gaufridus monachi qualescumque, Philippus Leodicensis, Wolcmarus[p] Constantiensis et ceteri tirones spiritualis militiae quos vir sanctus eripuit de medio Babilonis. Ante omnia decet nos ex ipsis medullis cordium tibi gratias agere, fons[q] bonitatis, domine Deus noster. Multiplicasti enim super nos misericordiam tuam et magnificasti facere nobiscum, immemor omnium iniquitatum nostrarum, quibus digne puniendis ne ipsa quidem gehenna sufficeret. Et unde hoc[r] nobis peccatoribus utique pessimis omnium, quos tua patientia[s] ordinante tellus in[t] vita cogitur sustinere? Unde hoc nobis, ut sub tantae[u] sanctitatis patrocinio respiremus? O vere inaestimabilis cumulus miserationis! o incomprehensibilis divinae pietatis abissus! Accumulavit gratiae suae munera super virum, quem elegit, ut ad eum colligat[v] undique desperatissimos peccatores, in quo securius habeant sibi repositam sanctitatem. Vos autem, karissimi, usquequo[w] gravi corde? Nonne, si in Tiro et Sidone factae essent virtutes, quae in vobis factae sunt his diebus, egissent penitentiam in cinere et cilicio? Quis[x] unquam hominum tanta vidit, quis[y] audivit, quis in pagina qualibet legit tam crebra miracula facta per hominem inter homines adhuc corporaliter[z] conversantem? Ad signum unum aliquando conversa legimus[a] de populo utique durae cervicis hominum tria milia, cum in porta templi mendicantem claudum ex ore Petri prolata vox virtutis ambulare fecisset. Quantos in brevi civitas Coloniensis vidit erectos? Et multi quidem de populo ad quod vocabantur conversi sunt et oblatam sibi a summo pontifice indulgentiam et indictam penitentiam devotissime susceperunt. Et[b] certe, nisi abundaverit iusticia[c] vestra plus quam eorum, non intrabitis[d] in regnum caelorum. Laici sunt, de mundo sunt, licite cogitant quae sunt[e] mundi. Apostolis
Ioh. 15, 19 dictum est: *Vos de mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo.* Quorum vos[f] hodie occupatis loca, quorum stipendiis vivitis. Quorum potestatem tenetis, quorum auctoritate polletis, quorum vobis vendicatis honorem, cum quibus, ut pace vestra dixerimus, communia vobis sunt omnia preter conversionem et conversationem, preter[g] studium et intentionem, preter opera et voluntatem, preter vitam denique et opinionem. Si in terra gregem[h] pasci viderit, quis[i] miratur? Pastorem autem similiter incurvari[k], similiter inhiare terrenis et quae inferius sunt querere, numquid non ridiculum est et abusio magna? At
Es 23, 4 nunc 'erubesce Sidon, ait mare'. Publicani et peccatores precedunt vos in regnum[l] Dei. Desperata est[m] plaga cleri huius, a planta pedis usque ad verticem non est in eo[n] sanitas. Ditata est aecclesia terrenis possessionibus, sed virtutibus spoliata. Neque enim longa eis[o] esse potuit cohabitatio, ex quo pauper
Luc 14, 33 factus[p] propter nos Rex gloriae, ita paupertatem elegit, ut diceret: *Nisi quis renuntiaverit[q] omnibus quae possidet, non potest[r] meus esse discipulus.* Heu! heu! videmus venenum[s] additum aecclesiae, sicut[t] dictum est Ludovico, quem nominatis Pium, qui precipue ditavit aecclesias. Legimus enim in historia eius, quod audierit vocem dicentem sibi: 'Venenum aecclesiae addidisti'. An forte vobis[t] videtur absonum, venenum

a) *haec des.* 2. b) *deest* 4. *ed.* c) hec d. e. n. 4. *ed.* d) *deest* 2. e) Conr. 4. *ed.* f) dux o 4. *ed.* g) iste s. f. 4. *ed.* h) e. ad. i. m. i. p. s. 4. *ed.* i) statimque 4. k) coruscaret 4; consecraret *ed.* l) *deest* 4. m) leticia gratulamur 4. n) *haec epistola et quae sequuntur — c. 7. desunt hoc loco* 2, *sed in fine adduntur, rubra praemissa:* Epistola ad clerum Coloniensem; Incipit epistola de miraculis Bernardi abbatis 3; *rubra deest* 4, *ubi* capit. 9. *inc.* o) Eur. 4. p) Wolomarus 2; Volom. 4. q) f b. *des.* 4 *ed.* r) id 3. s) or. p. 4. *ed.* t) in v. *des.* 2. u) tanto 3. v) colligeret 2. w) *bis scr.* 2. 3. x) Quis — conversantem *des.* 4. *ed.* y) q. a. *des.* 3. z) *deest* 2. a) l. hominum de p. dur. c. 2. b) set 4. *ed.* c) *deest* 4. d) introibitis 3. e) m. s. 4. *ed.* f) nos 4; h. v. 3. g) p. st. et i. *des.* 4. *ed.* h) p. g. 4. *ed.* i) q. non m. 4. k) i. deorsum 4. *ed.* l) regno 3. m) *deest* 3. n) ea 2. 3. o) fuit eis c. 3. p) f. est r. 3. q) abr. 3. r) poterit 3. s) et add. Lud. 3. t) *deest* 2.

interpretari[a] divicias? Christus eas in euangelio eciam spinas vocat, et apostolus eas laqueum esse[b] diffinit diaboli. *Quicumque*, inquit, *divites volunt fieri in hoc seculo, incidunt in*[c] *temptationem et*[c] *laqueum* [1 Tim. 3, 7.] *diaboli*. Evadunt ergo qui volunt fieri pauperes et secure decantant[d], quia[e]: *Laqueus contritus est, et* [Ps. 123, 7.] *nos liberati sumus*. Agnoscite vocem iocundam, qui laqueum hunc transilistis — fratres nostros[f] loquimur, qui adhuc inter vos[g] solo tantum corpore detinentur. Neque enim ociosus fuit vel ad clerum sermo Domini, ut magis inexcusabiles sint, qui adhuc in perditione persistunt; immo ut[h] facilius trahat ceteros funiculus triplex, qui difficile rumpitur, cum[i] verbo et signis eciam proximorum accedat[k] exemplum. [Eccle. 4, 12] Protrahunt epistolam[l], ut videtis, ubertas materiae et desiderium fervens, quo vos omnes habere[m] cupimus socios in visceribus Ihesu Christi. Verumptamen supersedendum[n] est nobis, presertim quod copiosius haec et efficatius ab ipso patre nostro annuntiata sunt[o] vobis, Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis.

EXPLICIT[p] EPISTOLA. INCIPIT PROHEMIUM LIBRI SECUNDI.

Multi ex vobis curiose legerunt exemplar[q] libelli, quod[r] ad illustrem Henricum[s, 1], regium spiritu magis quam sanguine, misimus de signis, quae vidimus a prima dominica adventus usque ad discessum nostrum a curia, quae Spirae nuper habita est. Multi adhuc petunt, ut quae facta sunt apud vos non negligamus adiungere; quod haec vobis dulcius sapiant, quae presentes ipsi vidistis. Quod triplex nobis consideratio persuasit, ut[t] et novi fratres, dum secularibus adhuc terminandis negociis detinentur, in lectione hac recalescant, et[u] ceteri cogitent, quale sit quod admittunt, qui tanto patri, quem profecto ubi Deus sustulerit, multi lacrimabiliter plangent, quod eum sequi[v] dissimulaverint, dum vocaret, animas suas committere aut illecti voluptatibus nolunt aut trepidant cordis pusillanimitate[w] retracti. Sed[x] et habeat, ut dignum est, nobilis Coloniensis aecclesia memoriale[y] sempiternum earum rerum, quarum presentia meruit illustrari. Non quod nostrum hoc scriptum reservandum sit, sed ut luculentius haec et dignius scribant, qui scientiam habent et possunt diligentiam adhibere. Nec dubitamus, multo plura et[z] apud vos et in[a] itinere miracula[b] claruisse, quam aut[c] tunc nosse potuerimus aut possimus nunc recordari. Sed certissima tantum et probatissima scripsimus. Hec[d] enim sufficere possunt ad omnem admirationem. Ea quoque addere proposuimus, quae singulis adhuc diebus per fidelem servum et devotum famulum virtus Omnipotentis mirabiliter operatur. Sed et pauca ex his[e] quae vidimus a Spira usque Coloniam huic annotationi premittenda[f] credidimus, ut priori narrationi ista cohereat. Nonnulla quoque ex his quae presentes viderunt[g] venerabiles abbates Theodoricus[h] Campensis et Hevervinus[i] Steinvoldensis[k, 2], sicut ab eis accepimus, sub eorum nominibus sunt descripta. Iam[l], quia reverendus episcopus Constantiensis abest, locum eius clericus eius, noster autem frater Wolkemarus[m] suppleat in hac relatione, et primus ipse loquatur.

EXPLICIT PROHEMIUM [LIBELLI[n] SECUNDI]. INCIPIT LIBER SECUNDUS DE SIGNIS[o] QUAE A SPIRA USQUE LEODIUM CLARUERUNT.

1. Wolkemarus. Utinam inter nomina electorum nomen meum iubeat Deus ascribi! Utinam in libro vitae vel[p] ultimum inveniatur ipsius oratione et meritis, in cuius laude presenti primum id fieri [1147] vestrae placuit sanctitati! Sexta igitur feria, sicut prioris libri[q] finis declarat, soluta est curia Spirae, et [Ian. 3.] nos Warmatiam[r, *] festinavimus; ubi pater sanctus, licet obnixius rogaretur[s], moram facere noluit, dicens, quia: 'Oportet me et aliis civitatibus euvangelizare'. Transierat enim per Warmatiam[r] ante duos menses et[t] sermone habito innumerabilem ibi signaverat populum signaculo militiae christianae. Prius tamen quam egrederetur die sabbati, infirmos tetigit qui convenerant; ubi inter manus meas surdi duo, [Ian. 4.] quos offerebam, astante populo et acclamante, auditum sibi redditum fatebantur cum multa exultatione. Philippus[u]. In itinere puer claudus erectus est[u], quem omnes fere vidistis. Gaufridus. Secunda feria, die festo epiphaniae apud castrum Grudenache[v, 3] regrediens ab aecclesia pater[w] beatus, puerum [Ian. 6.] tetigit et erexit, quem sex annis penitus claudum fuisse parentes sui et alii[x] plures e populo circumstante, qui eum noverant[y], testabantur. Hunc nos ipsi statim vidimus ambulantem, dum ad aecclesiam deduceretur, in laudem Dei acclamantibus universis. Wolkemarus. Tertia feria Pikenbach[4] — sic enim [Ian. 7.] nominant[z] viculum, ubi pernoctavimus — die apparitionis mane tria apparuerunt[a] miracula, quae presens vidi oculis meis. Siquidem in egressu aecclesiae surdus oblatus est, a quo statim vir Domini sacratis digitis suis[u] surditatem reppulit et immisit auditum. In egressu quoque gressum puella altero pede clauda recepit. Necdum exierat villam pater beatus, et ecce, ei[b] offerunt paraliticum in grabato, qui,

*) 3 *add.:* Haec civitas Wangionum ubi Martinus olim militiae renuntiavit.

a) interpretare 4. b) def. e. 4. *ed*, l. diab. e. d. 3. c) et in 3. d) decantent 4. *ed.* e) *deest* 2. f) vestros *ed.* g) nos 4. h) *deest* 4. *ed.* i) dum 3. k) accendat 2; accedit 3. l) epistolae et 3. m) c. h. 2. n) iam s. n. e. 3. o) sint 3. p) *rubra deest* 4, *ubi* capit. 10. q) *sequentia desunt* 4, *folio exciso.* r) quem 3. s) Heinr 3. t) primum ut n. 3. u) deinde ut et 3. v) exsequi 3; seq. *deest ed.* w) pusillitate 2. x) tertio quoque ut b. quemadmodum 3. y) s. m. 3. z) *deest* 2. a) *deest* 2. 3. — vertine m. 2. b) cl. m. 3. c) *deest* 3. d) Hec — admir. *des. ed.* e) eis 3. f) premittendum 2. g) viderant 2. h) *deest* 2. 3. i) Heurinus 2; Herwinus 3 k) *ita* 1; Steinwold. 2; Steinwoldmensis 3. l) Et quia iam 3. m) Wolemarus 3 *saepius.* n) l. s. *des.* 2. 3 o) miraculis 1. p) licet 3. q) libelli 3. r) Wormantiam 2; Wormatia 3. s) rogarent 3. t) s. h. et 2 u) *deest* 3 v) G. r. *des.* 2. w) b. p. 2. x) pl. e. 3. y) noverunt 3. z) vocant 3 a) m. a. 3. b) *deest* 2; o. ei *ed*

1) Fratrem regis Francorum, qui 'Belvacensem hodie cathedram ornat', ut libro 4. scribitur. 2) Steinfeld. 3) Kreuznach. 4) Pickenbach.

1147. Ian. 7. audita fama virtutum eius, a vico magno, qui supra Renum situs est et nominatur Bobardus[a, 1], plaustro sese[b] fecerat deportari. Et hunc quoque signavit, tetigit et erexit et ad propria remisit[c] incolumem.

2. Gaufridus. In parrochia Treverensi situs est famosissimus vicus, ubi Renus et Mosella confluunt, unde et Confluentia nominatur. Ibi multa coram omni populo ostensa sunt signa, quae nostram aut noticiam aut memoriam effugerunt. Claudum tamen puerum, qui in aecclesia sancti Florini post missarum celebrationem erectus est, memini me vidisse. Sed et cecum ibidem illuminatum asserit Fredericus noster, qui ab eodem vico secutus est sanctum Domini una cum Adulpho optimo adolescente. Hic, ignorantibus propinquis et amicis, nobiscum Mosellam transiit, indutus tantum superpellicio, sicut venerat ab aecclesia sancti Castoris, in[d] qua canonicus erat. Reliquit alter Ioseph pallium cum adultera fugitque Aegiptios et effugit. In eodem itinere cum paululum processissemus, claudus quidam notissimus in terra illa equo advehebatur. Huius ita nervus femoris aruerat, ut, replicato genu quantum mensura est palmi unius, tibia illa brevior altera videretur. Signavit autem eum[e] vir sanctus, et nichil hesitans de virtutis effectu, deponi iussit et ambulare; sed non fuit qui obediret, forte quia minus id speraverunt[f] qui astabant, aut[g] quia minus intellexerunt[f] verbum. Siluit ergo pater, sed non siluit vox virtutis; subito siquidem exclamavit[h] homo, laxari sentiens nervum et extendi genu super equum quo vehebatur. Statim vero depositus, libere ambulabat, magnificans Deum, et tota die illa suum prosecutus est curatorem. Alter quoque, cuius similiter femoris nervus aruerat[i], ut vix summis digitis pedis unius terram tangeret, sanatus est in via eadem, ita ut libere talum deponeret et sine baculo graderetur. Wolke-
Ian 9 marus[k]. Feria quinta apud viculum Riegemach[2] mane, priusquam egrederemur, me presente puer quidam gressum recepit, qui sex annis claudus extiterat, sicut ab ipsis parentibus eius accepi. Ibidem eciam[l] mulier surda audivit, et vir cecus illuminatus est, cui unus tantum oculus erat, et hic quoque ad nichilum valens.

3. Gaufridus. Memor sit in aeternum diei huius civitas Coloniensis, qua suscipere meruit hominem sanctum, quem semper obtaverat. Quia tamen insperatus advenit, minor fuit eo die frequentia populorum. Sic nimirum gloriae calcator humanae sollempnes semper exceptiones, quod in se est, fugere consuevit et elegit magis occulte ingredi civitates. Raro tamen id potest, quia sequitur maior
Ian. 10. gloria repellentem. Mane sexta[m] feria, priusquam ingrederemur[n] aecclesiam, in hospicio nostro[o] mulier[p] ceca oculo uno ab annis decem ad tactum beatae manus coram nobis visum recepit. Haec in aecclesia statim[q] presentata est clero et diu iacuit ante altare gratias agens Deo. Interea quoque puer cecus in ipso hospicio[r] illuminabatur. Ex hoc ingressus aecclesiam pater sanctus, ad altare beatae Mariae, quod in orientali parte locatum est, missam celebravit. Ubi vero complevit, coram omni populo puella ceca illuminata est, et matrona dives et nota in civitate, cuius arida[s] crura ab annis tribus extendi penitus non valebant, resolutis nervis ad signum vitae sine dilatione stetit erecta. In pulpito quoque dum sermonem habiturus ad populum ascendisset, cecus senex visum recepit. Multa quidem et alia signa facta sunt
Ian. 11. ipso[t] die, et sepius acclamabant; sed nemo nostrum inquirendi extitit curiosus. Sabbato quoque multa in hospicio vidimus et cognovimus ea; sed quia annotare neglexīmus, superveniente[u] multitudine ceterorum, nobis iam penitus exciderunt. Verba tamen quae ad clerum habuit – neque enim ad[v] populum exire voluit ea die —, et quomodo formam hanc clericorum, immo vitam prorsus informem omnibus divinarum testimoniis scripturarum probaverit esse contrariam, non omnibus eis arbitror excidisse: 'Vos',
Ps. 72, 5. inquit, 'propheta notabat, cum diceret: *In laboribus hominum non sunt et cum hominibus non flagella-*
Es. 26, 10. *buntur, ideo tenuit eos superbia.* Et Ysaias eodem spiritu, immo Deus per Ysaiam: *Misereamur,* inquit, *impio, et non discet*[w] *facere iusticiam, in terra sanctorum iniqua gessit, et non videbit gloriam Domini.*
Mich. 2, 9. [Et[x] expressius ac nominatim in[y] alio propheta: *Principes populi mei,* inquit, *eicientur de domibus deliciarum propter pessimas voluntates suas, et*[z] *cleri eorum non proderunt eis*']. Sed haec alias. Iam ad narrationis ordinem revertamur.

Ian. 12. 4.[a] Dominica, priusquam missa celebraretur, cecus quidam per signaculum lucis et vitae illuminatus et adductus est ad altare. Ea siquidem die ad promissum sermonem convenerat populus inestimabilis, quantum nemo clericorum sese[b] aliquando in aecclesia[c] illa vidisse dicebat. Celebravit autem missam pater sanctus ad altare beati Petri, quod in occidentali parte situm obtinet in aecclesia principatum. Ibi post missae celebrationem innumera coram omnibus miracula contigerunt. Honorata mulier et notissima in civitate, quae per quinquennium uno oculo ceca, multa sese in medicos fatebatur inutiliter expendisse, sub manu[d] signantis visum recepit. Altera quoque[e] similiter illuminata est. Abbas[f] Campensis. E multis quae ibidem vidimus[g] duo tantum occurrunt memoriae meae[h]. Dico autem de puella surda et muta, quae confestim audivit et locuta est, et de iuvene claudo, quem ad servi sui orationem divina virtus erexit. Eberwinus[i] abbas Steinvoldensis[k]. In platea, ubi sermonem habuit vir beatus, eo quod aecclesia populum capere non sufficeret[l], nobis astantibus cecus quidam visum et mancus aridae manus simul et brachii adeptus est sanitatem. Abbas Campensis. Ubi finito sermone

a) Bobard 3. b) se 3. c) i. r. 2. d) ubi c. 3. e) eam 2. f) speraverint — intellexerint 3. g) *deest* 2. h) h. e. 2. i) *pergit* 4. k) Wolmarus *h. l.* 3. l) et 3. m) f. s. 2. n) egr. 4. o) *deest* 3. p) c. m. 2. q) st. deducta p. 3. r) ill. h. 2. s) c. a. 4. *ed.* t) in ipsa 4. *ed.* u) supervenientem multitudinem 4. v) e. v. ad p. 4. *ed.* w) discat 3. x) *haec des.* 2. y) n. duces, ait, populi mei eic. 4. z) s. clerus e. n. proderit e. 4. a) 12. capit. 4. b) se 3. c) i. e. 2. d) manus 2. e) q. caeca 3. f) A. C. *des.* 3. g) vidi 4. h) *deest* 4. *ed.* i) Ebervinus 4; Hervinus *ed.* k) Stenvold. 2. l) sustineret 4. *ed.*

1) Boppard. 2) Remagen.

domum regressi sumus, ex[a] quo ianuam intravit[b] exteriorem, priusquam hospicii limen attingeret, me 1147
presente curvum erexit puerum, mulieri insanae reddidit mentem, claudam ambulare fecit et cecam Ian 12
uno oculo matronam pater[c] beatus illuminavit. Gerardus. Haec fuit, de qua sic mirabatur unus e fratribus nostris, quod et diviti beneficium[d] tam facile prestaretur; et vere digna fuit omni admiratione celeritas. Prius enim quam signata videretur, illuminatam se esse clamavit.

5. Eberhardus[e]. Ex quo pransi sumus, numquam nobis illa die miracula defuerunt. Et haec quidem certius novimus et diligenter probavimus ea. Stabat enim vir sanctus in fenestra, et per scalam offerebantur infirmi; siquidem hostium domus aperire nullus audebat, tantus erat impetus et tumultus. Ibi quoque[f] filia divitis cuiusdam viri notissimi in civitate auditum recepit, quem ex multis annis[g] prorsus amiserat. Hanc in claustro quodam parentes ante locaverant, sed remiserant eam sanctimoniales, eo quod[h] penitus amisisset auditum. Diu quoque sic manserat nichil audiens, donec ad tactum sacratae manus Deus aperuit aures eius. Post paululum quoque contracta mulier erecta est et ambulabat. Gerardus. Puerum curvum, qui erectus est ipsa die, et cecos multos, qui illuminati sunt, omnes vidistis[i]. Wolkemarus. Ego ex his quos vidi et quorum memini numeravi quinque, quosdam uno[k] oculo cecos, quosdam utroque. Abbas de[l] Campo. Circa vesperam illuminata est mulier, quae post manus impositionem duabus aut tribus horis resederat[m] ceca. Tandem abire volens, nec habens a quo deduceretur, palpabat miserabiliter ad parietem cum fletu et eiulatu. Omnes miserabamur eam, sed statim[n] congratulati sumus. Acclamavit enim subito, quia videret, et festinantes ad eam, multis hoc probavimus argumentis.

6. Gerardus[o]. Dum haec intus actitarentur[p], ego foris astabam, nec ullatenus poteram introire ab hora nona usque ad vesperam. Sic permansi cum quibusdam fratribus nostris, nec[q] accedere quidem valens ad hostium vel ad scalam; tanta[r] erat undique multitudo. Vix tandem nocte secedentibus turbis ingressus, vidi confestim surdum[s] hominem, qui recepit auditum. Ubi vero coenavimus, quia languentium convenerat multitudo, rogavimus patrem, ut ad signandos[t] eos egrederetur. Protinus autem[u] puellis duabus surdis et mutis ad tactum sacratae[v] manus coram nobis Deus auditum reddidit et loquelam. Eberhardus. Ibidem puer[w] quidam et matrona de civitate ipsa, ambo claudi, ambo erecti sunt.
Philippus. Secunda feria summo mane vir surdus auditum et ceca puella visum recepit[x]. Post pau- Ian. 13.
lulum quoque mulier ceca illuminata est, et tantus ibi tumultus factus est et concursus, ut vix potuerit[y] in hospicium retrahi vir beatus; et nescio, an fuerit ibi maius [aliud[z]] miraculum, quam[a] quod evasit incolumis. Gerardus. Circa horam terciam exiturum virum Dei expectabat languentium multitudo, eo importunius instantes, quo modicum iam tempus viderentur habere. Egressus igitur in plateam signavit ex ordine residentes, et sub oculis omnium ipsa hora quatuordecim sunt sanati, claudi septem, surdi quinque[b], puer mancus et mulier ceca, optatumque[c] beneficium perceperunt[d]. Ad singula populus acclamabat, et in laudes Dei voces tonant per nubila: *Crist[e] huns genade, kyrie-eleyson. Dhe helegen alle helpen huns.*

7. Porro archiepiscopus civitatis in ipso residebat[f] hospicio, et coram eo quoque pater sanctus, ubi ingressus[g] est, puerum cecum illuminavit. Abbas Campensis. Ex hoc iam turba erat intolerabilis, ut nemini prorsus egredi domum ingredive liceret. Consilium ergo fuit, ut in domum archiepiscopi deduceretur, liberius exinde profecturus. Ibi vero nobilis puer, filius sororis advocati Coloniensis, ex longo iam surdus et mutus, coram omnibus[h] nobis per manus impositionem recepit auditum pariter et loquelam. Ibidem quoque cecus quidam visum et alter cuius erat crus aridum et inutile adeptus est sanitatem. Sed et puella quaedam, cuius adheserat lingua faucibus et vix poterat loqui, curata est, ipsa hora soluto vinculo oris. Horum omnium testes sumus, testis est et[i] civitas Coloniensis. Neque enim in angulo facta sunt haec[k], sed in publico, ut ab omnibus Deus[l] glorificetur, qui in sanctis suis gloriosus est. Si quis forte aut incredulus aut curiosus extiterit, multa ex his facile ei[k] probare licebit, presertim quae[m] in personis facta sunt non infimis nec ignotis[n].

8. Vix tandem egressi Coloniam, venimus Brunwilre[o], quod est[p] monasterium duobus a civitate milibus distans. In via quoque, presente populo Coloniensi, qui devotione debita sanctum prosequebatur, surdi duo oblati sunt, quorum Deus aperuit aures, cum iniecisset[q] pater beatus digitos et ore sacrato
inspirasset auditum. Eberhardus. Tercia feria mane in aecclesia beati Nicholai — in ipsius siquidem[r] Ian. 14.
honore dedicatum est monasterium Brunwilre, quod niger[s] villare interpretatur — coram altari[t] puer cecus illuminatus est, quem offerebat domnus abbas Campensis[u]. Vix adhuc exultantis populi siluerat vociferatio, et ecce, surdus et mutus auditu donatus est et loquela. Wolkemarus. Alter eciam surdus astantibus nobis recepit auditum. Abbas Campensis. Primum quod in via ipso die miraculum[v] vidimus aridi cuiusdam brachii et manus restitutio fuit. Gerardus. Crebra vidimus eo[w] die miracula; plena

a) ex q. *des.* 3. b) intravi 3, *ubi* ext. *deest.* c) p. b. *des.* 3. d) t. f. b. 3. e) Eberwinus 3, *et ita post.* f) ergo 3. g) *deest* 2. h) q. obsurduisset omnino. Diu 3. i) vidisti 2. k) o. u. 2. l) A. Campensis 4. *ed.* m) residebat 4. *ed.*; c. remanserat 3. n) st. omnes 2. o) Gaufridus 3. p) auditarentur 2; agerentur 4. *ed.* q) ne 3. r) sed t. 2. s) h. s. 4. *ed.* t) sanandos 3. u) exiit et p. 3. v) sanctae 3. w) q. p. 3. x) receperunt 3. y) poterit 4. z) *deest* 3. 4. *ed.*; ibi *deest* 2. a) *deest* 2. b) *deest* 3. c) o. quique 4. *ed.* d) rec. 3. e) *ita* 1; Cris uns 2, *ubi* D. h. a. h. h. *des.* 2; Crist uns genade. Kirio leyson die ligen alle helfen uns 4, *qui superscr.* Christe nobis misereatur, Kyrieleison. Sancti omnes adiuvent nos; *omnia des.* 3. f) h. r. sed 3. g) egr. 3. 4. *ed.* h) n. o. 3. i) *deest* 2. *ed.* k) *deest* 3. *ed.* l) gl. D. 3. m) in p. q. f. 3. n) innotis 2, *ubi sequentia supra post librum I. leguntur, nunc vero in medio tertio libro pergitur.* o) Brunvillare 4, *et ita post.* p) m. e. 3. q) immisisset 3. r) nomine s. 3. s) in greco 2: ingruavill. 3. t) altare 2. u) Canp. 2. v) v. m. 4. *ed.* w) ipso 4; in ipso *ed.*

1147. Ian. 14. siquidem erat strata populis, et campus omnis nobis civitas erat[a]. Secundum, ni[b] fallor, miraculum fuit cecus uno oculo, qui[c] confestim illuminatus est. In ipso autem loco contigit, unde magis obstupuimus universi. Obtulit enim mulier filiam iam adultam, quam ex utero surdam et mutam esse dicebat, et id[d] ipsum multi ex circumstantibus, qui eam noverant, testabantur. Haec ergo[e] per manus impositionem curata est: ipsa hora et audivit et locuta est libere coram nobis. Nec longius adhuc processeramus, quando vir surdus recepit auditum. Gaufridus[f]. Usque ad haec miracula ego, ut[g] turbas fugerem[g], precedebam. Audiens autem tam crebros populi cantus, substiti, et quae deinceps facta sunt in itinere probavi[h] diligentissime et notavi. Surda et ceca mulier audivit et vidit; surdi tres audierunt; clauda una ambulavit; illuminati sunt quinque ceci, alii quidem uno oculo, alii vero utroque; et unius quidem pueri, qui omnino cecus erat, illuminationem certi sumus patrem sanctum in spiritu cognovisse. Substitit enim, et ad eum conversus, inquiri fecit, utrum videret.

9. Abbas Campensis. Sic et de ceco alio fecerat prius, et me ipsum, cum pertransissemus[i], remiserat ad inquirendum. Cumque rediens[k] illuminatum eum nuntiassem: 'Et ego senseram', inquit. Vespera venimus Iuliacum[1], quod a Iulio Cesare castrum aedificatum et eius est[m] nomine insignitum. Ingressus autem aecclesiam pater[n] beatus et intuitus mulierem claudam iacentem coram altari, novo quodam fervore spiritus, ita[o] ut omnes miraremur, apprehendit manum[p] eius et elevavit eam, quanta fide, tanta eciam facilitate. Sic et in atrio aecclesiae, cum[q] egrederetur, coram nobis et omni populo cecum Ian. 15. illuminavit. Gerardus. Mane in aecclesia post missae celebrationem cecus puer visum recepit et vir surdus auditum. Honorata quaedam mulier, neptis comitis Iuliaci, ab annis quinque altero oculo nichil, altero tam parum videns, ut vix posset sine duce tenere viam, ubi signata est, clare vidit utroque. Advocatus eciam castri illius 10[r] annis vixerat cecus, et illuminatus est ipsa die. Multa quidem et alia facta sunt, saepiusque clamabat populus suum illud *Crist*[s] *uns genade*, et in castro et in itinere; sed nobis e pluribus[t] pauca sufficiant. Eberhardus. In via, quorum ego[o] memini, surdus puer auditum recepit, mulier ceca visum, altera quoque clauda gressum coram omnibus nobis. Ipsa[u] die venimus Aquisgrani. Est autem Aquisgrani[v] regum sedes, celeberrimus[w] et amenissimus locus, voluptati corporum accommodatior quam animarum saluti. cf. Prov. 1, 32. Siquidem prosperitas stultorum[x] occidit illos, et vae domui indisciplinatae! Non ad detractionem loquor, sed utinam legat[y] qui corrigat! Utinam et ipsorum[z] aliquis recogitet et convertatur et vivat! Quae[a] enim aecclesia tam manifeste canonicos et canonicas habet? Negocium[b] perambulans in tenebris ibi nec tenebras quaerit, ut aiunt. Sileamus tamen[c]; haec satis enim nota sunt Ian. 16. sine nostra relatione. Illic ergo in capella regia ad altare beatae Mariae feria quinta puella ceca visum recepit; ego ipse patri astabam, sed tantus ilico tumultus, ut secedere oporteret. Philippus. Claudus[d] quidam senex ibidem erectus est, cuius baculos in ipsa statim aecclesia ad testimonium suspenderunt. Hunc ego ipse diu reppuleram, ad quid vellet accedere aut quid pateretur[e], ignorans. Eberhardus[f]. Mulieres duae, quarum manus omnino aruerant, ibidem sanatae sunt ipsa hora. Abbas Campensis. Alterius quidem manum pater sanctus sua extendit[g] manu, sed altera sanata est velut in fimbria vestimenti. Stabat enim post tergum eius, et conquerebatur, quod ad manum accedere non valeret. Cui ego: 'Applica', inquam, 'vestimento eius manum, si forte palpare possis et digitos aliquatenus[h] aperire'. Fecit[i] ut ei consului subitoque coepit tenere cucullam, et dum traheret eam, digiti extendebantur, et sanata est statim. Gerardus. Nusquam in itinere illo sic compressus est pater ut in capella illa[k], quia locus angustus erat, et turba impellebat turbam, sicut unda solet undam[l] precipitare. Propter hoc multa ex his quae facta sunt illic[m] ignoramus. Gregorius[n] noster, tunc canonicus ipsius aecclesiae, qui eadem die prebendam pariter[o] seculumque reliquit, illuminatos ibidem[p] asserit cecos quinque. Wolkemarus[q]. Traiectum[1] vocatur[r] locus, ubi quondam sedes Leodiensis erat, a beato Servatio excellentissimo[s] confessore a Tungrensi[t] civitate translata. Illic feria quinta[u] pernoctavimus in aecclesia beatae Mariae. Mane vero Ian. 17. feria sexta[v] post missae celebrationem in eminentem locum patrem deduximus[w], ut sine oppressione signaret[x] infirmos. Ego illi proximus eram et quae fiebant novi plenius et diligentius universa probavi. Ibi ceci quinque[y] illuminati sunt, vir surdus audivit[z], et mutus locutus est. Item surdus alter auditum et manci[a] duo manuum receperunt[b] incolumitatem. Gerardus[c]. Ipso die in hospicio surdus et mutus puer oblatus est; dumque[d] signaret eum pater sanctus, honestus quidam iuvenis Cunradus[e] Coloniensis canonicus abrenuncians seculo sese reddebat in manus eius. Elevavit se, ut susciperet eum, et continuo puer locutus est et audivit. Populus autem foris[f] prestolabatur, et ecce, vir[g] audiens et loquens parentibus redditur, et sequitur exultatio copiosa. Notus enim erat in civitate puer, et hoc famo-

a) videbatur 3. b) nisi 4. *ed.* c) qui et 2. d) ad 4. e) autem 4. *ed.* f) *deest* 4. g) *deest* 4. *ed.* h) d. p. 4. *ed.*, *ubi* et n. *des.* i) pertransissem 4. *ed.* k) redirem et 4. *ed.* l) Iuliatium 4. m) n. e. 4. *ed.* n) abbas 3. o) *deest* 3. p) manus 3. q) c. e. *des.* 3. r) viginti 4. *ed.* s) Chrisugnade 3; Crist huns guegnade 4, *qui superscr.* Christus nobis misereatur. t) plurimis 4. *ed.* u) Eadem 3; I. d. v. A. *des.* 4. *ed.* v) Aquisgranum 4. *ed.*; *deest* 3. w) c. quidam 3. x) eorum 3. y) qui legit c. 3. z) a. i. 4. *ed.* a) Quae — relatione *des.* 4. *ed.* b) et n. 3. c) h. t. 2. d) Ibidem er. est cl. s. c. 4. e) peteret 4; expeteret *ed.* f) *deest* 3, *ubi* Et m. g) m. e. 3. h) *deest* 4; et — aperire *des. ed.* i) Fecit illa ut c. 2. k) i. regia 3. l) unda 4; undam s. 3. m) *deest* 4. *ed.* n) Gerardus 3. *ed.*; G. *in marg.* 4. o) s. p. 4. *ed.* p) ibi 3. q) *deest* 3, *ubi* feria quarta *add.* r) vocatus 3. s) *deest* 4. *ed.* (*ubi:* beatissimo c. S.). t) congrensi 4. u) *ita* 3; quarta 2. 4. *ed.* v) quinta 2. 4. *ed.* w) dux. 3. x) sanaret 4. *ed.*; i. s. 2. y) c. i. s. quinque 4. *ed.* z) s. et m. l. e. et a. 3. a) d. m. 3. b) i r. 4. *ed.* c) Gauf. 3. d) Cumq. 4; d. inclinatus s. puerum sanctus 3. e) Conr. 3. 4. *ed.* f) p. f. 4; ante fores p. 3. g) puer 3. *ed.*

1) Maastricht.

sissimum fuit in populo. Nec mora, eciam clauda mulier gressum recepit, et tres ceci illuminati sunt, et singuli quique[a] deducti[b] in populum cum laeticia et exultatione. 1147. Ian 17.

10. Philippus. Cum egrederetur vir sanctus Traiectum, causa extitit, ut ad aecclesiam beati Servatii declinaret pro negocio fratris Norberti[c], qui canonicus erat eiusdem aecclesiae, sed continuo et prebendae abrenuntiavit et seculo[d]. In ipso ergo[e] itinere puer claudus erectus est coram nobis. In aecclesia quoque beati Servatii offerentes claudum hominem patri nostro, rogabant, ut ei manum imponeret. At ille: 'Nescio', inquit, 'an[f] displicebit[g] beato Servatio, si id in domo[h] eius presumimus'. Acclamantibus[i] omnibus et dicentibus: 'Domine, non displicebit': 'In nomine', inquit, 'domini[k] nostri Ihesu Christi et beati Servatii surge et sta super pedes tuos'. Surrexit igitur sine mora[l] et cunctatione, et facta est laeticia magna in populo[m]. Heri facta sunt haec apud[n] Traiectum. Hodie Leodii clerus convenerat universus, qui in civitate illa copiosissimus[o] est, et in camera quadam[p] episcopi patrem sanctum[p] prestolabantur, ut sermonem haberet ad eos; et ecce, prevenit eos Dominus sermone virtutis, et claudus quidam clericus ab renibus et deorsum premortuus[q], ut omnino non[r] posset stare super pedes suos[s], oblatus est viro Dei. At ille debilia membra signans et attrectans: 'Ambula', inquit, 'in nomine Ihesu Christi'. Protinus autem confortatus, ambulare coepit. Et egressus est sermo in clerum, et exclamaverunt: 'Tua sunt haec, Christe[t], opera, qui sanctos tuos ita glorificas'. Ipsi gloria et imperium nunc et in omnia secula seculorum! Amen. (Ian. 18.)

[LIBER III.]

INCIPIT[u] EPISTOLA GAUFRIDI IN MIRACULA BERNARDI ABBATIS.

Domino dilectissimo et reverentissimo patri Hermanno Dei gratia Constantiensi episcopo puer sanctitatis eius Gaufridus Clarae-vallis monachus qualiscumque in orationibus suis filiorum meminisse suorum. Ea quidem miracula, quae a Spira usque Leodium facta vidimus et cognovimus, ad clerum Coloniensem eodem descripsimus modo, quo priora fuerant ante descripta, ut ad[v] instar collationis vicissim ea quibus affuimus singuli loqueremur. Quia ergo libelli illius exemplar vestram, pater[w] beatissime, diligentiam effugere non poterit[x], ut confido, reliqua[y] describere et sanctitati vestrae dirigere non neglexi. Multa quidem nos et[z] ex prioribus ignorasse, certissimum est; nemo quippe in transcursu prosequi poterit universa. Maxime tamen nocuit, ubi Teutonicorum exivimus regionem, quod[a] cessaverat vestrum illud *Christ uns gnade*[b], et non erat qui vociferaretur. Neque enim secundum vestrates propria habet cantica populus Romanae linguae, quibus ad singula quaeque miracula referrent gratias Deo. Multa proinde tecta silentio ad nostram non pervenere noticiam; licet ex his quoque quae certissime novi omiserim non pauca scienter, veritus equidem, ne forte[c] qualibet curioso pararet copia tanta fastidium. Illud sane non tam vobis loquor, de cuius credulitate non dubito, quam ceteris, in quorum manus haec poterunt devenire, nil me scripsisse, nisi quod aut vidi[d] oculis meis aut fratrum nostrorum, qui presentes fuerunt, certissima relatione cognovi.

1. Igitur dominica post octavas[e] epiphaniae et secunda feria Leodii mansimus, dum Philippus noster ea quibus tenebatur implicitus secularia negocia consummaret. Factum est autem die dominica, cum ad altare beatae Mariae in maiori[f] aecclesia pater sanctus missarum sollempnia celebrasset, coram universo[g] populo puer oblatus est, quem ex utero claudum esse[h] dicebant. Ubi vero signavit tibias eius et renes tetigit, apprehendens manum ipsius, erexit eum protinus et deduxit. Conclamatum est statim[h] a clero: *Te Deum laudamus;* sed mugitus flentium et singultus vociferationem laudis evicit. Dabat[i] pro cantu lacrimas plebs ignara canendi. Duas quoque aridas manus ibidem tetigit et curavit, ut sensum pariter motumque reciperent. Necdum ab altari dimotus, senem cecum per signum crucis illuminavit et alterum claudum ambulare fecit in facie totius aecclesiae quae convenerat. Feria secunda in domo episcopi mane post missarum celebrationem cecus uno oculo iuvenis ad tactum sacrae manus illuminatus est, et sub manu signantis exiliit clamitans, quia: 'Visum recepi'. Nec mora, afferebatur alter utroque oculo cecus, et hic quoque ibidem illuminatus est ipsa hora. Aderat autem episcopus civitatis[1] explorator diligens omnium quae fiebant. Audiens igitur adolescentem illuminatum se esse gratulabundis vocibus acclamantem, ut probaret, an verum esset, de multis interrogabat eum, et incunctanter ille[k] ad singula respondebat. (Ian. 19.) (Ian 20.)

2. Ipsa die circa horam sextam exiit pater sanctus, ut signaret aegrotos, et ibi statim claudus quidam gressum recepit. Audientes autem, quia semel exisset ad infirmos in domum spatiosiorem, multo plures prioribus pervenerunt[l]. Post[m] horam igitur nonam egressus ad eos, signavit ex ordine residentes. Et continuo ex his de quibus certi sumus[n] illuminati sunt ceci quinque, et claudi tres receperunt gressum, digne admirantibus universis. Vespere quoque in capella episcopi surdus quidam recepit auditum. Ter-

a) *deest* 3. b) d. sunt 2. c) Nob. 4. d) mundo 4. e) autem 4. *ed.* f) si 4. *ed.* g) displiceat 3. h) e. d. 3. i) A. autem 3. k) I. Chr. d. n. 3. l) sine contactione 3. m) *hic desinit* 1. n) h. Traiecti 3. o) copiosus 3. p) *deest* 4. *ed.* q) sic dissolutus 4. *ed.* r) st. n. p. 3. s) eius 3. t) Chr. h. 3. u) *ita* 3; *haec epistola et tertii libri initium des.* 2; 13. cap. 4. v) *deest* 3. w) b. p. 3. x) potuit 3. y) r. quoque 3. z) etiam de 3. a) et c. i. nostr. 3. b) Crist huns guegnade, *superscr.* Christus nobis misereatur 4. c) lectori q. 3. d) a. v. aut 4. e) octabas 4. f) maiore 4. g) clero et p. 3. h) *deest* 3. i) D. enim has p. 3. k) ad s. i. 3. l) conv. 3. m) P. n. i. h. 3. n) fuimus 3.

1) Heinricus.

1147. Ian. 21. cia feria, priusquam egrederemur, tres in ipsa episcopi domo claudi erecti sunt, mulieres duae et puer unus. Multa quidem et alia signa Leodii et in itinere facta sunt; sed e multis pauca sufficiant.

Ian. 22. 2. Feria quarta profecti ab oppido cui nomen Hui, festinavimus ad monasterium quod Gembolium[1] vocant. In ipso autem itinere senex cecus uno oculo et adolescens eodem laborans incommodo ambo Ian. 23. simul illuminati sunt. Feria[a] quinta mane in predicto[b] monasterio Gembolio puer claudus oblatus est viro Dei, et confestim signatus ab eo gressum recepit et coram omnibus ambulabat. Post paululum quoque in egressu[c] eiusdem vici puer alter manibus pedibusque[d] contractus sub oculis omnium utrorumque membrorum adeptus est sanitatem. Nec longe processerat, et ecce, puer mutus ex utero offerebatur in via, et hunc quoque signavit[e] et tetigit, statimque solutum est vinculum oris eius, et loquebatur recte. In ipso itinere oblati sunt surdi duo, et qui mutum fecerat loqui, etiam surdos fecit audire. Novum in partibus illis monasterium[f] aedificatur cui Villare[g] nomen est, et ante paucos menses illuc pater noster[h] congregationem miserat monachorum[2]. Voluit ergo plantationem novellam vel in transitu visitare, peregrinantes[i] filios consolari. Factum est autem, cum[k] monasterio appropinquare coepisset[l], claudam mulierem tetigit, signavit, erexit et precepit libere ambulare. Duabus quoque claudis in ipso loco gressum et iuveni cuidam amissum unius oculi visum reddidit coram fratribus ipsis et aliis plurimis qui convenerant.

3. Exinde festinabat ad oppidum cui Fontanae[3] nomen est, ubi Philippus noster apud propinquos suos eum rogaverat hospitari. In eodem vero itinere offerebant ei cecum a nativitate puerum, qui nec[m] ipsas quidem aperire poterat palpebras oculorum. Desperabant omnes, etiam qui plurima viderant maximaque miracula. At ille nichil cunctatus manum imposuit puero, factaque oratione brevissima, ut solebat, digitis suis palpebras eius aperuit et sciscitatus est, an videret. Cui puer: 'Video', inquit, 'domine, video vos et[n] omnes homines video capillatos'. Plaudensque manibus et vehementer exultans, aiebat: Ian. 24. 'Deus, Deus, ultra non offendam ad lapides[o] pedes meos'. Feria sexta Fontanis, priusquam egrederemur, puellae contracta et arida manus sanata est et extensa. In via quoque iuxta vicum quendam puer claudus gressum recepit.

4. Ex hoc[p] accessimus ad castrum quod nominant Bienz[q. 4]. Unde tanta occurrit hominum multitudo, ut totam[r] camporum planitiem populus operiret. Illic puerum claudum deportatum[s] humeris offerebant; quem vir Domini signans, deponi iussit, ut ambularet. Vix potuit novis gressibus via parari, tantus erat concursus[t] tantusque tumultus. Depositus tamen ambulare coepit in medio populi, et deducentes eum in liberum campum, cum[u] eo plurimi secesserunt. Aderat enim mater, aderant propinqui eius et multi[v] qui noverant eum, ipsa sua exultatione fidem miraculo facientes. Interim sane dum secessisset cum puero pars non modica populi, geminata laeticia[w] est, et alter quoque puer similiter[x] claudus similiter gressum recepit. Tercius in eadem planitie claudus vir erectus est et coram omnibus ambulabat et currebat gratulabundus et laudans. Prope idem castrum cecus unus illuminatus est, et surdi duo receperunt auditum ipso[y] loco, ubi[z] substiterat, ut[a] populo benediceret et dimitteret eos. Mons Ian 25. vocatur castrum primum in provincia Heinocensium[b], ubi sexta feria pernoctavimus. Illic mane sabbato, priusquam proficisceremur, senex quidam de proxima villa, multis eorum qui aderant et Philippo nostro non[c] incognitus, quod[d] a multis iam annis amiserat oculorum lumen recepit; sed et puer quidam scolaris cecus altero oculo illuminatus est tanta celeritate, ut non prius amoveret pater beatus manum, quam puer clamaret: 'Video, domine', stupentibus universis.

5. Haec in hospicio facta sunt coram venerabili episcopo Cameracensi Nicholao et clericis eius, etiam et multis religiosis viris, qui de tota provincia occurrerant viro Dei. Iisdem[e] quoque astantibus, cum egrederetur castrum, mulieris aridam manum sanavit et gressum reddidit claudo. Plurima ipso[f] die miracula choruscaverunt, adeo ut multa ex ipsis a memoria elaberentur. Horum tamen certissime[g] recordamur. Surdae duae auditum receperunt in via et puer quidam unius oculi visum. Nec longe processeramus, et ecce, in campo mulier amissum ex longo unius oculi lumen recepit. In eadem strata capellula quaedam sita[h] est, duobus a predicto castro milibus distans; illuc in occursum viri Dei innumerabilis[i] convenerat multitudo, ut faciem[k] eius videret et[l] susciperet benedictionem. Nec fraudavit Dominus populi sui devotionem, quin desiderata eis virtutis suae magnalia demonstraret. Ibidem enim coram omnibus senex quidam, qui viginti, ut dicebatur, annis cecus manserat, factus est videns, et mulier surda audivit, non sine multa ipsorum[m] et populi exultatione. Alio quoque in loco cum substitisset, oblati sunt pueri duo, quorum uterque uno tantum videbat[n] oculo, et mulier surda. Nec ante dimotus[o] est, quam et pueris visum et mulieri reddidisset auditum. Adhuc autem[p] in eodem itinere prope torrentem Huns[5] ante transitum puer cecus illuminatus est; post transitum duae surdae receperunt auditum. Iam appropinquabamus hospicio, et ecce, clauda mulier per manus impositionem gressum recepit coram multitudine copiosa plebis, quae[q] in occursum beati viri de tota venerat[r] regione. Alii quoque debiles et aegroti desiderata adepti sunt beneficia; sed longum est singula quaeque referre. Valencenas nominant

a) *pergit* 2. b) *deest* 2. c) ingr. 4. *ed.* d) pedibus manibusque 4. *ed.* e) t. et s. 2; et t. *des.* 4; sign. et sanavit *ed.* f) e. m. 4. *ed.* g) n. V. 3. h) sanctus 3. 4. *ed.* i) peregrinos 3. k) c. iam m. 4. l) ceperat 4. *ed.* m) ne 3. n) *deest* 2. o) lapidem 3. *ed.* p) Exhinc 3. q) Bins 3. *ed.*; Binz 4. r) *deest* 3. s) *deest* 4. *ed.* t) cursus 4. u) c. e. *des.* 4. *ed.* v) alii m. 3. w) est l. 3. x) c. s. 2. y) in ip. 3. z) vir Dei s. 3. a) et 4. b) Hainocensium 3; Hemotensium 4. c) non item i. 3. d) quem 4. e) Isdem 2; Hisd. 4. f) ipsa 2. g) certissima 4. h) constructa 3; c. quadam d. 4; sita *deest ed.* i) venerabilis 4. *ed.* k) desideratam f. e. viderent et susciperent 3. l) *deest* 2. m) sua 2. n) o. v. 3. o) am. 2. p) *deest* 3. q) *deest* 2. r) conv. 3.

1) Gembloux. 2) Cf. Hist. Villar., SS. XXV, p. 195 sq. 3) Fontaine l'Evêque. 4) Binche. 5) Hon.

oppidum, ubi ea nocte mansimus, oppidum grande et populosum[a]. Illic sane priusquam ingrederemur[b] 1147. hospicium, mulierem claudam notissimam populo signans et erigens pater sanctus, fecit coram omnibus ambulare. Unde profecti, die dominica[c] venimus Cameracum. Ian. 26.

6.[d] Plurima autem et in castro ipso et in itinere miracula contigerunt; sed nos e pluribus pauca colligimus[e]. In aecclesia beati Iohannis post missae celebrationem puer mutus[f] et surdus ex utero matris suae audivit et locutus est, et admiratae sunt turbae. Hic iuxta me diu[g] resederat surdus[h] et mutus, et coram me presentatus audivit et locutus est ipsa hora. Vix cessaverat[i] cleri iubilatio, et ecce, senex claudus erectus est et ambulabat. Ibidem contigit, unde pre ceteris[k] miraculis obstupuimus. Puer enim cecus a nativitate, opertis albugine oculis — si tamen oculi dicendi erant, quibus nec color nec officium nec ipsa saltem[l] quantitas[l*] inerat oculorum — ad impositionem beatae manus visum recepit. Multis hoc indiciis probavimus, vix credentes oculis nostris, quod talibus oculis visus posset inesse. In ipso loco eciam[m] arida mulieris manus adepta est sanitatem. Ex hoc cum beatum virum turbae comprimerent, [irruerent[n] irruentes], vix deductus est in domum[o] regularium clericorum. Ibi quoque plurima languentibus[p] beneficia contulit. Sed haec sunt, quorum certissime recordamur: claudi duo[q] ibi erecti sunt, puer cecus et mulier ceca visum receperunt.

7. Secunda feria in urbe Cameracensi in aecclesia beatae Mariae ad altare sublimius pater sanctus Ian. 27. missarum sollempnia celebravit, ut in eminentiori[r] loco positum et videre posset populus et non comprimeret[s]. Accedentibus ergo ceteris ad oblationem, puer adductus est surdus et mutus ex utero matris suae. Hic in proximo vico natus multis eorum qui astabant non incognitus erat. Coeperat[t] autem qui adduxerat eum[u] obsecrare hominem Dei, ut puero manum imponere dignaretur; sed nos concursum populi metuentes, prohibuimus, dicentes, ut finita missa adduceret eum. Prevenit tamen expectationem illam virtutis effectus. Offerens enim puer, sacratam[v] manum ex more osculatus est, et pertransiit. Nec mora, accedens unus ex[w] militibus, predicti frater episcopi, interrogavit puerum, dicens: 'Oz tu[x]'? quod Latine interpretatur: 'Audis tu'? Protinus autem id ipsum puer quoque respondit, dicens[y]: 'Oz tu[x]'. Surdus nimirum ex utero ea tantum loquebatur, quae ex ore interrogantis audivisset. Addidit ergo[z] miles loqui ad eum, et docebat invocare Deum et beatam virginem nominare. Singula vero incunctanter[y] puero respondente, qui propius astabant clerici convenerunt; cognitaque miraculi[a] veritate, levaverunt vocem magnificantes et laudantes Deum, qui dedit[b] potestatem talem hominibus. Elevatus puer salutat populum, et exultat in gaudio civitas Cameracensis, loquentem audiens puerum, qui ex utero matris suae nec loquutus est[c] aliquando nec audivit. Ipsa die in domo[d] episcopi, ubi virum sanctum magna cum devotione susceperat, puellae manus invalida ad tactum eius sanata est et extensa. Vespere quoque claudam ex longo tempore filiam pater obtulit, et recepto gressu, laetus reduxit ad propria. Tercia[e] feria Ian. 28. aridas manus duas sanavit[f] et mulierem claudam efficax in Bernardi manu gratia[g] curationum. Puerum quoque cecum, cum iam egrederetur, illuminavit in porta, et in campo adolescentem surdum fecit audire et mutum loqui coram universo clero et populo civitatis.

8. Valcellam[h. 1] vocant monasterium tribus ab ipsa civitate milibus distans, quod idem pater noster[i], missis olim a Clara-valle fratribus, aedificaverat. Illic feria tercia pernoctavit, nolens fraudare filios visitatione et consolatione paterna. In ipso sane monasterio mane feria quarta, priusquam egre- Ian. 29. deretur, militem quendam de regione eadem, qui a diebus multis debilis pedibus simul et cruribus ambulare non poterat, benedictionis virtute sanavit ac[k] referentem gratias ad sua remisit incolumem. In via quoque surdus[l] vir aure altera recepit auditum. In opido cui nomen Goui[m. 2] iuxta monasterium canonicorum regularium quod Montem-sancti-Martini vocant novo temporis nostri Martino claudam puellam offerebant. At ille, signo crucis edito: 'Vade', inquit, 'in nomine Ihesu Christi'. Statim vero deposita exiliit et ambulabat, currens et laudans Deum. Feria quinta in monasterio quod Humblerias[n. 3] Ian. 30. vocant paraliticam media parte corporis filiam pater obtulit viro Dei. Haec et manus[o] et brachii et tibiae simul et pedis eciam et linguae officium, morbo invalescente, perdiderat; ubi vero signavit eam pater beatus, sanata est, evidentissime loquens et ambulans et libere movens manus. Ipsa die Laudunum venimus, ubi sexta[p] feria in monasterio beati Iohannis — illic enim hospitabamur — coram omnibus Ian. 31. vir surdus auditum recepit per[q] manus impositionem. Sabbato quoque Remis, cum iam pararetur iter, Febr. 1. cecum uno oculo puerum per signum crucis pater sanctus illuminavit, astante clericorum simul[r] et civium multitudine.

9.[s] Dominicus festus[t] dies erat purificationis beatae Mariae; et Francorum rex Ludovicus, devo- Febr. 2. tissimus et christianissimus princeps, Cathalaunum occurrerat[u] viro Dei. Plurimi quoque e[v] principibus utriusque regni convenerant, et legati regis Romanorum et Welfonis[w] inclitii ducis, ut de via Iherosolimitana communi consilio tractaretur. Quo vir Domini colloquio sic detentus est per biduum illud, ut

a) p. nimis 3. b) ingrederetur 3. c) dominico 2; dom. die 4. *ed.* d) 13. 4. e) collegi 3. f) s. et m. 4. *ed.* g) *deest* 3. 4. *ed.* h) m. et s. 4. *ed.* i) cesserat 4. k) c. fateor m. magis obstupui 3. l) *deest* 2. l*) cavitas 4. *ed.* m) et 3. n) *haec des.* 3. 4. *ed.* o) domo 4. p) languencium 4. *ed.* q) undecim 3. r) eminentiore 3. s) comprimeretur 3. t) Cepit 2. u) *deest* 3. 4. *ed.* v) sacrata manu 2. w) e 3. x) thu 4. y) *deest* 3. z) m. e. 3. a) v. m. 2. b) t. p. d. h. 3. c) a. e. 2. d) hospitio 3. e) F. t. 2. f) et m. cl. s. eff. 3. g) *post suppl.* 4. h) Valcellas 3. i) *deest* 2, *ubi* o. m. k) et 3. l) v. s. 2. m) Guai 3; Gom 4. n) Hunbl. 4. o) manuum 2. p) f. s. 2. q) p. m. i. *des.* 4. *ed.* r) *deest* 3. *ed.* s) 15. cap. 4. t) die festus dies e. 4. u) occurrit 3; occurrebat 4. *ed.* v) ex 4. *ed.* w) Welphonis 3. 4.

1) Vaucelles. 2) Guise. 3) Homblières.

1147. ad populum exire nequiverit, licet vehementissime desideraretur. Oportebat enim generale bonum votis
Febr. 4. anteferre privatis. Egredienti[a] vero feria[b] tercia mulier quaedam occurrit . . . . .[1]

[LIBER[c] IV.]

3.[d] Sexto Kalendas Aprilis ingrediente Treverim viro Dei[2], obviam ruit ex more populus universus; et ecce, offerebant ei puellulas sorores duas ex eadem civitate, alteram quinque, alteram quatuor annis miserabili cecitatis incommodo laborantes. Ubi vero signavit eas vir sanctus, ambae illuminatae sunt et in ecclesiam[e] beati Petri deductae, ubi eadem hora missarum sollempnia celebravit. Illic eas vidit clerus et populus; illic probavimus diligenter miraculi veritatem. Consummato demum sacrificio, vir Domini iuxta altare resedit, ut super aegros manus imponeret et bene haberent. Protinus autem claudus oblatus est, et ambulavit, oblatus est cecus, et vidit, oblata est mulier surda, et audivit. Et haec quidem in sompnis admonitam se esse dicebat, ut festinaret ad eum; cuius benedictione receptura esset auditum. Non dubito, quin et alia multa diligens inveniat investigator; sed haec ad memoriam arbitror posse sufficere. Adhuc tamen in domo archiepiscopi puerum cecum uno oculo coram nobis illuminatum certissime recordamur.

4. Molestam vobis veritus esse brevitatem, ex his quoque quae Rutilae[3] facta sunt nonnulla subiunxi. Viderat pater sanctus in sompnis, quod nobis secretius intimavit, mulierem claudam in ecclesia quaerentem se, cum nec ab ea nec a populo cognosceretur. Gloriabatur autem, quod ignotus esset, et accedens, clanculo signabat eam et pertransibat; subitoque admirans illa erigebatur. Huius autem visionis effectus apparuit manifestus. Siquidem dum in ecclesia illa missarum sollempnia celebraret vir beatus, allata est contracta mulier, quae a diebus multis per terram repens erigi penitus non valebat, sed genibus et scabellulis, quae gestabat manibus, utcumque gradiebatur. Guntrannus de Sirca, quod super Mosellam situm est castrum, a predicto monasterio paululum distans, mulierem illam in ecclesia fecerat deportari. Necdum ad beati patris manum accesserat, et ecce, accessit ad eam spiritus eius occulte, sicut previderat; subitoque curata exiliit et ambulabat, laudans et magnificans Deum. Videns autem populus, qui claudam prius noverat eam, exclamavit in laude Dei, tollentesque scabellulas, ad altare protinus detulerunt, ut sisterent eam Domino et Bernardo, servo eius. Ibidem sane ad tactum eius mulier de eodem vico clauda ab annis septem et puellula contracta, cuius obstupuerant nervi femoris utriusque, ut extendere genua aut erecta stare non posset, desideratum gressum coram omnibus receperunt.

Oblati sunt ei vir quoque cecus et mulier ceca, et confestim edito signaculo crucis ab utroque reppulit tenebras et utrisque lucem restituit. Sed forte haec nostra descriptio, licet studiosis brevior, obliviosis prolixior videatur; et ipsis itaque providentes, instar proverbii, quae dicta sunt perstringamus.

Resultabat canoris vocibus ecclesia Treverensis, ad Bernardi tactum ambulante claudo, audiente surda, ceco vidente. Duas quoque sorores cecas idem vir Domini in ingressu civitatis illuminavit et in domo puerum cecum uno oculo.

Rutilavit Rutilae in Bernardi presentia lux caelestis, cuius benedictio claudis duabus gressum, visum reddidit cecis aeque duobus; in eadem ecclesia mulier clauda, quae genibus et scabellulis ferebatur, erecta est, priusquam perveniret ad hominem Dei.

Residebat aliquando Frankenevort[f] in solio pater sanctus, et per fenestram ad manum eius admittebantur infirmi, quorum innumerabilis multitudo undique fuerat congregata. Et ecce, oblatus est inter ceteros adolescens quidam surdus et mutus ex utero matris suae. Cui vir beatus manum imponens, confestim curavit eum, et libere audiebat et loquebatur. Nullam tamen noverat linguam, sed ea tantum proferebat verba, quae ex colloquentis[g] ore audivisset. Hoc fuit, quod maxime nostrum movit Hugonem[4], ut describi hoc miraculum postularet; sed nos multa similia videramus. In ipso quoque solio matrona quaedam dives et honorata de regione eadem deportata est, quae ex longo tempore iacuerat paralitica. Et hanc quoque signans homo Dei, tenuit manum eius et erexit eam, precipiens, ut libere ambularet in nomine domini nostri Ihesu Christi et in virtute Spiritus sancti. Dixit, et factum est; exiliensque ambulabat. Tunc vero acclamabant omnes; sed specialiter exultabant milites, qui propriis humeris deportaverant quam videbant regredientem pedibus suis. Nimirum videbatur sibi quodammodo miraculi particeps pia devotio. Et haec quoque excitavit amicum nostrum, ut sileri miraculum hoc nefarium iudicaret. Tercium autem simile est huic. Erat siquidem in proximo vico vir paraliticus ab annis octo, notus omnibus et omnium dignus miseratione. Neque enim movere poterat membra, nec si domus, in qua iacebat, undique flagrare coepisset incendio. Hic ergo coram nobis et aliis quam pluribus, qui beato patri tunc assistebant, subvectus[h] in culcitra depositus est coram eo. Cuius debilia membra edito signaculo salutis attrectans, confestim erexit eum, et tam perfecte curatus est, ut in exercitum Domini profecturus ilico susciperet signum crucis; nimirum, cuius virtutem tantam et tam celerem esset expertus. Cumque tollerent alii lectum eius: 'Non sic', ait venerabilis Hugo, 'sed magis ipse portabit'; et imponens in humeros eius dimisit eum, et tam viriliter ambulabat, acsi nichil prius sustinuisset incommodi. Quartum quod describi Hugo miraculum postulabat puellae cuiusdam ereptio fuit. Hanc in hospicium vespere obtulerunt humeris deportantes. Cuius cum signaret genua vir beatus, contractos et obduratos quasi in modum virgae ligneae nervos sentiens: 'Heu', inquit, 'huius ex toto retracti sunt nervi, et flectere genua, immo flexa extendere omnino non potuit'. Et certe sic erat, nec poterat a diebus multis gradi pedibus,

a) Egrediente 3. b) tercia f. 4. c) Explicit liber tertius *praecedit* 3. *Sequentia nonnisi in* 4 *(ubi* 16. cap. *incipit) et ed. leguntur.* d) 18. cap. 4. e) ecclesia 4. f) Frankenemort 4; Frankenvoert *ed.* g) ex eo loq. 4. h) subnectus 4.

1) Cetera in variis Galliae urbibus facta omisimus. 2) Quo anno non satis constat. 3) Rethel. Eadem Vit. IV, 94, supra p. 116. brevius narrantur. 4) Idem, ut videtur, de quo Vit. IV, 77. agitur.

sed manibus et pedibus reptabat utcumque. Igitur ad patris benedictionem laxatus est statim nervus uterque, et elevavit eam unus e fratribus; ipse vero tenebat tibias, et paulatim extendebantur. Cumque ambulare coepisset incolumis, obstupuimus vehementer omnes, sed et sanctus ipse pre admiratione se signans, Domino virtutum gratias referebat.

4.[a] Iam ad ea quae Tulli facta sunt veniamus. Quater siquidem hoc in anno vir sanctus illam ingressus est civitatem, nec unquam transiit absque miraculis. Primum quidem dominica ante pentecosten[b] 1147. Iun. 1? in ecclesia beati Stephani ad altare maius missas celebranti oblatus est puer cecus, notus in civitate eadem, qui per manus impositionem visum recepit; et hunc usque hodie Tullensis habet ecclesia virtutum beati Bernardi speculum testimoniumque fidele. Secundo quoque accedens civitati proximam villulam quam Calmas[c] nominant, pertransibat. Et ecce, ruit obvia plebs devota, aquam afferens signandam atque benedicendam, quam protinus euangelici instar miraculi sapore pariter et odore vini benedictione ipsa donavit; et qui gustaverunt, omnibus perhibent testimonium. Unde et nunc in tota regione illa certissimum est celeberrimumque miraculum, apud villam Calmas sub Bernardi manu aquam in vinum esse mutatam. Nam super vestem cuiusdam sparsum est vinum novum, dum undique concurrentes certatim traherent vasculum, et multis diebus vini pretiosissimi servavit odorem. Tercio deinde predictam Tullensium civitatem ingressus, timuit turbas, et quia[d] grandis ei restabat via, nocte egredi festinavit. Id ipsum autem suspicati, nonnulli de populo observabant eum, nec exire vel nocte potuit sine turba. Inter quos oblata est paralitica mulier in grabato, quam protinus elevans vir beatus, in nomine Domini signavit atque sanavit. Huius quoque curatio universae innotuit civitati, quam nimirum adhuc hodie incolumis mulier inhabitat, quae in ea diu iacuerat paralitica. Similiter autem et altera mulier ceca uno oculo, quae ad eum deducta est extra civitatem, signante eo, visum recepit, quod in hoc adventu verissime certissimeque probavimus. Nuper sane apud Beatum Aprum vir Domini susceptus hospicio, monasterium illud plurimis miraculis illustravit, claudum erigens puerum, auditum surdo reddens adolescenti, tres quoque cecos uno visionis munere donans in ipsius nomine qui trinus adoratur et unus. Ubi plurima quoque miracula claruisse non dubito; sed haec coram me facta novi certius fiducialiusque descripsi[e].

APPENDIX.

EX HERBERTI LIBRO DE MIRACULIS.

EX LIBRO I.

5. In eodem quoque monasterio[1] extitit religiosus quidam monachus nomine Acardus, vir quidem genere nobilis, sed conversatione nobilior. Hic autem, beato Bernardo abbate suo iubente atque mittente, plurimorum coenobiorum initiator atque exstructor fuit. . . . . . . Hic ergo benignus et magni solaminis vir multa nobis, cum essemus novitii, narrabat exempla, unde nos in amore virtutum saepius accendebat. De quibus et nos unum saltem stylo mandare decrevimus, eo quod ipsum affectui nostro ardentius inhaerere sentimus.

6.[g] 'Ego', inquit, 'dum aliquando conversarer in episcopatu Treverensi pro construendo coenobio quod Claustrum nominatur[2], largiente superna gratia merui videre et agnoscere hominem sanctum, hominem 1134. vere divitem et vere beatum, nomine Schocelinum. Qui videlicet eo ditior, eo beatior fuit, quo fallaces mundi divitias tanquam vanitates et insanias falsas verius despexit et longius abiecit. Vere enim non qui plus habet, sed qui minus cupit dives est. Tanto namque fervore hic beatissimus eremita mundum deseruit, tanto Christum ardore dilexit, ut temporibus et regionibus nostris neminem fuisse putemus, qui ei in contemptu visibilium et carnis mortificatione possit aequiparari. Vitam quippe illius omnes possumus mirari, multi etiam aemulari, sed nullus imitari; unde et necesse est amplius venerari. Iste enim pro Christo cotidie moriens, non unam tantum, sed innumeras cruces et mortes sustinuit, quia, quot diebus in eremo vixit, quasi tot martyria duxit. Quis namque hominum in hac vita mortali, quantumcumque profecerit, vel sine humano cibo vel sine tecto vel sine indumento vel sine omnibus his diutius vivere possit? Porro vir iste virilis, vir verae virtutis, naturam supergressus humanam, cum careret omnibus istis, confortante se Deo, per multa tempora non defecit. Annis siquidem quatuordecim solivagus ac toto corpore nudus, montibus et silvis pro Christi amore oberrans et latitans, perduravit, coelum habens pro tecto, aerem pro vestimento, pecorinum victum pro cibo humano. Herbis namque agrestibus

a) 19. cap. 4. b) pentecostem 4. c) Calmos 4. d) quasi 4. e) Explicit vita sancti Bernardi *add.* 4. *Sequitur epistola Gaufridi, quae etiam exstat in cod. Audomarensi nr.* 139. *s. XIII inc. post Bernardi sermones. Sed hic omittenda erat.* g) *in cod. B* 5 *haec f.* 108. *leguntur rubra praemissa:* De solitario qui fuit in Alemannia per 14 annos sine tecto et sine indumento contemptus victu pecorino; *et incipit:* Ego, inquit Acardus monachus.

1) Clarevallensi. 2) Himmerode; cf. Janauschek, Orr. Cisterc. p. 31.

et crudis earumque radicibus, interdum quoque sagina et glande pro magnis deliciis utebatur, qui utique brutorum animalium pastus magis quam esca hominum esse probatur. Huius ergo rigorem propositi inexorabili severitate per decennium integrum custodivit. Postmodum autem quatuor fere annis ante suam dormitionem in corde hyemis, bruma saeviente asperrima, cum tellus nivibus obruta et gelu acriore coercita nec herbas foris exereret nec radices effodi sineret, tunc a facie famis et huius frigoris sustinere non prevalens, tandem ut homo iam fere premortuus et obeso corpore, pelle sola circumdatus, cogebatur interdum deserta deserere atque ad proxima rura volendo nolendo descendere. Veniens autem ad excretorias eiusdem viculi casas, si quem ibi pauperculum et honestae conversationis hominem manere cognosceret, ad eum libentius divertebat; diversorium tamen ipsius ingredi recusabat, sed reclinato capite quiescebat in laribus domatis, vel potius in medio curtis. Hoc autem maxime procurabat, ut profunda iam nocte accederet horaque antelucana recederet. Porro homines illi, qui digni habebantur tanto hospite nobilitari, magnam ei reverentiam deferebant, ita ut nemo de inhabitantibus auderet ad eum accedere aut in colloquio molestus existere, nisi forte ab illo permissus aut etiam vocatus; nimirum metuentes, ne ad ipsos amplius non diverteret, si quietem illius aliquis ibidem importune turbaret. Interdum tamen applicabant ei pro foribus modicum straminis aut veterem saccum, si vel in eo fortasse requiescere consentiret. Porrigebant nihilominus fragmentum ei aliquod hordeacei vel furfurei panis, scientes utique, quod aliud nihil acciperet; de quo videlicet pane modicam aliquotiens crustulam ruminabat, residuam vero partem ad multorum dierum refectionem secum ad eremum deferebat. Habebat quoque vir ille locupletissimus circumligatam renibus semicinctiam vilem atque brevissimam, quae verecundas solummodo corporis partes operire vix poterat, cum eum hominibus apparere compelleret ista tam inevitabilis causa. Possidebat nihilominus et saccellum parvissimum collo vel renibus appensum, quo supradictas alimonias inferebat. En tota divitis istius viri proprietas, en gloriosa servi Christi hereditas et nobile patrimonium, cui vere fideli totus mundus erat divitiarum! Ipse enim tanquam nihil habens et omnia possidens, in tali nihilo totum obtinuit, quandoquidem qui in vili semicinctia totum mundum inclusit, de toto et pro toto mundo semicinctiam solam elegit. Denique quid aliud cuivis hominum confert copia thesaurorum atque infinita possessio rerum, nisi ut presentem vitam ducere et aliquamdiu producere possit? ad quam videlicet transigendam huic pauperi nostro una vetusti panniculi scissura suffecit. Beatus itaque Bernardus, audita virtute conversationis illius, dedit nobis preceptum adeundi et salutandi ex nomine ipsius virum, mittens etiam ei pro signo caritatis nonnulla munuscula, hoc est tunicam et caligas, ut pro eius amore indueret illas. Nos ergo profecti ad easdem partes, una die, cum adhuc tenebrae essent, intravimus locum ubi quiescere putabatur. Et non invenientes, sciscitati sumus ab hospite, ubinam ille esset. Ille vero respondit: "Hac nocte", inquit, "apud nos in curia mansit. Cui solito tempestivius recedenti et valefacienti respondimus: 'Cur, domine pater, tam cito egrederis, cum media noctis adhuc vix hora transierit'? Et ille: 'Modo', inquit, 'venturi sunt huc propter me viri quidam religiosi, a quibus nolo me ad presens reperiri'. Haec autem saepius et propter alios fecit, quos ad se nihilominus venturos esse predixit". Quo audito, satis superque mirati sumus, quod tam cito in astutia nostra ab eo deprehensi fuerimus. Callide namque satis putavimus nos egisse et incautum antequam surgeret prevenisse. In quo videlicet facto manifeste innotuit, quod etiam prophetico spiritu non caruerit. Nos ergo scientes, quod absque beneplacito suo reperiri non posset, per predictum hospitem ei mandare curavimus, obnixe rogantes, ut gratia ipsius qui nos ad ipsum direxerat suam nobis presentiam indulgeret. Quo tandem annuente clementer, venimus et vidimus eum, non quasi terrenum hominem, sed sicut angelum coelestem, cuius conversatio tota in coelis et de coelis erat. Tunc eulogiis presentatis, cum salutationem patris humiliter et cum reverentia suscepisset ipsaque indumenta sibi applicuisset, mox iterum ea deposuit et ait: "Benedictus Deus, qui dedit in corde apostolici viri, ut peccatoris et miseri hominis memoriam habere dignetur. Et nunc pro amore ipsius vestimenta transmissa obedienter accepi et indui; diutius tamen ea portare non valeo, quia nec opus est mihi nec ipse mandavit. Dico autem vobis amicis meis carissimis, quia nihil est mihi molestius, quam ut curae carnis sarcinam odiosam, cum tanta difficultate depositam, lassatis et dolentibus humeris denuo imponere cogar". Nos itaque videntes hominem benignum atque affabilem, cum iam ei fiducialiter loqueremur, sciscitati sumus ab eo, cum reverentia tamen, utrumne adhuc de carnis illecebris vel daemonum irritamentis aliquid molestiae toleraret. Tunc ille, ut erat homo iocundus et boni solatii, cum paululum subrisisset, ita loqui exorsus est: "Iam diu est, amantissimi fratres, ex quo per gratiam Dei a passionibus vitiorum sentio me non mediocriter exoneratum, sed quoniam temptatio est vita hominis super terram, quis glo-
1. Ioan. 1, 8. rietur castum se habere cor? 'Si enim dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, et veritas in nobis non est'. In medio siquidem laqueorum ambulantes et hostilibus gladiis circumquaque
cf Eccli. 9, 20. patentes, nisi scuto divinae protectionis assidue muniamur, nunquam cavere poterimus ab his qui sagit-
Ps. 10, 2. tant in obscuro etiam rectos corde. Confidimus tamen in Domino, quia fidelis est et non patietur nos
1. Cor. 10, 13. temptari supra id quod possumus. Et nunc vobis aliquid exempli gratia refero, in quo poteritis advertere, cuiusmodi temptationibus aliquoties inquietor. Quadam itaque die cum brumalis asperitas solito intensiore pruina rigesceret et nix copiosa de nubibus flueret, tunc torpentibus membris in terra iacebam.
Ps 147, 16. Verumtamen rerum Sator omnipotens, qui dat nivem sicut lanam et nebulam sicut cinerem spargit, ipse mihi pro laneo amictu, qui deerat, niveum opertorium dederat, magnum quidem et amplum atque ad unius cubiti mensuram fere condensum. Quo circumquaque latius expanso ita operiebar, ut de corpore meo nihil penitus appareret. Tantummodo circa faciem meam virga fumantis anhelitus ab ore procedens superiectam nivem paulatim undique reliquabat et modicam fecerat aperturam. Interea lepusculus

quidam ante faciem frigoris et nivis fugitans atque ad pausandum latebras quaeritans, casu venit ad ipsum foramen. Qui suavitate caloris illectus, illico substitit et super caput meum ibidem accubavit. Tunc ipsa novitas rei subridere me compulit, et subripiente mihi levitate, deiectus est animus meus a statu solitae gravitatis et prolapsus in gaudium vanitatis. Non solum autem; sed et desiderium incidit eundem lepusculum, ut facile poteram, manu iniecta corripere, non ut eum occiderem aut retinerem, sed quia est animal innocens atque lenissimum, ut contrectatione et visu illius aliquamdiu delectarer et dicatum poenitentiae tempus hac inepta laetitia interim consumere non vererer. Diutius autem suggestori reluctans, desiderium vanum donante Deo superavi, tranquilloque corpore manens, pavidam bestiolam secure quiescere feci, donec tandem ultronea voluntate recessit. En, id est unum de maioribus temptamentis, quae a multis retro diebus tolerasse me memini. Quod videlicet quamvis iocose et velut exhilarandi vos gratia fortasse videar vobis alacrius quam oportuit retulisse, erubesco tamen et doleo, cogitationes meas interdum a vanitatibus istis velut a muscis volitantibus inquietari, etiam sine consensu vanitandi". Cum haec et similia nobis aedificandi et solatiandi causa vir ille mirabilis enarraret, tunc beatum patrem Bernardum legatione nostra humillime resalutavit seseque orationibus eius devotissime commendavit. Moxque benedicens ac valefaciens nobis, tanquam cervus emissus a Deo liberis saltibus ad opaca saltuum recucurrit, et veluti avis de manu tenentis elapsa, laxatis in aera pennis ad avia nemorum cantando revolavit. Nos igitur videntes et spiritum loquendi ulterius non habentes, in comparatione talis ac tantae perfectionis assimilavimus nostras turres favillae et cineri; et qui antea putabamus nos aliquid esse, cum nihil essemus, tunc universas iustitias nostras quasi pannum menstruatae existimavimus; sicque Iob 30, 19. Est. 14, 16.
percutientes pectora nostra, humiliati atque compuncti nimis, ad propria remeavimus. Referuntur et alia pene innumera de viro illo magnalia, quae quoniam a nobis tanquam longe remotis diligentius investigata non sunt, silentio claudimus, illa tantummodo proferentes quae fide oculata percepimus. Hic itaque ter beatus cum revelante Deo diem dormitionis suae iam iamque imminere conspiceret, ad unam de propinquioribus villis accessit, ibique percepto dominici sacramenti viatico, laetantibus angelis angelicae puritatis animam reddidit. Ad cuius exequias venerandas viri religiosi et populi innumerabiles catervatim undique confluentes, corpus eius honorifice sepelierunt et super ipsum novam ecclesiam construxerunt. Postea vero translatum est inde corpus eius apud quoddam nobile castrum quod nominatur Luceleburgum et in ecclesia beatae Mariae honorifice tumulatum. Porro ad ipsum tumulum eius miracula frequenter usque hodie fiunt, et sanitates ac beneficia multa ipso interveniente fideliter postulantes accipiunt'. Haec et similia nobis neophitis domnus Acardus saepius referebat exempla, quibus rudimenta tirocinii nostri magnifice roborabat atque in amore virtutum non mediocriter accendebat. . . . . . .

11. Arnulfus de Maiorca, vir dives et delicatus nimis, natione Flandrensis, beato Bernardo se secrete reddidit. Fuit autem utriusque consilium rem silentio tegere propter quaedam saeculi impedimenta usque ad ultimam diem, qua egressurus esset de terra et de cognatione sua. Erat enim magnus paterfamilias, ornatus filiis et fratribus tantisque divitiis irretitus, ut absque suorum damno et scandalo gravi abrumpere sese non posset, nisi prius domum sapienter et caute disponeret. Interim ergo dum silentium illud tenerent omnia, et arcani huius causam negotii ipsi duo soli in mundo cognoscerent, factum est verbum Domini ad quendam rusticum armentarium, cum boves minaret ad aratrum, dicens: 'Vade, dic Arnulfo de Maiorca, ut te secum ducat in Claram-vallem, quo proxime iturus est ad conversionem, et cum eo convertere'. Audiebat autem vocem, sed neminem videbat. Quod cum factum fuisset, coepit attentius orare, ut, si a Deo sermo fuisset egressus, revelaret iterum auriculam eius et adiceret iterum loqui ad ipsum, repetens eundem sermonem. Accepto itaque secunda iam vice oraculo, venit ad pretaxatum virum, et ait: 'Verbum mihi ad te, dominum meum'. A quo cum fuisset ductus in partem, procidit ad genua illius, dicens: 'Obsecro te per Christum, ut ducas me tecum ad Claram-vallem tuam et salves tecum animam meam. Et, si scire desideras, sic et sic nunciatum est mihi'. Audita autem revelatione, miratus et laetatus est valde; et accepto homine, ad se ipsum conduxit et habuit individuum comitem itineris et conversionis, habiturus etiam, ut credimus, consortem aeternae retributionis. Veniens itaque vir venerabilis ad predictum monasterium, multa de suis facultatibus tam ipsi quam aliis pluribus contulit. . . . . . . Iste ergo vir sanctus, cum iam de manu Domini recepisset duplicia pro omnibus peccatis suis, tandem longo martyrio cruciatus et tanquam aurum in fornace probatus, pacatissimo somno obdormivit in Domino. . . . . . .

EX LIBRO II.

4. Eadem itaque die[1] conversus est ibi vir nobilissimus Andreas nomine, Virdunensis archidiaconus, qui causa visitationis illuc advenerat, nec tamen aliquod ad presens convertendi propositum habebat. Sed cum orationum suffragia petiturus capitulum introisset, vidit sanctae illius multitudinis ordinem et velut angelicam conversationem; compunctus est vehementer, et insiliente subito in eum spiritu Domini, illico in virum alterum mutatus est, tantoque fervore mundum deseruit, ut ne ad horam quidem, vel pro amicis salutandis vel pro domo rebusque disponendis, ad suos remearet, sed in continenti omnia rumpendo magis quam solvendo reliquit, ut Christo citius adhaereret. Ut autem gemina crucis impressio evidentius appareret, alius quidam clericus Gaufridus nomine cum eo se reddidit, genere quidem humilior, sed probitate morum et generosa conversatione forsitan non inferior. Ambo igitur intrantes, ambo in ordine perseverantes, bonam militiam militarunt, atque consummato certamine, benedictionis aeternae participes

1) C. 3 ita: *secunda feria paschae cum esset . . . in choro Clarevallensi.*

existunt. Sciendum tamen, quia prefatus Andreas multa in probatione sustinuit temptamenta. Erat enim quasi tenerrimus ligni vermiculus, mollis et delicatus nimis, utpote qui a matris utero fuerat enutritus in involumentis et curis multis. . . . . . .

9. Egregius quidam adolescentulus, de partibus Alemanniae oriundus, studiorum gratia, comitante didascalo[1] suo, Parisius adibat. Qui cum transitum haberent per domum Clarevallensem, magister ille videns loci conventum et ordinem, nescio quo Dei iudicio compunctus, ad horam petiit et obtinuit, ut susciperetur ad conversionem. Cumque rogaret adolescentulum, ut secum remaneret, penitus non acquievit; multum siquidem abhorrebat a consortio, etiam et colloquio Cisterciensium monachorum, saepiusque rogaverat Dominum, nunquam sibi dari ad ordinem illum velle converti. Proinde roganti magistro et fratribus monasterii adhortantibus eum dura cervice resistens, nullis predicationum machinis poterat expugnari. Eadem igitur nocte, dum eorum monita mente revolveret, facta est vox divinitus ad eum, dicens: 'Si hinc recesseris et Parisius veneris, usque ad pentecosten morieris[a], et sine dubio morieris[a]'. Ad hanc itaque vocem iuvenculus ille multum obstupuit; necdum tamen potuit duritia cordis illius emolliri. Porro sequenti nocte, cum sopori membra dedisset, videbatur sibi esse demersus in limo putei profundi. Cumque desperatus ibidem iaceret, subito apparuit desuper ad horam[2] putei beatus Iohannes euangelista in vultu et habitu beati Bernardi cum alio quodam sancto, cuius nomen excidit mihi, qui et ipse simillimus erat cuidam religiosissimo viro nomine Gerardo, portario Clarevallensi. Quos cum ille vidisset, rogabat obnixius, ut sui misererentur. Cui beatus Iohannes respondit: 'Tu sano consilio acquiescere contempnens, opem flagitas a nobis'? Cumque ille promitteret, se esse facturum quicquid ei placeret: 'Vis ergo', inquit, 'fieri monachus in monasterio Clarevallensi'? 'Etiam, domine mi; libentissime volo'. Quod cum firmiter pollicitus esset sese citius impleturum, protinus eductum de profundo liberum abire dimiserunt. Mane igitur facto, postulavit presentari quantocius beato Bernardo. Quem cum antea non vidisset, continuo illum in vultu et habitu deprehendit, ipsum esse pro certo recognoscens, quem in nocte transacta sub conditione convertendi liberatorem habere meruerat. Proinde miratus vehementer atque compunctus, protinus eidem sancto viro se reddidit; a quo benigne receptus, mox in aetate teneriori gravitatis et sapientiae canos cunctis mirantibus induit. Porro predictus magister eius a proposito bono citius corruens et eundem secum evertere satagens, fundatum in Christi amore iuvenculum movere non potuit. Hic ergo delicatus atque tenerrimus adolescens cum esset annorum quatuordecim, manum suam ad fortia mittens, laetantibus angelis atque hominibus, iugum Christi portandum aggreditur et quasi agnus ad aratrum suscepti ordinis applicatur. . . . . . . Haec ergo omnia quae superius retuli aliaque quam plurima, quae licet magna existimem, tamen brevitatis amore reticui, ab eodem Dei famulo arcana relatione cognovi, ea videlicet conditione, ut usque ad obitum eius apud me secreta tenerentur. Sed quia iam, vocante se Domino, expletis in ordine annis 26, quam sinceriter vixit, tam feliciter obiit, ego solutus a nodo polliciti huius, prefatas revelationes, in quibus non modice consolatum fuisse me memini, ad aliorum aeque solamen presenti paginae intuli. . . . . . .

13. Simili modo Gunnarius, vir illustris, quondam iudex et dominus Sardiniae tetrarchalis, cum venisset aliquando orationis gratia ad Sanctum Martinum Turonensem, in revertendo transitum habuit per Claram-vallem; ubi a sancto Bernardo devote susceptus et de salute animae copiose premonitus, converti ab eo minime potuit, quamvis beatissimus pater, ipso ibi presente et multum gratulante, caecum quendam illuminasset. Cumque recessisset, dixit ei sanctus: 'Ego rogavi Dominum instanter pro tua conversione, sed ad presens exaudiri non merui; et nunc abire te patior, quia retinere non licet invitum. Verumtamen scias te huc iterum de Sardinia reversurum'. Abiit ergo vir in terram suam, de ignito viri Dei colloquio scintillam aemulandae paupertatis et religionis secum reportans; quae in eius pectore per cogitationem interim coalescens atque exaestuans, opportuno tempore postmodum in flammam operis erupit. Cumque reversus fuisset in Sardiniam, stimulabant eius animum incessanter verba illa prophetica, quae de ore sancti viri prolata quasi coeleste oraculum retinebat, et eum quiescere non
Eccl 12.11. sinebant, iuxta quod Salomon ait: *Verba sapientium quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi.* Post modicum vero tempus audito transitu sancti viri, consternatus est animo vehementer, arguens semet ipsum et poenitens, quod ad illius predicationem conversus non fuisset. Sed quod ipso vivente non egit, post eius obitum implere festinavit. Mox ergo dispositis omnibus quae necessaria videbantur, primogenitum suum Barasonem in regno suo principari constituit, caeteris tribus liberis patrimonio suo communiter distributo. Quorum etiam prior natu vocabulo Petrus illico post discessum patris regnum Caralitanum coniugio sortitum potenter obtinuit hodieque nobiliter regit. Ipse vero Gunnarius, dum adhuc quadragenarius esset aetate, corporis et animi vigore prepollens, relicta Sardinia omnique gloria mundi deposita, pauper et humilis ingressus est Claram-vallem. Ubi iam annum quinquies quinum peragens, in disciplina suscepti ordinis assidue militat et expectat, donec veniat immutatio eius. Qui cum tanta pro Christi amore reliquerit, nihil omnino se reputat amisisse, quin potius gratulatur et magni lucri existimat pro coelesti terrenum abiecisse.

14. Isdem quoque venerabilis abbas cum aliquando per annos tres moratus fuisset in urbe Roma atque in partibus Italicis pro sedando scismate Petri Leonis — in quo videlicet opere eundem famulum suum Christus magnifice honestavit —, tandem reversus Claram-vallem, statim post factam orationem capitulum fratrum introivit; et quia fatigatus ex itinere, diu loqui non poterat, brevem quidem sermonem, sed plenum consolatione protulit eis, dicens: 'Benedictus Deus, qui vos mihi reddidit et me vobis. Et

a) *ita ed.*

1) i. e. magistro. 2) i. e. oram.

ego quidem, filioli, quamvis per triennium hoc visus fuerim longe remotus a vobis, non tamen putetis, me semper absentem fuisse. Sciatis enim, quod tribus vicibus interim reversus sum ad vos, visitans domum istam officinasque perambulans, et semper exhilaratus, semper consolatus abscessi, cognita nimirum unanimitate atque instantia vestra in proposito ordinis vestri'. Innumera sunt illa, quae iste Dei famulus dixit et fecit; in quibus manifestius apparebat, eum prophetali gratia preditum, multotiens ibi esse presentem, ubi absens corpore videbatur, multaque abscondita et etiam longius posita Deo revelante cognoscere, quae ipsum latere putabantur. Haec autem signavit nobis domnus Girardus, quondam abbas Longipontis[1], qui unus ex antiquis senioribus Clarevallensibus dicta eius et facta studiose rimari satagebat.

18. Eodem quoque Renaldo[2] indicante cognovimus, quod iste Dei famulus, cum venisset aliquando 1135. Mediolanum pro reconciliando scismate Petri Leonis, cum tanta exultatione universorum fuit ibi receptus, ut tota civitas fere per unam leugam rueret in occursum eius. Multi vero eorum per quatuor aut quinque miliaria processerunt. Ita denique sibi in ipso complacuerunt, ut, cum eum antea non vidissent, ingressum in urbem mox in archiepiscopum unanimi consensu raperent potius quam eligerent. Quod cum ille recusasset, parati erant omnino vim facere usque ad mortem, nisi fuga latenter evasisset. Cum ergo ibi sederet in quadam amplissima domo, tanta circa eum erat hominum multitudo, ut nullus ingredi posset. Interea quidam de civibus illis, vestitu et vultu honorabilis, cum Dei hominem adire omnimodo cuperet et nusquam aditum reperiret, ascendit in turbam, manibus et pedibus repens et super colla sedentium gradiens, quousque pervenit ad eum. Cumque apprehendisset pedes eius, coepit eos mira devotione amplecti ac deosculari. Quod videns supradictus Renaldus, qui propius assistebat, accessit, ut amoveret eum, sciens utique, quia vir sanctus huiusmodi venerationibus et obsequiis nimium gravabatur. Ille vero conversus dixit ad eum: 'Dimitte me, obsecro; dimitte me videre et tangere hominem Deo proximum et vere apostolicum virum. Dico enim tibi et in fide christiana testificor, quia vidi illum inter apostolos'. Quod audiens monachus ille, miratus est, et cupiens plenius nosse, volebat ab eo inquirere modum visionis huius, sed pre pudore propter astantes non fuit ausus. Verumtamen magnam extitisse revelationem, ipse certissime credidit, pro qua vir ille tam vehementer affectus erat erga famulum Dei.

22. Accidit autem aliquando, ut isdem Dei famulus iubente beato Eugenio papa Alemanniam in- 1146. grederetur, Ierosolymitanum iter Conrado imperatori et populo terrae predicaturus. Cumque ibidem signis et virtutibus innumeris coruscaret, videns imperator mirabilia magna, quae per eum Dominus ostendebat, crucis signum de manu illius accepit, Ierosolymam profecturus. Nec distulit idem facere infinita hominum multitudo, ita ut incredibili fidei ardore succensi, scissuras et fimbrias de vestimentis famuli Dei, quae propter hoc ipsum nova frequenter accipere cogebatur, undique certatim diriperent, seque infelices arbitrarentur, quicumque de indumentis eius cruces habere non mererentur. Multi quoque ex eis nobiles ac sapientes viri per manum illius sese Deo reddiderunt, qui in Clara-valle ab eo deducti et ab eo monachi facti, maximum deinceps in ecclesia Dei fructum attulerunt. Ex quibus etiam extitit unus Alexander, vir venerabilis, tunc canonicus doctorque famosus in urbe Coloniensi. Quem cum beatissimus pater de convertendo sese ad ordinem monuisset, ille seculari scientia vel opulentia tumens, respondit, se nihil ad presens minus velle vel cogitare, quam habitum sumere monachalem. Eadem igitur nocte cum membra sopori dedisset, apparuit ei per visionem isdem vir venerandus, erigens eum de grabato, in quo graviter languens iacere videbatur, ac restituens sanitati. Deinde tulit habitum suum, quo erat ipse indutus, et ex eo contexit Alexandrum. Qui cum eundem habitum semel et secundo reiectum ab humeris indignanti animo repulisset, tertia tandem vice collo eius iniectum et corpori valenter astrictum compulsus est retinere. Tunc vero beatus pater baculum etiam quem tenebat in manu eius tradens, futurae prelationis gratiam denotavit et ita abire precepit. Evigilans autem Alexander, nihil adhuc pro huiusmodi revelatione mollescere poterat, sed in eadem animi duritia persistebat. Eodem vero die, cum ille beatissimus abbas ad mensam recumberet, oblatus est ei piscis qui perca nominatur, ut ex eo reficeret. Quo viso, vir Domini, erectis in coelum luminibus, super eundem piscem diutius oravit, et benedicens illum, prefato Alexandro pro pitantia transmisit. Quem dum ille gustare inciperet, ad primum illico morsum meruit in se ipso feliciter experiri, quantae virtutis esset oratio famuli Dei. Nam repente mutatus in alterum virum, compunctus est valde et coepit ubertim super eundem cibum lacrimas fundere. Mirabatur vero se ipsum, nesciens, quid haberet aut cur fleret. Tandem recordatus visionis, quam nocte preterita viderat, intellexit, a Domino gratuita eius miseratione se esse preventum; unde supernae vocationi gratias agens, beato Dei famulo in continenti se reddidit. A quo in Clara-valle monachus factus et deinceps Grandis-silvae[3] pastor effectus, adeo in sanctitate vitae profecit, ut postmodum fieret Cisterciensis coenobii pater et abbas patriarchalis. Haec nos itaque, sicut ab eodem Dei famulo Alexandro audivimus, fideli relatione deprompsimus.

29. Dilectus a Deo et hominibus Gerardus de Farfa, cuius memoria in benedictione est, quemque pro sua singulari puritate et sanctimonia beatus Bernardus singulari gratia pre ceteris honorabat, mirabilis atque amabilis nimis omnibus apparebat. Qui dum adhuc esset monachus in Farfa, quae est Tusciae nobilis abbatia, revelante Domino vidit in spiritu se transpositum in Clara-valle. . . . . . .

30. Igitur quod de predicto fratre Laurentio mentio incidit, referendum existimo aliquid quod de eo cognovi. . . . . . . Post transitum autem beati Bernardi contigit, ut isdem frater a venerabili Phi-

1) Longpont, dioec. Suessionensis. 2) Qui c. 17. *quondam abbas Fusniaci* dicitur. 3) Grand-Selve, dioec. Tolosanae.

1154. lippo Clarevallensi priore ad regem Siciliae Rogerium mitteretur pro negotio ipsius ecclesiae. Qui cum Romam fuisset ingressus, comperto quod idem rex nuperrime mortuus esset, consternatus animo est, et quid facere deberet prorsus ignorabat. Conversus ergo ad orationem, cum gemitu et lacrimis beatum Bernardum invocabat, dicens: 'Pater mi, currus Israel et auriga eius, ut quid dereliquisti nos? Heu me, pater sancte, quid dicam vel quid faciam ego pauperculus et misellus et ego omni solatio destitutus? Te vivente teque iubente securus procedebam longius saepe ad exteras nationes, et ubique recipiebar ob gratiam tui cum gratia multa, deferens nimirum salutationes et litteras tuas, quas reges et presules cum ceteris omnibus tanquam coelitus missam benedictionem suscipiebant, et eulogiis tuis sese nobilitari nobiliores quique gaudebant. Nunc autem te defuncto defuncta est tecum pariter et gratia mea; nec erit iam qui peregrino et inopi manum adiutorii porrigat; et ecce, mortuus est rex, qui te sinceriter amabat, surrexitque pro eo puer, filius eius, qui forsitan te ignorat. Quem adhuc tam longe remotum si adire voluero, et repulsam ab eo pati contigerit, et opera et impensa perdita erit. Si vero in continenti revertens negotium intemptatum reliquero, torporis et insipientiae argui pertimesco. Porrige, precor, auxilium, prebe consilium indigenti, et ne despicias gemitum servuli miserandi'. Eadem itaque nocte apparuit ei isdem beatissimus pater et magnifice consolatus est, dicens: 'Quid tibi visum est, frater, ita de Dei misericordia et mea ipsius interventione diffidere? Quando enim vel ubi sensisti defuisse tibi amminiculum meum in necessitatibus tuis? An forte impotentiorem modo me autumas, quam olim in saeculo fuerim, qui iam introductus sum in potentias Domini? Vade ergo securus, quia prospera cuncta evenient, et in hoc ipso scies, quod ego ipse te miserim'. Haec et alia plura sancto loquente, frater ipse pre nimio pietatis ardore totus in anima liquescebat, et corde eius immensam parturiente laetitiam, foris quoque devotionis lacrimae erumpebant. Cumque evigilasset madentibus oculis atque maxillis, etiam pulvillum in quo caput reclinarat eodem lacrimarum profluvio undique perfusum esse cognovit. Summo igitur mane iter arripiens, cum de Urbe fuisset egressus, reperit cuneum institorum mercimonii gratia Siciliam adeuntium. Qui cognoscentes eum esse de Clara-valle, mox in suo conductu atque convictu gratanti animo receperunt et quaeque necessaria gratis cotidie ministrarunt. Tandem ingressus ad regem Siciliae, invenit gratiam magnam in oculis eius, et non solum de negotio pro quo fuerat ad patrem destinatus, prosperum eventum obtinuit, verum etiam rex pro eiusdem patris sui anima, apertis thesauris suis, ad aedificationem novae basilicae Clarevallensis non modicam auri summam per eundem fratrem magna devotione transmisit. Reversus itaque Romam predictus frater, talem nihilominus ibidem gratiam reperit, ut de donariis cardinalium aliorumque Romanorum alterata consuetudine plurimam acciperet benedictionem, ita ut etiam largientibus illis ex eadem urbe usque ad decem bubalos educeret et usque ad domum Clarae-vallis non sine ingenti omnium stupore perduceret. Quis enim satis mirari sufficiat, quod homo debilis ac veteranus cum duobus puerulis tantum tantae enormitatis ac ferocitatis animantia, quae etiam boves dupla aut tripla corpulentia et fortitudine superant, per tanta locorum discrimina, per tanta predonum latronumque molimina, a Roma usque ad Claram-vallem minare potuerit, presertim cum id genus animalium citra Alpes, ut asserunt, in toto Occidente hactenus visum non fuerit? Vix enim vel una die malignantium occursus ac violentias poterat declinare; quae tamen omnia pertransivit indemnis, Deo et sancto patre Bernardo fidelem famulum ubique tutante. . . . . . .

EX LIBRO III.

36. In regione Sclavoniae, quae noviter est ad fidem christianam conversa magna ex parte, plurima iam Cisterciensis ordinis monasteria constat esse fundata. Porro monachi illi, qui ibidem Domino serviunt, ob cotidianam conversionem gentilium baptizandi potestatem a summo pontifice acceperunt. Factum est autem, ut aliqui de fratribus illis, a quibusdam fidelibus invitati, statuta die venirent ad unam de proximis villis paganorum multitudinem in ea baptizaturi, quae nuper fide recepta regenerationis gratiam flagitabat. Precedenti itaque nocte antequam illuc pervenissent auditus est ibi sonus et fremitus ingens quasi exercitus grandis toto tempore noctis per vicos et plateas eiusdem villae perstrepentis, qui velut ab alio exercitu fortiter impugnatus tandemque superatus, terga vertere atque cum magna turbulentia exire videbatur. Porro homines loci recedentium strepitum et fugam communiter audientes et personam aliquam non videntes, stupebant ac metuebant, nimirum ignorantes, quae ista novitas esset aut quid boni malive portenderet. In crastinum autem venientes monachi ad eandem villam, baptizaverunt ibi promiscui sexus turbam copiosam. Tunc vero cunctis fidelibus manifeste innotuit, quod tumultus ille nocturnus nihil aliud extitit nisi daemonum legiones ab obsessis hominibus increpante Domino fugientes, qui beatorum angelorum presentiam et sancti Spiritus adventum sustinere non poterant. De qua videlicet re multum in Domino consolati sunt universi, precipue vero neophyti illi, qui ab immunda dampnatione fuerant liberati.

. . . .

EX HUGONIS PICTAVINI LIBRO DE LIBERTATE MONASTERII VIZELIACENSIS.

Monasterium Vizeliacense (Vézelai) in dioecesi Augustidunensi saec. IX. a comite Gerardo fundatum, saec. XII, ut auctoris verbis utar, 'pro ingenita sibi libertate multipliciter pressuras pertulit', tam ab episcopo Augustidunensi, qui exemtionem plenam coenobii impugnavit, quam a comitibus Nivernensibus, qui tamquam advocati more his consueto iura diversa usurpaverunt et onera imposuerunt, denique a civibus Vizeliacensibus, qui a comitibus adiuti, immo, si huic libro credere licet, excitati, communiam constituerunt et consuetam obedientiam denegaverunt. Contra hos inimicos abbates Pontius et Guillelmus tam in curia Romana quam apud regem Franciae libertatem acriter defendebant, et lite feliciter peracta, ut ea litteris mandaretur, curam adhibuerunt. Quod negotium suscepit Hugo, ut ipse refert, natione Pictavinus, sub Guillelmo abbate notarius[1] *et eodem munere fortasse iam antea functus*[2]. *Nam a Pontio, qui a.* 1161. *obiit, rogatus, immo iussus*[3], *'de libertate ecclesiae'*[4] *opus suscepit. Quod ita executus est, quod post collectionem chartarum, quibus monasterii libertas fundata et a pontificibus Romanis confirmata est*[5] *— quam editores librum I. inscripserunt —, primum litem cum episcopo Augustidunensi actam et pacis foedere compositam descripsit (lib. II. edit.). Huic nonnullis annis post*[6], *ut videtur, librum addidit (III. edit.), quo de iniuriis a comitibus Nivernensibus monasterio illatis, egit et ad a. usque* 1156, *annum 'pacis et victoriae', quo 'de perfidis proditoribus et servis rebellibus .... per manum regis auctoritate apostolica liberum ius iustitiae obtinuerat ecclesia', histo-*

1) V. locum infra editum. Libro tertio editionis postea versus praemissi sunt, ab altero procul dubio coenobii monacho confecti, ubi legitur:

Si rerum causas queris cognoscere, lector,
Presentis libri pagina pandet iter.
Hanc tibi noster Hugo, vir stemate Pictaviensis,
Elegit gratis pandere mente, manu.

2) De eius vita praeterea nihil compertum habemus, neque alia quae ei a nonnullis tribuuntur opera re vera eius calamo deberi videntur; cf. 'Hist. littér. de la France' XII, p. 668 sqq. 3) Praef. libri II: *Sane quamvis ad haec minus idoneos minusve sufficientes nos esse non ignoremus, provocamur tamen caritate aecclesiae, invitamur etiam, immo, ut ita dicam, perurgemur obedientia reverentissimi patris nostri Poncii venerabilis abbatis;* libri III: *placuit serenissimo atque strenuissimo patri nostro venerabili Poncio abbati per haec scripta mandare longe post futuris, qualiter et quomodo per divinam providentiam et conatus emuli evanuerint et aecclesia suis ipsis casibus enituerit.... Movemur necne irrepugnabili iam dicti patris imperio.* 4) Ipse libro nullum titulum dedit, sed in fine libri primi (edit. II) dicit: *Haec pro nostrae modulo parvitatis de libertate Vizeliacensis aecclesiae quanta potuimus brevitate et veritate perstrinximus;* et primo cap. libri secundi (III edit.) rubram praemisit: *De singulari libertate Vizeliacensis aecclesiae.* Quare his verbis librum inscripsi, quam minus recte cum editoribus Historiam Vezeliacensem dicas, cum neque de fundatione neque de fatis ante Pontii tempora agatur. 5) Ad hanc provocat libro II. edit.: *superius in serie epistolarum.* 6) Sermone uberiore, immo tumido fere hoc libro utitur, ita ut de alio scriptore cogitare posses, nisi disertis verbis diceret: *de dignitate Vizeliacensis [aecclesiae] quo potuimus compendio partim in superiore libro egimus.*

riam deduxit. Sed Pontio abbate mortuo, successorem eius Guillelmum comes Nivernensis denuo infestavit et liti ansam dedit, quae per plures annos apud pontificem Romanum et regem Franciae acta est. Quam feliciter finitam Hugo libro tertio (edit. IV.) addito memoriae commendavit, necnon in fine pauca de hereticis 'qui dicuntur Deonarii seu Poplicani' a. 1167. *apud Vizeliacum condemnatis et combustis subiunxit. Hoc libro, quo 'visu et auditu experta' narravit*[1], *accuratius etiam de Alexandri III. electione, itinere in Galliam suscepto, et de conventu regis Franciae cum imperatore Friderico prope Vizeliacum statuto egit; postea abbatem Romam proficiscentem comitatus est. Haec sunt quae collectioni nostrae inserere debuimus, maiore libri parte, qui se oratione vivida, sermone culto, animo iusto, quamvis erga ecclesiae eius inimicos, etiam Cluniacenses*[2], *nimis infenso, commendat, aegre fere tamquam a nostro consilio aliena omissa.*

Usi sumus codice bibliothecae civitatis Autisiodorensis *nr.* 192, *membr. saec. XII, eleganter, fortasse Hugonis tempore, quamvis non eius manu, exarato, paucis locis manu posteriore (saec. XIV) castigato, quem socius noster b. m. I. Heller cum editis contulit*[3]. *Eodem volumine continentur fol.* 1. *Annales Vizeliacenses, fortasse ab ipso Hugone —* 1168. *deducti*[4], *et a compluribus continuati: ex quibus excerpta dedit usque ad a.* 1316. *Labbeus, Nova Bibl. mss. I, p.* 394 *—*398. *Sequitur f.* 15. *quam idem p.* 399. *edidit*[5] *s. t. 'Origo et historia brevis Nivernensium comitum, auctore, ut quidam scribunt, Hugone Pictavino'. Certe non ultra huius aetatem progreditur neque animum diversum prodit. Fol.* 22. *chartarum collectio, f.* 64. *historia ipsa incipit.*

Ex eodem, ut videtur, codice vel certe eius apographo particulam edidit Duchesne, Hist. Franc. SS. IV, p. 424—427, *integrum opus,* 4 *libris distinctum, Dacherius, Spicil. III, p.* 446 *sqq. (ed.* 2. *II, p.* 498*). Excerpta Bouqueti continuatores (SS. Rer. Gall. et Franc. XII, p.* 377 *sqq.) dederunt; fragmenta vero quaedam*[6] *a Dacherio omissa ex foliis codicis laceris primus luci dedit A. Chérest, 'Étude historique sur Vézelay' p.* 473—524 *('Bulletin de la société des sciences ... de l'Yonne, t. XVI, Auxerre'* 1862*). G. W.*

f. 125. Anno autem Verbi incarnati millesimo centesimo quinquagesimo nono orta est, proh
1159. dolor! feda dissensio in Romana aecclesia. Mortuo etenim Adriano papa, generali consilio et universali consensu electus est sacri scrinii cancellarius Rollandus. Quo humiliter tantum onus suscipere dissimulante, interim Octovianus, unus ex cardinalibus apostolicis et inter senatores Urbis nobilior, apostolica insignia sibi fraudulenter preripuit et apostolicum
* f. 125'. honorem, proh nefas! usurpavit, neque divina neque humana iura reveritus, *tres tantum sui scismatis fautores habens de toto apostolico consistorio, scilicet Ismarum Tusculanum episcopum et Guidonem Cremonensem atque Iohannem de Sancta Martina; quorum Isma-

1) *Descriptis itaque superioribus libellis de dignitate et exordio atque libertate Vizeliacensis aecclesiae, laboribus etiam quos pro iusticia libertatis sue constanter et infatigabiliter sustinuit, ad ea que desunt non supplenda quidem, sed prosequenda, utpote visu et auditu experta, stilum ducimus.* 2) *Hanc*, ait, *siquidem libertatem cum per trecentos ferme annos ab ipso suae fundationis principio Vizeliacensis ecclesia quiete et absque calumnia optinuisset, tamque de suis quam de aliorum fratribus monasteriorum sibi patres indifferenter prefecisset: Cluniacenses longe post exorti, per surreptionem sibi vendicare nisi sunt, assensum quidem primum, deinde vero arbitrium electionis, furtivum quoddam privilegium sub nomine pape Paschalis secundi componentes, a quo utique Paschali omnino mentiebantur traditam sibi curam ordinis aecclesiae Vizeliacensis;* et in fine libri: *detestantibus universis supercilium et arrogantiam Cluniacensium;* quae Dacheriana editio omisit vel mutavit. 3) Codicem accuratius descripsit A. Chérest in libro mox laudando p. 432 sqq. 4) Incipiunt: *Anno* 41. *Augusti imperatoris, qui post mortem Iulii Cesaris tenuit monarchiam totius mundi, natus est* etc. 5) Loco tamen de Hildegario episcopo Autisiodorensi omisso; v. Chérest p. 435. 6) Haec ad rem nostram haud faciunt, praeter quod successor Anastasii pontificis Romani (Hadrianus) laudatur 'et prudentia conspicuus'.

rus et Iohannes scismatici mortem in scismate prevenerunt. Ut autem ceteri cardinales 1159. scismaticam usurpationem cognoverunt, protinus cum electo suo et Alexandro cognominato atque ab Humbaldo Hostiensi episcopo consecrato ab Urbe sunt egressi. Et factum est grave scisma in occidentali ecclesia, Germanico imperatore Octoviano, qui dictus est Victor, Siculo autem rege favente Alexandro catholico. Et misit Alexander legatos suos in Galliam et in insulis Britannie ad Ludovicum regem Francorum et ad Henricum regem Anglorum atque ad omnem utriusque regni aecclesiam, videlicet Guillelmum Papiensem et Henricum Pisanum atque Ottonem de Tulliano-carcere. Qui transeuntes Italiam, cum a[a] Cluniacensi monasterio nequaquam reciperentur, primus et precipue omnium Gallicanarum personarum suscepit eos digne memorie abbas Poncius Vizeliacensis et catholicam orthodoxi Alexandri electionem universis utriusque ordinis principibus commendavit. Igitur Alexandro ab utroque regno suscepto, scripserunt legati Cluniacensibus pro susceptione Alexandri. Preerat eo tempore Cluniacensi ecclesie Hugo, prudens moribus et simplex ingenio. Is, convocato ex more talium negociorum capitulo, de susceptione Alexandri fratres suos consuluit. At illi patris Hugonis exosam habentes prelationem, cum dentem invidie in personam innocentis nequirent infigere, versuto usi consilio, cum contestatione interdixerunt ei tam catholicum quam scismaticum suscipere, ne forte, dum, ut assolet in talibus, victo faverent, victoris odium incurrerent. Ne vero dolosi potius quam salubris consilii periculum suspectum haberet, idem sapere et eadem subire cum eo unanimiter, quicquid exinde contigisset adversi, spoponderunt. *Cum autem Cluniacum accedere et in scismati- *f 126. cos ferre sententiam apostolici legati formidarent, miserunt Henricum, tunc Belvacensem, postea[1] vero Remensem episcopum, qui propter germanitatem Ludovici regis tutius ad partes illas accedere et delegatum sibi ab Alexandro per prenominatos legatos apostoli Petri gladium exerere posse videbatur. Qui cum accessisset et apud Luzeium[2] convenisset superque Cluniacenses ponere sententiam anathematis disponeret, rogatu Dalmacii et aliorum terrae illius principum distulit. Et scripsit Cluniacensibus, exhortans, ut resipiscerent et ut Alexandrum sicut alia Francie monasteria susciperent; alioquin delegata sibi auctoritate apostolica sententiam excommunicationis tam super ipsos quam super omnes fautores eorum ulterius promulgare non differret. Et assignato die apud Melidunum, cum neque ipse abbas Cluniacensis, fraude detentus a suis, neque responsales eius adessent, porro emuli abbatis ex adverso starent, Theobaldus scilicet prior Sancti Martini de Campis, qui aliquando post abbatem prioris locum in monasterio Cluniacensi tenuerat[b], et alii plures, qui videbantur esse capita aecclesiae suae, ipsum abbatem suum tanquam parricide filii patrem accusantes et culpam scismatis a se removentes, quippe qui se et commissa sibi monasteria subiectioni et protectioni catholici Alexandri committerent, ipsis faventibus, Hugonem abbatem Cluniaci et omnes subditos et fautores illius publice excommunicavit. Vocatus fuerat ad hoc colloquium sancte memoriae Poncius noster merito abbas nominandus, quibusdam annitentibus, ut, extruso Hugone, is monasterio Cluniacensi preficeretur. Sane beata et gloriosa Dei dilectrix Maria Magdalene, cui devotus devotum semper exhibuerat famulatum, hunc a candelabro suo, quod clarissime irradiaverat, minime evelli pertulit, retinuitque eum sibi etiam corpore, quem *a puero enutritum et ab angelorum principe *f 126' Micahele sibi concessum, totum ex integro sibi vendicans, consecraverat, nec passa est inimicum libertatis sepulchri sui vel ad horam exultare de eo, ne forte contrarius sibimet ipsi existens, qui pro patria pugnaverat, patriam quodammodo expugnaret, neve malicia de virtute virtutem prosterneret et ignavia probitatem probitate deiceret. Langore nanque insperato detentus, vicesimo quarto anno ordinationis sue viam universe carnis ingressus 1161. est, et cum gravi luctu suorum ante sepulchrum famulatricis sepulchri Christi sepultus, raptus est, ut credi fas est, ne gloria humanae probitatis mutaret intellectum illius. Quo assumpto, protinus Vizeliacensis monasterii fratres uno voto et communi assensu elegerunt sibi patrem, genere nobilem, probitate conspicuum, virum ab adolescentia sacris instructum disciplinis tam in ipso ubi susceptus est Vizeliacensi quam in Cluniacensi cenobio, videlicet Guilelmum abbatem Sancti Martini Pontisariensis[3]; quod monasterium ipse per 15 annos regens, possessionibus et edificiis multis ampliaverat. His diebus Nivernensis

a) *ad corr. rad. a c.* b) *post t. duo vel tres voces erasae, ut iam legi non possint.*

1) A. 1162. 2) Luzi. 3) Pontoise; cf. Ann. Vizel., Bouq. cont. XII, p. 345.

comes Guilelmus, filius Guilelmi Cartusiensis, filii Renaldi de Hubenc, filii Guilelmi, filii Renaldi, filii Landrici, qui primus huius generis principatum Nivernis a comite Burgundie suscepit; hic, inquam, comes post multa gravamina, que, uti in superiori volumine partim comprehensa sunt, ecclesie Vizeliacensi intulit, gravi morbo correptus, calicem divine ultionis pregustabat. Ut ergo audivit filius eius Guilelmus, quod Vizeliacenses abbatem sibi elegissent, genuina insolentia ratus omnia nutu suo constare, Vizeliacum venit in ira multa et in furore magno, et interdixit fratribus electionem se absente et inconsulto patre suo factam, posuitque custodes, ne quis de Vizeliacensibus transiret ad electum. . . . . . .

f. 128'. Igitur Alexander papa egressus ab urbe Ianuensium, in portu Magalone applicuit. Cui
1162. prenominatus occurrens Guillelmus abbas Vizeliacensis, quemadmodum predecessor illius Pontius primitias legationis apostolice non absque suorum et quorundam magnatorum invidia susceperat, ita et hic ipsum summum pontificem a littore maris prodeuntem omnium sacerdotum Gallie prior excepit, et invenit gratiam in conspectu Alexandri, et magnificavit eum Alexander coram frequentia totius Romanae aecclesiae[1]. . . . . . .

f. 130. Erat autem iuvenis quidam nomine Guilelmus, filius Petri de Monte-regali, inter mini-
f. 130'. stros abbatis Poncii, etate quidem iunior, sed ingenio acrior. . . . . . . Nam cum felicis memorie Poncius abbas extremum vite spiritum efflasset, ... postpositis exequiis, protinus claves tulit, armaria spoliavit et quicquid rapere potuit clam asportavit. Cunque tam sacrilegum furtum sepius reiterasset, deprehensus a fratribus et comprehensus est. Inquisitus autem super thesauros abbatis et de candelabro aureo, quod imperatrix quondam Mathildis, mater regis Anglorum Henrici, monasterio Vizeliacensi dederat, omnia negavit. Et scrutata domo illius, tandemque negata clave a familiaribus illius recepta, repertum est illud quod negaverat candelabrum, sigillum quoque abbatis simul et sigillum capituli, quod iam per biennium fratres latuerat Facto autem mane dedit fratribus obsides super quingentas libras pro executione iusticiae tenenda in manu futuri abbatis, qui ea ipsa die depositionis venerabilis Poncii concorditer electus est, anno divinae incarnationis millesimo centesimo sexagesimo primo, sexta feria, 14. die mensis Octobris. . . . . . .

f. 132'. His diebus occidentalis ecclesia gravi scismate laborabat. Henricus autem comes Trecensis partibus favebat imperatoris. Porro Ludovicus rex Gallie misit in occursum Alexandri catholici pape legatos suos, Theobaldum abbatem Sancti Germani de Pratis et Cadurcum clericum suum. Quorum legationem cum minus optato Alexander suscepisset, reversi Vizeliacum venerunt. Et decidit in lecto egritudinis Theobaldus abbas, et mortuus est nono Kalendas Augusti sepultusque infra ianuam basilice beate Marie Magdalene, cuius monachus extiterat. Et ut cognovit rex Ludovicus repulsam legatorum suorum, iratus penituit se suscepisse Alexandrum, contempto Victore, et scripsit per Manassen episcopum Aurelianensem super hec verba comiti Henrico Trecensi, qui eo tempore ad Germanicum imperatorem properabat. At ille gratulabundus pro oportunitate reperta
*f. 133 suggessit imperatori, ut iniret colloquium cum rege, *adunatis utriusque regni optimatibus et aecclesiasticis viris, contestatus iureiurando, quod rex, audita utriusque apostolici electionis[a] examinatione, iuxta discretionem personarum utriusque regni staret consilio suo, videlicet Henrici comitis. Et indictum est colloquium apud Lovigennam vicum[2] citra Ararim fluvium intra[b] fines regni Francie. Et statutum est, ut Alexander catholicus et Victor scismaticus colloquio adessent et de sua electione in conspectu totius aecclesiae conferrent. Quod ut cognovit Alexander, misit ad Ludovicum regem legatos, scilicet Bernardum Portuensem episcopum et Iacinctum diaconem suum, qui regis iram lenirent et familiare col-

a) electiones *corr.* electionis *c.* b) in *c.*

1) Gesta episcoporum Autisiodorensium (Bouq. cont. XII, p. 302; 'Bibliothèque historique de l'Yonne' I, p. 421) de Alexandri receptione haec referunt: *Predictus Wuillermus* (episcopus Autisiodorensis, filius Girardi de Narbonia) *in iuventute sua primum archidiaconatum et postea prepositurum ecclesie Senonensis administravit; in qua administratione ita floruit, quod nulli clericorum in Galliis largitate, hospitalitatis gratia, expense et familie numerositate secundus extiterit. Huius consilio et providentia, universali ecclesia fere fluctuante et schismate seviente, prenominatus archiepiscopus frater eius* (Hugo), *immo ipse recepit et Senonis adduxit*[a] *beate recordationis Alexandrum papam tercium, nondum plene confirmatum, quod etiam reges et principes facere formidabant; in qua receptione, et quamdiu apud eos morata est curia, quam laudabiliter se utrinque habuit, non est facile dictu.* 2) St.-Jean-de-Laône.

a) addixit *ed.*

1162. loquium inirent. Convenerunt ergo Alexander et Ludovicus apud Silviniacum[1], qui est vicus monachorum Cluniacensium. Rex autem Ludovicus rogabat Alexandrum, ut ad constitutum veniret colloquium, aut si forte presentiam imperatoris abhorreret, saltem ad partes illas accederet usque ad Vergiacum castrum[2], quod erat inexpugnabile. Cui cum Alexander nollet acquiescere: 'Ego', ait rex, 'et te et universum comitatum tuum salvum ducam et reducam salvum sicut corpus meum'. Et cum nec sic acquiesceret Alexander veritus dolos imperatoris, respondit rex: 'Mirum est, quod conscius iusticiae suae subterfugit testimonium innocentie sue seu audientiam causae suae'. Et abiit rex ad indictum cum imperatore colloquium. Nondum autem cognoverat conditiones, quas ex parte sua comes Henricus fecerat cum imperatore. Cum ergo venisset rex apud castrum Divionem, occurrit ei comes Henricus. Et tunc primum aperuit ei pactiones, quas cum imperatore fecerat, dicens: 'Maiestatis tue reverentie et regni tui consulens utilitati, domine mi rex, inii colloquium super Ararim fluvium, quo tu, domine mi rex, et imperator Fredericus cum pontificibus et abbatibus atque optimatibus utriusque regni *convenientes, presente apostolico tuo et im- *f. 133'. peratoris apostolico, ex utraque parte eligentur probatissimi viri tam ecclesiastici quam militares, qui electionem utriusque apostolici diiudicabunt. Et si Rollanni electio fuerit sanior comprobata, Octoviani electio cassabitur, et imperator procidet ad pedem Rollanni. Si autem Victoris electio prevaluerit, Rollannus adnullabitur, tu vero, domine rex, ad pedem Octoviani venies. Quod si Victorem[a] deesse contigerit, imperator ab eo deficiens Alexandro tuo obediet. Si autem e converso Alexander defuerit, identidem decidet, et rex Victori favebit. At vero, si tua maiestas noluerit nec predictis pactionibus acquiescere nec arbitrio iudicum assensum prebere, ego iureiurando iuravi, quod ad partes illius transibo, et quicquid de fisco regis in feodum habeo, imperatori tradens, ab illo deinceps tenebo'. Stupefactus rex Ludovicus ad haec respondit: 'Miror, unde tibi fiducia, quod me inscio meque inconsulto talia cum imperatore condixisti'. Respondit Henricus: 'Hanc fiduciam tu rex ipse per Manassen Aurelianorum episcopum michi dedisti'. Interrogatus super hoc verbo episcopus, timore regis dissimulare cepit, occultans machinationes quibus Henricum ad hoc induxerat. Tunc Henricus protulit epistolam regis, qua continebatur, quod nuncii regis repulsi fuissent ab Alexandro, ob quam rem indignatus rex mandabat Henrico, quatinus ad imperatorem Fredericum licenter procederet et colloquium utriusque audientie iniret, certus quod rex per omnia consilio illius staret. Fredericus autem imperator edificaverat sibi palacium mire amplitudinis in loco qui dicitur Dolah[3] in finibus imperii sui; et cognoverunt Franci, quod scismaticus Victor non esset cum imperatore, et letati sunt super illius absentiam. Quo agnito, Theutonici sive Germani currentes adduxerunt eum cum festinatione maxima eadem die. Quem assumptum, imperator media nocte duxit eum supra *pontis medium, statimque, quasi pactionibus satisfecisset, recessit[4]. Rex autem Ludovicus *f. 134. quasi venatum pergens transiit per nemus ad locum colloquii, misitque Iocium Turonensem archiepiscopum et Mauricium Parisiorum episcopum, Guilelmum quoque Vizeliaci abbatem cum aliis optimatibus regni sui ad nuncios imperatoris, qui ibidem convenientes verbum regis expectabant. Inter quos etiam erat comes Henricus, qui propter affinitatem cognationis partibus omnino favebat Victoris scismatici. Petierunt itaque missi regis ex ore eius competentes inducias, eo quod pactiones huius colloquii hactenus usque perendie regi fuissent incognite, presertim cum imperator compulerit Henricum comitem iurare, ne predictas pactiones ante diem constituti colloquii ullo modo manifestaret regi; indecens autem fore tam temere de tanto negocio diffinire. Cunque imperatoris Frederici prolocutores petitas inducias negarent, reversus est rex apud Divionem. Cardinales vero, quos illuc Alexander papa miserat, sperantes solutum esse colloquium, Vizeliacum redierunt. Rex autem constituit, qui custodirent fines regni sui. Et sequenti summo mane venit comes Henricus ad regem in palatio ducis Burgundie, allegans, regem nequaquam esse a pactionibus liberum, ideoque se necessario discessurum ab eo et sese traditurum in manu imperatoris, ita ut totam terram, quam de feodo regis hactenus tenuerat, amodo imperatori[b] traditam ab eo reciperet et hominium illi faceret[5]. Attamen ob gratiam regis optinuisse se

a) Octovianum *postea superscr. manu scribae c.* b) imperatoris *c.*

1) Souvigny. 2) Vergi. 3) Dôle. 4) Aliter rem narrat Helmoldus I, c. 90, SS. XXI, p. 83; sed maiorem fidem procul dubio Hugo sibi vindicat, qui in vicinia degit. 5) Comitem Henricum re vera ad imperatorem transisse, notae ostendunt a Bouqueti cont. ex Camerae computorum Parisiensis codice

1162. dixit ab imperatore trium ebdomadarum inducias, ea conditione quod rex datis obsidibus polliceretur imperatori ad diem se venturum et Alexandrum adducturum atque ibidem causam utriusque auditurum et iudicio proborum virorum imperii et regni pariturum, aut certe se ipsum tradere vinctum imperatori apud Crisopolim, que est urbs nobilis Bisunti-
*f. 134'. norum. *Et acquievit rex, et defecit spiritus eius, et tediatus est animo pactusque est ita se facturum, datis obsidibus ....[a] duce Burgundie, ...[a] comite Flandrensi et Guilelmo comite Nivernensi. Omnis autem ecclesiasticus ordo, audito hoc verbo quod fecerat rex, doluit valde, et corde clamaverunt omnes ad Dominum, ut misereretur aecclesiae suae sanctae et liberaret regem a fraude circumvenientium se. Abiit ergo rex ad prenominatum vicum Lovigenne, ubi regi debebat occurrere imperator. Sed fefellit imperator Henricum misitque precipuum fautorem scismatis, Renaldum[b] cancellarium suum Coloniensis aecclesiae. Cunque coram eo replicarentur pactiones, quas comes Henricus ex ore imperatoris proposuerat regi, subito divina virtus astitit aecclesiae suae et pie simplicitati regiae maiestatis. Respondit enim Renaldus, prophani erroris fautor, nequaquam imperatorem talia dixisse, scilicet quod cuiquam permitteret consortium iudicandi Romanam aecclesiam, quae proprie sui iuris existebat. Tunc repletus gaudio rex, quesivit ab Henrico comite, utrum se haberent pactiones secundum formam sibi ab eo propositam. Et ille: 'Habent'. Et rex: 'Ecce', ait, 'quod imperator, qui iuxta verbum tuum adesse debuit, abest; ecce, quod etiam missi illius formam pacti te presente, te teste commutant'. 'Verum est', inquit comes Henricus. Et ait rex: 'Nonne ergo absolutus sum ab omni pacto'? 'Absolutus', ait Henricus. Et dixit rex Ludovicus cunctis optimatibus suis et episcopis atque abbatibus qui presentes aderant: 'Audistis et vidistis omnes, qualiter ego ipse gratis perfecerim omnia que ad me pertinent. Edicite, utrum liber ab his pactionibus videar'. Dicunt omnes: 'Liberasti verbum tuum'. Statimque rex velocissimum equum cui insidebat reducens, protinus
*f. 135 ire perrexit. *Teuthonici autem valde confusi insecuti sunt eum, rogantes, ut rediret ad imperatorem paratum prosequi omnia que Henricus proposuerat. At ille parvipendens ea que dicebantur, decipulam quam evaserat exhorruit, dicens: 'Feci quod meum fuit'. Sic soluto conventu, rex in regnum suum rediit. Alexander autem catholicus papa veritus indignationem regis Ludovici, transiit in Aquitaniae metropolim urbem Bituricorum et in Dolense monasterium, quod est apud Castrum Radulfi[1], ibique hiemavit. Et sequenti tem-
1163. pore quadragesime accessit ad Ludovicum regem in urbe Parisiorum. A quo susceptus honorifice, secundum morem Romane ecclesie portavit ipse rosam auream[2] dominica qua
Mart. 3. cantatur *Letare Iherusalem*. Peractisque paschalibus sollenniis, consecravit basilicam monasterii beati Germani de Pratis, cui preerat Hugo de Moncellis, monachus aecclesiae Vizeliacensis. Illuc iterum accessit Guillelmus abbas Vizeliacensis. . . . . . .

Inde Turonicam metropolim urbem adiit et concilium ibidem tenuit omnium episcoporum Lugdunensium, Narbonensium, Viennensium, Bituricensium, Senonensium, Remensium, Rothomagensium, Turonensium, Burdegalensium, Auscitanensium, Alpensium Apenninarum et Maritimarum, centum quinque numero, Cantuariensium etiam atque Eboracensium, Scothorum quoque et Hiberniensium, sed et abbatum et diverse professionis personarum gratanter undique advenientium. Nam et Germanorum episcopi plures occulte scripserunt Alexandro pape, obedientiam et omnimodam reverentiam pro loco et tempore illi

a) *locus vac. rel. octo fere litterarum.* b) Renaldus *corr.* Renaldum *c.*

(Regesto) p. 331 n. allatae: *Girardus Eventatus dixit, quod super quibusdam conventionibus, quas rex Franciae et imperator Alemanniae habebant inter se tempore scismatis, fuit fideiussor comes Campaniae ex parte regis Franciae, quod rex conventiones illas teneret. Sed cum rex in conventionibus illis tenendis deficeret, comes Campaniae ivit in captionem imperatoris tamquam fideiussor; et cum in captione illa aliquandiu mansisset et videret, quod rex Franciae eum non liberaret, petiit ab imperatore, ut quittaret eum a captione et fideiussione et de eo caperet nescio quot castella; et ita factum fuit de quibusdam castellis. Unum est Hyz, quod est iuxta Clarum-montem in Bassigniaco; aliud est Musteriolum in Bassiniaco; aliud Gollemont versus Bondricourt; aliud Boucourt, quod comes Barri-ducis tenet. Girardus Eventatus nescit nominare alia, sed scit, castella illa fuisse plus quam quatuor. Item Conradus episcopus Metensis et Spirensis, imperialis aulae cancellarius, dicit, haec esse castella quae comes Campaniae tenet de imperatore Alemanniae, et ita invenit in scriptis imperatoris: Burmont, Dampierre, Porsesse, Risnel, la Sessie, Gondricourt, Karnai, Raucourt, Bearazin.* 1) Château-Roux. 2) De qua v. Ducange V, p. 799.

humiliter exhibentes. Italie vero non minima pars affuit, partim scripto, partim *sua pre- *f. 135'. 1163. sentia Sed et Sardinia et Sicilia cum omni Calabria, omnis quoque orientalis ecclesia et Hispania devotum obedientiae caput humiliter Alexandro catholico papae subdidit. Interfuerunt predicto concilio Stephanus abbas Cluniacensis et Guilelmus abbas Vizeliacensis. . . . . . .[1] Alexander igitur, soluto concilio sinodali, Bituricam in urbem, quae caput est Aquitaniae, rediit. Procedente dehinc tempore autumpni, Senonicam civitatem adiit ibique per decem et octo mensium curricula sedit[2].

Auctore autem scismatis Octoviano, qui appellatus est Victor, ab hac vita infeliciter 1164. exempto, subrogatus est a scismaticis Guido Cremonensis, qui de auctoribus electionis Alexandri primus apostatavit. . . . . . . Ipse *[abbas]* autem profectus est ad Romanum ponti- f. 136. ficem, qui regressus a concilio Turonico in Dolensi monasterio degebat[3]. . . . . . . Alexander quoque recogitans scisma, quo infirmabatur aecclesia, et veritus, ne forte, si aliquantulum durius erga seculi principes procederet, graviori scandalo aecclesiam affligeret, simplici tantum scripto commonuit comitem[4], *ut a gravaminibus aecclesiae Vizelia- *f. 136'. censis, quae filia beati Petri et alodium Romanae aecclesiae existebat, desisteret. . . . . . .

Abbas vero abiit ad Alexandrum papam, significans ei, qualiter et quam iniuste ipse f. 138'. et ecclesia Vizeliacensis a comite gravaretur. Inde profectus est ad regem, conquestus in auribus eius super iniusta vexatione qua premebatur a comite. Qui motus tam compassione conquerentis quam commonitione Alexandri pape, mandavit comiti diem colloquii in urbe Senonum. Quo utrimque convenientes et plura hinc inde conquerendo conferentes, cum pacis vestigia nulla paterent, tandem rogatu regis diem requisite iusticie in submonitione 1164. Ian. 6. sua distulit. Rex autem Ludovicus epiphaniorum diem *fecit apud Vizeliacum, et suscepit *f. 139. eum abbas obsecutusque est ei diligenter. Quo regresso, invidia ductus comes mandavit abbati diem apud Altisiodorum. Qui diem suscipiens pro tanto quanto sibi competeret, misit ad papam legatos, qui eum consulerent, quid super hoc faceret. Illi vero, accepto ab eo consilio et cauto secreto commisso, reversi sunt. . . . . . . Cum ergo iterum abbas conquereretur in *Alexandri pape auribus super iniquas et multiplices oppressiones, que *f. 140. per satellites comitis sibi et suis inferebantur, scripsit Alexander comiti et matri eius in hec verba[5]. . . . . . .

Thomas autem Cantuarie archiepiscopus regem Henricum fugiens, exulabat apud Pon- f. 141' tiniacum. Is aliquando familiarissimus eidem regi et eleganti strenuitate conspicuus, cancellarius eius exstiterat, nec eo potentior quisquam visus est apud regem Angliae. At ubi ecclesiastici regiminis curam suscepit, Deum homini preponere per omnia curavit; unde contigit, ut usurpanti regi in morem Ozie iura aecclesiastica velut alter Ionas constanter restitit. Quam ob rem indignatus rex et inestimabilem gratiam implacabili commutans odio, comprehendere illum et bona eius in fisco redigere disposuit. Sed prevenit impios conatus sollertia innocentis, et clam mare transiens, cum parvo comitatu ad Ludovicum regem Francorum venit et se suosque in manu illius commisit. Qui suscepit eum benignissime et necessarium ei auxilium liberaliter exhibuit. Attamen iustum illi visum est, Alexandrum papam adire debere et omnino ipsius consilio stare. Ad quem cum venisset et adventus sui causam ei exposuisset, condoluit ei Alexander et tradidit eum Guichardo Pontiniacensis monasterii abbati, qui postea ab ipso Alexandro Lugdunensium archipresul consecratus est. Rex autem Ludovicus pro his et pro aliis negociis ad Henricum regem Anglorum misit, indixeruntque reges mutuum colloquium. Cui colloquio cum interesse Alexander disponeret, venit Parisius. Quod ut rex Henricus cognovit, colloquium indictum Ludovico regi demandavit, infestus Alexandro ob invidiam Thome *Cantuariensis. Alexander *f. 142. autem iterato iam acceperat legatos Romanorum rogantium ut rediret et beati Petri ad sedem remearet. Valedicens itaque Ludovico regi, ad urbem venit Bituricorum. . . . . . . 1165.

1) Cf. Ann. S. Albini Andeg. (Bouq. XII, p. 482; Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou' p. 40) a. 1163: *Alexander papa Turonis concilium celebrat cum archiepiscopis, episcopis, abbatibus Franciae, Burgundiae, Hispaniae, Aquitaniae, Angliae, Normanniae, Britanniae.* Ubi a. 1160. de electione breviter et minus accurate ita: *Adrianus papa obiit. Duo papae Romae Alexander et Otovianus. Alexander in Gallias descendit; Otovianus in Alemannia mansit.* 2) Cf. Ann. S. Columbae Senon. 1164, SS. I, p. 108, et locum supra p. 35. allatum. 3) Cf. Ann. Dolenses, Bouq. XII, p. 456, a. 1160 (l.: 1163): *Hoc anno Alexander papa venit Dolum, et ibi per mensem continuum demoratur. Mense Septembri* 5. *Idus consecravit altare Crucifixi in honore sancti Cosmae.* 4) Nivernensem. 5) Jaffé Reg. nr. 7397.

1165. f. 154'. Premiserat autem abbas ad curiam Iohannem clericum suum. A quo cum litteras recepisset, quod Alexander in Kalendis Augusti mare foret ingressurus, propositam profectionem dimittens, Iul. 28. venit per terram ducis Vizeliacum perendie octavarum beatae Mariae Magdalene. f. 156bis . . . . . . Post prandium itaque clam disposito itinere, venit Guilelmus abbas nocte Avalonam[1], quod est castrum ducis Burgundie. Inde surgens, septima die Montempessulanum ingreditur, habens in comitatu Gaufredum Angligenam suppriorem, Vincentium decanum, Franconem capellanum suum, Hugonem Pictavinum notarium suum, huius operis auctorem. f. 156bis'. . . . . . . Ingressus igitur abbas ad Alexandrum papam, cum magno honore et plena gratia susceptus est ab eo et ab omni curia. Cunque proditores curiam adire niterentur et ab ea turpiter atque cum nota proditionis etiam per hostiarios repellerentur, introivit abbas Boniradii[2], quasi propria ordinis sui negocia executurus. Ut autem partes comitis cepit allegare et proditorum velut innocentium legatorum aecclesiae Vizeliacensis causam adversus abbatem quasi adversus dilapidatorem bonorum et ordinis subversorem agere, repulsus est statim ab Alexandro papa, resistente ei in faciem Umbaldo Hostiensi episcopo cardinali. Denique Henricus Pisanus cardinalis et electus Maguntinus[3] parti comitis et proditorum pro posse favebant. Unde precibus multis pertesum papam vix compulerunt scribere comiti excommunicato. Quod ut per notarios cognovit abbas, ingressus ad eum genu flexo dixit: 'Quid est, domine, quod fecisti? Nondum plenam iusticiam sumus as- *f. 157. secuti, et iam illud *tantillum iusticiae, quam nobis feceras, revocasti'. 'Quomodo'? ait papa. 'Scribendo', inquit, 'preter morem apostolicum ei quem ipse excommunicasti'. 'Ergone', ait, 'iam sententia promulgata est'? 'Ita', inquit. Et dixit: 'Ostende tuum rescriptum'. Et dedit ei. Protinus Alexander misit in gazophilacium notariorum et iussit, ut surrepticium illud scriptum retineretur. Utque cognovit, quod iam illud Maguntinus recepisset, indignatus valde, precepit, ut celeriter ab eo reposceretur. Quo reddito, ingressus est Maguntinus ad papam et petiit apostolicam epistolam sibi reddi. Quem papa cepit arguere de surreptione indebiti scripti. Qui cum petitionis suae repulsam indigne ferret, ad lacrimas prorupit. Motus ergo papa, dixit ei: 'Ecce, habeto ut vis; sed nullum exinde cognato tuo emolumen- f. 158. tum prestabis; fecimus enim nova scripta adversus illa surrepticia'. . . . . . . Factum est Aug. 16. ergo sequenti die lune post assumptionem intacte virginis et genitricis Dei Marie, ascendit sanctissimus et universalis pontifex Alexander catholicus papa ad altare, ut sacram et vivificam Deo victimam offerret pro anima Ivonis Carnotensis ecclesie decani. Et cum perficeretur sacrificium, proditores illi cum Gaufrido Angligena litigabant. Et accessit ipse Gaufredus ad Umbaldum Hostiensem episcopum et significavit ei, quantam domino pape proditores irreverentiam irrogarent. Conversus Hostiensis, vidit detestabiles illos proditores dixitque Alexandro: 'Ut quid, domine, sustines profanos illos proditores Vizeliaci sacris te presente interesse officiis'? 'Ubinam', inquit, 'sunt'? Respondit: 'Adsunt'. Et ait: 'Eice quantotius eos foras'. Dissimulantibus illis exire, protinus Hostiensis et Signiensis, vocatis officialibus, expulerunt eos ab ecclesia. Quod videns Maguntinus, qui tunc forte cum Vizeliacensi loquebatur abbate ibidem, egressus pre nimia indignatione, abiit post eos. Abbas quoque Boniradii, cuius lateri semper ipsi proditores adherebant, videns sese frustratum[a] a proposito, erubuit valde et recessit. Quem proditores prosecuti, confusionem et ignominiam promeritam domino suo comiti reportaverunt. Abbas autem Guilel- *f. 158'. mus non recessit[b], donec ipsum papam *Alexandrum usque ad mare prosecutus est. Reversusque prospere auctus apostolica benedictione, ultimo die mensis Augusti Vizeliacum ingressus est. . . . . . .

a) fructatum *corr.* frustratum *c.* b) *e corr. c.*

1) Avalon. 2) Bouras. 3) Conradus; qui etiam antea cum Henrico comitis partes egisse narratur.

EX AIMOINI CONTINUATIONE SANGERMANENSI.

Aimoini Historiae Francorum in monasterio Sancti Germani Parisiensi continuatio subiecta est a compluribus diverso tempore scripta, cuius codex autographus exstat in bibliotheca Parisiensi nr. 12711 *(olim S. Germani* 436*), de quo aliisque codicibus recentioris aevi v. quae 'Arch.' XI, p.* 314. *notavi*[1]. *Haec maximam partem ex aliis libris sunt descripta, saec. XII. incipientis historia ex Sugerii Vita Ludovici VI. Sed quae sequuntur usque ad a.* 1166. *inscripta:* De glorioso rege Ludovico Ludovici filio *in ipso monasterio paullo post a.* 1170.[2] *annotata esse videntur, eaque nonnulla continent quae res nostras illustrant. Quae cum codice illo a V. Cl. Schoene collata hic exhibemus.*

Haec continuationis pars, paucis quae ad abbates S. Germani spectant omissis, ex codice quodam S. Maglorii separatim descripta legitur in cod. Parisiensi nr. 6265. *chart. a.* 1515, *qui Claudii Fauchet, postea D. Hautin in castelleto Parisiensi consiliarii fuit. Ex hoc Duchesne (Franc. SS. IV, p.* 412 *—*419*) eam tamquam librum singularem sub titulo:* Historia gloriosi regis Ludovici septimi *edidit, eumque Bouqueti continuatores secuti sunt (XII, p.* 124 *sqq.), Aimoini continuationem ex hac descriptam esse, perperam statuentes*[3]. *Cf. quae 'N. Arch.' VI, p.* 124 *sqq. exposui.*

Gesta vero quae dicuntur Ludovici VII, quae in codice Parisiensi nr. 5925. *fol.* 232—247. *leguntur, a Pithoeo et Chesnio edita, nihil sunt nisi versio Latina chronicorum in monasterio S. Dionysii vernacula lingua conscriptorum, quae ex hac Aimoini continuatione et Gallica Wilhelmi Tyrii translatione sunt composita. V. Streit, 'Forschungen' XVII, p.* 618. *et 'N. Arch.' l. l. p.* 117. *Quare haec a collectione nostra secludenda erant.* *G. W.*

. . . .

Imperium siquidem Romanorum, regnum etiam Anglorum in defectu successivae prolis multa incommoda fere usque ad status sui ruinam sustinuisse conspicantes, quanto eorum regnorum indigenas super his dolere audiebant, tanto regis[4] et regni successibus, omnium et singulorum comoditatibus applaudebant. f. 170'.

Defuncto etenim absque herede imperatore Romanorum Henrico, in ea, quae maxima et generalis est habita Maguntiae curia fere 60 [milium[a]] militum, tanta emersit hac occasione controversia, ut, cum dux Alemanniae Fredericus, eo quod defuncti imperatoris Henrici nepos esset, regnum obtinere niteretur in scandalo et divisione regni, Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi et superior pars optimatum et procerum regni eum reicerent, et ad ducem Saxoniae Lotharium se convertentes, regio diademate Aquisgrani cum summa cleri et populi exultatione coronarent. Quod, etsi nobile factum, non sine laesione multorum constitit, cum ipse prefatus dux Fredericus, solio regni repulsus, cum Conrado fratre, qui tamen prefato Lothario decedenti in regnum successit, cum parentibus et reliquis fautoribus suis multa dispendia, bella, incendia, pauperum depredationes, ecclesiarum 1125.

a) *deest c., ubi* millia *in marg. m. rec. add.*

1) Excerpta in cod. Vatic. Christ. nr. 946. exstare, nuper monuit Berger, 'Notice sur divers manuscripts de la bibliothèque Vaticane' (Par. 1879) p. 27. 2) Nam de Henrici, primogeniti regis Anglorum coronatione loquitur, quae die 14. Iunii a. 1170. acta fuit. Guillelmum vero, Theobaldi Campaniae comitis filium, Senonensem archiepiscopum appellat, qui a. 1176. ad Remensem translatus est cathedram. Auctor fortasse ante annum 1174. scripsit, quo Bernardus abbas Clarevallensis, quem nondum sanctum appellat, inter beatos annumeratus est. MOLINIER. 3) In 'Hist. littér.' XIV. p. 816. rectius hac de re indicatur; sed continuationem ex historia huius regis a Sugerio inchoatae sumtam esse, sine causa auctores statuerunt. Huius fragmentum plane diversum in cod. Paris. 12710. nuper inventum esse, 'Biblioth. de l'école des chartes' XXXIV, p. 583, monuit A. Molinier. 4) Ludovici VII.

destructiones, dampna innumera, similia perpessus, ei intulerit. Qui prefatus Lotharius
cum multa egregie [gesserit[a]], tum hoc supremum[b] et dignum laude atque ammiratione
magnanimitati eius assignatur, quod regnum Alemannorum nullo hereditatis iure sortitus,
strenue amministravit, Italiam potestative subiugavit, Romani coronam imperii ab Inno-
centio papa Rome, repugnantibus Romanis, assumpsit, Capuanam et Beneventanam per-
transiens provinciam, Apuliam in ore gladii perdomuit, regem Siculum fugavit, Barensem
civitatem et circumiacentem patriam occupavit, plenoque potitus tropheo, a partibus illis
1137. rediens, morte communi preventus, ad nativum solum et proprios ducatus Saxonie penates
relatus, tantis laboribus finem egregium destinavit. . . . . . .

f. 171. 1146. Eodem quoque tempore Conrardus imperator Alemaniae, audita christianorum deso-
latione, crucem accepit, et Ferricus dux Saxonie[1], nepos eius, postea imperator, Amatus
etiam comes Morianae, avunculus regis Ludovici, in quorum comitatu multi fuerunt. . . . . . .

f. 173. 1159. Ea tempestatis temperie horribile scisma ortum est in Romana ecclesia. Que cum
suo pontifice viduata esset, divina cooperante gratia cardinales unanimiter elegerunt in
antistitem bone memorie Alexandrum tercium. Porro Victor, qui et ipse Octovianus appel-
latus fuit, arrogantia plenus atque terrenis honoribus admodum inhians, sine canonica elec-
tione Romane aecclesiae pontificium sibi presumptuose voluit usurpare. Nam clerici sui
fautores sue abusive electionis tantummodo extiterunt. Verum cardinalium seu episcopo-
rum, duobus exceptis, consortio et suffragio caruit. Omnes enim tam cardinales quam epi-
1162. scopi domino pape Alexandro equanimiter consenserunt. Proinde idem venerabilis papa
Alexander ad Gallicanas partes proficiscens, apud Montem-pessulanum transmeavit. Cuius
adventum postquam ad aures domini Ludovici regis fama detulit, consilio quod[c] super hoc
faceret exquisito, memorandus rex domnum Theobaldum abbatem Sancti Germani Pari-
siensis ad ipsum destinavit. Denique, negotio domini regis peracto, cum gratia domini
pape totiusque Romanae curiae remeare disposuit. Dumque in itinere regressionis esset,
apud Claromontem gravi molestia corporis correptus est. Ipse vero in extera regione
morari diutius nolens, ut erat egrotus, apud Vizeliacum festinavit, et in aecclesia beate
Marie Magdalene, in qua ab adolescentia alitus fuerat et habitum religionis[d] susceperat et
Iul. 20. professionem fecerat, tercia die ante festum eius sancte Marie venit. Anno igitur ab incar-
natione Domini 1162. infirmitate ingravescente idem abbas Theobaldus in crastino festivi-
Iul. 23. tatis sancte Mariae Magdalene in eadem ecclesia migravit a seculo. In cuius loco Hugo
monacus Sancte Marie Vizeliacensis substitutus est.

Eisdem diebus Ludovicus rex Alexandrum papam in pastorem cum omni regno Fran-
cie suscepit. Cuius rei fama circumquaque regiones pervolante, Constantinopolitanus et
Hispanus imperatores, rex Anglie, rex Ierosolimitanus, rex Sicilie et rex Ungarie omnes-
que reges christianorum, sequentes Ludovici regis exemplum, cum debita reverentia susce-
perunt eundem, excepto Ferrico Alemanniae imperatore, qui, consueta tyrannide furens,
predictum scismaticum Octovianum contra leges et iura manutenuit et omni vita illius
1164. sicut papam eum habuit. Quo defuncto, Guidonem Cremensem, unum scilicet de duobus
cardinalibus eidem scismatico adherentibus, nefandus ille imperator successorem eius sub-
rogavit. Cuius inhortationibus idem imperator Romam, ut eam perderet, profectus est;
ubi maxima strages suorum, non vi Romanorum nec aliorum mortalium, sed sola divina
*f. 173'. 1167. ultione, *facta est. Mirabile dictu, contigit, quod Dominus super exercitum eiusdem nefan-
dissimi tiranni manum ultionis extendens, per aeris corruptionem ferventem pluviam super
ipsos effudit, unde infinita multitudo tam militum quam peditum, inexpugnabili gladio
divine virtutis perculsi, morte miserabili vitam finierunt. Inter quos filius Corradi impera-
toris interiit et Reinaudus Coloniensis archiepiscopus; cuius corpus frustatim divisum et
in ferventi aqua decoctum saleque conditum Coloniam usque sui deportaverunt. Imperator
vero, pre timore flagelli divini ab eadem obsidione recedens, in Tusciam fugitivus pervenit.
Unde egrediens et Lombardiam pertransiens, ab incolis eiusdem regionis viriliter fugatus,
apud Susam festinavit. Exinde cum paucis sociis furtive fugiens, Alpes transmeavit.
Siquidem amissa multitudine in eadem obsidione episcoporum et baronum suorum, ita per-
territus et confusus extitit, quod ulterius ibi morari non audens, miserabili fuga Aleman-
niam repedavit. . . . . . .

a) *deest c., ubi* egerit *in marg. m. rec. add.* b) suppremum *corr.* supremum *c.* c) quid? d) professionem *etiam h. l. addit c.*

1) De Friderico duce Sueviae sermo est.

EX STEPHANI ROTHOMAGENSIS NORMANNICO DRACONE.

Codex Vaticanus *Ottobonianus nr.* 3081, *chart. s. XV*[1] *(olim Petavii, post reginae Christinae, denique Stoschii) carmen continet Draconis Normannici titulo inscriptum, quo res praesertim Mathildis imperatricis eiusque filii regis Angliae usque ad a.* 1169. *initium celebrantur, insertis multis ex historia antiqua tam Normannorum quam Britonum et Francorum. Tertio libro etiam de schismate in ecclesia Romana orto, duobus papis Alexandro III. et Victore IV. electis, agitur. Ubique vero auctor ingenio, ut ita dicam, poetico nimis indulsit, falsa veris miscuit, etiam quae suo tempore gesta sunt perperam retulit, praeterea non semel verba inania fecit, sermone usus satis culto et in versibus conficiendis bene exercitatus.*

Brial, qui primus longiora excerpta edidit[2], *opus Stephano Rothomagensi, monacho Beccensi, tribuendum monuit, cuius carmina duo edidit Martenius*[3], *tertium Bouqueti continuatores*[4], *alia*[5] *descripsit ex cod.* Parisiensi *nr.* 14146 *(S. Germ.* 1547, *olim Beccensi) V. Cl. W. Arndt. Et sane eundem animum, eundem stilum, quin eadem nonnumquam verba in his agnoscas. Auctor vero regi Heinrico addictus, Thomae Cantuariensi infensus, neque Alexandri III. partibus favit.*

Cum integrum opus b. m. G. H. Pertz Romae describendum curasset, primus hoc edere sibi proposuit, et in apographo emendando desudavit, singulis locis a b. m. Pabst iterum inspectis et emendatis. In fontes vero V. Cl. L. Weiland inquisivit, et praeter Guillelmum Gemmeticensem et eius continuatorem Robertum etiam Hugonem a S. Victore, Galfridum Monumetensem et Abbonis acta sancti Edmundi exscripta esse docuit.

Sed hanc editionem praevenit quae ab Angelo Maio parata et ipso vivo typis impressa, post eius mortem demum publici iuris facta est (Appendix ad

1) Qui eam exaravit in fine monuit: *Libellum istum sumpsi ex quodam parvo antiquo libro, quem michi concessit 9m. m. R. b. Et erat ille liber, ut credo, de ab. de b̄. h̄.* 2) 'Notices et extraits' VIII, 2, p. 297. 3) Coll. I, p. 872 sqq. 4) SS. XII, p. 530. Commentationem, quam scripsit Fierville, 'Etienne de Rouen ... auteur du Draco Norm.', 'Bulletin de la soc. des antiquaires de Normandie' VII, 2, inspicere non potui. 5) Ex quibus hanc in mortem Mathildis exhibere iuvat:

O mortale genus, quid te per vana refundis?
Cur aciem mentis in tam diversa retundis?
Inspice, quid sit homo, qualis vel quare creatus,
Semine quo natus, cuius de morte renatus.
Limum concipitur, fit idem dum morte sopitur,
Ad vitae portum sic finis copulat ortum.
Cum caro sit talis, tam vilis, tam specialis,
Spiritus insignis huic iungitur, qui velut ignis
Resplendet clarus, falsum discernere gnarus.
Hic, quid sit verum, scrutatur et abdita rerum
Omnia rimatur et mystica scire laborat.
Ipsum conatur cognoscere, cuius adorat
Intuitu mentis sub trino numine lumen,
Viribus intentis quo totum figit acumen.
Ut raptim videat, cuius sub imagine factus,
Gloria quae maneat sibi quam sit caelica nactus,
Dum sempiternus thalamus factus Deitatis,
Iungitur angelicis turmis sine fine beatis.
Et cum carne sua iam sursum glorificata
Munere largifluo datur illi vita beata.
Hic par natura, sexu caret ac in utroque
Corpore discerni nescit, muliere viroque
In solis meritis discretio semper habetur.
Vir necnon mulier rea vel reus inde tenetur.
Mathildis mortis vires vitare nequivit,
Attamen ex meritis caeli super atria vivit.

opera edita. Romae 1871. 4. *p.* 20 *sqq.). Nunc igitur hunc librum ab historia Germanica magnam partem alienum ut nostrae collectioni integrum insererem, a me impetrare haud potui, sed praeter praefationis initium, a Maio omissum, et capitum conspectum, qualis initio libri legitur, ea tantum selegi, quae aliquo modo ad res nostras facere videbantur, tertium tamen librum, quo res sua aetate gestas poeta describit, quamvis nimis verbosum et a vera historia saepe recedentem, retinui.*

Codicem 'scripturae perdifficilis', ut Maius testatur, neque huius editio, neque apographum quod habemus satis accurate reddere videntur; sed eis inter se collatis, ubique fere sanam lectionem restituere licuit. Notas marginales codicis, quamvis recentioris aetatis esse videantur, retinui; ex iis quas Maius littera E *signatas adiecit, paucas recepi, etiam pauciores ipse addidi. G. W.*

PROEMIUM IN NORMANNICUM DRACONEM.

Ingenii virtus crescit fervore studendi
Ac studii nimio pressa labore iacet;
Hanc regit, informat, refovet moderatior usus;
Turbat moeror, alit[a] gloria, servat amor.
Moeror: nam laetos quaerit[b] meditacio iugis;
Discendi studium tristia corda fugit.
Gloria: dum sapiens claros conscendit honores,
Stultus et elinguis laudis honore caret.
Sic amor instigat studium, sic fervor amantis
Cogitat id solum quod sibi dulce sapit.
Instruit ingenium tum lectio, tum meditandi
Usus consolidat callidiusque facit.
Efficitur subtile quidem, subtilia scrutans.
Gnarus in his solus mentis acumen habet.
Elloquio splendet, callet qui in arte loquendi,
Si tamen[c] assuetum servat in arte modum.
Cogitet, inveniat, quid causae postulet usus;
Obviet adversis, quae sibi iusta, probet,
Distribuatque locis discretis quaeque reperta.
Mollia sint[d] mediis; caetera firmet onus.
Sensibus inventis adiungat dicta polita,
Par servetur in his cura decorque, modus.
Nil praedicta valent, memori nisi[e] pectore stringat
Thesaurus, reseret credita iure sibi,
Callidus orator post haec pronunciet ore,
Quam variis rebus mens sibi clara nitet.
Hac qui parte caret, perdit quod in arte laborat;
Respuit auditor quod sibi turpe sonat.
Iudicium referens inventis singula penset,
Quamque supradictos sumat ab arte modos.
Haec servanda reor causam tractare volenti,
Servet et haec metri lege poeta novus.
Insita carminibus veterum discernimus ista;
In causis redolent rethoricisque libris.
His sine lingua caret verbis ex arte politis,
Nititur haec fari, turbida quaeque refert.
Gnarus in arte modum tenet, ornat dicta, colores
Spargit, opus librat, singula verba notat.
Turbinis instar habens, indoctus turbida profert;

a) alte *ap.; emendavit Wattenbach.* b) queritur *ap.* c) tum *ap.* d) fient *ap.* e) non *ap., em. W.*

Miscet et involvit quicquid in ore ruit.
Sensum, verba, modum confundit, congerit, aufert;
Iudicioque carens, dicere cuncta cupit.
Invenit, exornat, disponit conscius artis;
Haec tria quid valeant, indicat idque regit.
Excolit[a] ingenium, studium pro viribus arcet;
Plura legit, sensum ruminat, alta subit;
Cernere contendit, quae sit lux vera sophiae;
Deppellit tenebras, pectoris error abit.
Informatque fidem, spem firmat, inundat amorem,
Si[b] finem vitae consociare parat.
Utque sapit, mores componit, roborat, aequat
Sensu consilii, pondere, iure, modo,
Ingenii vires studiis enixius urget.
Carmine nunc resonat, nunc sibi prosa placet.
Dum[c] moror in studiis, haec mecum saepe revolvens,
Ex propriis gazis edere pauca libet.

Causa naturalis huius libri et de quo in eo determinatur.

Henrici iuvenis, praeclari regis in armis,
Materiae causam vita tronusque dedit.
Hic breviter tanti describo principis actus,
Tum de matre loquor, coniuge, prole, patre.
Altius aggredior[d] Danorum scribere gesta,
Rollonisque ducis praelia celsa cano;
Quis fuerit, qualis, quantus, quam nobilis armis;
Quae sibi gens socii, dicere cordis erat.
Quae sit et unde, quibus ducibus gens Francigenarum,
Quam sibi dux stravit Danicus ille, noto.
Hastingum refero, primus qui Danica bella
Francorum cuneis intulit atque faces.
Nec taceo, quis rex Francorum sceptra regebat,
Ut sibi pax fieret, Rollo quid inde tulit.
Foedere pro pacis datur huic Normanica tellus,
Tellus cui Britonum iungitur, idque placet.
Inde duces claros recolo[e] Normannigenarum,
Qui fuerint, quanti, quis sibi finis adest.
Insignisque ducis Willelmi praelia narro,
Anglos qui superat, dum diadema capit.
Natorum seriem moresque tronumque revolvo:
Dividit his regnum, tuncque beatus obit.
Horum gesta canens, Henrici praelia magni
Laudibus eximiis acta referre volo.
Fratrem cum cuneis forti[f] certamine cepit,
Francigenas acies tradidit ille fugae.
Nec regis sileo raptum Stephani diadema,
Quod tamen armorum viribus ipse tulit.
In[g] numero regum fuerit successio qualis
Francigenis, ex quo Rollo subacta regit,
Nomina cum gestis horum distingo[h] quibusdam,
Cum Normannigenis quis sibi pacis amor.
Nec Karolum sileo, Stephanus quem papa sacravit,
Cuique patrique suo Francica sceptra dedit.
Ytaliae medio quae princeps gessit uterque
Viribus egregiis, hic duo bella fremunt.
Horum progenies Hugonis tradicione
Qualiter a regno decidit, inde noto.

a) Extolit *ap.* b) Scire *ap.* c) *hic editio incipit.* d) agredior *c.* e) recollo *c.* f) forte *ap.* g) *ita ed.; deest ap.* h) *ita c.*

Regibus hic nostris quae fit discordia, pingo;
Scribitur hinc regis filia nupta viro.
Post geminos refero papas, quos Roma creavit;
Concilium geminum rethoris ore cano.
Carminis in[a] calcem mortem describo Mathildis;
Ex gemino regum foedere finis adest.

EXPLICIT PROEMIUM.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

1. Generalis de hominum morte prefatio.

2. De morte Mathildis imperatricis.

3. Quod primi Henrici Anglorum regis et Mathildis reginae filia fuerit dicta Mathildis imperatrix.

4. Quod Henricus imperator hanc in coniugium accepit et secum in Roma diademate coronari fecit.

5. De morte eiusdem imperatoris, et de reditu ipsius imperatricis in Normanniam.

6. Quod Gaufridus consul Andegavensis eandem imperatricem postmodum in matrimonium sortitus sit et ex ea Henricum regem Anglorum genuerit.

7. De filiorum primi Henrici regis et ipsius morte, et quod ei in imperium nepos eius Stephanus comes Moritoliensis[b] successerit.

f. 107. 8. De adventu Gaufridi comitis Andegavensis in Normanniam cum exercitu, et quod Rothomagum cepit, Henricum filium suum ducem Normanniae fecit, postea Andegavum rediit, nec multo post hominem exuit.

9. Quod Henricus dux Normanniae et comes Andegavensis post mortem patris in coniugium accepit filiam comitis Pictavensis et ducis Aquitaniae, Francorum quondam reginam, totumque comitatum et ducatum ipsius obtinuerit, et quod contra Stephanum Anglorum regem in Angliam cum exercitu intravit, et de Roberto Wischardi, et de morte Eustachii, filii regis Stephani, et de pace inter regem et ducem, et de morte ipsius regis, et quod eodem anno in natali Domini presentibus episcopis et baronibus regni apud Londinum in regem sacratus sit ab archiepiscopo Cantuariensi Theobaldo et cum regina diademate tunc primum insignitus.

10. De morte Gaufridi et Willelmi, fratrum eiusdem regis.

11. De morte Willelmi, primogeniti filii regis ipsius, et de aliis eiusdem filiis, quidque de ipsis Merlinus prophetaverit.

12. De expedicione regis Henrici cum maximo exercitu ad Tolosam, et dum ingressum in eam regem Franciae obsidere noluerit.

13. De profectione eiusdem apud Walenses, Anglorum regnum latrociniis et cedibus infestantes.

14. De Francorum gente, quod a Troia in Traciam venerint, urbem Sicambriam sibi fecerint, sed post longum tempus per Valentinianum imperatorem bellis plurimis afflicti, in Germaniam transierint, Galliam totam occupaverint, nec inde postea eici[c] potuerint, ideoque Francos quasi feroces eos appellaverint, qui postmodum per Karolum Magnum Ytaliae et Alemanniae dominium obtinuerint, et post multa annorum curricula tempore Karoli Simplicis Francorum regis Dani cum exercitu in Franciam venerint.

15. De situ Daciae et de Lobroco rege eiusdem provinciae, cuius filii Hinguar et Hugu Angliam cum exercitu intraverint, vastaverint, regem Edmundum peremerint, et in tempore supradicti regis Lobroci Hastingus cum filio ipsius regis nomine Bier Costa-ferrea cum exercitu Danorum Franciae fines ingressus eamdem vastaverit, ad extremum, ut pacem cum Francis haberet, rex Francorum consilio[d] procerum comitatum Carnotensem eidem dedit.

16. De adventu Rollonis cum Danorum exercitu in regnum Francorum, vivente adhuc Hastingo comite Carnotensi, et depopulacione eorum.

17. De bello inter Francos et exercitum Rollonis, in quo Karolus a Rollone duce cum suis superatur.

f. 108 18. De adventu Rollonis cum navali prelio apud Rothomagum, et quomodo urbem intraverit, Francone archiepiscopo obviante pacemque petente.

19. Quod, postquam Rollo Rotomagum cepit, Karolus rex cum Francis concilium habuit, Hastingum Danum Carnotensem comitem ob linguae peritiam cum Rainaldo Francorum dapifero et exercitu ad colloquium Rollonis misit, Rollo cum suis castellum Archas[*][1] veniens, se a Francis nil tenere[e], post colloquium ab ipsis lacessitus, Rollandum, non illum Karoli Magni ducem, cum aliqua exercitus parte peremit, Hastingus cum Rainaldo principe fugiit. Rollo rediens Mellentum[2] cum exercitu venit, ibique iterum

*) Pontem Arche *manu* 2.

a) ad *ed.* b) Mort. *ut videtur c.* c) *post add. c.* d) concilio *c.* e) dixit *suppl. ed.*

1) Pont-d'Arches. 2) Meulan castrum ad Sequanam.

Rainaldus cum exercitu Francorum, commissoque prelio, Rainaldum Rollo cum plurimis Francorum interemit, hinc Parisius obsedit, sed Francis pacem petentibus, ab obsidione cum suis recessit.

20. Quod post occisionem Rainaldi Francorum principis Karolus rex cum Francis Hastingum pro adventu Danorum culpat, isque comitatum Carnotensem Thebaldo cuidam Francorum principi auro distrahit[a], Francorum regnum deserit; Karolus ad Rollonem pro pacis foedere Franconem Rothomagensem archiepiscopum dirigit cum Francis. Hinc rex ad colloquium occurrens, in presentia Danorum et Francorum Normanniam cum Britania et Gisla filia sua Rolloni dedit. Franco archiepiscopus cum Rollone et Roberto Francorum principe Rothomagum venit, Rollonem baptizavit. Robertus princeps eundem de fonte substulit, nomen suum ei imposuit, filiam regis despondit.

21. Quod ante baptismum suum per annos 36 regnum Francorum Rollo vastaverit, exercitum suum baptizari fecerit, eumque per urbes et castella Normanniae diviserit, Northmannos quasi boreales homines vocaverit — lingua enim Danica north boreas, man homo dicitur —; et de ipsius Rollonis morte, [qui[b]] post baptismum annis quinque vixit; cui successit Willelmus, filius eius.

22. De urbibus, quas Rollo vel Hastingus vastaverunt.

23. De civitate Lunis*, quam Hastingus Romam esse putans obsedit, se mortuum esse simulans intravit, delevit. Hinc Franciam rediens, comes Carnotensis factus; Bier, dominus eius, in Angliam profectus est cum exercitu, ibique in pace post multa prelia vitam finivit, sua omnia sociis relinquens.

24. De bello inter Robertum principem Francorum, qui diadema ceperat, et Karolum regem apud Suessionem, in quo idem Robertus occiditur, et etiam idem rex rediens apud Peronam[c] castrum, a Herberto comite, cuius sororem[d] predictus Robertus habebat in[e] uxorem, captus, in carcere obierit; Ludovicus, filius eius, ad Anglos fugerit; Rodericus, filius comitis Brugensis[1], rex factus, annis 10 vixerit; f. 108'. postea Ludovicus ab Anglis rediens, regnum paternum acceperit.

25. Quod Willelmus dux Normanniae, Rollonis filius, prodicione Arnulphi comitis Flandrorum Francis faventibus peremptus sit, Ricardo filio sibi succedente. Postea Ludovicus rex cum exercitu in Normanniam venit, occurritque Bernardus Danus cum Normannis apud Baiocas, pueri Ricardi magister, Danus quidam comitem Monsterolii[2] Herluinum, cuius occasione dux Willelmus occisus fuerat, lancea percussit, occidit. Inde bello exorto, rex Ludovicus captus a Danis, Rothomagum ducitur, in carcere ponitur, filio demum obside dato cum duobus episcopis, rex liberatur; filius eius in carcere moritur, episcopi liberantur, rex eodem anno defungitur, sicque ducis Willelmi interitus vindicatur. Huic bello rex Daciae, qui paulo ante in Normanniam venerat in auxilium Normannorum, cum suis quos adduxerat interfuit.

26. Quod, Ludovico defuncto, Lotharius ei filius successit, qui moriens duos filios suos Ludovicum et Karolum [reliquit[f]], quorum Ludovicus rex effectus paulo post obiit; cui Karolus, frater eius, in regnum successit, qui ultimus ex Karoli Magni progenie regnum obtinuit; contra quem Hugo Capet, Hugonis Magni Francorum principis filius, rebellavit, eumque, prelio commisso, inter Laudunum cepit et Aurelianis in carcere, ubi et defunctus est, misit, sicque usque in diem hanc a filiis Karoli Magni ad filios Hugonis Capet regnum Franciae translatum est.

27. Quod anno ab incarnacione 987. Hugo Capet cum filio suo Roberto in reges Francorum Remis sacrati sunt, et de Gerberto, eiusdem Roberti regis magistro, et de morte primi Ricardi Normanniae ducis et secundi et Ricardi tertii, cui frater eius Robertus in ducatum successit, sed is Ierosolimam perrexit, rediens apud Niceam obiit, Willelmo filio relicto, qui postea rex Angliae extitit; et de morte Hugonis Capet Francorum regis, cui Robertus, filius eius, successit; quo defuncto, eius[g] unicus filius Philippus regnum obtinuit.

28. Quod huius temporibus cometa aparuit; eodem anno dux Normanniae Willelmus cum tribus milibus navibus contra Haraldum regem Anglorum pugnaturus Angliam intravit.

29. Oracio Willelmi Normanniae ducis ante legiones armatas, cum eis Haraldus rex armatus cum exercitu occurrisset.

30. De bello inter Willelmum ducem Normanniae et Haraldum Anglorum regem, in quo idem rex f. 109. peremptus est.

31. De consecratione regis Willelmi; de abbate Cadomensi Lanfranco facto archiepiscopo Cantuariensi; de duabus abbatiis quas idem rex apud Cadomum[3] fecerat, et de morte Philippi Francorum regis; cui successit Ludovicus, filius eius.

32. De morte Willelmi regis Anglorum, et de tribus filiis eius, Willelmo qui ei in regnum successit, Roberto qui ducatum Normanniae tenuit, Henrico qui postea rex Anglorum extitit. De morte eiusdem Willelmi regis, et quod[h] Henricus, frater eius, imperium suscepit, et de bello inter eumdem Henricum et Robertum ducem Normanniae, fratrem suum, in quo idem Robertus captus est, Henrico postea Normanniam obtinente.

33. De morte Philippi, filii Ludovici regis Francorum, et de concilio quod tenuit Innocencius papa apud Parisios, ubi postea Ludovicum, filium Ludovici, sacravit in regem Francorum.

*) *gl. al. manu:* in Thuscia.

a) *leg.* distribuit. WEIL. b) *deest ap.* c) Paronam *corr.* Peronam *c.* d) filiam *corr.* sororem *c.* e) in uxorem *post add. c.* f) *suppl. ed.* g) filius eius Henricus et post eum Ph. *ed.; Henrici mentionem excidisse, carmen ostendit.* h) etiam *ap.*

1) In ipso carmine: *Filius ipse ducis, quem dat Burgundia, Radulphus retinet.* 2) Montreuil. 3) Caen.

34. De morte Roberti ducis Normanniae, et de filio eius Willelmo, cui Ludovicus senior comitatum Flandriae cum sorore uxoris suae dederat, mortuo comite Flandrensi sine herede.

35. De bello inter Ludovicum seniorem, iuncto sibi Willelmo comite Flandrensi, et Henricum regem Anglorum.

36. Quod post predictum bellum, ubi rex Franciae cum comite Flandrensi superatus erat, dum rex Anglorum Henricus in Angliam transit, filii eius Willelmus et Ricardus cum multis naufragio perierunt, Merlino id antea prophetante; et de morte comitis Flandrensis.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI PRIMI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

1. De adventu Henrici regis ab Anglia, tuncque cometa apparuit; isque paulo post apud Castrumleonum[1] obiit, corpore ipsius apud Radingam abbatiam suam delato.

2. De morte comitis Pictavensis, et de filia eius, quam Ludovicus iunior in coniugium cum comitatu, patre Ludovico vivente, accepit, et de ecclesia Pisseni[a. 2] quam Beccenses monachi ad[b] se pertinere dicunt; quodque propter propinquitatem[c] generis Ludovicus iunior Franciae rex uxorem suam dimisit, ipsaque postea Henrico duci Normanniae regique Angliae nupsit.

3. Quod anno ab incarnatione Domini 1154. Henricus dux Normanniae in regem Angliae unctus sit; et de discordia inter ipsum et Ludovicum Francorum regem; ubi ad designandum, quod comes Ande-
f. 109' gavensis et Pictavensis Francorum regi subiciantur, de Hilderico rege Francorum, qui ultimus ex prosapia Dagoberti regnavit, et de Pipino Francorum duce pauca narrantur.

4. De adventu Stephani papae in Franciam, et de concilio quod ibi habuit, ubi Hildericum Franciae regem diademate privavit, monachum fecit, Pipinum et Karolum reges sacravit.

5. Oracio eiusdem Stephani papae super hoc in concilio.

6. Quod Stephanus papa Pipinum Franciae regem cum filio eius Karolo Magno [et[d]] exercitu secum in Italiam contra Haistulfum Langobardorum regem duxit, bello commisso, Haistulfus fugiens intra Papiam includitur, obsidibus demum datis et urbibus quas abstulerat redditis, a Pipino et Stephano papa in concordiam recipitur, Pipino cum exercitu reverso, Haistulfus fulminis ictu percutitur, Stephanus papa Desiderio duci Langobardorum diadema tradit; quodque Stephano mortuo Adrianus papa successit.

7. De morte Pipini regis Francorum; cui regno diviso Karolus et Karlomagnus successerunt, sed Karlomagno post duos annos defuncto, Karolus, qui postea Magnus dictus est, monarchiam regni obtinuit, Alemanniam, Saxoniam, Italiam sibi subiecit, Desiderium Langobardorum regem bello superavit, clausum intra Papiam cepit, apud Sanctum Dionisium misit, monachum eum ibi fieri iussit, filium eius Aldagisum a finibus Italiae discedere fecit; et de terris quas idem Karolus tenuit; quodque defunctus aromatibus conditus est et apud Aquisgranum sepultus, filio eius Ludovico monarchiam totius imperii paterni obtinente, quodque paulatim Francorum reges regnum Italiae et Alemanniae aliarumque provinciarum, quas Karolus habuit, inercia amiserint.

8. De colloquio quod inter Ludovicum Francorum regem et Henricum regem Anglorum extitit anno ab incarnatione Domini 1168. apud Gisorcium, presentibus episcopis et principibus utriusque regni, Toma archiepiscopo Cantuariensi ab Anglorum rege iam discordante, et in parte Francorum regis assistente, quodque regibus his in diversis ab invicem locis separatis, rex Francorum per proceres regni mandat, ut ex ducatu Normanniae et Acquitaniae et Andegavensi comitatu rex Anglorum quod iustum est servicium Francorum regi et ducibus persolvat.

f. 110. 9. Oracio Henrici regis[e] coram proceribus suis, respondens regis Francorum mandatis.

10. Quod, responso Anglorum regis audito, in quo mandatum miserat, se Francis nil persolvere nisi quod regiae dignitatis foret, Francorum rex hominium suum eidem regi redderet[f], quod ille recipiens, cum discordia uterque cum suis discedit, castella sua quisque eorum munit; rex postea Anglorum armatus cum armatorum agmine militum Calmontem[3], Francorum regis castellum, petit. Francorum acies armata de castello prosiliens, audacter regi et Normannis ceterisque armatis obviam procedit.

11. Oracio Henrici regis, quam tunc ad milites suos habuit.

12. De conflictu apud Calmontem inter Henricum regem, iunctis sibi Normannis, et duces Franciae cum cuneis suis; quodque Valenses ex iussu regis per fluvium castellum ingressi ignem immittunt, Franci Normannorum impetum ferre non valentes regique terga dantes, per medios castelli ignes in turrem sese receperunt, Thebaldo quodam Francorum principe in introitu capto.

13. Quod haec Ludovicus rex Francorum audiens, cum Francis ira movetur, Gisorcium vel Rothomagum deliberant obsidendum, quodque olim Otho Alemannorum imperator cum Ludovico Francorum rege et Arnulfo Flandrensi comite hanc urbem simul post mortem Willelmi, filii Rollonis, obsederint[g. 4], Othonis imperatoris nepos cum Alemannis per fluminis* pontem ingressus, cum repentino civium tumultu excipitur et cum suis super ipsum pontem trucidatur. Arnulfus comes Flandrensis, cuius consilio imperator et rex advenerant, nocte eadem cum suis fuga elabitur. Otho id cognoscens necemque nepotis et

*) *in marg. add.:* Dudo ponit, quod hoc fuit super pontem porte Belvacensis.

a) Pissen *corr.* Pissensi *ap.* b) ad se p. d. *manu sec. add. c.* c) pingui *corr.* prop. *c.* d) *deest c.* e) quam tunc ad milites suos habuit *add sed del. c.* f) reddidit *c.* g) obsiderint *ap.*

1) Lions prope Rouen. 2) Poissy. 3) Chaumont. 4) Ex Will. Gemm. IV, 10. 11.

suorum deflens, urbemque considerans captu difficilem, cum Ludovico Francorum rege et toto exercitu ab obsidione discedit.

14. Quod[1] post Calmontem combustum regis et Francorum iram consul Flandrensis prospiciens, colloquium Anglorum regis petit, iracundiam regis[a] intimat, rogat, ut aliquid in terra sua exuri permittat, quo sic eorum ira conquiescat, idque Mathildis imperatrix filio mandat. Rex Andelium[1] exuri permittens, burgensibus, ut villam vacuam linquant et inde recedant, mandat.

15. Quod Ludovicus rex Francorum Andelium armatus cum exercitu petit, villam eandem ecclesiae Rothomagensis sine murorum obiectu vacuam ab hominibus reperit, ignem in vindictam nobilis castelli sui Calmontis supponit, multique in itinere tam homines quam equi vi caloris sunt extincti; sicque ira satiata, postea cum rege Anglorum pacem fecit.

16. Altercatio inter Normannum et Francum pro Andellio burgo Rothomagensis archiepiscopi a toto Francorum exercitu combusto et Calmonte nobili Francorum castello, muris et aqua cincto, uno Normannorum et regis impetu destructo.

17. Quod post haec Henricus rex contra quosdam Britonum principes sibi rebelles cum valida manu pergit.

18. Epistola Rollandi cuiusdam principis Britonum ad Arturum olim Britonum regem missa, qui tunc apud antipodes degebat, insinuans, quod Henricus Angliae rex terras eius invaserat, quare vel ipse in auxilium suorum veniret vel legiones armatas citius transmitteret.

19. Epistola Arturi ad predictum Rollandum, et quod super his cum toto exercitu suo apud antipodes Arturus colloquium habuit.

20. Epistola Arturi regis* ad Henricum regem Anglorum, in qua bellum ei indicit, nisi Britanniam reliquerit; ubi commemorat, quod rex Britonum, rex Anglorum et rex Francorum fuerit; ubi etiam bellum describit, quod contra Lucium Hiberium Romanum principem et totum Italiae exercitum in Francia gessit, eundem Lucium peremit, demum contra Modredum, nepotem suum, qui Angliam invaserat, aliud bellum habuit, in quo ipsum interfecit, ibique vulneratus sit, sed herbis fatalibus perunctus, adhuc vivit.

21. Quod rex Henricus epistolam Arturi coram proceribus suis in silva Britonum legi fecerit quidque de ea dixerit.

22. Epistola eiusdem Henrici regis ad eundem Arturum, quodque Britanniam sub eius imperio tenere velit.

23. De nuncio mortis imperatricis, matris regis, quodque tunc Arturo obtemperans, a Britannia recesserit.

EXPLICIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERTII.

1. De Mathildis imperatricis obitu, quodque anno ab incarnacione Domini 1167. apud Rothomagum defuncta sit decima die mensis Septembris, die dominica, tercia ipsius diei hora, Henrico rege, eiusdem filio, tunc in Britannia morante, quodque antea, ut apud Beccum tumularetur, eidem concessit, idque olim, de partu Gaufridi filii sui infirmata, apud Rothomagum a patre impetraverit.

2. De situ ecclesiae prioratus Prati et loci ipsius, ubi defuncta fuit, et de laude ipsius imperatricis, quidque rex eidem dixerit, ut apud Beccum sepeliretur, quodque Beccum delata ab archiepiscopo Rothomagensi Rotrodo et Arnulfo Lexoviensi episcopo pluribusque abbatibus et proceribus tradita sit sepulturae, positaque honorifice sub corona ante maius altare ecclesiae.

3. Quod eodem anno obitus eius tria signa in caelo visa sint; nam mense Marcio cometa in Gallia resplenduit, mense demum Iulio circulus aethereus circa solem maximus apparuit, mense postea Septembri media nocte luna tota sanguinea diutius visa est, regibus post pascha preteritum a se invicem iam discordantibus.

4. De adventu nunciorum imperatoris Alemanniae in Normanniam, Saxoniae scilicet duce, eiusdem imperatoris nepote generoque regis Angliae, cum duobus episcopis et comitatu multo; quodque imperator regi mandaverit, ne cum rege Francorum nec ad honorem suum foedus pacis iniret, auxilium suum ex quo mandaret paratum sibi omnino sciret, proque filia eius, quam predicto duci nepoti suo in[b] coniugium dederat, maximas gratias reddidit; quidque rex eisdem nunciis responderit.

5. Quod dux et episcopi regem admirantes, post colloquium cum maximis honoribus Rothomagum a rege mittuntur. Rex paulo post eos insecutus, eisdem consilium suum intimavit, magnoque honore exhilaratos, muneribus ditatos[c], inter quae vasa aurea et argentea preclari operis et magni precii multa eisdem contulit, sicque ad imperatorem consilio suo eis nudato laetos remisit.

6. De papa defuncto; post quem duo apud Romam in loco ipsius a diversis partibus cum scismate eliguntur, Rollandus scilicet cancellarius et Octavianus cardinalis, sicque per violenciam contra totius ecclesiae unitatem et pacem, contra ius canonum, contra Petri dignitatem, in cuius sede non est recipiendus nisi unus, ambo in Roma consecrantur, quodque olim simile scisma contigerit, unusque tunc illorum duorum scismaticorum a Rogerio duce Apuliae et Siciliae receptus, eundem ducem regem sacra-

*) *in marg.:* Britonum.

a) et Francorum *add. ed.* b) *deest op.* c) didatos *c.*

1) Andelys. 2) Huius capitis maior pars, folio codicis exciso, deest.

vit; quodque Rolandus, qui eciam Alexander III. dicebatur, legatos suos in Galliam miserit, a regibus et episcopis receptus sit, legatos secutus in Galliam venerit; alter, qui prius Octavianus, post Victor dictus est, ab ecclesia transmarina et tota Italia receptus erat, in Alemanniam venit.

7. Epistola Victoris papae ad Alexandrum papam.

8. Epistola Alexandri papae ad Victorem papam.

9. De concilio, quod post haec Victor tenuit, presentibus episcopis, abbatibus, principibus Italiae et Alemanniae, presente eciam imperatore.

10. Causa, quam pro scismate Victor papa in concilio tractavit.

11. Quod post causam peroratam Alexander cum omnibus qui eum receperant episcopis, abbatibus, principibus et populis anathematizatur.

12. De adventu Alexandri papae in Galliam, quodque a regibus receptus, censum ab ecclesiis exegerit, quodque Hugo Rothomagensis episcopus hoc inauditum esse dixerit, quodque ad curiam papae Alexandri Thomas archiepiscopus Cantuariensis venerit, quidve ei Alexander pro causa quae inter ipsum et Angliae regem erat responderit.

13. De concilio, quod Alexander Remis[1] tenuit, presentibus episcopis et abbatibus Franciae et Angliae, quodque de primatu Cantuariensis archiepiscopi et archiepiscopi Eboracensis ibi causa ventilata sit, quodque eam Alexander terminare non valens, eos altrinsecus sedere fecerit.

14. Causa quam pro scismate, quod inter se et Victorem papam erat, coram omni concilio Alexander tractavit.

15. Quod, causa perorata, Victor papa cum omnibus sibi faventibus et se recipientibus excepto imperatore anathematizatur, sicque a duobus apostolicis tota ecclesia excommunicatur; quodque postea, Alexandro Romam reverso, imperator cum Victore papa et exercitu suo post eum Italiam intravit, plures ex Romanis rebellantes interfecit; Alexander fugiens tandem in Siciliam cum suis sese recepit. Imperator Romam ingressus, ibique, presente Victore papa et gloria imperii tota circumstante, diademate insignitur, rebus in pace compositis, Alemanniam revertitur. Victore postea defuncto, Guido Cremensis[a] subrogatur, hocque obeunte, alter in loco eius a Romanis et imperatore substituitur.

16. Quod interim, dum haec gererentur[b], discordia regis Anglorum cum Francorum rege nondum finita erat. Tandem inter se de pacis foedere colloquium habent; differtur in procerum regni presentia. Henricus interim, regis Anglorum filius, Parisiis veniens, a rege Francorum et proceribus cum honore maximo suscipitur. Hinc ab utrisque regibus et regni principibus et presulibus iuxta Pisseium[c, 2] ad colloquium venitur, pacis foedera firma stabiliuntur. Haec pax facta est anno ab incarnacione Domini 1168, mense Februario mediante.

EXPLICIUNT CAPITULA NORMANNICI DRACONIS.

NORMANNICUS DRACO INCIPIT.

1.

Non genus aut virtus, non diviciae vel honores
Aut mortem superant aut superare valent.
Hoc natura trahit de primi iure parentis,
Labitur hic pomo, quo perit omnis homo.
Rumphea flammigera, Christi restincta cruore,
Vertitur, hinc hominum[d] iam polus ipse patet.
Pro meritis discretus honor caelestia donat,
Exigit hoc vita sexus uterque sibi.
Non animam sexus distinguit; vir mulierque
Sunt animae similes, non ibi sexus inest.
In meritis solis discrecio sola tenetur[3],
Sicque piis studiis vita beata datur.
Mors igitur, dum scire facit quid quisque meretur,
Iudicii veri ius generale gerit.
f. 112. Huic requiem tribuit, dat et illi iure laborem;
Dispar vita fuit, nec locus unus erit.
Sic ius, sic racio meritorum praemia pensat;
Singula sic librat, sicque creata regit.
Ius necis omnis homo metuit, tremit imperialis
Gloria, nam subicit invida quaeque sibi.
Pontifici regem sociat; rethorque sophistae
Iungitur; indoctum cum sapiente rapit.
Omnia consumit proprii quae iuris habentur,
Quaeque sibi nasci conspicit, illa terit.

a) *alia manu corr.* Cremonensis *c.* b) *ita ed.;* gerentur *ap.* c) Pissenum *ed.; corr.* Pisseium *ap.* d) *l.:* homini. WATT.

1) Lege *Turonis,* ut in carmine recte scribitur. 2) Poissy. 3) Eadem verba in carmine supra p. 153 n. edito leguntur.

2.

Haec floris speciem nostri gemmaeque virorem[a]
 Stravit; flos cecidit, splendida gemma ruit*. *scilicet anno ut supra.
Imperii splendor, decus orbis, laus mulierum,
 Mathildis subiit corpore iura necis.
Spiritus ex meritis[b] caelesti sede locatus,
 Credo, quod aeterna luce beatus erit.
Quae duo semotis spaciis iam dissociata,
 Uniet aeterni Iudicis illa manus.
Quae cum in propria renovabit climata mundi[c],
 Hanc gemina veste vestiet arte nova.
Immortalis enim duplici cum dote resurget,
 Aeterni thalami conscia mente, fide.

3.

Haec igitur regis Henrici splendida proles
 Moribus et vita consonat ipsa patri.
Nobilis hanc peperit Mathildis regia coniux,
 Splendor honestatis coniugiique decus;
Nominis et fidei matri pia subditur heres,
 Nata piae matris servat et intrat iter.
Anglia resplendet exortu sideris huius,
 Quae si non sidus, sideris instar habet.
Nam virtute prius, nunc famae luce[d] choruscat
 In mundo[e], radiat lumine clara novo.

4.

Interea[1] magnus Henricus, in imperiali
 Culmine conspicuus, ius dabat omne suis.
Hic Karoli[f] proles Alamannica sceptra tenebat,
 Mundi Roma caput subdita iura tulit.
Sideris hic nostri fama volitante decorem
 Noscit, amat, quaerit consociare sibi,
Clarior ut claro sit sidere, nititur, ardet
 Coniugii[g] specimen, fretus amore patris. f. 113.
Ostro conspicui, gemmis auroque nitentes
 Legati veniunt imperiique decus.
Terrarum fines penetrant, et in Anglica regna
 Tendentes, subeunt regia tecta viri.
Auribus in regis legatos imperiales
 Affore quis retulit, narrat, adauget opes.
Curia completur, comitum procerumque caterva
 Confluit atque simul militis ampla manus.
Assunt legati, dant imperialia iussa;
 Applaudunt proceres, rexque comesque favent.
Sicque puella decens Mathildis, filia regis,
 Poscitur, accipitur coniugioque datur*; *scilicet anno 1111.
Ortu, diviciis, comitatu splendida, linquit
 Stella solum patrium, redditur atra dies.
Splendidius, fateor, nil protulit Anglica tellus
 Ingenio, sensu, munere, mente, fide.
Regalis soboles Alamannica regna subintrat;
 Hic aquilam vatis[h, 2] nidificare vides.

a) nitorem *ed.* b) imis *ed.* c) mondi *c.* d) *ita ed.*; lux *c.* e) mondo *c.* f) Caroli *h. l. c.* g) cuniugii *c.* h) natis *ed*

1) Cf. Roberti cont. Guillelmi VIII, 10, supra p. 9. 2) De Merlino cogitat (cf. I, 36) ubi dicit: *Aquila eius super montem Aravium nidificabit;* Galfr. Monum. VII, 3 ed. San Marte p. 95. HOLDER-EGGER. Eius loci in cod. Vaticano post carmen hoc leguntur; cf. p. 168 n. *.

Suscipit Henricus sponsam secumque[a] coronat;
Hoc insigne decus maxima Roma dedit.
Pluribus haec lustris tanto condigna marito
Vixit in imperii culmine, cara suis;
Ut dominam proceres, ut matrem pauper amabant[b];
Hos retinet caros, hos pietate fovet.
Quae morum probitate nitens et gloria regni,
Lux sibi, lux populis ecclesiaeque fuit.
Non diadema micans nec opes fecere superbam,
Sed magis urgebant ad pietatis opus.
Floruit imperium sub tanti floris honore,
Dum sibi Mathildem sensit honore parem.

5.

Proh[1] dolor! in tanto dum culmine clara nitescit,
Evacuatur honos, gloria tota ruit;
1125 Cessit enim fatis Henricus, in imperiali
Praecellens solio, morteque pressus obit.
Hinc Alamannorum moeror; Romania tota,
Turbine ceu venti turbida facta, gemit.
f. 113'. Urbibus illatus rumor dum quaeque pererrat,
Cuncta replet luctu, clade, dolore, metu.
Sic decus ille ducum, populi lux, splendor in armis,
Solaris radius deficit igne suo.
Invida vae[c] tibi, mors! quid morsu singula stringis?
Vasta lues, tantis parce nefanda viris!
Parcere sed nescis; Parcarum fila perurgent,
Et quia non parcunt, parcere saeva nequis.
Nunc hos, nunc illos subicis, nullumque refutas;
Quaeque tui iuris perspicis, illa trahis.
Imperialis honor tibi subditur, alta potestas
Corruit inque tuum ius grave victa cadit.
Cur[d] proceres tantos[e] tam parvo tempore sternis?
Cum miser hinc rapitur, quis dolor esse queat?
At[f] cum [quis] virtute vigens geminave peritus
Rerum noticia tollitur, inde dolor.
Ut domus obruitur caesis fractisque columnis,
Sic ruit hic mundus, morte trahente pios.
Lumine ceu proprio Mathildis sic viduata,
Deserit externum corpore, corde solum*. *scilicet an. 1124.
Lux redit in patriam, patrium se reddit in ortum
Flos nitidus, nobis undique spirat odor.
Hanc pater excipiens, nativo germine gaudet.
Morte viri scita, condolet inde, gemit.

6.

Flos iuvenum, vis[g] miliciae, consul probitatis
Andegavensis apex hanc petit, ardet, amat;
Per se perque suos tum munere, tum prece temptat,
Temptat coniugii talis inire decus*. *scilicet anno ut supra
Consulis in tanti manibus datur imperialis
1127. Coniux et soboles regia clara satis;
Si diadema micans, si purpura cultibus assit,
Credas, quod maneat gloria prima sibi.
His par nobilitas, dum proles regis uterque,
Nulla magis tanto nubere digna viro.

a) statimque *ed.* b) pauperes amabat *c.*; pauper amabat *ed.* c) ne *ap. ed.* d) Cui *ap.*; Cum *ed.* e) ita *ed.*; tanti *ap.* f) Ac cum virt. *ap.*; Cum vero *ed.* g) mens *ed.*

1) Robert. VIII, 18, supra p. 10.

Moribus et vitae sanguis concordat et aetas,
In paribus pariter par honor atque genus.
Ex his rege satis generatur lucifer iste*,
Qui fremit in mundo[a] viribus, ense, trono.
Gaudet uterque parens exorto pignore tanto,
Nec minus in tali sidere gaudet avus[1].

*scilicet Henricus, qui natus fuit anno 1134.

. . . .

33.

Rex Ludovicus, fatorum vincere fila f. 129.
Dum nequit, occumbit, martiris[2] aede iacet. 1137.
Hic natum regem Philippum fecerat ante;
Quatuor ex natis hic sibi primus erat.
Hic iuvenis dum pellit equum, ruit, ultima solvit. 1131.
Parisius plangit quam videt ipse[b] necem.
Hac tunc concilium[c] tenet Innocentius urbe,
Praesul et is summus Urbis et orbis erat.
Rethoricus splendor causarum iura retractat;
Matris lingua sonat Romuleaeque tubae.
Ex Institutis, quo legum summa tenetur,
Legister replicat quae sibi digna videt;
In Digestorum totum se mergit abissum,
Digerit et pandit utile quicquid inest.
Profert in medium tunc imperatoria iura, f. 129'.
Codex ipsa ligat; quod placet iste legit.
Explicat edictis et solvit multa Novellis.
Catholicae legis rex nova iura dedit:
Hinc fluvius torrens Gracianus ad alta redundat,
Quo sine nil leges, nil ibi iura valent.
Fons Decretorum, totius iuris abyssus,
Luminis ecclesiae splendida stella micat.
Affluit, exornat, distinguit, terminat, arcet
Verbis, flore, locis, sensibus, epylogis.
Ut ius iure docet, pro causa quisque laborat,
Partem nempe suam firmat, adauget, init.
Haec pater Innocuus componit, iudicat[d], urget
Lites, facta, modum foedere, iure, fide.
Huius apostolici manibus rex inde sacratur
Ludovicus, honor maximus iste troni.

34.

Dux* Normannorum moritur sub carcere fratris**;
Natu maior erat, nec feritate minor.
Nobilis hinc natus[3], miles praefulgidus armis,
Fata patris metuit Francigenasque petit.
Hunc Ludovicus clarus pietate retentat;
Condolet is iuvenis casibus atque patris.
O[e] natura ferox! hic fratrem comprimit armis.
Sicque nepos, patrui dum timet arma, fugit,
Pellitur a patruo; sed suscipit[f] hunc alienus.
O pietas! patruus hic erit[g] atque pater.
Consul[4] Flandrensis Karolus, dum perstat in aede
Sacra, confoditur, sicque peremptus obit. 1127.
Parcere dum propriis dominis sic Flandria nescit[h],
Cernitur innatae fraudis habere dolum.

*scilicet Robertus **scilicet anno 1034 (*lege:* 1134).

a) mondo *c.* b) ipsa *ed.* c) consilium *c.* d) indicat *ap.* e) At *ed.* f) sustinet *ed.* g) erat *ed.* h) novit *c.*

1) Heinricus I. rex Angliae. 2) Dionysii. 3) Willelmus Clito. 4) Cf. Robert. VIII, 12.

Ius sicut proprium, dum nullus consulis haeres,
Ludovicus habet, quicquid et ipse comes.
Francigenum proceres, Flandrensis et ordinis alta
Nobilitas assunt, natus et ipse ducis.
Curia solemni Francorum culmine splendet:
Willelmo iuveni Flandria tota datur.
Filius iste ducis Roberti, Danica proles,
Miliciae fulgor, Martis alumpnus erat.
Insignis probitas Francos illexit amore;
Aptius hac nihil est iungere corda sibi.
Armorum feritas, virtutis gloria quanta
Huius erat, testis permanet altus honos.
Hoc insigne tulit, quod vix sibi quilibet armis
Iungitur, horrorem[a] dum timet ille viri.
Thoraces, clipeos vibrans dum perforat hasta,
Vel ruit ille, vel haec sanguine tacta madet.
f. 130. Armis inductus[b] radiat murus galeatus;
Hunc, dum scandit equum, pellere nemo potest.
Laus fuit ista sibi, quod, dum ruit ille vel ille,
Consulis arma fugit, dum timet ense necem.
Quo fit, ut ignotis ludens spacietur in armis:
Nota viri tanti quilibet arma fugit.
Largitur comiti propriam regina sororem;
Foedere legali consociatur ei.
Hinc rex, hinc proceres, hinc gaudet Flandria tota;
Virtus sic aliis, sic sibi clara nitet.
Invisus propriis, fit carus sic alienis;
Quos pellunt alii, Francia ditat, habet.
Pervenit ad patruum tam splendida fama nepotis,
Aestuat ac metuit perdere iura ducis.
Quis tumor est animi, rerum quae caeca cupido,
Cuncta tenere sibi, perdere sicque mori!

35.

Cum[1] Ludovico consul parat arma, cohortes;
Hos ambos metuens, Neustria tota furit.
Cum natis Henricus adest, legit undique vires;
Assunt et Britones regis ad arma sui.
Hos cum Normannis possedit Rollo subactos,
Quos sibi perpetuo Francia larga dedit.
Sed fera gens animo cervicem flectere nescit,
Ni Normannigenum vis violenta premat.
Horrida bellorum virtus utrinque paratur,
Loricae radiis solis et arma[c] nitent.
Armati reges radiant ut fulmina caeli,
Vallati cuneis, arva[d] tremenda tegunt.
Instructos armis cuneos rex iungit uterque.
Ensibus arma sonant[e], ferrea turba fremit.
Tres Britonum primas acies Flandrensis abegit;
Ex Normannigenis quarta repente subit.
Willelmus, regis soboles, dux agminis huius,
Ut leo cum sociis saevit et ense furit.
Francigenum virtus, Flandrensis gloria gentis
Exerit hic quicquid viribus ipsa valet.

a) honorem *ed.* b) indutus *ed.* c) arva *c.* d) arma *ed.* e) *ita ed.;* sonat ap

1) Haec multo brevius narrat Robertus VIII, 14, supra p. 10.

Impetus horrendus Francorum turbat et arcet
Vim Normannigenum, sed furit illa magis.
Praeteritas acies cum Francis Flandria vicit;
Aestimat[a] et Danos subdere posse sibi.
Spes illos reparat, Danus succenditur ira;
Spem fugat ira potens; spes ruit, ira viget.
Scinditur[b] hinc acies Flandrensis, Francus in armis
Sanguine iam madidus Danica bella fugit.
Horrisonus fragor arva replet, ceu turbine belli
Flandria cum Francis tota repente ruat.
Franci, Flandrenses, ut equos agitare periti,
Pondera sic belli vix pede ferre valent.
Hi, Normannorum bello campoque relicto,
Vitant, dum fugiunt, vulnera saeva necis.
Rex Normannigenas laudat cum consule claro; f. 130'.
Quod superatur ab his, laus sibi summa manet.
Laus est Francigenis a Danis iam superari;
Contigit hoc solito, semper et illud erit.
Nam sibi nulla fuit gens belli pondere nota,
Cuius tot variis sit superata modis.

36.

Cum natis a marte redit rex belliger audax;
Flandria, Francigene iam sua rura petunt.
Neustria Normannis remanet cum laude triumphi;
Claris cum spoliis Danica turba redit.
Sic, dum ventus adest, dum silvas concutit altas,
Radix fixa manet, robora turbo quatit.
Gallorum turres rugitum iure leonis
Quod timeant, vates praecinit ille novus.
At leo cum binis catulis dum tendit ad Anglos,
Piscibus hos[c] linquit, quos vorat unda freti.
Angligeni regni scit cursum diva potestas,
Quanta sit haec, vates caelicus ille canit.
Praeteritis signis praetendit vera futura
Et sacri radiis flaminis ista videt.
Regni totius summam describit et ipsa
Saxonicae gentis praelia prima[d] refert.
Praecinit, huic regno quicquid videt esse futurum,
Stringens cuncta brevi terminat arce poli.
Ni iam praetereat, nescis, quid vaticinetur;
Dum transacta vides, credere cuncta licet.
Ignotus David est, ignotus sic Ysaias:
Iam transacta canunt, et tibi tecta patent.
Filius inde ducis Roberti consulis, arcem 1128.
Flandria cui tribuit, vivere desit ibi,
Astans cum sociis castello, vulnere parvo
Laeditur in dextra, nilque doloris inest;
Hoc minimum negligit; sed parvo[e] iure[f] neglecto,
Crescit et inflatur, quod putat esse nihil.
Igneus ingreditur in parvo vulnere morbus;
Ut dextram resecet, phisicus ipse iubet.
Vel totus vivet, vel totus iam morietur;
Nulla cohaeret ei pars sine parte sui.

a) Aestuat *ed.* b) Traditur *ed.* c) hoc *c.* d) primo *c.* e) proprio *ed.* f) pure? H. E.

1) Merlinus apud Galfr. Monum. VII, 3: *Succedet leo iustitiae, ad cuius rugitum Gallicanae turres et insulani dracones trement.*

Sic cedit fatis; Hector sic deficit alter,
Non probus, at probitas, non ferus, immo leo.
Terminus hic Verbi centenus bis duodenus
Millenusque simul necne quaternus erat.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

. . . .

7.

f. 134. Dudum Pipinus rediens cum laude triumphi
768. Liquerat Italici culmina celsa soli;
Qui tribus emensis lustris diadema reliquit;
Martir[1] corpus habet, Parisiusque dolet.
Hunc nati Karolus Karlomannusque sequuntur,
Culmine, consiliis, viribus ambo pares.
771. Quorum posterior binis post deficit annis;
In Karolo solo spes manet ipsa troni.
Nec spes falsa fuit, cum solus Francigenarum
Regum flos, speculum sensibus, ense fuit.
Praeteritos superans, obscurat posteriores;
Ex his nemo sibi par probitate, trono.
Ampliat imperium prae cunctis viribus, armis;
Auctum desidia posteriore ruit.
Hic Alamannorum cervices subdidit altas,
Pressit Saxoniae colla superba iugo.
Italiae stravit vires, sibi quaeque subegit;
In domina mundi tunc diadema tulit.
Hinc Langobardum regem superavit et ipsum
In Papia clausum vi, probitate capit.
Huius ab Italia sobolem tunc depulit armis;
Clarus Adalgisus[a] Francica signa fugit.
Sic Desiderius captus traducitur Alpes,
Italiam linquit Parisiusque venit.
Iusserat ut Karolus, Dionisius excipit istum[2];
Stropha sibi statim callida[b] facta fuit.
Ex propriis regi fit flava corona capillis,
Italici regni qui diadema tulit.
Purpura regalis fit ei iam pulla cuculla,
Pulmentum similat regius ille cibus.
Italiae fines claustro metitur in arcto,
Vertitur in requiem bellicus ille labor.
Ymnisonos cantus mutat clangore tubarum,
Daviticam citharam regia sacra sonat.
Pro sceptro baculus iam fessos sustinet artus;
Hinc moritur; cultus regius omnis abest.
Martiris altaris tenet hunc pars[c] dextera, dextrae
Iudicis ipsius consocietur ovis.
Langobardorum[d] regem sic vicit, abegit,
Claustravit Karolus. Illeque finit ita.
Sic Langobardos, sic Romam[e], sic Alamannos
Perdomuit, cepit, subdidit ille ferus.
Sic sibi Saxoniae gens Pictavisque superba
Andegavisque potens subdita semper erat.
f. 135. Flandria servivit, timuit Burgundia sceptrum,
Lotharingia fert iura verenda ducis.

a) Aldagisus *c.* b) calida *c.* c) par *ed.* d) *hic versus deest in ap.* e) Romani s. Almannos *c.*

1) S. Dionysius. 2) Haec cum aliis relationibus pugnant; v. Abel, 'Jahrb.' I, p. 149.

Neustria tunc eadem quae Francia iussa ferebat;
Sic Britonum cervix flexa tributa dabat.
Haec summus Karolus tenuit, virtute subegit;
Haec soboli linquens, ut reor, astra petit.
Corpus Aquisgranum servat, quod mirra perunxit.
Balsama viva[a] tenent ardua membra viri.
Bis septenus erat octingentesimus annus, 814
Cum Deitas carnis tegmine clausa fuit.
Post Ludovicus triplices compescit habenas,
Dum patrii iuris suscipit ipse decus.
Cum sibi subiectis servit Maguncia, Roma,
Parisius; triplicem sic regit ille tronum;
Regni sic triplicis primas dum continet urbes,
Ex tribus his unum iam diadema facit.
Posterior soboles in partes dividit unum;
Pars minor a toto deficit ipsa suo.
Sic Alamannorum, sic perdunt Romulidarum
Francigenum reges subdita iura sibi.
Gloria paulatim regni sic deficit huius,
Ut sibi subiectis vix dare iura queat.
Iamque duces regni tot reges esse videntur.
Rex facit ille, iubet, quod vetat iste, sinit.
. . . .

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1.

Anno milleno ter bino cum[b] simul uno f. 145. 1167.
Sex decies deno magna Mathildis obit*, Sept. 10.
Stella die solis rapitur sub sole diei,
Sol verus simili surgit in orbe die.
Rectius hanc solem quam stellam forte vocarem[c],
Nam similis soli quisque futurus erit.
Solum sola regens natum, binisque carebat,
Quos solos habuit, quos dedit ipsa solo.
Tercia solis erat cum tali parte diei,
Spiritus ille[1] venit, spiritus huius abit.
Decalogi iussum tenuit tum mente vel actu,
Septembris decima cessit et ipsa die;
Cumque dies Phoebus cum virgine bis duodenos
Splenduit, aeternum coepit habere diem.
Iustitiae solem videat cum virgine sacra,
Sic et apostolicum propheticumque chorum!
Infirmata diu paulatim deficiebat,
Subtrahitur vitae vividus ille vigor.
Corpus tum senio, tum febribus attenuatum
Spiritus ut linquit, claustra beata petit.
Ex meritis credi licet hoc, nam semper egenos
Fovit et ecclesiis munera multa dedit.
Huius prae cunctis beneficia larga recensent
Beccenses monachi, cuius et ossa tenent.
Ut natos proprios hos[d] solos semper amavit,
Unus ut ex illis sic erat inter eos.
Gaufridum[e] pariens premitur valetudine forti; f. 145'.
Primus et in natis hic moriturus erat.
Dissolvi metuens, Becco petiit sepeliri,
Tunc Rodomi degens annuit ista pater[2].

* Obiit Mathildis 1167.

a) vina *ed.* b) tum *c.* c) vocabis *ed.* d) nos *ed.* e) Ghauffridum *c.*

1) Scil. Spiritus sanctus in apostolos descendit hora diei tertia, Act. II, 15. E. apud Maium. 2) Cf. Rob. VIII, 21.

Quae Becco dederit tunc temporis, enumerabo
Carmine finito*, singula vera loquar.
Subnectam breviter, post mortem quae dedit eius
Ipsius ex rebus filius ipse suus.
Quae vero monachis aut ecclesiae faciendae
Contulit in censu, noscere nemo potest.
Hinc igitur natus postquam diademate fulsit,
Cum Becci monachis vivere dulce fuit.
Pluribus hac lustris Pratensis cella[1] refulsit,
Prati flos moritur, stella serena ruit.

2.

Stat Rodomum iuxta locus hic, qui nomine Prati
Censetur, monachis congruus ipse satis.
Meridiem spectat, septemtrionalis in urbem
Flat boreas, flumen dirimit ista duo.
Alluit hinc Pratum crescentis fluminis unda;
Nominis inde sui vim locus ipse trahit.
Nobilis hic cellam structurae condit, adornat
Henricus senior, ditat honore pari.
Hic Becci[2] monachos degentes semper amavit,
Auxit diviciis, praedia plura dedit;
Sumptibus ex propriis proprias hic construit[a] aedes;
Incolit has, Rodomum cum venit ipse leo.
Splendidus iste locus rebus vel religione,
Silvis ac fluvio, portubus, urbe, situ.
Silva propinqua manens parcum[b] demittit in[c] amnem,
Urbis in obtutus floridus ipse micat;
Huncque feris variis rex praesens nobilitavit,
Huic partem nemoris consociare libet.
Eius in extremis, regalis qua via transit,
Huius regis opus, regia clara nitet.
Sit[d] qualis paries, prospexit quisque viator;
At vanos[e] vultus interiora latent.
Regia picta nitet, auro testudo refulget;
Inscius artis adest, obstupefactus abit.
Hanc iuxta Pratum, residet quo flos mulierum,
Flos patriae nostrae, clara Mathildis obit.
Flore suo Pratum vacuatur, floris odorem
Tellus nostra sapit; spirat ubique novus
Magnus floris odor, quod coniunx imperialis,
Filia quod regis regia mater erat.
Maior, quod prudens, quod religionis amatrix,
Quod fons consilii cum pietate fuit;
Quod refovens inopes, monachorum quod pia mater,
Perfugium miseris, pacis amica simul[f],
. . . .
. . . .

*) *in margine:* Scilicet in fine huius libri, ubi in prosa enumerantur[3], sed prius ponitur quedam prophetia Merlini de seniore Henrico et iuniore secundo.

a) condidit *ed.* b) partum *ed.* c) inanem *ap.* d) Sic *ap.* e) *ita ed.*; varios *ap.* f) *folium codicis abscisum.*

1) Ecclesia S. Mariae de Prato prope Rotomagum, nunc Bonne-nouvelle de Rouen. 2) Le Bec ad rivum Rille inter meridiem et occidentem Rodomi. 3) Ibi ita legitur: *Hec sunt que imperatrix Mathildis dedit ecclesie Beccensi in ornamentis. Corona imprimis solida ex auro et lapidibus preciosis, qua filius (?) imperator[a] Henricus rex postea coronatus extitit, tanti ponderis, ut duabus virgis argenteis hinc et inde sustentetur, cum imperator vel rex ex ea coronatur; per brachia vero tota dividitur, cum in thesauro reponitur. Cum autem simul coniungitur in fronte gestantis, lapis magni precii et magnitudinis cum superposita cruce auri solidi habetur. Item alia parva corona aurea, qua imperator in minoribus solemnitatibus utebatur* etc.

a) imperatoris *ed.*

Maximus in studiis, dum vivit, talibus, exit; f. 146.
Ut pia vita fuit, finis et ipse bonus.
Ipsa prius naevum pandens, quem contulit aevum,
Linquens cuncta soli, transit ad alta poli.
Floris odor, quod magna, potens, quod religiosa,
Quod vitae pia mors consociata fuit.
Hac igitur tali tam clara morte sopita,
Urbis praesul adest, clerus et ipse simul,
Assunt abbates, proceres, populique caterva
Confluit; exequiis omnis habetur honos.
Anno praeterito gravis hanc valitudo gravavit,
Eligat ut tumuli ius sibi, natus ait.
Is Beccum memorat, sepeliri quo cupit olim;
Hunc fore regalem, denegat illa, locum[1].
'Solus regalis locus est polus', intulit ille,
'Gloria nec tumuli membra beata facit'!
O verbum dignum prolatum regis ab ore;
Culmine regali regia digna fides!
Sollicitus[a] curat, quo spiritus huius abiret,
Assiduaeque precis providet ipse locum.
Ut ratione capax vim perspicit ipsa loquentis,
Dat monachis caris[b] corporis ossa sui.
Virginis eximiae clara sepelitur in aula;
Hac rutilat Becci splendidus ipse locus.
Altaris facies pro corporis imperialis
Fulget honore, parem percipit illa vicem;
Sed superexcellit collatus splendor honoris;
Hic sibi sit quantus, spiritus ipse sapit.
Quicquid ibi sancti, quicquid consistit honesti,
Huius erit meritum, dum polus ima petit.
Tradidit hanc tumulo Rotrodus tunc Rodomensis
Praesul et abbatum conflua turba simul;
Affuit Arnulfus antistes Lexoviensis,
Ingenii virtus eloquiique nitor.
Praeterea clerus, proceres, coetus popularis
Grexque pius fratrum, quos sibi iunxit amor.
Permanet in terris huic gloria tanta sepulcri,
Maior et in caelis gloria perpes ei.
At precii magni stat desuper ampla corona;
Iure coronatam clara corona tegit.
Candelabri radiis septenis lampadibusque
Cum totidem tumuli condecoratur honos;
Septiformis inest animae iam spiritus ille,
Iam radios veri luminis ipsa videt.
Christi pura caro, sanguis tractatur ad aram,
Quae tumulo coram mystica semper adest,
Visque sacrificii divini transit in illam,
Id meruit cuius munere digna fides.
Optulit ecclesiae se totam, virginis almae
Corpus habens, animam diluit ipsa prece, f. 146'.
Diluit et Christi vivacis sanguinis unda,
Unda sibi praesens, tergere cuncta potens.
Quis numeret, quotiens celebrabit hostia vitae,
Vel celebratur ibi, cuius et ipsa comes?

a) Solicitus *c.* b) cari *ed.*

1) Haec aliter Robertus VIII, 21, supra p. 10. narrat.

Haurit cotidie caelestis dona cruoris,
Ut purgata diu mundior astra petat.
Cum monachis caris radianti carne resurget[a],
Quorum iam meritis associata manet.
Sicque stola gemina dono redimita perhenni,
Iuncta Deo vitae, vita perhennis erit.
Gloria sit qualis caeli vel quanta, videbit,
Quid Deus, aut quid sit angelus, aut quid homo,
Quae causae rerum, vel mundi quae sit origo,
Quam natura potens, quam variata manet,
Angelus aut homo quid peccarunt, curve creati,
Post mundum quid erit, cur Deus extat homo.

3.

Anno quo moritur tria signa stupenda choruscant,
Portentum superum sed latet istud adhuc.
Parisius iuxta metuenda cometa refulsit,
Marcius hanc fudit belliger ipse deus.
Circulus aethereus solem circa radiavit
Maximus; hunc mensis Caesaris[1] ipse dedit.
Nocte sub umbrifera monstratur luna cruenta;
Septimus a Martis turbine mensis erat.
Horum perspexi medium, multis sociatis,
Caetera bina ferunt cum gravitate viri,
Tum monachi plures, tum clerus Parisiensis,
Quorum nota fides religioque manet.
Haec tria quid signent, scit rerum pervigil Auctor;
Nam genus humanum cuncta futura latent.
Bella, fames, pestes tempestatesque futuras,
Principis aut mortem talia signa canunt
Sive novi regis praecellentis diadema,
Praesulis insignis vel speciale decus.
Haec diversa quidem, non unum, sed tria signant;
Quae tamen haec extent, dicere nemo valet.
Iura novi regni forsan canit ipsa cometes,
Luna rubens belli tristia fata refert,
Solaris cyclus alicuius splendor honoris
Caelitus emissus, qui sit in orbe novus.
Haec sic conicio; nam talia saepe relegi.
Quae tamen ista tegant, posteriora docent.
Caelica signa latent, donec videantur in actu;
Actus habet, quidnam significare velint.
Praeteritis signis succedunt significata;
Cur micuit signum, res patefacta monet.
Ut reor, instat in his praesens discordia regum;
Sed quis erit rerum terminus, ecce latet.
Ut retuli, September habet cum morte Mathildem,
Pascha sequens cernit tela parare, faces.
Conveniunt iterum tum reges Francus et Anglus,
f. 147 Tum proceres, clerus miliciaeque vigor;
Ut sibi subdatur, rex ut sibi serviat Anglus
More patris, Francus rex petit, immo iubet.
Denegat ille ferus[b] ulli se subdere regum;
Impar nec cuneis, par diadema nitet.

a) refulget *ed.* b) ferox?

1) Iulius.

Regum colloquium tali finitur in ira;
Miliciae virtus confluit, arma capit.
Francorum probitas consueto more minatur;
Dux Normannigenum ferrea claustra facit,
Armatis cuneis cingit castella vel urbes,
Has penetrare parans; Francia clausa gemit.
Nam pax turpis ei, Normannica nec superare
Castra valet; feritas permanet ipsa ducis.
Foedera velle sui fient, nec serviet ulli;
Exerat en Francus, quicquid ubique valet!

4.

Dirigit interea proceres princeps Alamannus
Angligenum regi pontificesque suos. 1168.
Hos dux Saxoniae ducit, dux splendidus armis,
Terris, diviciis, milite, mente, manu.
Principis isque nepos tanti, nitor imperialis
Culminis, ast alius non minor eius honor.
Nam gener est regis, natam* sibi copulat huius;
Conubio tanto clarior ecce micat.
Duxerat hanc comitum maiestas pontificumque,
Cum quantis opibus, dicere nullus habet.
Aurum quis numeret? argenti copia quanta,
Vasorum species mens memorare nequit.
Quam varii generis precii, quot regia virgo
Ornamenta tulit, scribere nemo valet.
Gloria regalis cum sponsae tanta fuisset,
Saxonicus[a] sponsus splendet honore pari;
Virgo duci sociata nitet facieque decora,
Nobilis haec animo, sic patre, matre, viro.
Hanc gens Saxoniae dominam se gaudet habere,
Illustrat patriam splendida stella suam.
Plus patriae confert[b] fulgoris, laudis, honoris,
Quam sibi Saxonici culminis altus honos.
Haec alti generis, speciosa futuraque mater
Hoc triplici nexu nectit amore virum.
Dux igitur tantus transmissus ab imperiali
Culmine, quo regem cerneret, ecce venit.
Milite vallatur multo, proceres comitantur;
Nolit sive velit, Flandria praestat iter.
Attamen hunc consul Flandrensis[1] ducit, honorat
Per proprias terras regis amore quidem;
Suscipit hunc belli fomes Normannica tellus,
Coniugis ob meritum foedera pacis habet.
Obviat huic Anglorum rex, simul oscula libat,
Affluit[c] Angligeni gloria multa throni.
Huic[d], quia vir natae legatus et imperialis f. 147'
Principis atque nepos, solvitur omnis honos;
Agminibusque suis defertur quicquid honoris;
Urbibus hos infert rex procerumque chorus.
Hos secum retinens, ut honorus honorat honoros,
Dignus honorari, dignior ipse throno,

*) *Nota codicis:* Nomine Mathildem; haec filia Henrici II. regis Angliae nupta fuit Henrico duci Saxoniae et Bavariae, ex quorum matrimonio natus fuit Otho, qui fuit imperator.

a) Saxonius *ap.* b) conflet *ap.* c) Adfuit *ed.* d) Hinc *c.*

1) Philippus.

Hos socios ducit tum per castella, per urbes;
Hique stupent, regis gloria quanta manet.
Hinc regi pandit dux imperialia iussa,
Munera tunc profert, ardua scripta simul.
Mandat, ne regi Francorum subiciatur,
Cum sibi par virtus, par honor atque tronus
Non par, at maior, patrios si iure triumphos
Inspicit ac proprii culmina tanta troni;
Foedera si pacis ineat, conservet honorem
Tum sibi, tum natis consulibusque suis,
Imperium natis nitatur pacificare;
Desidis est regis, subdere colla iugo;
Si iubet, armatas validas mittet legiones,
Ditatas opibus, praelia ferre scias.
Si mavult, isdem veniet simul imperialis
Gloria, sic regem pellet ab arce troni[1].
Hugonis fuit hic, Karoli non ipsius heres;
Heredes Karoli depulit ille dolo.
Eius progenies regni pellatur ab arce,
Ut sibi par ratio, ius sibi constet idem.
Translatum regnum transferri iure valebit;
Bellica vis tollat, quod tulit ipse dolus.
Ecclesiam turbans, populi vastator et ustor,
Nec sibi nec regno proficit, immo nocet.
Regis nomen habet, reges[a] non destruat ergo.
Destructor patriae sedis ab arce ruat.
Heredem Karoli se fatur, Francigenarum
Viribus imperii quaerit habere tronum.
Ius Karoli ius eius erit; perquiret ubique,
Quod lex, quod ratio, quod sibi iura dabunt.
Angligeni regis natum diademate Franco
Donabit, tronus hic[b] nobilis huius erit.
Rem tantam peraget vis[c] regis et imperialis;
Hoc sua fata volunt, idque cometa canit.
Indolis egregiae iuvenis probitasque futurus
Francigenum regno cum patre iura dabit;
Ut pax in terris sub regum sorte duorum
Floreat, is pater est, filius isque patris.
Nominibus solis naturae iura notantur,
Arctius his vinclum non habet ipsa sibi.
Nata pro regis regali proque sorore
Imperii munus reddet utrisque novum.
Natam regis habet qui regis natus habetur;
Heredes duo sunt, sint duo regna sibi.
f. 148. Praeterea grates reddit, quod filia tanti
Principis est tanto consociata duci.
In patruum transit quicquid fit iure nepoti,
Est patrui totus ipse nepotis honos.
Laetatur regis tanti praeventus amore,
Cum sibi sufficiat reddere posse vicem;
Si tempus dederit, referet par pignus amoris,
Nec minor accipiens, quam fuit ipse dator.

a) *ita ed.;* regnis non destruit *ap.* b) sic *ed.* c) ius *ed.*

1) Haec alibi non traduntur; neque scio, an verbis in appendice Ragewini, SS. XX, p. 493, *adiunctis minis ex parte regis Francorum* talia indicari possint.

Firmus amicitiae trames nec morte tenorem
  Perdit, et in vita fidus ubique manet.
In regem tantum vis[a] imperialis amoris
  Talis erit, factis idque probare licet.
Cum duce Saxoniae proceres transmittit, ut ipsi
  Regis velle sciant consiliique modum.
Imperii virtus ad regis velle parata,
  Principe cum proprio, si iubet, ecce venit.
Francorum regnum[b] sic armis pacificabit,
  Ut securus iter quisque viator eat.
Ut nova iura novi regis cum pace noventur,
  Praelia sedentur, sit novus ipse tronus.
His hilaris factus rex infert: 'Imperialis
  Est mihi gratus amor utilis isque meis;
Gratus: nam cunctis et regi constat honorus;
  Utilis: in bellis fortis adesse potest.
Contra Francigenas tumidos quod praelia mandat
  Principis affectus, is mihi nempe placet.
Colla superborum reprimantur, pacificentur
  Tum plebs, tum proceres, imperiumque simul.
At Normannigenum sibi sufficit ardua virtus
  Audax; Francigenum praelia nulla timet.
Quicquid ad arma potest, Francorum vis galeata
  Monstravit: rediit, iam sua rura fovet.
Dacia sola fuit, Francorum moenia stravit.
  Horum tunc patriae pars sibi magna datur.
Nunc sociis Anglis, quos Danus[c] subdidit armis,
  Non minor, at maior viribus, ense viget.
Quid Britones memorem, Pictavos, Andegavenses,
  Quos sibi consocians Neustria clara nitet?
Francigenum feritas his frustra bella minatur;
  Copia verborum stat sibi visque minor.
Angligeni regis tot terras tollere, virtus
  Nulla valet; frustra Francia tela parat,
Nec Normannigenum capiet castella vel urbes,
  Nec sibi rex Anglus serviet: ecce dolor!
Pax sibi nulla manet, in[d] pacis foedus honestum
  Gloria Normannis sit proprioque duci.
Quod princeps tantus mandat diadema daturum
  Se nostro iuveni, gaudeo; spesque manet,
Vis caeli manet[e], hoc ius regis et imperialis,
  Nam transferre tronum diva statuta solent.
Quod grates solvit, quia regia virgo nepoti f. 148'.
  Iuncta suo fulget, fit mihi magnus honos,
Connubio natae mihi iungitur imperialis
  Gloria, bellica vis, hostibus ipse timor;
Quae tria tum mihi tum natis sunt splendor honoris,
  Tum proprio regno consulibusque meis.
Velle meum pax firma meis; mihi tradita iura
  Defendam patria vi propriaque manu.
Principis adventus horrendus caede futurus,
  Quod mando foveat tempus adusque suum.
Regum consilium praeceps virtute carebit,
  Consilii magni res manet ipsa diu.

a) ius *ed.* b) regem *ed.* c) *ita ed.;* dudum *ap.* d) vi *ed.* e) valet *ed.*

Mens mea quid gestet, sileo; tamen imperiali
Cordi cordis erunt omnia nota mei.
Hostis molitur mihi, natis tollere sceptrum.
Molior ast aliquid; quid sit id, ecce latet.

5.

His rex prolatis, mirantur dux proceresque
Sensum, verba, modum consiliumque viri;
Quantas fundat opes, quam multo milite fulget,
Nobilitas quanti culminis extet ei.
Hinc Rodomum veniens, dux regia tecta subintrat[a],
Egregiique loci traditur aula sibi.
Regis id hospicium, patulus quod lucus adumbrat,
Flumine cum pratis nobilis, urbe, situ,
Interius radians auro varioque colore,
Oblectans animos, visibus aula placet.
Redditur interea Rodomo praesentia regis;
Dux Alamannus adest, colloquiumque serunt.
Assunt pontifices bini, quos imperialis
Gloria transmisit[1], regia verba notant.
Quid velit, his pandit, denudat consiliorum
Iura, modum, summam; nil tacet ipse tribus.
Quae secreto refert, haec imperialibus ipsi
Auribus infundant, cuncta notentur ei.
Dux sociique sui ditati munere multo,
In patriam redeunt, regia iussa ferunt.

6.

Constat ab antiquo, quod Roma tumentia colla
Semper habet, Remi prodit ut ipse cruor.
Bellorum nutrix peperit sibi praelia, reges
Hos proprios stravit[b], tradidit hosque fugae.
Binos saepe duces huius discordia fecit,
Qui sibi, qui mundo bella necesque gerant:
Tempore sic nostro sub tantis regibus istis
Exit ab antiquis sedibus ipse tumor;
Ipsum consequitur praesens dissensio regum,
Huius ceu fuerit Roma superba caput.
Nam clerum, populos, dum pacis iura tenerent,
Scismatis initium fit prior ipsa suis.
1159 Cessit apostolicus fatis, pandensque tumorem,
Pontifices binos procreat ipsa sibi.
Antiqui naevum retinens elata tumoris,
Nec sibi nec populis providet, immo nocet.
f. 149 Olim sic orbis dominatum perdidit ipsa:
Vix sibi iam vivit, linquitur ecce sibi!
Scismate consimili turpavit clymata mundi,
Cum prius Apuliae dux diadema tulit;
A duce Rogero tunc alter papa receptus*,
Quo sibi dux faveat, hunc prius ipse sacrat:
Sic papae gemini fabricantur tempore nostro;
Turpius in terris scisma fuisse nequit.

*) *In margine:* Novum scisma, scilicet Petrus Leonis scismaticus, qui Rogerum comitem Siciliae, nepotem Roberti Guischardi, sacravit in regem Siciliae, ut ipsius partem foveret.

a) subivit *ed.* b) statuit *ed.*

1) Moguntinensis et Coloniensis.

Victor*, Rollandus**, sub Petri sede locantur
Hi duo divisi. Petrus at unus erat.
Unum vel nullum Petri tenet ipsa cathedra,
Nam tumidos binos arcta tenere nequit.
Respuit ipsa duos; unus nam sufficit orbi;
Respuat hos orbis, unus ut esse queat.
Binos nulla polis recipit nisi turgida Roma,
Talis in exemplo, qualis et ipsa latet.
Fratribus ex geminis quod traxit semper habebit,
Discors Roma fuit, semper et illud erit.
Horum quos retuli, papa migrante, secundus
Eligitur, summum respuit ille gradum;
Traditur hinc alii ius pontificalis honoris,
Suscipit hic fasces; alter ad ista dolet,
Per se perque suos repetit quod respuit ante;
Eligit hunc iterum pars violenta sibi.
Hoc sine caede tamen; nam pars utraque[a], superba
Quamvis erat, metuit bella movere pari.
Romulidum sensus sic pacis foedera turbat;
Proh dolor! inicium scismatis inde venit.
Praesulibus binis mutantur nomina prisca,
Ut mos Romulidum sorsque sacrata dedit.
Nomen Alexandri Rollandus possidet, alter
Victoris: gemino nomine quisque nitet.
Interea mittit legatos praesul uterque,
Orbis regna sibi subdere quisque cupit.
Iam duo, non unus, disponunt culmina Petri;
Heres unus erit; si duo, Petrus abest.
Italiae partes sibi vindicat Octovianus[b],
Ex geminis praesul extitit iste prior.
Hunc per legatos princeps Constantinopolis[c]
Suscipit et tellus subdita tota sibi.
Rexque sacri tumuli custos[1] cum milite sacro,
Plebibus adiunctis, servit, obedit ei.
Cum clero, populis fovet huic princeps Alamannus,
Dux quoque Saxoniae, Dacia tota simul.
Francus et Anglus ei reges cum plebe favissent***,
Noscere si possent ordinis ante modum.
Sed per legatos proprios hos praevenit alter,
Legistrisque[d] favent rethoricisque tubis.
Nam simul hi veniunt cum regibus, altus et ipse
Clerus adest, populi conflua turba venit.
Hinc Papiae geniti Willelmi[2] lingua[e] perorat f 149'
Causam, qui fluvius eloquiique nitor.
Arte vel ingenio reges circumvenit, omnes
Vi linguae superans, in sua vota trahit.
Primus apostolicum Rollandum nominat altus
Francigenum clerus, rex procerumque chorus.

*) *Nota codicis:* Qui prius dictus est Octovianus.
**) *Ibidem:* Qui postea dictus est Alexander tertius.
***) *Ibidem:* Contrarium tamen effectus rei probavit, nam Alexander fuit verus papa et alter reputatus fuit scismaticus.

a) *versus claudicat; sed cf.* 16, *v.* 1301. b) Otov. *c., post* Othov. c) Constantinopolitanus *c.* d) *ita in c. legi, Manus verbis testatur;* legiferisque *ap.* e) linga *c.*

1) Hierosolymitanus. 2) Cardinalis presbyteri tit. S. Petri ad Vincula.

Cui tanti cedunt, cedit rex Angligenarum,
Cedunt et comites pontificesque sui.
Suscipitur clarus Rollandus papa, secundus
Victor respuitur, sit licet ipse prior.
Scismaticique duo terrarum regna capessunt,
Quod lex, quod racio, quod Deus ipse vetat.
Hic successores iam perspicis imperiales
Pompeii similes Caesaris atque feri.
Ecclesiae monstrum geminum caput extulit orbi,
Hoc fugiens vitet, vivere quisque cupit.
Consensu facili multis illabitur error,
Nam radice fides frivola saepe caret.
Defuit alloquio[a] regum praesul Rodomensis
Hugo, vir sapiens, religione potens.
Quae super his Romae fuerat dissentio, novit,
Quis prior electus sive sacratus erat.
Reges causatur, tanta levitate favisse
Romulidis, rerum dum latet ipse modus:
Ex his scismaticis nam se deponeret alter,
Ecclesiae virtus si repulisset eos;
Hinc et apostolici discordia prava sileret,
Sic proprii sceleris esset et ipsa memor.
Italia pulsus Rollandus transvolat Alpes;
Quo via tuta fuit, Gallica regna venit.
A clero, populis et regibus ille[b] receptus,
Discernit, statuit, solvit et ultro ligat.
Est notum multis, Romanos semper avaros;
Manat ab antiquo criminis ipsa nota.
Nobilis ystoricus manet inde Salustius index,
Naturae generis testis hic ipse sui.
Reliquias igitur Albini* necne Rufini**
Quaerere Roma venit, colligit, urget eas.
Legatos mittit, dispersas cogit in unum;
Ut tantas rapiat, fit sibi nulla quies.
Alter apostolicus res gestas audiit huius;
Romam deserit hic Italicumque solum,
Alpibus emensis, petit hinc Alamannica rura,
Stipatus sociis rethoricisque viris.
Suscipit hunc princeps Alamannus et imperialis
Gloria, tum proceres, clerus et ipse simul.
His notum fuerat, quod primitus iste sacratus,
Primus obedivit, dignior unde[c] manet.
Nam post suscepit, quod primum respuit alter;
Id latuit Gallos Angligenasque[d] duces.

* Id est argenti. ** Id est auri.

7.

f 150 Victor[1] praeterea Rollando mandat: 'Inanes
Pontificis fastus te subiisse vides.
Post me Romani ius raptum pontificatus,
Non ius, immo nefas omnibus esse liquet.
Cum sociis sceleris per vim conscendere[e] temptas
Culmen apostolicum; stultus at iste labor.
Sponsam tu Christi perverso scismate turbas;
Dividis in binas, una sed ipsa manet.

a) aloquio *c.* b) ipse *ed.* c) inde *ed.* d) Angligenosque *ap.* e) conscender *c.*

1) Quae auctor hoc et sequente capite narrat procul dubio finxit.

Proh dolor! inicium tu scismatis esse notaris,
Qui pacis fueras hactenus ipse iuge:
Romani scriptor iuris custosque sigilli,
Pacis foedus eras pluribus absque dolo.
Rixae pone modum! mundus nos conspicit ambos.
Ecclesiae parcens, parcito, quaeso, tibi!
Officium primus suscepi pontificalis
Culminis; hoc nosti, novit et orbis idem.
Usurpas igitur nomen, quod ferre nequibis;
Convenit hoc uni, solus id ipse fero.
Deponens ergo quod captas nomen inane,
In pacem rediens, subditus esto mihi!
Gracia prima tibi reddetur honorque sigilli,
Reddeturque tuis pristinus ipse gradus.
Huius consilium pacti si forte refutas,
En aliud promam: quodlibet ipse tene!
Ecclesiae matris, quae nobis subditur, ambo
Ius subeamus, ut hinc terminus esse queat.
Causam pertractans, ex nobis ipsa duobus
Papam constituat, quem velit esse sibi.
Terminus is[a] litis, hic finis scismatis extat.
Istud si renuis, iure fugandus eris.
Nil vigor Anglorum regis, nil Gallicus ardor,
Quos sibi substravit[b] caesar, adesse valent;
Horum cum sociis cupiens et foedus et aurum,
Praevenis hos semper, callidus[c] arte, dolis.
Hos in scisma tuum seductos Roma repellit;
Sic tibi, sic illis omnia iura negat.
Seu mihi vita datur, seu mortem fata perurgent,
Subdita non fiet maxima Roma tibi.
Niteris Italiae dominatum tollere Romam;
Si potes id, princeps Itala rura sinet.
In Roma diadema gerit princeps Alamannus;
Hoc auferre valens, tu mihi papa manes;
In te sed rediens, errorem, quaeso, revolve,
Et mihi subiectus, desere coepta doli'!

8.

Ista legens praesul Rollandus fertur in iram;
Ostentat sociis, mandat et ista simul:
'Naturalis inest animis mortalibus ardor,
Ut sibi subdatur quamlibet[d] altus honos.
Clarior ut sit homo, perquirit opes et honores;
His sine vilior est; novit et illa fugit.
Sic laudes quaeris: per mundi climata, Romae f. 150'.
Praesul si fueris, dives, honorus eris
Me prius elegit Romani cura senatus,
Distulit ad tempus mens mea ferre gradum.
Tu super haec audax fautorum iure tuorum
Eligeris, Petri scandis et ipse tronum.
In me prima manet constans electio sacra,
Et licet invitum me sibi Roma sacrat.
Scismate sub tali Romae sic ambo sacrati
Ecclesiae risus nos sumus; unde dolor!
Nobile sic monstrum pestis Romana creavit,
Corpus idem geminum coepit habere caput.

a) hic *ed.* b) substrabit *ed. recte fortasse.* c) calidus *c.* d) quemlibet *ap.*; quilibet *ed.*

Princeps tu sceleris, et opes cupiens et honores,
  Dum tibi Romanos subdere semper amas.
Elatus tanti generis praetendis honorem;
  Subditur en tibi nunc imperialis honor.
Pontificis fastus tu solus subripuisti;
  Per te scissa dolet sponsa sacrata Dei.
Rixae tu caput es, turbator pacis et auctor
  Litis, et ecclesiae scandala cuncta foves.
Praeteritos mihi necne meis promittis honores,
  Ut subdamur ei qui sibi papa manet,
Si non ecclesiae subeamus ius generale:
  Haec duo proponis, optio sicque datur.
Dum Romanus ego praesul, dum cuncta guberno,
  Quis mihi, quisve meis maior honoris honos?
Orbis iudicium generale subire recuso,
  Nullus enim papam subdere iure potest.
Lex mihi nulla potest imponi, dum super omnes
  Solus ego iudex, me minor omnis erit.
Opponis reges, ut nobilitate nitentes,
  Viribus atque tronis, sic et amore Dei.
Papam Romanum, propria sic sede repulsum,
  Horum me pietas sustinet, ornat, alit.
Aurum non cupio, contentus vestibus, esu;
  Exul pro patria Gallica rura colo.
Ne reges tantos involveret hic tuus error,
  Hos petii, caros semper habere volo.
Anglos cum Gallis a scismate iure retraxi,
  Sedis apostolicae qui pia iura tremunt.
Italicos fines tibi subdis; sic Alamannus,
  Imperii virtus[a] cedit et ipsa tibi.
Haec auferre volens ius papam constituendi,
  Per se pontificem te sibi[b] falso sacrat.
Me sibi subiectum non sentiet imperialis
  Ira, nec audacis praesulis ipse tumor.
Exul ero. Quid tunc? Patriam conscendere caeli
  Pauper si potero, dives, honorus ero.
Nunc igitur veniam poscens, me pronus honora[c],
  Ut sceleris tanti sit tibi noxa data'!

9.

f. 151 Victor Alexandri dum verba tumentia legit,
  Legistris[d] sociis intimat illa suis.
'Fastu verborum Rollandus', ait, 'superare
  Nititur, at rerum constat adesse diem.
Sentiat elatus, quod iam tumor ipse meretur,
  Amodo me papam noscat ut esse suum'.
Hunc Alamannorum Maguntia tunc retinebat[1],
  Urbs celebris regni metropolisque sui.
Sub Karolo Magno resplenduit ista sophiae
  Principibus; princeps nam fuit ille sophus.
Interea summum statuens Victor celebrare
  Concilium, quis sit, notificare studet[2].

a) nutus *ed.* b) tibi *ap.* c) honoras *c.* d) Legiferis *ap.*

1) Minime; Victor non ante a. 1162. trans Alpes venit. 2) De concilio Papiensi a. 1160. auctor cogitare videtur.

Convocat Italiae partes, Alamannica tellus
Confluit insignis[a], Saxonicique viri,
Abbates clari, simul ordo pontificalis;
Clerus adest multus, plebis et ampla phalans.
Affuit et princeps Alamannus et Italus idem,
Iungitur huic omnis imperialis honor.
Curia personis Romana suis renitescit,
Scisma tamen quasdam sciderat inde sibi.
Astant personae trecentae pontificales,
Abbatum numerus sed duplicatus erat.
Tantis personis et tot simul associatis
Clarior ex illis cernitur esse locus.
Splendidus orator Romanus papa perorat
Primus, et ex trino Numine sermo fuit.
Post Incarnati vim solvit Coloniensis
Praesul[1], et ingenio clarus et ore simul.
Hinc Rabani magni sedem qui pontificalem
Obtinet[2], angelicum dividit ipse chorum.
Sic alii tractant sermones ore polito;
Causae post resonant Romulidumque tubae.
Pluribus in causis consumptis ante diebus,
Ultima Rollandi causa notanda subit.
Hanc in concilio facundus papa perorat;
Attonitis cunctis Tullius alter ait:

10.

'Maxima causarum, quam totus prospicit orbis,
Hoc in concilio discutienda venit.
Nulla mihi gravior constat nec fortior ulla;
Nam totum fidei continet ista modum.
Praesens Italiae princeps procerumque caterva,
Pontifices summi, clerus et altus adest.
Iudicium, ratio non fallitur ordinis huius,
Quod doctrina fovet, quam tenet ipsa fides.
Hic oratores resident legisque periti;
Tantum concilium nulla sophia latet.
Novimus, ecclesiae Christum dominum caput esse;
Sic caput est Christi summus et ipse Deus.
Constat, et ecclesiam Christi fore corpus, ut[b] unum
Iam duo sint, sponsus sponsaque iuncta simul;
Unus et[c] unitam sibi copulet inviolatam, f. 151.
Virgo sponsa Dei virgoque sponsus ei.
Haec in carne manens, in terris est peregrina,
Donec ad aeternam transeat ipsa domum,
A Christo Petrus quam primus iure recepit,
Ut doceat, servet, nutriat atque regat,
Pascat eam pastu triplici, verbo, prece, factis,
Ut Trinum recolens, noverit, oret, agat.
Clavibus ecclesiae ditatur Petrus ab ipso
Discretorque potens solvit[d] et ipse ligat,
Discernit, quis sit solvendus sive ligandus,
Solvere quaeque potens atque ligare simul.
Clemens has recipit, Petri successor et haeres;
Linquit apostolicis has simul ipse viris.

a) insignes Sax. *ed.* b) et *ap.* c) ut *ed.* d) solvit — potens *om. ed.*

1) Rainaldus. 2) Archiepiscopus Moguntinus Arnoldus.

Tradidit has nobis ius pontificalis honoris,
Ius canonum sacrum moris et ipse vigor;
Sim licet indignus sedem conscendere Petri,
Sum tamen in tanto culmine solus ego.
Nam si Rollandus a sese papa vocatur,
Intrusor tamen est, papa nec esse potest.
Istum tam tumidum caput huius scismatis esse,
Concilium praesens, orbis et ipse videt.
Culmen apostolici sprevit prius ille laboris,
Tantum ne fragili pectore ferret onus.
Nec tamen hunc clerus nec nobilis ille senatus
Elegit, sed amor scismatis atque dolus.
Me post electum sibi cleri consecrat ordo,
Praesens tunc populus necne[a] senatus erat.
Ut mos Romanus fert papam constituendi,
Ut decreta iubent, sic fuit ordo rei.
Romulidum clerus praesens est ordinis huius
Auctor, et is novit, me sibi vera loqui.
Iam coetus praesens id novit, noscat et orbis,
Scismatis ut tanti corruat ipse reus.
Sic in apostolica me papa sede locato —
Rollandi socius nam sibi quisque pavet —
Eligit hunc alias[b] violencia scismatis eius;
Contra ius[c] canonum suscipit ille gradum.
Toto sic hominum Dominique timore reiecto,
Callidus intrusor spargit ubique dolos,
Turbat iura poli, sic orbis climata turbat,
Turbida cuncta facit, turbidus ipse magis.
Ex clero paucos, plures ex iure senatus
Huius participes scismatis esse, scio.
Dissimilis tamen hos spes impulit atque voluntas,
Romulidis semper quae solet esse comes.
Imperiale iugum Romanos tempnere semper,
Historias relegens noscere quisque potest.
Hic residet magnus, ut cernitis, imperialis
Princeps; semper erit subdita Roma sibi.
f 152 Romani proceres Alamannica iura tremiscunt;
Se Karoli proli subdere, constat onus.
Insignis Stephanus Romanus praesul honorem
Pipino dedit hunc, sic Karoloque suo.
Hos etenim binos in reges ipse sacravit,
Italiam duxit; cur, breviare libet.
Urbes Italiae rex Langobardus[d] adurit,
Hastulfus; Stephanus praestat ad arma minus.
Transmeat hic Alpes, Gallos petit, invenit horum
Regem desidiae nexibus esse datum.
Concilio facto, diademate privat inertem;
Pipinum, Karolum tollit in arce troni.
Principibus tantis Stephanus sibi consociatis,
Italiam rediens, maxima bella parat.
Hosque secutus erat radians exercitus omnis
Francigenum; Latium turbida fama replet.
Exoritur bellum, Langobardique fugantur,
In Papiam fugiens rex sua fata gemit;

a) nunc *c.* b) *locus corruptus esse videtur.* c) vim *ed.* d) Long. *h. l. ap*

Obsidibusque datis, acceptis urbibus, illi
  Vita datur; sed post fulmine tactus obit.
Extitit haec Karoli Magni vis bellica prima,
  Huic quamvis fuerit vis sociata patris.
Nec minor ille fuit, cum fata patrem rapuissent,
  Sed magis enituit gloria clara viri.
Insurgens alius rex Langobardus in armis,
  Vastat et incendit, quae cupit illa rapit.
Obviat huic iterum Karolus feritate priori,
  Ac[a] belli rabies undique multa furit.
Pluribus hic caesis, Langobardisque fugatis,
  Rex Karolum fugiens, quo prior ille venit,
Obsessus capitur, captus transmittitur Alpes;
  Parisius veniens, iam monachatur ibi[1].
Sic Desiderius post Hastulfum superatur,
  Italiam Karolus tunc facit esse suam.
Post haec ingreditur Romam cum laude triumphi;
  Inclita Romulidum vis stupefacta tremit.
Successit Stephano, qui suscipit hunc, Adrianus;
  Imperialis ei purpura mira[b] datur.
In Roma Karolum diademate papa coronat;
  Francigenum nulli tantus adhaesit honos.
Francicus en princeps, Alamannicus Italicusque
  Sic tria sceptra regit; sufficit ipse tribus.
Huius sed soboles partitur iam tria iura;
  Hic unum retinens, cessit abesse duo.
Proles sed Karoli rex Francicus arte dolisque
  Hugonis capitur; sic perit ipse tronus.
Est huius generis septenus Gallicus iste,
  Rollandi socius scismatis atque doli.
Altera progenies Karoli, duo regna gubernans, f 152'.
  Vixit in imperii culmine, vivit adhuc;
Ex generis tanti praeclaro stemmate surgit
  Maximus hic princeps, flos procerumque decus;
Tollere iura patrum cui nititur Italiamque
  Clarus Alexander, scismate bella gerens.
Se Porum superare putat, ceu gemmea[c] vitis
  Atque columnarum sit sibi[d] praeda data[2].
Persarum Medosque duces Dariumque potentem,
  Hos superabit et hunc transferet ense neci.
At si Rollandus Karolum superare valebit,
  Istud inauditum nec polus ipse feret.
Sed Karoli sensum, virtutem continet haeres
  Eius, et his binis Itala sceptra reget.
Post caput abscissum vis corporis adnihilatur,
  Arboris est radix caesa, ruina gravis.
Si caput Italiae Romam princeps Alamannus
  Rollando tribuit, caetera membra sinat;
Sic radice carens, iam virtus imperialis
  Corruet, arboreus defluet ille decor.
Nolit sive velit Rollandus necne senatus,
  Progeniem Karoli subdita Roma feret.

a) At *ap. ed.* b) iura *ap* c) seu geminea *ap.*; gemmica *ed.* d) tibi *ap.*

1) Cf. II, c. 400, supra p. 166. 2) Haec sumi videntur ex Iulii Valerii historiae (Alexandri Magni) libro III. E.

Haec, caput imperii, nomen gerit imperiale;
Italiae princeps sic caput huius erit.
Scismatis huius erat consors pars[a] ipsa senatus,
Pellere iam cupiens imperiale iugum.
Sed legatorum Rollandi fit dolus alter,
Qui qualis fuerit, terminus ipse canit.
Huius pauper erat sociorum perfida turba,
Hoc sibi praelato, crescere sperat opes.
Ut[b] spes fixa manet, transgressis Alpibus, altas
Francigenum gazas Angligenumque petit.
Sic instans ovibus sociatur turba luporum;
Pastorum tamen est obvius ipse vigor.
Explorans igitur, quis sit pastoribus error,
Quae via, quis somnus, callida quaeque videt.
Si cautos, fortes, sapientes perspicit istos,
Linquit ovile, sibi prospicit, ire cavet.
Hos errore leves, faciles ad devia duci
Sive premi somno, si[c] scit, ovile subit;
Diripit, extinguit laceratque famemque sitimque
Sanguine, carne cibat, sic satiata redit.
Haud aliter Gallos Rollandi turba subintrat;
Pastores subicit primitus ipsa sibi,
Reges hosque simul per quaelibet avia ducit;
Possidet hos somnus, devius error habet.
Quae sibi firma fides, ubi sensus pervigil horum,
Credere tam leviter, cum latet ordo, modus?
Reges praeclaros, rectores ecclesiarum
Scismatis auctores in sua vota tenent.
Quodlibet hi fingunt, quaevis mendacia suadent,
Retoricis[d] vinclis torpida corda ligant.
f. 153. Me subversorem caeli confundere iura,
Dicunt, ecclesiae scismatis esse caput.
Pro noxa reputant, me principis esse propinquum,
Per vim, per gladios obtinuisse gradum;
Me voluisse putant Alamannis tradere Romam;
Urbs tamen est horum principis, idque sciunt.
"Papa suus, sanctus, simplex ac nobilis, exul
Me fugit armatum, persequor ipse virum".
Quod prius oblatum despexit pontificatum,
Quod me Roma sacrat primitus: ecce silent.
Quod libuit, suasit tunc Willelmus Papiensis,
Legister validus causidicusque potens;
Henricus[1] sibi Pisanus sociatur et Otho[2];
Scinditur a tribus his unica trina fides.
Gallia sic cedit, consentit et Anglicus ordo;
Pastores rapiunt in sua vota lupi.
Reicitur Victor, Rollandus papa vocatur;
Sic fraus necne scelus arsque lupina valet.
Hinc caulas ovium, pastoribus undique victis,
Intrat quisque lupus, quod valet ipse rapit.
Asciscunt socios, praedantur ovilia Christi,
Hinc ovibus moeror, risus at inde sibi.

a) par *ap.* b) Et *ed.* c) *sta ed.; deest ap.* d) Rector. *c.*

1) An idem qui de Baila vocatur Bononiensis apud Savigny, Historia iuris Romani t. IV, p. 286? PERTZ.
2) Glossator Papiensis. Cf. Savigny l. l. p. 377. PERTZ.

Aurea vasa petunt, argentea quaeque reponunt,
Serica vestis eis plus preciosa placet.
Fercula non refero tantarum deliciarum,
Pocula diversis inficiata modis.
Felix quisque sibi, cum sese protulit auro;
Vinum si superat, vir sibi quisque manet.
Nec memorare libet fastus varios equitandi:
Cum Romae fuit his vix geminatus equus,
Mulus, adulterium naturae, clarior extat;
Hunc sedet huncque trahit, dum sibi sessor abest.
Hos in equis cernens, rectores ecclesiarum
Raptores ovium nuncupat atque lupos.
Spumat equus; Gallorum gazas Alpibus infert,
Velleribus claris totus onustus abit.
Abstulit intrusor iam caesaris iste labores;
Roma caret Gallis Angligenisque suis.
Sic praeclara duo Rollandus regna subegit,
Ecclesiae partes sicque tirannus habet.
Scismate corruptum dampnet[a] sententia Petri.
Binos en gladios Christus adesse iubet
Ecclesiae: gladius regalis furta, rapinas
Punit, bella gerit, quaeque necanda necat;
Pontificis gladius anathemate percutit, urit,
Cauterio sanat, morbida foeda secat.
Hic ferit, occidit; ligat hic, confortat et ungit;
Exerit hic leges; hic pietate fovet.
Arida membra secat, putrefacta resolvit et aufert,
Ne sanies serpens vivida quaeque terat.
Membris corruptis iam tetrum sentit odorem
Orbis, et ex isto scismate manat odor.
Alpes transgressus, legatos iamque secutus,
En Rollandus adest; Francia servit ei. f. 153'.
Reges, pontifices seductos iam sibi stravit,
Fert in scisma suum quos sociare valet.
Huic nostros apices dignum transmittere duxi,
Ne sibi cernatur vir bonus absque dolo.
Sic duo propono: vel papae se mihi subdat,
Orbis iudicium vel subeamus idem.
Haec duo contempnens, rescripta tumentia mittit,
Dedignatur enim flectere colla mihi.
Sic errore suo iam plebes inficiavit,
Iam duo regna sibi subdidit; unde dolor!
Concilium praesens super hoc decernat, ut auctor
Scismatis ecclesia pulsus ab arce ruat;
Cum sibi subiectis anathemate percutiatur;
Iam gladii Petri prodeat ipse vigor'!

11.

Hisque peroratis, attollitur Octovianus;
Dignus apostolico culmine papa manet.
Praedicat hunc ordo cum principe pontificalis,
Regni tum proceres conciliumque simul.
Rollandum statuunt anathemate percutiendum
Fautoresque suos condicione pari.
Exurgunt igitur cum papa maximus ordo
Pontificum, clerus nobilis ipse simul.

a) dampnat *ed.*

Tum breviter Victor: 'Cum cancellarius esset [a]
Rollandus, subiit papa secreta necis;
Is post eligitur, sed respuit hunc sibi Roma;
Me rapit atque sacrat pontificemque vocat.
Huic dolor exurgit, repetit quod tempserat audax,
Fautorum studio se sacrat, immo necat.
Sic oritur pestis, sic orbem scismate turbat,
Dividit ecclesiam; pars sibi multa favet,
Nec mihi se subicit, nec iudicium generalis
Ecclesiae patitur, sed tumor instat adhuc.
Hunc igitur sociosque suos anathemate dampnat
Concilium praesens, orbis et ipse simul,
Hos etiam socios [a] simul excommunicat omnes,
Quos huic iungit amor scismatis atque scelus'.
Concilium tantum sub verbis solvitur istis,
Concilii tanti finis et iste fuit.

12.

Praesul Alexander, transactis Alpibus, esse
Se referens papam, Gallica regna venit;
Quos retuli sursum legatos regibus istis
Miserat, ut sese pro pietate ferant.
Expulsus patria, licet exul, praesul habetur,
Italiam virtus [b] imperialis habet.
Haec papam statuit, qui noscitur esse propinquus
Principis, ut per eum subdita Roma tremat.
Hunc tenet, hunc pellit princeps; sed amore, sed armis
Possidet is Romam, praesul at inde fugit.
Excipitur gaudens a tantis regibus exul,
Horum terra sibi pervia sive suis.
Regum, pontificum, cleri collaudat amorem;
Exilium patriam conspicit esse sibi.
f. 154 Expensis igitur quae secum detulit ille,
Ecclesias [c] statuit munera ferre sibi.
Omnibus indicit, quot libras ipse requirit;
Ut censum referant, mittit ubique suos.
Francos, Normannos, Pictavos, Andegavenses,
Anglos quaeque iubet ferre tributa facit.
Dedignatur in his Rodomensis maximus Hugo,
Dicit [d], inauditum criminis esse genus.
Libera sponsa subit census, precium generale;
Raptores patitur, quos [e] decet esse patres.
Angligenum primas et praesul Canturiensis
Deditus exequiis iam Theobaldus erat;
Beccensis prior hic, post abbas extitit annis
Binis, magnanimus [f], dives et esse sciens.
Is matrem regis cum natis semper amavit,
Semper obedivit, subditus hisque fuit.
1151. Hic Stephani regis natum quo iure sacraret,
Cogitur; id tempnit, vix fugit inde necem.
Mathildis nato conservabat diadema.
Fata trahunt illos; hunc citus ille sacrat.
Tangitur hic morbo, vitam cum corpore claudit;
Eligit hinc Thomam regius ille vigor.
Cancellarius is regalis, nominis alti,
Pontificis sedem suscipit atque gradum.

a) *deest ap.* b) nutus *ed.* c) ecclesiis *ap.* d) Dixit *ap.* e) et quos *c.* f) magnanimis *ap.*

Praesul Alexandro cum rubro dirigit album;
Pallam tunc recipit, qua ferat ipse iugum.
Annis is fuerat paucis a rege secundus,
Regia dum recipit aera, reservat, habet.
Terrarum census rationem rex sibi poscit
Solvere, sed summam sufficit ille minus.
Inter utrosque diu tractatis inde querelis, 1164.
Se minus is purgans, aequora sulcat, abit.
Narrat apostolico, Senonis quem clara tenebat,
Quis sit, quae tulerit, quae sibi causa viae;
Quaelibet in regem clarum mendacia fingit,
Se cathedra pulsum, vix fugiisse necem.
Quod latet in fundo reticet, quod praedia regis
Detraxit, rapuit, dulcia quaeque tulit.
Papa refert: 'Frater, cernis, quod sede repulsus
Exilium patior, tristia bella fero.
Nec mihi sive meis valeo nunc auxiliari,
Et tibi quid possum, cum tua causa gravis?
Casibus ex nostris perpendere te licuisset,
Ut, quantum deceat, regia iussa feras.
Me princeps sequitur, me depulit Octovianus;
Exulibus qualem deferat exul opem?
Te velut ex nihilo rex transtulit hunc ad honorem,
Huic a te fieri debuit omnis honos. f. 154'.
Te placidum regi tanto si semper haberes,
Donasset levius, si qua querela foret.
At contra procerum regis quoque tempnis amorem;
Ense carens, istos te superare putas?
Incassum sudaret homo decreta teneri
Ecclesiae; virtus regia cuncta terit;
Investituram sibi vindicat ecclesiarum;
Clerus vel monachi nil ibi iuris habent.
Ecclesiae causas ad se transferre laborant,
Ad laicos clerus cogitur ire viros.
Ecclesiae vires regum violentia fregit;
Hos statuunt, quosdam pellere dulce sibi.
Ergo quid nobis nisi flendo, dolendo, cavendo
Nunc hoc, nunc aliud, dissimulare licet?
Unde tibi, frater, pacienter ferre necesse est
Exilium, nobis quod fore cernis idem;
Nobiscum maneas; nam pacificabitur ira
Regis, et ecclesiae scismata tanta ruent'.

13.

Interea mediis in partibus intonat orbis,
Quod sibi concilium praesul uterque parat.
Concilii finis, modus extitit Octoviani[a]
Qualis[b], praeterito carmine Musa canit;
Quantus Alexandri fuerit, nunc ipsa docebit;
Tempus idem vidit, qualis et iste fuit.
Orbem turbari Romano scismate tanto,
Cernit Alexander, temptat adesse modum;
Se papam meminit, simul ecclesiastica iura
Pertractare cupit, pellere scisma novum.
Antiquos reparare status legesque recentes
Condere, Romanus praesul ubique valet.

a) Octav. h. l. c. b) Qualem ed.

1163 Partibus in cunctis quod quidquam iuris habebat,
Mittit, pontifices quosque venire iubet.
Anglica nobilitas undis transvecta marinis
Advolat, argenti copia multa simul.
Curia pontificis gaudet fulgere metallis;
Albo iure rubrum carius extat ei.
Pontificum coetus transmittit Gallica tellus,
Fastu multiplici[a] semita quaeque scatet;
Nec minus abbatum multorum pompa relucet,
Par opibus, cleri nobilitate minor.
Concilio proceres claros rex mittit uterque;
Quae statuantur ibi, noscere quisque cupit.
Munus uterque dedit; sunt huius mille salutes[1],
Illius ex gemmis aurea cappa[b] fuit.
Inclita Gallorum Turonis resplenduit istis
Syderibus, papam solis ad instar habet.
Mundi nulla polis illuxit clarius unquam,
Reges si geminos ipsa vidisset ibi.
Clara ministeriis divis hos suscipit aula,
Clarior hoc coetu nullus in Urbe[c] fuit.
f 155 Sedecies deni baculi stant pontificales[2],
Metropolitani sex simul atque duo;
Abbatum numerus centeni ter duodeni,
Sic decies septem, septies atque duo[3].
Hinc proceres clerusque simul numeroque carentes,
Principibus tantis aula repleta micat.
Primus Alexander Romano more politus
Incipit; eloquium fluminis instar adest;
Ps. 49,5 Dicta David pandens, sanctos quod congregat illi
Summo, multiplici verba tenore regit.
Willelmus sequitur, verbis radians, Papiensis;
Attulit is causam praesulis ante sui.
Post hunc Henrici Pisani sermo choruscat,
Rethoricis clarus floribus atque locis.
Hinc Rodomi praesul loquitur, post Eboracensis:
Metropolitanis extitit iste locus.
Hic siluit[d] Thomas antistes Canturiensis,
Ut minus edoctus verba Latina loqui.
Cessit apostolicus Arnulfo Lexoviensi
Concilium verbis irradiare suis[4].
Sed fluvius torrens, emergens fontis ab imo,
Vix reprimi valuit vocibus atque manu.
Pro fidei norma sic actis ante diebus,
Quis foret, ostendit quilibet ore potens.
Hos post sermones causarum turba subintrat,
Hic Digesta sonant Codicis atque vigor.
Orditur causam praesul post[e] Eboracensis;
Contra quem geritur, Canturiensis adest.
A puero doctus[f] studiis legisque peritus,
Concilio coram[g] tres tenet inde dies.

a) molt. *c.* b) cupa *corr. M.* c) orbe *ed.* d) silluit *c.* e) pos *c.* f) doctrinis *ap.* g) curam *ap.*

1) Xenia, oblationes. Heic quidem videtur nummi genus. MAI. 2) Alibi 124 episcopi, 13 cardinales praesentes fuisse dicuntur; Jaffé, Reg. p. 691. 3) i. e. vel 220 vel 396; alibi 414 afferuntur. 4) Extat hic sermo tum in novis Turonensis concilii editionibus (Mansi XXI, p. 1167) tum in Bibl. Lugd. patrum XXII, p. 1323. E.

Ingenio clarum se conspicit, ore politum; 1163.
Solus apostolicus iam sibi praesul erit.
Primatem regni se iudicat esse debere[a],
Ut prior electus necne sacratus ibi.
Causae consimilis fuerat dissensio pridem[b],
Quam sibi Lanfrancus subdidit atque suis.
Tempserat[c] huic subdi Thomas tunc Eboracensis[1],
Cum par diviciis, par et honore foret.
Romulidum praesul legatos mittit ad Anglos;
Res venit in medium, discutiturque modus.
Willelmi magni fuit hic[d] praesentia regis,
Anglia quem tremuit, cuius et arma tulit.
Affluit eloquio Thomas, panditque tenorem
Causae, rethoricis[e] arduus ipse modis.
Gregorii, dicit, decretis ista teneri;
Augustinus ita suscipit acta sibi.
At Lanfrancus ad haec respondens, ora resolvit;
Italici fontis profluit unda nitens:
'Constat, Gregorium de praesulis Eboracensis f. 155'.
Nil scripsisse loco, culmine, sede, gradu.
Summus apostolicus fuit Augustinus in Anglos,
Insula tota sibi subdita semper erat.
Pontifices, clerus, proceres regesque favebant[f];
Solus erat primas, subdita cuncta regens.
Has doctor gentis nobis transmisit habenas,
Possidet has sedes ipsius, arcet, habet.
Has et ego, canonum collato iure, recepi,
In tanti residens praesulis, ecce, trono.
Integra iura mihi solventur pontificalis
Culminis, antiquo tradita iure meis.
His qui succedent[g] mihi nil minuetur honoris;
Transmittam, fateor, firma statuta sibi.
Fallitur hic Thomas; nil attinet Eboracensi
Quod loquitur, causam Londoniensis habet.
Isto de solo papae rescripta leguntur,
De quo nulla mihi quaestio mota fuit.
Metropolis sedes haec dudum desiit esse,
Desiit et pallam mittere Roma sibi.
Thomae palla nitens est huius causa tumoris;
Par erit aut maior, si sibi forte licet.
At sedis primae ius permanet inviolatum;
Nulla superponi qualibet arte valet.
Gentis apostolicus sibi sedem contulit istam,
Augustinus in hac degere semper habet'.
Ex his Lanfranci constans oratio causam
Obtinet, assensu conciliumque favet.
Haec renovare volens Rogerius Eboracensis,
Turbine verborum cuncta sonare facit.
Se Dorobernensi[2] Thomae praeponit ubique
Verbis, ingenio, culmine, sede, loco.
Causam pertractans hanc tantis iuribus[h] auxit,
Iudicis ut papae mens stupefacta foret.

a) decere *ed.* b) *deest ap.* c) *i. q.* Contempserat. d) Hec *ap.* e) rethoricus *ap.* f) favebat *ap.* g) suscedent *c.* h) viribus *ap.*

1) Cf. Lappenberg II, p. 106. 2) i. e. Cantuariensi.

1163 Pluribus assumptis haec pertractata diebus,
Tandem fine suo clauditur, hocque modo
Terminat hanc praesul Romanus: dividit ambos,
Partibus alternis hos residere iubet.
Opponit sibimet, ne maior quilibet extet;
Sedibus aequales sunt in honore pares.
Dum sibi causa gravis, voluit supponere neutrum,
Ne praeiudicium quis pateretur ibi.
Causa diu dilata venit nunc Octoviani,
Concilii tanti finis et ipsa fuit.
Omnibus intentis in tanto pondere rerum,
Summus Alexander papa perorat ita:

14.

'Iuris apostolici[a] ratio perpendit, ut orbi
Provideat, causas dirimat atque regat.
Ex tantis rebus sibi maxima quaeque reservat,
Ut per se statuat, quid velit ordo rei.
Orbis causa gravis famam porrexit ubique;
Maior in instanti tempore nulla fuit.
Concilium super hoc mandavit nostra potestas;
Paruit, en, nobis gloria tanta patrum.
Grates innumeras refero sapientibus orbis,
Caelicus hic mecum quos sociavit amor.
f. 156. Gaudeo personas tot cernens pontificales,
Quorum consilio mundus et ipse viget.
Nulla scienda latent tot fontes philosophiae,
Singula vera vident, lucida cuncta sibi.
Nos igitur stellis tam claris irradiati,
Limite directo cernere cuncta licet.
Vobis id notum, Romanae gloria laudis
Quanta fuit, quae vis ipsius Urbis[b] erat.
Romulus hanc struxit, paulatim crevit ad alta,
Climata per mundi regia signa tulit;
Italiam sternens armis servire coegit,
Urbes contiguas subdidit ense sibi.
Hos populos terrore premens, alios sibi curvans,
Virtutis propriae longius arma dedit.
Sic armis, feritate, manu bellisque[c] superba,
Nominis invidiam sparsit ubique sui.
Hac virtute nitens, ad Caesaris usque triumphos
Clara venit, tanto clarior ipsa viro.
Clarus hic eloquio, sensu, virtute, triumphis,
Clarior in mundi climate nemo fuit.
Miliciae probitas, decus orbis luxque sophiae,
Regum sol radians, fulguris instar habens.
Gallos substravit, Britones iungens Alamannis;
Sudor in[d] his quantus, ipsius acta sonant.
Romulidum nemo tantos praesumpserat ausus;
Quod nullus valuit, belliger unus agit.
Is Romam rediens, poscit de more triumphum,
Urbs[e] negat: invidiam gloria tanta tulit.
Pompeius Magnus, Scipio totusque senatus
Praelia contempnit Caesaris atque faces.
Caesar ut haec audit, sensit sibi bella parari;
Senserat id dudum, dissimulare sciens.

a) apostolica *ap.* b) orbis *ap.* c) bellique *ap.* d) *deest ap.* e) Urbis *ap.*

Italiae claram Ravennam pervenit urbem; 1163.
Undique stant proceres miliciaeque duces.
Magnas Italiae post idem continet urbes;
Pompeius simili pro[a] feritate furit.
Bello conflato, vincuntur Pompeiani;
Pompeius fugiens littora tuta cupit.
Exul Alexandri Magni contendit ad urbem,
Sed prius occisus tristia fata subit.
Lentulus hinc consul sub carceris ima necatur,
Mergitur hinc Scipio, se necat ipse Cato.
Sic cum Petreio sese rex Iuba peremit;
Caeditur Affranius Pompeiusque minor.
Caesar sic princeps effectus et Urbis et orbis,
Imperium solus cum probitate regit.
Nascitur imperii Romani splendor ab isto,
Romulidae laudis Caesar origo fuit.
Praecellens sequitur maiestas imperialis
Digni laude viri, vi, probitate, trono.
Splenduit in tantis personis gloria mundi,
In nullis aliis celsior ipsa fuit.
Cum ducibus tantis Romam devinxerat error, f. 156'.
Donec in extremo tempore vita venit.
Quae fidei lumen toto dum spargit in orbe,
Paulatim subicit regia colla sibi.
Principibus victis, superatur gloria mundi;
Religio crescit, perfidus error abit.
Sic lapis abscissus celso de virginis alvo
In pedibus statuam percutit, illa ruit.
A Constantino[b] fidei, pietatis origo
Nascitur, inde fides iam generalis adest;
Abluit hunc clarus Silvester fonte perhenni,
Huncque tumor procerum, gloria tota subit.
Sic caput evictum dum caetera membra sequuntur,
Per mundi radiat climata vera fides;
Ecclesiae princeps Silvester ab imperiali
Efficitur iussu; tunc sibi Roma datur;
Dantur et ecclesiae Romanae praedia clara
Siciliae, quibus haec vivere semper habet.
Imperialis vir Bizantia moenia tendit,
Urbem constituit nominis ipse sui.
Purpura cum Roma Silvestro traditur; omnis
Orbis subditur huic, quo patet ipsa fides.
At successores[c] huius quandoque tirannos
Passi, vix retinent[d] pontificale decus:
Italiam capit is, sic Romam diripit alter,
Armis Siciliam iam facit ille suam.
Nobilis hinc papa Stephanus de sede repulsus,
Auxilium quaerens Gallica regna venit
Pipinum Karolumque sacrat, secumque reducens,
Hastulfum superans, Itala sceptra capit.
Sic Romam recipit; Karolus post imperialis
Romulidum princeps iam tria regna tenet.
Italicus, Francus, Alamannicus extat in unum,
Dum Karolus vivens haec tria sceptra regit.

a) *ita* (= prob?) *c.*; prosperitate *ed* b) Cost. *ed.* c) successore *ap.* d) retinet *ap.*

1163. Huius progenies in bina sorte relicta,
  Unum, quae tria sunt, iam facit esse duo[1];
Pars etenim prolis Alamannos Italicosque
  Continet, at Francos altera iure regit.
Hinc Alamannus rex sibi vindicat imperialis
  Italiae culmen; subdita Roma sibi est.
En sibi subiectum Romanum pontificatum
  Esse refert, ac vi signifer Urbis erit.
Papam constituet quem vult aliumque repellet;
  Nil populus, sed nec clerus ad ista valet.
Me sibi pontificem Romani cura senatus
  Elegit; propria sede repellor adhuc.
Victorem statuit papam vis imperialis;
  Per varias terras, en, miser exul agor.
Successor Petri sic perdit et imperiale
  Culmen et officio nominis, ecce, caret.
f. 157. Papa vocor, nec digna gero iam pontificali
  Culmine, nec rerum pondera ferre queo.
Ecclesiam scissam video, coniungere scissa
  Non mea iam virtus, diva sed ipsa valet.
In duo divisus iam deficit orbis ab imo;
  Unum si teneat, tum duo scissa ruent.
Concilium celebrat praecellens Octovianus[a]
  Huic Alamannus adest Italicusque nitor.
Summus ibi princeps, cuius manet ille propinquus,
  Imperii summi gloria tota simul.
Italiam linquens, horum dum tela pavesco,
  Vix mortem fugii, Gallica rura colo.
Armis persequitur me virtus imperialis,
  Me gladiis temptat scindere papa suus[b].
Percutit ille tumens anathemate nos sociatos,
  Quosque videt pridem tempnere scisma suum.
Nobis solvetur benedictio[c] pro maledicto;
  Qui benedictus erit, nunc anathema subit;
Inque caput proprium maledictum iure relatum,
  Iure[d] vicem reddit, quam prior ipse dedit.
Scismaticus Victor anathemate percutiatur!
  Iungimus huic etiam quos sibi scisma refert;
Excipitur princeps a nobis imperialis,
  Quem seduxit amor sanguinis atque dolus'.

15.

Clarus Alexander causam concludit in istis;
  Laudat concilii splendidus ordo virum,
Iudicat hunc papam, sit quamvis pauper et exul,
  Quae duo virtutis laude nitere solent.
Exurgens igitur praesul cum pontificali
  Ordine, sic astans concionatur item:
'Scismatis auctorem tanti sentencia nostra
  Percutit, ecclesiae qui sibi stravit oves.
Concilium praesens anathematis Octovianum
  Iudicio dampnat scismaticosque suos.
Imperii princeps a nobis excipiatur,
  Quem super his nobis conciliare volo'.

a) Otov. *c.*, *et ita post.* b) suis *ed.* c) benedicio *c.* d) Dum *ed.*

1) Cf. II, v. 430 sqq., supra p. 167.

Concilium tantum finem sortitur in istis; 1163
Pontificum coetus dissociatus abit.
Dum sua quisque petit, plangit, quod multa reliquit:
Romulidum papae curia semper eget.
Argentum retinet praesul, conservat et aurum;
Concilii, reor, haec causa secunda fuit.
O rerum miseranda nimis perversio talis,
Ecclesiae capitis dum ruit ipse status!
In duo divisus[a] Romani splendor honoris,
Orbis iam geminum perficit esse caput.
Corpore sic uno procedunt corpora bina;
En duo, non unus, amodo mundus erit.
Illius, en, caput est quem subdidit Octovianus;
Noster Alexander sic caput huius erit.
Dividit ecclesiam geminum iam scisma per orbem;
Illius aut huius scismatis omnis erit.
Concilium binum celebratur; praesul uterque f. 157'
Se mutuo dampnant, subdita cuncta simul.
Divisus sese nunc excommunicat orbis;
Huius quisquis erit, sic anathema subit.
Quicquid cuique placet tanto de scismate dicat;
Stat mihi iudicium: nullius esse volo.
Auro multiplici Romanis conciliatis,
Cum vario Romam munere papa redit. 1165.
Audit ut hoc princeps Alamannus et Octovianus[1],
Italiam veniunt, bella necesque parant. 1167.
Roma fremens intrare negat, concurrit ad arma;
Egrediens pars haec sternitur, illa fugit.
Trans Tiberim cives fugiunt, Rollandus et ipse;
Vix mortem fugit is, cive minante necem.
Siciliam[2] sese recipit; pietate fovetur
Regis, ibi plangens crimina degit adhuc.
Moenia cepit ovans exercitus imperialis,
Princeps subsequitur, Victor et ipse simul.
Principis imponit capiti Victor diadema[3];
Italiae dominus solus et Urbis hic est.
Italia princeps remeat, iam pacificatis
Omnibus. At[b] Victor praesul in Urbe sedet.
Guido Cremensis[c] Victori fata tenenti † 1164.
Succedit, validus rethor et ore potens.
Pluribus hic annis in culmine pontificali
Deguit, extremum claudit et iste diem. † 1168.
Subrogat huic alium[4] princeps praesente senatu,
Qui meritis, fidei lumine notus erat.
Imperialis apex[d] sic Itala sceptra retemptat,
Sic capit imperium[e]; fit sibi[f] Roma tronus.

16.

Henricus iuvenis, rex maximus Angligenarum, 1168.
Cinctus adhuc multo milite semper erat;
Clauserat armatis muris castella vel urbes;
Per sua iam nullis hostibus ire licet.

a) divus *ap.* b) et *ed.* c) Cremonensis *c.* d) lis apex *suppl. M. et P.* e) it *suppl. P.* (imperium *leg. Pabst*); Sic caput et mundi fit ibi *M.* f) ibi *c.*

1) Qui iam a. 1164. mortuus erat. 2) Beneventum. 3) Paschalis III, Victoris successor, Romae in capite imperatoris aureum circulum imposuisse narratur; v. Jaffé, Reg. p. 832. 4) Iohannem de Struma, Calixtum III.

1167. Rex Ludovicus regi contendere vitat;
Nam superexcellit viribus, ense, manu.
Tollere Normannis pertemptat iura paterna;
At rex cum cuneis obvius arva tenet.
Rex igitur bellum sibi cernit ubique parari,
Si Normannigenas vi penetrare velit:
Milite, diviciis, armis et viribus impar,
Paulatim refugit praelia, tela, necem.
Huius avi recolit claros cum laude triumphos,
Quos ex Francigenis detulit atque pater[a, 1].
Talia volventem timor urget, gloria pulsat;
Praevalet interius hic magis, illa minus.
Collaudant proceres, iam pacis iura reposci,
Miliciae virtus illius alta nimis.
Audax[b] natura Normannus, clarus in armis,
Praelia[b] nulla timens, cedere sede nequit.
Pondere bellorum Francus minor, ut docet[c] ipsa
Neustria, quam Danus cum feritate tulit.
f. 158. Angligeni regis terris stat Francia clausa:
Hinc timor armorum, virtus[d] at inde venit.
Principis et regis sociatur maxima virtus;
Hanc dux Saxoniae iungit amore, ligat.
Haec in pace simul sunt inspicienda, notanda,
Nam superare ducem praelia nulla queunt.
Consilium laudat procerum ratione notata
Rex, regina favet; quod iubet illa, stabit.
Post tantas igitur praedas, incendia, caedes,
Carmine quas taedet stringere, foedus adest.
Conveniunt reges, de pacis iure loquuntur;
Pars utraque petit; quae cupit illa placent.
Partibus his binis procerum pars parva fuisse
Dicitur, hos pacis foedera cuncta latent.
His sine nulla potest fieri concordia regum;
Conveniunt alibi, paxque[e] perhennis erit.
Discedunt reges, alias de fine loquendum
Pacis constituunt[f]; ponitur ipse dies.
Maximus interea regalis natus[2] amorem
Francigenis pandit Parisiusque venit.
Rex, proceres urbis, simul ecclesiasticus ordo
Obviat; huic maior gloria nulla fuit.
Normannis placuit paucis, quod regia proles
Francorum petiit dissona corda sibi;
Nam se fortunae committere, non sapientis,
Sed sua qui fatis[g] contulit, esse solet.
Regius hic natus, peperit quem regia mater[3],
Francigenum quondam quae diadema tulit;
Foederis hanc aquilam rupti cognominat ille[4],
Qui divis[h] oculis tempora longa videt.
Francus ait: 'Nobis haeredes haec peperisset
Iam similes, primo consociata toro[i].
Neustria laetatur, genito sibi sydere trino;
Fulgura Francigenis sydera trina dabunt.

a) pater *ap.* b) *hi duo versus voce* non *adscripta deleri videntur.* c) decet *ap.* d) victus *ed.* e) parsque *ap.* f) cost. *ed.* g) satis *ap.* h) clivis *c.; in marg.:* aliter 'divis'. i) throno *ap.*

1) Ludovico VI, patre Ludovici VII. 2) Regis Angliae Heinricus. 3) Alienor. 4) Merlinus ap. Galfr. Monum. VII, 3, p. 95: *Deaurabit illud aquila rupti foederis et tertia nidificatione gaudebit.*

Dirigit hos nobis rex Anglus, ut alta doloris
Vis animos penetret vel timor ipse premat[f].
Haec dum Francigenum quorumdam corda revolvunt,
Parisius iuvenem claudit, honorat, habet.
Hunc[a] licet[b] obsequiis veneretur amore paterno,
Se[a] tamen in casu ponere nullus habet.
Concilii regum clero populisque[c] iocundus
Advenit ecce dies, undique turba fluit. 1169.
Pisseios[1] campos veniunt utraeque[d] phalanges,
Hinc Normannus adest[e], Francus at illa tenet.
Natus adest regis, quem secum tempus ad istud
Rex tenuit Gallus, laetus amore patris.
Foederis inde modum, finem rex pandit uterque
Principibus coram praesulibusque suis.
Hinc Britones assunt, assunt[f] et Pictavienses,
Regibus in pacto se sociare volunt.
Est modus hic pacis: Natis regalibus altis*,
Aetas cum tulerit, det sua iura pater;
Tum Normannigenas regat is sub iure paterno,
Tempore qui maior primus et ipse throno
Nomen avi tenet[2]; alter[3] erit comes Andegavensis,
Pictavius consul, dux Acquitanus erit.
Filia regalis datur huic[4], Tholosa notatur,
Miles ut hic fiet[g], iuris et eius erit.
Decernet super hoc Francorum curia, consul f 158'.
Aegidii veniet Pictaviusque comes.
Francigenum regi subiecti, iura paterna
Hi tres iure regant serviciumque ferant.
Dum pater id tempsit, praesens discordia venit;
Serviat en natus: pax sibi semper erit.
Partibus ambabus tum regibus haec placuere,
Dulce manet cunctis pacis adesse modum.
Anglus rex igitur terrarum cedet habenas
Natis, cum tulerit tempus et ordo rei;
Pro sibi collatis terris tunc quisque laboret,
Subditus hinc Francis, serviat ense, manu.
Interea pax firma stabit, dum tempus adultis
Adveniet, Gallus rex simul ista feret.
Diriget et natam, binis ut fratribus assit
Bina soror, vigeat quo magis arctus amor.
Consertis manibus rex pacem firmat uterque,
Perpetuum foedus amodo pacis erit.
Urbes, regna, thronum communi iure tuentur,
Hostibus alterius quisque paratus erit.
Postque fidem regum proceres tum foedera iurant;
Gaudet utraque phalans. Finis et iste fuit.
Francorum proceres proprio cum rege precantur
Pro Dorobernensi praesule, rexque favet:

*) *In marg.:* scilicet Henrico, primogenito Henrici regis Angliae, et Margareta, filia regis Franciae[5].

a) *hi duo versus in marg. suppl. c.* b) his *ap.* c) que *deest ap.* d) uterque *ap.* e) ades *ap.* f) *deest ap.* g) fiat *ed.*

1) Poissy ad Sequanam, infra Parisios. 2) Heinricus. 3) Richardus. 4) Ala Richardo desponsata est, sed hic eam non duxit; altera vero Ludovici filia Margareta Heinrico nupsit. 5) Sed de filiis regis Henrici hoc versu agitur.

Quod decessorum mos regi detulit Anglo
  Deferat, ac[a] liber iam sua iura petat.
'Ecclesiae propriae salvo sibi iure redibit
  Praesul', ait, 'solvet quod sibi constat honor'.
Rex infert, se nolle novos inducere mores;
  Id solum faciat, quod sibi iure decet.
Lanfranci cathedram sedet Anselmique beati;
  Is proavi praesul, sic fuit alter avi;
Hos placuisse Deo virtutum culmine constat,
  Regis quisque sui debita iura tulit.
Iste Deo solvat soli quod Numinis extat,
  Solvat et ex terris regia iura sibi;
Vota Deo reddat, regi quae caesaris extant.
  Quod sancti faciunt, solvere quemque licet.
Reddere iura sibi si dedignatur avita,
  Exul ab Angligenis iure perhennis erit.
Hoc ius, haec ratio sibi constat, praesulis autem[b]
  Quaenam sit, procerum iudicet ipse chorus.
Iurat Francigenum rex sanctos Bethleemitas,
  Quod Dorobernensis nil rationis habet;
Pontificum sedis propriae vestigia servet
  Ac in sede sua pacificatus eat.
Quod rex Anglorum repetit, conservat et ipse.
  Pontifices Galli regia iura tremunt.
Thomas conticuit, meditatur regia dicta;
  Nescio quid voluit, retro redire timet.
Talem sortitur regum discordia finem;
  Praedo latet, miles lugeat, arma iacent.*

EXPLICIT NORMANNICUS DRACO.

*) *Nota codicis:* Sed non diu iacuerunt res etc.

a) at *ap.* b) ante *ap.*

EX CHRONICO QUOD DICITUR WILLELMI GODELLI.

Auctor chronici a nativitate Domini usque ad a. 1173, *ante a.* 1180. *compositi*[1], *ex quo exigua excerpta damus, dicit de se ipso ad a.* 1144: Hoc eodem anno ego servorum Christi novissimus, qui totum hoc opus ex variis historiis compilando compegi, monasterium intravi aetate iuvenculus, genere Anglicanus, *et de Hugone Senonensi archiepiscopo (a.* 1145—1168*) loquens addit:* Ab hoc ego ipse omnes ordines suscepi preter presbiteratum, *et ad a.* 1171. *de Petro archiepiscopo Bituricensi (a.* 1141—1171*) mortuo tradens:* a quo et ego qualiscumque monachus presbiter ordinatus sum in Bituria in vico cui Leprosus nomen est in ecclesia sancti Silvani episcopi et confessoris. *A.* 1172. *iter in Germaniam, videlicet in Rhenanas regiones, suscepit*[2], *domicilium vero eo tempore in Bituria, quod cum nota modo allata convenit, habuisse videtur*[3].

*In ultimo folio (*68'*) codicis unici qui librum continet legitur haec nota manu saec. XIII. vel XIV.*[4] *scripta:* Hec cronica Willelmi Godelli monachi Sancti Martialis Lemovicensis istoriographi. *Hoc vero omnino falsum esse, auctorem nequaquam fuisse monachum Lemovicensem, sed ordinis Cisterciensis in provincia Senonensi professum, iam alii*[5] *animadverterunt. Equidem nihil dubito, quin in abbatia Pontiniacensi prope Autisiodorum sita vixerit*[6], *antequam presbyter vico Bituricensi ordinatus sit. Itaque nota illa prorsus reiicienda est, ac statuendum, nomen auctoris nobis esse ignotum*[7].

Libro componendo chronista maxime Willelmi Malmesburiensis Gesta regum Anglorum, Odoranni et Clarii monachorum S. Petri Vivi Senonensis necnon Petri Bechini Turonensis chronica exscripsit. Fragmenta chronici edita sunt SS. rerum Gall. X, p. 259 *sqq., XI, p.* 282 *sqq., XIII, p.* 671 *sqq., ex codice Parisiensi Lat. nr.* 4893, *mbr., saec. XII. ex.*[8], *quocum excerpta nostra V. Cl. A. Molinier contulit.*

O. Holder-Egger.

1) Dicit ad a. 1135. de Philippo II. rege a. 1180. coronato: *qui nunc regni coronam expectat*, et ad a. 1137. de eius patre Ludovico VII: *qui nunc rex pius superest.* 2) V. infra ad a. 1172. 3) Hoc apparet ex signo caelesti in Bituria a. 1172. viso, in editione omisso. 4) Saec. XII. ex. vel XIII. in. secundum V. Cl. Molinier, secundum 'Hist. litt. de la France' XIII, p. 589. vero demum saec. XIV. 5) Leboeuf in 'Journal historique de Verdun' 1756, p. 122; SS. rerum Gall. XIII, p. 671 n. a; 'Hist. litt.' l. l. 6) V. a. 1114. abbates Pontiniacenses enumeratos, a. 1151. 1164. 1165. 7) Ii enim quos modo laudavimus parum iuste nomen ibi notatum ut verum auctoris retinuerunt. — Ex continuatione Userchiae (SS. rerum Gall. XXI, p. 760) saec. XIII. in codice addita apparet, librum tunc temporis fuisse huius abbatiae, quae S. Martiali Lemovicensi subdita erat. Huius coenobii ergo monachum quendam Willelmum Godellum res gestas scripsisse discimus, cui vero illud chronicon monachi Pontiniacensis falso attributum esse, apparet. 8) Post ipsum chronicon sequuntur f. 60—68: Catalogus paparum usque ad Alexandrum III. et postea deductus ad Innocentium IV; Provinciale totius orbis; Catalogi archiepiscoporum Senonensium, Bituricensium — in quorum dioecesibus auctor vixit —, Cantuariensium.

EX LIBRO III.

Clar. Successit[1] in Senonica sede domno Sewino reverendus Leothericus, cuius electionem aliqui malevoli impedire et annihilare nitebantur. Quod cum audisset preceptor quondam suus, tunc vero papa Romanus Iohannes[2], qui et Gerbertus, gavisus de discipuli sui dilecti Leotherici promotione, auctoritate sua constantissime antedictam electionem roboravit. . . . . . .

Will. Malm. II, 167. Iohannes vero XVI. papa Romanus post 10 menses lacrimabiliter satis vitam finivit. Succedit ei Silvester papa annis 4 et mensibus 5. Hunc dicunt quidam[3] Gerbertum fuisse; quod utrum verum sit, certum non habeo. Fertur enim de Gerberto hoc, quod fuerit primo monachus Sancti Benedicti Floriacensis[4]; sed quia nimis cupidus honoris et temporalis proprietatis, ut dicunt, fuit, deceptus a demone adeo fertur, ut hosti antiquo homonagium faceret[5], quatinus per eius potestatem ad libitum suum voti sui compos efficeretur. Loquebatur etenim cum eo hostis ipse, et ille eius obsequiis insistere non verebatur. Huiusmodi pessimo federe inito, explevit ei pro voto que poscebat; et licet exterius pareret, intro quam sublimis efficiebatur, videlicet quia regibus servierat et ab eis talem gratiam fuerat nactus, permittente tamen Domino, qui de nostris malis solus novit operari meliora. Ceterum adeo factus est miser ille, ut ab hoste expeteret et hosti ascriberet, quod, etsi hostis suggestione et placita voluntate acceleratum est, non tamen nisi Dei voluntate vel permissione illi ad effectum perductum. Primo itaque Remensis archiepiscopus, secundo Ravennensis archipresul, postremo urbis Rome papa effectus est. Inter hec interrogans hostem de fine suo, responsum ab eo accepit, quod non esset moriturus, donec in Ierusalem celebraret mysteria divina. Quod cecus papa audiens, gavisus est, reputans apud se, tam longe se esse a fine suo, quam se sentiebat longe ab huiusmodi peregrinationis voto ac voluntate. Post hec proxima mediante quadragesima ex more pape missam celebrans in palatio Constantini, in capella que dicitur Ierusalem, subito intra sacra mysteria sibi adesse sentiens mortem, suspiravit et ingemuit; et licet nequissimus et sceleratissimus, seram non° credens in vita hac penitentiam, speravit et promeruit veniam. Precepitque, ut dicunt, se particulatim detruncari, ut temporali supplicio extingueret dolores eternos[6]. Factum est ut imperavit, et Deus, ut promiserat, penitenti veraciter veniam non negavit. Sepultus ergo Rome est, et super eum huiusmodi epitaphium inditum:

Scandit ab R Gerbertus ad R post papa vigens R[7].

Huius vero nunc antistitis sepulcrum fertur tale indicium de Romani pontificis morte conferre, ut paululum, antequam ipsius instet finis, tantam de se humoris inundantiam effundat, ut in circuitu sui lutum faciat. Si vero cardinalis aliquis vel persona quelibet magna in cetu clericorum summe sedis migrare per mortem debet, super se sepulchrum tantum aque emittat, ut irrigari videatur. Hec de prefato Gerberto papa ab aliis audivi; utrum vero sint subnixa veritate, lectoris arbitrio inquirenda derelinquo. . . . . . .

EX LIBRO IV.

Anno Domini 1037. Henricus imperator Romanorum imperat. Hic famosissimus et inclitus fuit, de quo merito dici potuit: *Omnia Cesar erat*[8]. De hoc multa mira leguntur[9]. Will. Malm. II, 187 Hic uxorem habuit Conildam, filiam Magni Cnuttonis regis Anglorum. . . . . . .

1056. Anno Domini 1054. Henricus Romanorum imperator, vir temporali gloria sublimis, ib. II, 194 gener Magni Cnutonis regis quondam Anglorum, 18. anno imperii moritur, anno Henrici regis Francorum 23, ind. 7; cui alter Henricus succedit. . . . . . .

Anno Domini 1098. . . . . . . Hoc eodem anno in regno Theotonico nascitur puella, que virgo permansit in evum; cui tanta celitus gratia data est, ut ab angelis discat in celestibus mirabilem doctrinam, quam ipsa illiterata etiam litteris mirabiliter inseruit, quam ego vidi anno Domini 1172[10]. . . . . . .

Anno Domini 1099. . . . . . . Hoc eodem anno Urbanus papa moritur, pontificatus 1107. sui 12, mense Augusto. Succedit ei domnus Paschalis papa. Hic Gallias venit et ecclesiam beate Marie castri Dolensis[11], que Mamilla beati Petri vocata est, dedicavit; qui postea in

1) Haec certe ex Clarii chron. fluxerunt; sed verba penitus mutata sunt. 2) Sic *(Iohannes qui et Gerbertus decem menses. Hic turpiter vitam suam finivit)* Will. Malm. II, 167, SS. X, p. 461. 462. 3) Clarius a. 1000, apud Duru II, p. 498. 4) Will. Malm. l. l. 5) Cf. Döllinger, 'Papstfabeln' p. 158; sed iam Will. Malm. l. l.: *perpetuum pasciscitur hominium.* 6) Cf. Will. Malm. l. l. c. 172, p. 464. 7) Cf. Sigeb. ad a. 992. 8) Epitaphium eius apud Will. Malm. II, 199. incipit: *Caesar tantus eras quantus et orbis.* 9) Apud Will. Malm. II, 188 sqq. 10) V. infra ad hunc annum. 11) Déols vel Bourgdieu.

expedicione[a] positus imperatoris graviter peccavit, sed recognoscens delictum suum, optime 1111.
emendavit et reconsiliatus est ecclesie Dei. Privilegio et auctoritate apostolica iste Cisterciense cenobium roboravit et sub beati Petri protectione suscepit. . . . . . .

Anno Domini 1106. concilium celebratum in urbe Pictavensi fuit. . . . . . Clar.

Anno Domini 1107. Paschalis papa concilium celebravit apud Trecas. . . . .

Anno Domini 1109. . . . . . . Henricus imperator Romanorum floruit. Hic accepit uxorem filiam Henrici regis Anglorum. Post hec dimittens eam[1], ipse non comparuit. Cui successit Liuthericus imperator. . . . . . .

Anno Domini 1115. . . . . . . Hoc anno tria concilia celebrata sunt in Galliis: primum Remis, secundum Belvaco, tertium Catalaunis . . . . . .

Anno Domini 1118. . . . . . . Paschalis papa obiit. Gelasius successit.

Anno Domini 1119. Gelasius papa moritur apud Cluniacum; succedit Guido Viennensis archiepiscopus, filius Stephani comitis[2], qui Calixtus papa dictus est. Hoc eodem anno ib.
Calixtus papa concilium celebravit Remis 12. Kal. Novembris, ubi excommunicati fuerunt simoniaci universi et qui exigunt pretium pro sepultura vel crismate[b] vel baptismo.

Anno Domini 1120. . . . . . . Hoc anno celebratum est concilium 15. Kal. Novembris a domno Conone Prene- ib
stino episcopo et sedis apostolice legato Belvaco, qui trium provinciarum legatus fuit, Rotomagensium, Senonensium et Remensium . . . . . .

Anno Domini 1124. Calixtus papa obiit; succedit Honorius papa.

Anno Domini 1128. . . . . . . Guillelmus comes Flandrie dictus Longa-spata obiit.

Anno Domini 1130. Honorius papa moritur. Duo ordinantur, Petrus vocatus Anacletus et Gregorius diaconus cardinalis Sancti Angeli, qui papa Innocentius dictus est. Hic Gallias venit et tandem prevaluit.

Anno Domini 1131. Innocentius papa Gallias venit. . . . . . .

Anno Domini 1138. scisma Petri Leonis, ipso miserabiliter moriente, adnichilatum est, et pacis unitas ecclesie Dei, Deo donante, confertur. . . . . . .

Anno Domini 1139. Iohannes de Temporibus moritur, qui vixerat annis 361 a tempore Karoli Magni, Petr. Bech.
cuius armiger fuerat. . . . . . .

Anno Domini 1143. Innocentius papa moritur; successit Celestinus papa, et huic successit Lucius papa.

Anno Domini 1144. Lucius papa moritur; successit Eugenius papa. Hic monachus de Clara-valle et domni Bernardi[c] prefati abbatis discipulus fuit, vir tam honore quam eterna memoria dignus. . . . . . .

Anno Domini 1147. Conradus imperator Romanorum et Ludovicus rex Francorum cum innumerabili exercitu in pentecosten iter Ierosolimorum arripiunt.

Anno Domini 1148. Malachias Hybernorum archiepiscopus 4. Nonas Novembris apud Claram-vallem moritur. Hic mortuorum resuscitator et multorum miraculorum patrator etiam extitit. . . . . . .

Anno Domini 1153. domnus Eugenius papa moritur. Hic mirabilis vir iustitie et pietatis amicus plurimum ecclesie Dei profuit in tempore suo; miraculis etiam gloriosis sepulcrum illius illustratum est. Successit ei Anastasius papa mense Augusto. Hoc eodem anno 13. Kal. Septembris moritur domnus Bernardus Clarevallensis abbas, cui gratie plurimum contulit Altissimi virtus; famosus enim in suo seculo fuit, doctrina ac sanctitate preclarus.

Anno Domini 1154. Anastasius papa moritur, senex valde et plenus dierum. Succedit ei Adrianus papa, qui primo abbas Sancti Rufi, deinde Albanensis episcopus fuit nomine Nicholaus. Hic fuit genere Anglicus.

Anno Domini 1156. . . . . . . Elisabeth sanctimonialis vidit visiones multas de gloria 11 milium virginum. . . . . . .

Anno Domini 1159. Rome Adrianus papa moritur Kal. Septembris. Succedunt duo, gravi scismate ecclesiam disrumpentes. Primo electus est Rollandus cancellarius, qui papa Alexander dictus est; rennuente illo, Octavianus quidam cardinalis, quibusdam sibi faventibus, Victor papa acclamatus est. Hinc multa mala exhorta sunt; sed pars Alexandri pape sanior et maior fuisse visa est. . . . . . .

Anno Domini 1162. . . . . . . Alexander papa Gallias venit et a regibus, Francorum videlicet et Anglorum, susceptus est.

a) *sic c.*; compeditione BR. b) scrimate *c.* c) Bernadi *c.*

1) Nota errorem singularem auctoris. 2) Frater Stephani ac filius Guillelmi I. comitis Burgundiae, cognomento Magni. BRIAL.

Mai 19. Anno Domini 1163. Alexander papa concilium celebrat Turonis in octavis pentecostes; scismatici excommunicantur. Hoc anno Alexander papa Senones[a] venit 2. Kal. Octobris et mansit per annum et dimidium. . . . . . .

Anno Domini 1165. Alexander papa consecravit Lugdunensem archiepiscopum Guischardum, qui fuit Pontiniaci secundus abbas[1], apud Montem-pessulum. Deinde Romam reversus est et cum magna processione a Romanis susceptus est. . . . . . .

Anno Domini 1167. Imperator Romanorum Fridericus, qui Conrado successerat, odio domni Alexandri pape Romam obsedit, cuius exercitus pene omnis peste interiit, ipse cum paucis ad sua cum ingenti tristitia reversus est. . . . . . .

Anno Domini 1169. in Cicilia urbs Cathania ita diluculo ante horam primam terre motu subversa est 2. Non. Febr., acsi per centum annos non fuisset habitata. Ubi et episcopus[2] et clerus et abbas de Mileto cum 40 monachis et omnis populus, circa 15 milia hominum[3], morte repentina perierunt. Cetera etiam castra et munitiones per Siciliam hora eadem cum innumerabili populo everse sunt.

Anno Domini 1172. . . . . . . Hoc anno vidi in Alemannie partibus feminam provecte etatis[4], virginem, cui tantam gratiam contulit virtus divina, ut, cum ipsa laica et illiterata sit, mirabiliter tamen ab hoc mundo rapiatur frequencius et in summis discat non solum quod postea in imis dicat, set pocius, quod satis mirabile est et inauditum, etiam scribendo Latine dictet et dictando libros catholice doctrine conficiat; libros etiam eius vidi et legi, quos ipsa, ut dixi, illiterata Latine dictavit. Sexaginta denique compleverat annos in huiusmodi gratia, quando eam vidi. . . . . . .

a) Senon. *c.*

EX GAUFREDI DE BRUIL PRIORIS VOSIENSIS CHRONICA.

Gaufredus[5] *in villa Sanctae Mariae Clarimontis prope Exidolium comitatus Petragoricensis, patre Gaufredo de Bruil milite, circa a.* 1140. *natus, a.* 1150. *vel paulo ante parvulus scholis monasterii S. Martialis Lemovicensis traditus (c.* 53*), a.* 1160. *ibidem monachum professus (c.* 58*), a.* 1168. *presbyter ordinatus (c.* 66*), a.* 1177. *prior coenobii Vosiensis (Vigeois super fl. Vezère, distr. Corrèze) Sancto Martiali tunc subditi institutus est (c.* 78*). Qui a.* 1183, *a tempore Roberti regis Franciae, quo Ademarus Cabannensis librum suum finiverat, incipiens, historias rerum praesertim in patria Lemovicensi et monasterio S. Martialis gestarum conscripsit, in quo ordinis temporum non multa ratione habita, res ut libuit magis disposuit, genealogias dominorum illius regionis inseruit, sed et in alienis terris gesta non omnino neglexit. Librum pro historia illius regionis et moribus illius temporis cognoscenda utilissimum ac permagni faciendum iam ante a.* 1184, *Apr. absolvit. Sed copiosam luculentamque narrationem rerum a.* 1182. 1183. *gestarum libro iam edito post demum subiecisse videtur, cum in solis apographis I. du Bouchet et H. Iustelli a Labbeo adhibitis legerentur, non vero in antiquo codice tunc Tur-*

1) Cf. a. 1114. eiusdem, SS. rerum Gall. XIII, p. 674. 2) Iohannes. 3) Eundem numerum notat Hugo Falcandus, Muratori SS. VII, p. 342, qui haec multis verbis narrat. Cf. supra a. 1098. 4) Hildegardem de Bingen. 5) V. de eo 'Hist. litt. de la France' XIV, p. 337 sqq.

rium Lemovicensis provinciae et aliis duobus recentibus exemplaribus ab eodem visis. Cum ille codex antiquus deperditus videatur, adhibuimus apographa recentioris temporis, quae contulit V. Cl. Molinier:

1) *Cod. Parisiensem nr.* 13895. *saec. XVI.*

2) *Cod. Parisiensem nr.* 13894. *saec. XVII, cuius menda haud omnia annotavimus.*

Editionem paravit Labbe, Nova Bibl. mss. II, p. 279, *dicto codice et quatuor apographis usus. Ex hac fragmenta libri repetita sunt SS. rerum Gall. X, p.* 267. *XI, p.* 288. *XII, p.* 421. *XVIII, p.* 211[1]. *O. Holder-Egger.*

19. Translatio sancti Nicolai de Mirrea ad Barienses.

Anno dominicae incarnationis 1080[a], indictione 7. delatum est corpus predicandi presulis Nicolai de Mirrea civitate metropoli Lyciae ad Barium[b] in Apulia; quia vero Iohannes Barinae[c] archidiaconus ecclesiae de his latius scribit, ad alia succincte redeamus. Perinde tamen apud occidentales celebre nomen claruit Nicolai. . . . . . .

21. . . . . . . [Ordo[d] Carthusiensium sanctissimus incepit hoc tempore[e] per venerabilem[f] virum sanctum Brunonem, natione Almanum de Colonia Agripina, magistrum in theologia, cum sex aliis venerabilibus viris in diocesi Gratianopolitanensi sub[*] Hugo episcopo, qui fundator fuit huius ordinis].

27. . . . . . . Tempore quo divinae placuit[g] pietati liberare sanctam civitatem Ierusalem a Turcorum tyrannide imperabat Grecis Alexius, Romanis II. Henricus[**], Hispanis Hildefonsus, frater Sancii[h], Francis Philippus, filius Henrici, Anglis Guillermus, filius magni triumphatoris Guillermi, apostolicam vero sedem gubernabat vir predicandus, qui ante dictus est Oddo[i] monachus Cluniacensis, qui postea factus est episcopus Hostiensis[k], postmodum in summum sacerdotium[l] assumptus dictus est Urbanus secundus. Hic publicae predicationis causa Gallicas petiit oras, provocans populos Occidentis, ut ferrent auxilium filiis
Orientis. Assumptionem Sanctae Mariae Anicio[m.2] peregit, monasterium Sancti Roberti de 1095. Aug. 15.
Casa-Dei[3] in honore sanctorum Agricolae et Vitalis, quorum reliquias ibidem condam
Hrenco[n] episcopus Arvernensis collocaverat, 15. Kalendas Septembris consecravit. In festo Aug. 18.
sancti Thomae Userchiae[4] hospitatus est; 10. Kalendas Ianuarii Lemovicas devenit[***], mis- Dec. 21. Dec. 23.

*) sub — ordinis *des. L., ubi additur:* Hic ordo, teste beato Bernardo, inter omnes ecclesiasticos ordines primatum tenet, non ratione temporis, sed vigore sanctitatis; unde ipse vocat eum speciosissimam columpnam ecclesiae. Victor papa, dum esset monachus Cassinensis, per sompnium vidit Deum suae dignationi in solitudine Carthusianae habitaculum construentem, et dicitur, quod spiritu prophetiae pollebat.

**) 2 *add.:* dux Bavarie Saxo.

***) *Eadem narrantur loco, quem I. Besly, 'Histoire des comtes de Poictou' p.* 409. *'ex tabulario Lemovicensi', codice non indicato, imprimi fecit; quae cum Gaufredi narratione ex eodem fonte fluxerunt:* Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1095, indictione tertia, temporibus Philippi regis Francorum, Willelmi ducis Aquitanorum, Umbaudi quoque Lemovicensis episcopi et domni Ademari abbatis monasterii Sancti Martialis factus est conventus permaximus in civitate Lemovicensi diversi ordinis, utriusque sexus et aetatis. Huic nobili et precipuo conventui prefuit dominus Urbanus sanctae Romanae ecclesiae apostolicus cum archiepiscopis et episcopis abbatibusque secum comitantibus, qui eo tempore de partibus Italiae in Galliam advenerat pro diversis ecclesiae Dei utilitatibus rectaeque fidei statu maximisque negotiis christianae religionis. Precipua tamen adventus illius causa extitit, quia ecclesia Christi gensque christiana in partibus Orientis a perfida Saracenorum natione pervasa nimiumque afflicta, sub gravi persecutione manebat. Unde venerabilis papa per semet ipsum Gallias adiit, ut Gallorum gentem armis bellisque exercitatam precibus et monitis provocaret, quatinus sanctae Dei ecclesiae libertatem defenderet populumque christianum a iugo nefandae gentis liberaret, et pro amore caritatis peccatorumque suorum remissione expeditionem

a) 1057. al. 1087. 2. b) Barrum civitas metropolis in Calabria vel Apulie 2. c) Blernie 1; Barvie 2; Barnie a. e. Bariensis *L.; emendavi ut Iohannes se ipse nominat, Surius (Mai* 9) *VII, p.* 399. d) *haec des.* 1. e) scilicet anno 1086. *add. L.* f) *deest L., ubi:* per Br. v. s. g) *deest* 2. h) Sanctoli 2. i) Odo 2. k) Ost. 1. 2. l) sacerdotem 1. *L.* m) vel Aniciensi *add.* 2. n) Renco 1. *L.*

1) In hoc tomo adhibitae sunt variae lectiones, 'apographo Chr. Iustelli appositae ex ms. codice olim Cl. Lascure canonici Lemovicensis' inter collectanea Baluzii Parisiis fasc. 4, nr. 2. 2) Le Puy. 3) Lachaise-Dieu, distr. Haute-Loire; cf. Jaffé, Reg. nr. 4172. 4) Uzerche, distr. Corrèze.

1095 Dec 25 sam de galli cantu dominicae nativitatis in ecclesia puellarum sanctae Mariae quae dicitur
ad Regulam decantavit, missam de luce in basilica regali apud Sanctum Martialem cele-
bravit. Inde triumphaliter coronatus, ad sedem[a] episcopalem rediit, ubi reliqua sollempni-
Dec. 29. tatis officia peregit. Altera die quae est post festum Innocentium cathedralem ecclesiam
Dec. 30. in honore prothomartiris Stephani dedicavit; sequenti die quievit. Pridie Kalendas Ianuarii
Dec. 31. basilicam regalem in honorem Salvatoris mundi consecravit eiusque antiquam libertatem nobilemque prerogativam novis privilegiis roboravit. Huic dedicationi, quae peracta est anno dominicae incarnationis 1095, interfuerunt plures episcopi, quorum nomina silentio non sunt tegenda: Hugo Lugdunensis*, Audebertus Bituricensis, Amatus Burdegalensis, Dagbertus[b] Pisensis, Rangerius Regiensis[1] hi omnes archiepiscopi; primus Bruno Signiensis[c], Petrus Pictaviensis, Radulphus** Sanctonensis[d], Raynaldus[e] Petragoricensis, Raymundus Ruthenensis, Humbaldus Lemovicensis, isti omnes episcopi. Hi, postquam Romanus pontifex aquam benedixerat, circa basilicam more ecclesiastico aspergebant. Dominus papa propriis manibus venerandum altare consecravit missamque super illud sollempniter celebravit. Inde ad benedicendos populos in publicum processit, quorum tanta erat illic multitudo, ut in circuitu civitatis citra unum miliarium nonnisi capita hominum viderentur. . . . . . .

39. De Roberto Guiscardo[f] et Rogerio rege.

. . . . . . Robertus Guiscardus[f], acquisitis civitatibus multis per Siciliam, Apuliam,
1085. Calabriam et Africam, maleficiis nurus et uxoris suae veneno periit consilio imperatoris Grecorum, Rogerio nepote relicto herede[2]. Qui Rogerius dux postmodum rex efficitur. Huius filius Guillermus rex de sorore[3] Sanctii[g] regis Navarrae genuit Guillermum, qui accepit filiam Henrici regis Anglorum[4].

1119. 42. . . . . . . [Contigit[h] preterea Romanum antistitem[5] Cluniaco venire mori ac sepeliri; qui ab abbate[6] visitatus, aciem oculorum prolixius in illum defixit[i]; dixitque ei abbas: 'Quid me aspicis'? Aeger respondit: 'Quia video in papatu moriturum'. Extunc animus Pontii gliscere cepit de presulatu, sperans se papam futurum iri. Sed fefellit eum dubia spes. Verumtamen in papatu mortuus est, non ut presul Romanus, immo captivus et peregrinus. Tumulato pontifice Cluniaco, archiepiscopum de Vienna[7], qui erat frater comitis[8]

maxima manu confertam ad Orientis partes moveret, quo nefandam gentem ab hereditate Christi
Dec. 23. repelleret. Cum ergo huius rei gratia Gallias perlustraret mense Decembrio, 10. Kal. Ianuarii venit in hanc civitatem Lemovicensem. Adfueruntque cum eo precellentissimi ac religiosissimi archiepiscopi et episcopi quam plurimi, quorum ista sunt nomina: domnus Ugo archiepiscopus Lugdunensis, domnus Audebertus archiepiscopus Bituricensis, domnus Amatus archiepiscopus Burdegalensis, domnus Dagbertus archiepiscopus Pisensis, domnus Rangerius archiepiscopus Regiensis[k], Bruno quoque episcopus Signiensis, presul quoque Pictaviensis Petrus, presul quoque Santonensis Ramnulfus, presul quoque Petragoricensis Rainaldus, presul quoque Rotenensis Rai-
Dec. 25. mundus, Humbaudus episcopus Lemovicensis; hi omnes cum eo Christi domini nativitatem celebraverunt. Et ipso die nativitatis diluculo cum omnibus illis ascendit ad ecclesiam domini Martialis et super altare sancti Salvatoris missam de luce cantavit et post sermonem habitum ad
Dec. 30. populum coronatus ad sedem sancti Stephani rediit. Die vero sexta nativitatis, quae fuit dominica, iterum ad monasterium Sancti Martialis venit, ibique diebus octo permanens, cum prefatis archiepiscopis et episcopis basilicam regalem, quam divae memoriae Ludovicus imperator, filius Karoli Magni, a fundamentis construxerat, sed postea tam conflagratione ignis quam variis casibus conquassata et a domno Ademaro abbate tunc istius loci interius exteriusque ad plenum refor-
Dec. 31. mata et ornata, apostolica auctoritate sollempniter dedicavit 2. Kalendas Ianuarii; et ipse quidem aquam benedixit, archiepiscopi vero interius exteriusque basilicam cum ipsa aqua perlustraverunt; deinde ipse domnus papa propriis manibus altare domini Salvatoris aqua benedicta lavit, crismate et oleo sancto perunxit, pignora sanctorum ibi reposuit et mox in ipso altari missam cantavit, innumera populi multitudine adstante, et in perpetuo diem illum sollempnem et celebrem dedicationis agi constituit.

*) domnus Hugo comes Lugdunensis primas Galliarum, domnus Albertus primas Aquitanorum, domnus Aymericus Burdegalensis metropolitanus, domnus Robertus Pisensis, domnus Rangerius Risensis vel Rivensis 2.

**) Arnulphus cognomine de Berbezillo *L.*

a) apostolicam *add. L.* b) Robertus 1. 2. *L.*, *sed hic annot.:* al. 'Dagbertus'. c) Sagiensis 2; vel Sagiensis *add.* 1. d) S. (Staranensis 2) vel Sistari(c)ensis 1. 2. e) Rinaldus 2. f) Guysch. 2. g) Sancii 2. h) *haec des.* 1. 2. i) deflexit vel defixit *L.* k) Pisensis *ed.*

1) Calabriae. 2) Errat auctor. 3) Margareta. 4) Iohannam. 5) Gelasium. 6) Cluniacensi Pontio. 7) Guidonem, dictum Calixtum II. 8) Stephani.

illius eiusdem urbis, summum pontificem statim cardinales elegerunt. Poncius his contradicere voluit, sed non valuit. Reatum presul indulsit abbati; rogatus deinde urbem propriam rediit]. . .. .

43. Vaticinium Ambrosii Merlini.

Imperator Henricus accepit Mathildem[a], filiam Henrici [huius[b] nominis] primi regis Anglorum[b*], quam ei genuerat nobilis filia[1] regis Scotorum qui dictus est David[2]. Tunc vaticinium Ambrosii[c] Merlini impletum putaretur dicentis: *Aquila eius super montem Aramnum*[d] *nidificabit*[3], qui est in Alemannia, nisi quod ipsa ex imperatore nullam suscepit prolem; quin immo spontaneum subiens exilium[e. 4], Conradum[5] habuit successorem. . . . . . .

46. Scisma.

Obeunte Honorio[f] papa, instituuntur duo[g], unus est Innocentius, Gregorius [quoque[h] 1130.
antea vocatus], alterque vocatus est Petrus Leo, ambo[i] illustres amboque Romani sunt[k]
cives; sed Petrus Leo, quia de nobilioribus erat, sedem urbanam obtinuit. Nam castrum
quod dicitur Crescentii fratrum ipsius potestati subesse refertur. Evoluto tempore adeptus
est Innocentius* sedem et factus est in pace locus eius, decedente Petro Leonis[l]. 1138

52. De Edissa et Terra Sancta.

Dolentes itaque Israelitae, quod captivassent [Edissam[m]] urbem Ismaelitae, arma, prout
tempus dictavit, sumunt et multa cum ambitione iter arripiunt. Horum animos valde incitabat
iste Bernardus abbas Clarevallensis[n], qui obiit anno ab incarnatione Domini 1153, et
Eugenius papa, cuius verbum usque ad ipsum regem Ludovicum pervenit. Quid replico
universa? Ludovicus rex, Conradus imperator, Adelfonsus dux Narbonensis cum infinita 1147.
principum ac populorum turba per terram Emanuelis imperatoris Grecorum Hierosolymam
tendunt. Qui videlicet imperator clandestinus eisdem insidiator extitisse dinoscitur. Exercitus
ille nihil omnino proficit[o], quia indisciplinate se[p] habuerunt, quapropter multi defecerunt
innumerabilesque perierunt propter iniquitatem suam; thesauros ecclesiarum, falsa
promittentes vadimonia, ante iter auferebant, infirmam plebem diris exactionibus affligebant,
pompatice secuti sunt et[q] superbi humilem Christum et erraverunt frustra a iusto cf Es. 29,21.
humillimo[q]. Hi omnes nec unam quidem cepere civitatem, cum foret, excepto rege et imperatore,
principum provinciarum numerus innumerus. . . . . . . Qui evasere post duos 1149.
annos et septem menses ad propria rediere. Tunc Ludovicus** cum uxore sua Alienora[r]
ab Hierosolymis rediens, coronavit Rogerium[6], nepotem Roberti Guischardi; qui Rogerius
ex stirpe illa regiae dignitatis insignia suscepit primus. Conrado per hos dies mortuo, 1152.
suscepit imperium nepos eius Fredericus, vir regium diadema probitate perornans. Hic de
uxore Beatrice genuit filios, quorum unum*** Arelate[s] coronavit in[p] regem. Haec Beatrix
filia unica extitit Rainaldi comitis, qui fuit frater Geraldi[7] de Vienna, patris Gaucherii de
Sollis[t. 8]. . . . .

Eugenius papa tunc temporis in urbe Remensium concilium aggregavit pontificum et 1148.
abbatum Galliae totius in undecim diebus. . . . . . .

55. . . . Anastasius†, successor Eugenii, anno illo consecratur et moritur[9]. Huic suc- 1154.

*) Gregorius 2. **) 1 *add.:* Pius cognominatus iunior. ***) *L. add.:* scilicet Henricum.
†) A. IV. Romanus monachus s. E. tercii Pisanus monachus a. i. 1.

a) Matild. 2. b) *haec des. 2. L., ubi* f. pr. H. r. b*) *deest* 2. c) *deest L.* d) Azanzinum *L.* e) consilium vel ex. 1. — et C. *L. codd.?* f) II. *add.* 2. g) tres 1. 2. h) *haec des.* 1. 2. i) ambobus tres 1. 2. k) conscripti s. *L.* l) Leonensi 2. *L.* m) *deest* 1. *L.* n) Cluniacensis 2; Cl. Abbas Cluniacensis ob. 1. o) proficitur 1. 2. p) *deest* 2. *L.* q) *deest* 1. r) Alienor 2. s) Arelato 1. t) Salins *L.*

1) Mathildis. 2) Malcolmus. 3) Apud Galfr. Monum. VII, 3, ed. San Marte p. 95, ubi *montem Aravium.* 4) Fabula est ex eo orta, quod Cluniaci quidam pseudo-imperator monachum professus est; cf. Rich. Clun. supra p. 80. et Sigeb. Cont. Praemonstr. a. 1138; unde apud Vinc. Bellov., Spec. hist. XXVI, 46. legitur: *Ipse autem, ut fertur a quibusdam, nusquam comparuit. . . . . De hoc autem imperatore quedam dicuntur, que fabulosa esse didicimus. Fertur namque, quod se quasi mortuum finxerit et occulte suorum presentiam fugiens, peregrinationem aggressus fuerit et ad ultimum monachus Cluniaci factus fuerit. Re vera autem, ut dicitur, quidam erat valde similis eidem imperatori et viribus corporis plurimum valens, qui monachatum Cluniaci suscipiens, Henricum imperatorem se esse firmissime asserebat.* 5) Immo Lotharium. 6) Cf. quae fabulosa Bernard. Thesaur., Muratori SS. VII, p. 766, de hac re narrat. 7) Geraldus fuit filius Guillelmi IV, comitis Matisconensis, fratris Rainaldi comitis Burgundiae. 8) Salins (Jura). 9) Consecratur a. 1153, Iul., moritur a. 1154, Dec.

cessit Adrianus* papa, qui extitit canonicus de Sancto Rufo**, et coronavit se feria septima***[1]. . . . . . .

Rege scilicet Rogerio decedente, regnavit filius pro eo Guillermus; dumque multis thesauris ac possessionibus frueretur, in ense regio scripsisse refertur[2]:

Siculus et Calaber, Apulus mihi servit et Afer.

1159 . . . . . . Nuper etenim scisma exortum fuerat in ecclesia Romana, defuncto superius dicto[a] Adriano. Ex una parte Rotlandus cancellarius electus vocatus est Alexander, ex alia Octovianus[b] quidam assumptus dictus est Victor. Octoviano[b] favebat Frederici imperium, Rothlando Gallia, Anglia et Oriens universus. . . . . . .

62. Mediolanum dividitur in quatuor. Translatio trium magorum Coloniam.

Imperator Fredericus his diebus a Longobardis, propterea quod ipsi eum impediebant, gravia[a] exigebat; quam ob rem multis eos preliis lacessivit urbemque Mediolanum per con-
1162 ditionem acceptam quadrifarie divisit. . . . . . . Magos tres beatos inde auferens, Coloniam Agrippinam civitatem[c] translatione eorum splendidiorem effecit. Horum nomina Gaufredus Burdegalensis archiepiscopus [his[d] versibus prodit:

Tarsensis precedit, Arabs subit, inde Sabeus.
Nomina sunt Gaspar, Baltazar, Melchior illis].

1167. Bello postmodum imperator appetens Romam, penetrat muros, cum magna parte monasterii Sancti Petri burgum igne cremavit. Christianus cancellarius Maguntieus archiepiscopus erat tunc, cuius presertim factione ista gerebantur. Verumtamen ultio divina exercitum imperatoris pessime postmodum prostravit. Preterea Fredericus corpus Karoli Magni elevans a terra, in capsa aurea infiniti pretii lapidibus decorata collocavit. Extunc auctoritate metropolitani[e] Coloniensis Aquisgrani solempnitas de eodem cesare augusto orthodoxo sicut de sancto agitur, quae prius fiebat de fideli defuncto. . . . . . .

65. . . . Regum nomina nostris qui temporibus imperant orbi modo describam. Primo loco precelsus ille ponatur Iohannes, qui regnis imperans magnis, humilitatis causa presbyteri sibi nomen aptavit. Huius principatus diversarum copias rerum, qualiterve plures ipsi serviunt reges et de archiprotopapatu, vel qua de causa pater eius Quis-ut-Deus dictus est, epistola Emanueli ab eo directa prodit breviter[3]. Secundo loco idem Emanuel Grecorum imperator. . . . . . . Tertio loco rex Italiae Fredericus nominatur, successor nepòsque Conradi, Romani imperii diademate clarus. . . . . . . Gornevalus[4] Danorum rex vocatur. Siciliae regnum his diebus Guillelmus, filius Rogerii, filio tradidit Guillelmo. . . . . . .
1166. [Rex[f] Ungarie Gonzalco a[g] Brunone baptizatus dictus est Stephanus. Qui[5] genuit Stephanum. Hic genuit Salomonem. Salomon genuit Andream. Andreas genuit Bela. Bela genuit Iosepha[6]. Iosepha genuit Stephanum et Bela, fratrem eius. Bela genuit Aimericum, quem[h] coronavit Nicolaus archiepiscopus Strigonii, Luce successor, in penthecosten, anno 1182. dominicae incarnationis]. Hungariae rex dicitur Bela.

1166. 66. . . . His diebus Mathildis imperatrix, monacha Fontis-Ebraudi[7], obiit, quae Grandimontensibus tunc triginta milia solidorum, et filius eius rex totidem pro ipsa dedit. . . . . . .

1174. 67. . . . *[Henricus II. rex Anglorum]*. Statim mari transmeato, Rothomagum venit; cuius adventu cognito, cives pre gaudio signa sonant ecclesiarum, concrepantibus tubis turrium universarum. Auditis his, rex Ludovicus et Philippus comes Flandrensis, qui cum rege iuniori Anglorum[8] urbem[i] obsederant, re tantorum gaudiorum cognita, obstupuere, presertim die altera, cum viderent regem extra urbem ire venatum. Quid multa? Rex Ludovicus, soluta obsidione, Franciam petit; defecerant quippe eis alimenta; Flandrensis remansit ad tempus consilio Petri[9] de Aria, prefecti sui, qui ei suggessit obsidionem non

*) 1 *add.:* Anglicus monachus. **) 1 *add.:* scilicet abbas Sancti Rufi de Valentia in Delphinatu. ***) 2 *add.:* non post multos annos decessit.

a) *deest* 1. 2. b) Octav. 1. *L.* c) *deest* 1. d) *haec des.* 1. 2. e) archiepiscopi metr. 1. f) Rex — incarnationis *des. L.* g) G. Bruno b. 1. 2. h) qui c. Nicolaum archiepiscopum Sigonii 1. 2. i) Rothomagensem *add. L.*

1) Electus Dec. 4, quae fuit septima feria, coronatus Dec. 5, die dominico. 2) Willelmo regi hunc versum Hist. ducum Normannorum, SS. XXIV, p. 838, alii auctores ut Willelmus Britto (infra) Rogerio, Richer. Senon. IV, 5, SS. XXV, p. 302, Friderico II. tribuunt. 3) Quam edidit Zarncke, 'Der Priester Iohannes' I, Lips. 1879. 4) Waldemarus I. 5) Haec erroribus sunt plena. 6) i. e. Geisa (III). 7) Fontevraud, dioec. Pictaviensis. 8) Henrico. 9) Roberti; cf. Sigeb. cont. Aquic., SS. VI, p. 414.

derelinquere, donec ad vulgi favorem infinitum expenderet aurum. . . . . . . Supradictus prepositus de Aria electus in pontificem Cameracensem infra breve tempus occiditur a clientibus Iacobi de Avesnes, qui zelotypiae furore oderat illum. Hunc comes exheredavit, quousque Iacobus eidem Flandrensi cum quindecim comitibus ac duobus ducibus iusiurandum dare vellet, sceleris huius se conscium non fuisse. Iste comes insulam quae dicitur Gravelina[a] subdidit sibi, quae regem olim habuisse dicitur.

68. . . . Venit[1] quidam dicens se esse episcopum Avellinae urbis, potestatis Guillermi regis. Fingebat se ab hostibus Alexandri papae captum, dum ad illum pergeret ac post vinculis[b] divinitus ereptum.

70. . . . Petrus Iterii de Virio solus ex militibus nostris ibidem[2] perimitur, Lambertus 1177 de Faventinas infra Brivam cum suis evasit in castro Malomortensi. Occisorum princeps Guillermus, clericus[c] [quondam, crudeliter trucidatus est. Hic cum eisdem sub Frederico Romanam olim vastaverat urbem, eratque oriundus ex Cameracensi castro quod vocatur Autbois]. . . . . . .

[9.[d] Kal. Augusti venit Fredericus coram papa Alexandro apud Venetiam, et incredibili Iul. 24. honore susceptus, ante illum prostratus, elevatus a pontifice et deosculatus est. Crastino festo beati Iacobi, feria secunda idem augustus ab ipso papa apud Sanctum Marcum sacram Iul. 25. percepit communionem. Nam Iohannes de Struma scismaticus, qui Guidoni de Crema vel Octoviano successerat, eidem apostolico se subdidit, pacemque largiente[e] Deo universalis ecclesia recuperavit]. . . . . . .

71. . . . Saeibrandus[3] . . . . . . Romam pergens, magna in synodo, quae habita est 1178. sub Alexandro papa presulum pene totius orbis in quadragesima, consecratus est a Garino 1179. Mart. Bituricensi archiepiscopo . . . . . . [Soluto[d] concilio, papa in pascha triumphaliter coro- Apr. 1. natus, munera Romanis largitus est optata]. . . . . . .

72.[f] . . . Die ipso paschae Nonas Aprilis a militibus Ademari, filii Sicardi de Marueil, 1181. Apr. 5. non longe a Monte-pislerio occiditur comes Provinciae[4] una cum Guidone de Seveyrac; quapropter magna exercuit mala Adelphonsus rex Aragonensis, frater defuncti. . . . . . .

Hebdomada eiusdem *[Augusti]* mensis ultima Alexander in urbe Castellana decedens, Lateranis tumulatus anno sui papatus 23. Feria 3. eligitur Humbaldus, qui pontifex erat Sept. 1. Hostiae et Veliternensis urbium. Sequenti dominica prima Septembris coronatur et insigni- Sept. 6. tur a Teudino episcopo [Portuensi[g]] et ab archipresbytero Hostiensi iuxta consuetudinem et ab universo populo vel clero laudatur Lucius III. Lucensis Tuscus vocatus. . . . . . .

73. . . . Immisit Deus in Aquitaniam[h] hostes crudelium populorum, quales patres nostri non viderunt a tempore Normannorum. Primo Basculi, postmodum Teuthonici, Flandrenses et, ut rustice loquar, Brabansons[i], Hannuyers[k], Asperes[5], Pailler[6], Navar, Turlannales[l], Roma, Cotarel, Catalans, Aragones, quorum dentes et arma omnem pene Aquitaniam corroserunt. . . . . . .

EX PARTE II.[m]

1. . . . Henricus senior[7] cum Henrico filio auxilium cum omni conamine ferebat Phi- 1182. lippo regi, contra quem principes Francorum, maxime Philippus Flandrensis comes, se erexerant[n]; sed Deo propitio pace inter eos solempniter firmata, senior Anglorum rex Aquitaniam petit. . . . . . .

4. Romae perinde mortalitas populum multum prostravit. Petrus legatus[8] die Kal. Augusti apud Ostiam, presente papa Lucio, decessit et in cenobio quod vocatur Fossa-nova tumulatur. . . . . . .

23. . . . Eo die[9] obiit Christianus Maguntiae archiepiscopus, cancellarius impera- 1183. toris. . . . . . .

27. . . . Fredericus pacem cum Longobardis fecit, qui auxerunt ei annuos redditus.

28. . . . Vigilia natalis Domini. . . . Crastino festum Lucius papa celebravit Anagniae. Dec. 25.

a) Grav. — dicitur *des.* 1. 2. b) miracula 1. 2. c) al. 'a clerico quodam' *add. L.*; quondam — Autbois *des.* 1. 2. d) *haec des.* 1. 2. e) largiens *L.* f) *hoc c. deest* 1. g) *deest* 2. h) Aquitania *Br.* i) Braibanso 2. k) Anoier 2; Hamnuyers *Br.* l) Turlau. Vales *L. Br.* m) *haec omnia des.* 1. n) *ita Br.*; erexerat *L.*

1) Lemovicas. 2) In proelio inter Brivam et Malamortem a. 1177, Apr. 21. commisso. 3) Lemovicensis. 4) Raimundus Berengarius III. 5) Illi vallis Aspe? BOUQ. 6) Palearii; cf. Ducange s. v. 7) Rex Angliae. 8) Card. presb. S. Chrysogoni. 9) Nulla dies indicata est; praecedit dies assumptionis S. Mariae (Aug. 15). Christianus obiit die Aug. 25.

EX ANDREAE MARCHIANENSIS HISTORIA REGUM FRANCORUM.

Andreas[1]*, ex monacho Aquicinctino, ut dicitur, prior monasterii Marchianensis factus*[2]*, qui Willelmo Andrensi teste 'octogenarius et amplius existens, omnem fere aetatem in religionis exercitiis et virorum illustrium gestis legendis et explicandis explevit*[3]*', regum Francorum condidit historiam tribus libris comprehensam, quam Petro episcopo Atrebatensi (a.* 1184—1203*) inscripsit et ad a. usque* 1196. *deduxit. In tertio libro componendo, qui de regibus stirpis Capetingicae agit, praeter Sigebertum et Anselmum, quos auctores ipse laudat, et eorum continuationem Aquicinctinam etiam historiam Francorum ex Hugonis Floriacensis libris confectam (ap. Chesnium IV, p.* 96 *sqq.; cf. SS. IX, p.* 343*) exscripsit, nonnulla vero inseruit ad historiam Flandrensem spectantia, quae partim ex Flandria generosa recensionis B sumsit, partim vero ex libro nunc deperdito hausisse putandus est*[4]*. His pauca adiecimus quae pontificum Romanorum vel ecclesiae Atrebatensis historiam illustrant, ultimum vero caput, ut libri compositio perspiciatur, integrum recepimus.*

In nonnullis codicibus adiecta est continuatio, quae et ipsa cum libro illo Aquicinctino a. 1201. 1225. 1226. *convenit, postea vero prope ad ea accedit, quae sub titulo continuationis Bergensis Bethmann (SS. VI, p.* 438 *sqq.) edidit, minime tamen ex hac sumta esse potest*[5]*. Willelmus vero Andrensis, qui chronicae a se conscriptae integrum Andreae librum inseruit (v. SS. XXIV, p.* 685*), neque additamenta illa recepit, neque codicem Bergensem exscripsit, ut recte b. m. I. Heller monuit (l. l. p.* 686*), longius etiam ab utroque recedit. Fortasse igitur notae Aquicinctinae iam deperditae tam ipsi quam Andreae continuatori et Bergensi compilatori materiam praebuerunt.*

Andreae libro et fortasse etiam continuatione usus est auctor chronici Hanoniensis quod dicitur Balduini[6]*. Complures locos etiam Iacobus de Guisia Annalibus Hannoniae inseruit (cf. 'Arch.' IX, p.* 362*).*

Codices quos adhibuimus hi sunt:

1*) Atrebatensis nr.* 453 *(antea* 364*) et Cheltenhamensis nr.* 11582 *(in fine: 'Iste liber ecclesie de Mareolo Atrebatensis diocesis'), eiusdem libri particulas exhibent, s. XIII. inc. nitide scripti (cf. 'Arch.' VIII, p.* 402*; 'N. Arch.' IV, p.* 597*). Ille* 56 *explet folia, hic* 8.

2*) Parisiensis nr.* 6570, *membr. s. XIII. in* 4°, *qui foliis* 72 *solam Andreae historiam continet.*

3*) Parisiensis nr.* 8865, *s. XIII, fol. maximi, qui variorum operum collectioni f.* 161—181. *eam inserit.*

4*) *Duacensis nr.* 883 *(antea* 840*), s. XIII, olim S. Rictrudis Marchianensis, is esse videtur, in quo primum continuatio aliis manibus post addita est, cuius nunc vero aliqua pars amissa (cf. 'Arch.' VIII, p.* 430*; 'Cat. des bibl. des départ.' VI).*

4*) Valentianensis nr.* 467 *(antea T.* 4, 25*; olim 'Liber sancte Rictrudis') s. XIV, ubi f.* 75—134'. *post Miracula S. Rictrudis, Passionem S. Dio-*

1) Silvii agnomen nonnisi in cod. Bononiensi legitur ('Arch.' VIII, p. 407). 2) 'Hist. littér.' XV, p. 87 n.; teste codice Parisiensi nr. 6183. 3) SS. XXIV, p. 690. 4) Semel cum Ann. Blandiniensibus convenit; sed haec aliunde sumsisse videtur. 5) Res enim melius dispositae, anni accuratius indicati sunt. 6) V. SS. XXV, p. 414. et infra p. 215.

nysii et sociorum et Vitam S. Elysabeth Andreae historia una cum eadem continuatione legitur (cf. 'Arch.' VIII, p. 442)[1].

5) *Parisiensis nr.* 6183 *(Colb.* 3863, *regius* 10297. 3. 3*), chart. s. XIV, in* 4°, *ex* 4* *manavit, sed multa arbitrarie mutavit. Continuationi annos* 1245. *et* 1248. *addidit.*

Hunc socius noster b. m. I. Heller, Atrebatensem et Valentianensem b. m. K. Foltz cum editis contulerunt, Cheltenhamensem et Parisienses 2 *et* 3 *ipse evolvi; de Duacensi Bethmann retulit. Extat praeterea in bibliotheca Vaticana cod. reg. Christinae nr.* 838, *olim S. Sepulcri Camerac., post Petavii, membr. s. XII. ex., de quo cf. Fabricius, Bibl. lat. medii aevi sub voce 'Andreae', et 'Arch.' XII, p.* 308. *Alii sunt Parisiensis nr.* 16570 *(Sorbonne* 1496*), s. XIII ('Arch.' XI, p.* 322*); Atrebatensis nr.* 184, *s. XIV ('Arch.' VIII, p.* 402*); Bononiensis nr.* 145 *(antea* 135*), s. XIV (ib. p.* 407*), uterque sine continuatione; Ambianensis nr.* 368, *chart. s. XVII, ad a. usque* 1218. *continuatus; Bruxellensis nr.* 7682, *chart. s. XVI, cum continuatione prima (ib. p.* 505*); Atrebatensis nr.* 158, *s. XVII ('N. Arch.' II, p.* 316*).*

Andreae liber una cum maiore Willelmi chronica prodiit in editionibus tam a Beauchamps quam a Dacherio paratis (v. SS. XXIV, p. 689*). Particulas maiores ediderunt Bouqueti continuatores X, p.* 289*; XI, p.* 364*; XIII, p.* 419*; XVIII, p.* 555. *una cum continuatione ex cod.* 5. *Quod Chesnius collectioni suae inseruit fragmentum historiae Francorum (III, p.* 334*), nihil esse videtur nisi Andreae particula, perperam igitur cum Hugonis Floriacensis libris (SS. IX, p.* 342*) coniuncta.* *G. W.*

EPISTOLARIS PREFACIO SEQUENTIS OPERIS.

Domino et patri sanctissimo P[etro] venerabili Atrebatensis[a] aecclesiae episcopo frater Andreas omnium sanctorum et vester servus salutem et gaudium sempiternum.

Vestra, pater karissime, pia, ut scitis, importunitate provocatus et meo[b] promisso constrictus, manum, sicut vobis promisi, ad scribendum converti. Predecessores enim nostri orthodoxi patres, divinis disciplinis veteris et novae legis imbuti, a primordio mundi usque ad sua tempora descripserunt temporum[c] accidentia. Horum primus Iulius Affricanus, deinde Eusebius Cesariensis, Iheronimus, Prosper, Orosius, Victor, Isidorus[d], Beda, Sigebertus et Anselmus abbas, monachi Gemblaucenses[e], et quem pretermiseram Gregorius Turonensis episcopus, regnis et temporibus ordinaverunt suas quisque historias. Horum ego pauper litteratura sequens vestigia, de regibus[f] nostrae gentis, scilicet Francorum, succinctam et veritate subnixam, Gregorium Turonensem et Sigebertum sequens, vestrae parens voluntati, scribere decrevi[g] hystoriam. Nec debet displicere litteratis, quod aliquando prodest simplicioribus[h] et idiotis. Nam quosdam hystoria, alios allegoria, nonnullos vero edificat moralitas[i]. Nec legenti debent esse onerosa, si aliqua utilia quae hystoriae minus congruant reppererint[k] inserta. Dabo igitur pro posse operam, ne fastidiosa sit lectio, quia nullus, ut credo, delectatur fastidio.

Post illud famosum Troianae civitatis excidium . . . .

INCIPIT[l] EPILOGUS PRIMI LIBRI.

Primus iste libellus originem gentis Francorum, successionem ducum, genealogiam regum qui Merovingi dicti sunt, egressum a Troia et Sicambria, regem Clodoveum a sancto Remigio cum Francorum populo baptizatum insinuat, necnon adquisitionem tocius Galliae per prefatum regem et eius successores factam et industriam quorundam regum, aliorum vero ignaviam ostendit. A Theoderico vero, qui 15[us] apud eos regnavit, usque[m] ad ultimum

a) Atrebatensi 1; Attreb. 3. 4, *et alibi nonnumquam* 2. b) mea p. constructus 3. c) acc. temp. 1. d) Ysid. 3; Isydorus 4. e) Gemblancenses 4. f) scilicet *add. sed del.* 1. g) *deest* 4, *ubi post add.:* proposui. h) simplicibus 4? i) mortalitas 3. k) repperint 1; repperit 3. l) *deest* 4. m) ad ult. usque 1.

1) In fine Andreae hi versus leguntur:
Sacre Rictrudis est liber Marchianensis.
Per quem servatus fuerit, maneat benedictus,
At per quem raptus, anathema sit et maledictus!

Hildericum[a] gesta eorum nec carta nec[b] calamo indigent. Ubi autem hec figura est ₽, ne transeas, quia sunt digna memoria.

. . . .

EPILOGUS LIBRI SECUNDI.

Secundus qui subsequitur libellus indicat Karlentium generosam progeniem ex Merovingorum prosapia descendentem magnificosque Pipini Parvi[c] et Karoli Magni regis[d], filii eius[d], triumphos, Romanum etiam imperium Italicumque regnum ad eundem gloriosum regem et[e] eius successores translatum[f]. Demonstrat etiam Normannicam[g] cladem per contentionem filiorum Ludovici Pii imperatoris Galliis illatam. Describit[h] etiam contentionem de successione regni inter heredes Karoli Calvi et Roberti comitis Andegavorum. Tandem finem accipit in proditione Karoli ducis ab Ascelmo[i] episcopo Laudunensi, vetulo traditore, perpetrata et Hugone duce cognomento Capet, qui fuit successor supradicti Roberti quartus.

FINIT EPILOGUS.

. . . .

De comitatu Flandriarum.

Comitatus Flandrentium eo regnante sumpsit exordium. Flandria enim eo tempore non erat tanti nominis nec famae nec etiam opulenta sicut modo cernitur, sed a forestariis Francorum regis regebatur. Horum Lidricus Harlebeccensis et Ingelrannus filius . . . .

. . . .

INCIPIT PROLOGUS LIBELLI TERCII.

Franci origine Troiani, adhuc pagano ritui dediti, regnum suum, sicut in presenti nunc cernitur, in Gallias tabilierunt, quae nunc ab eis Francia denominatur. Anno igitur dominicae incarnationis quadringentesimo octogesimo quarto[k] Hilderico eorum rege mortuo, qui Treverim civitatem cepit et Aurelianis[l] urbem devastavit, Andegavis[m] incendit et cum Audovacrio duce Saxonum Alemanniam sibi subiugavit, Clodoveus, filius eius ex regina Basina, uxore quondam Basini regis Thuringorum, regnum fortiter tenuit et ampliavit. Nam Alemanniam sub tributo redegit, interfecto rege Alemannorum, Egidium ducem Romanorum, qui Suessionis regnabat, occidit, Gundebaldum regem Burgundionum devicit, Alaricum regem Wisigothorum, qui regnabat apud Tholosam[n], peremit, sicque Neustriam, Austriam, Franciam, Alemanniam, Burgundiam, Provinciam, Aquitaniam[o], Wasconiam usque ad Pireneos[p] montes suo imperio subiugavit. Hic a sancto Remigio Remensi archiepiscopo cum sibi subiectis baptismi gratiam percepit, ab Anastasio imperatore Romano et Constantinopolitano coronam auream cum gemmis et tunicam bleteam[q] codicellosque de consulatu accipere meruit. Huius progenies feliciter regnavit usque ad septingentesimum[r] quinquagesimum annum dominicae incarnationis, excepto quod per octoginta et octo ferme annos a[s] tempore Lotharii regis et Baltildis[t] reginae regibus a solita fortitudine degenerantibus regni potentia disponebatur per maiores domus. Unde factum est, ut Pipinus[u], filius Karoli Martelli[v], octavus a Lothario[w], patre Dagoberti, per Blithildem, filiam Lotharii, sororem[x] eiusdem Dagoberti, quae desponsata fuerat Ansberto[y] duci Lotharingo[z], et sic processerat de semine regio et erat maior domus sub rege Hildrico[a], a Stephano pontifice Romano apud ecclesiam beati Dyonisii cum uxore et filiis Karlomanno[b] et Karolo Magno in regem ungeretur et per eos generatio eorum in hereditatem regalis successionis in perpetuum benediceretur et omnis alienigena ab eius invasione apostolico anathemate interdiceretur. Regnavit autem eorum progenies in imperio Romano usque ad annum Domini nongentesimum[c] duodecimum, in regno vero Francorum usque ad annum Domini nongentesimum[c] vicesimum sextum[d]. Tunc Hugo Caputius comes Parisiensis et dux Francorum contra dominum suum et consobrinum Karolum ducem Lotharingiae regnum Francorum contra preceptum Romanae ecclesiae, qui[e] omnes invasores regni anathematizaverat[f], iniuste invasit.
Dan. 2, 21. Sed quia scriptura de Deo dicit, quia ipse immutat tempora et transfert regna, hoc iudicio Domini relinquimus et tercium libellum ad genealogiam eiusdem Hugonis regis describendam subiecimus.

EXPLICIT[g] PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI TERCII.

1. De translatione regni[h] et regno Hugonis Francorum ducis.
2. De regno Roberti, filii eius.

a) Ild. 2. b) ne 1. 3. c) patrui 3. d) *deest* 5. e) et eius *des.* 4. f) translatum demonstrat etiam 2. g) Northm. 3. h) Desscribit 1. i) *ita Andreas pro* Ascelino *scripsisse videtur;* Anselmo 3; Ascelmo *corr.* Anselmo 4. k) 974. 4. l) *corr.* Aurelianam 4. m) Andegavum 4. n) Tolosam 3. 4. o) *deest* 4. 5. p) Pireos 1. 2; Pyreos 3. 4. q) *ita* 1—3; bletheam 4. r) septigesimum *post corr.* septuagesimum 4. s) *deest* 4. t) Batilde 1; Balthildis 2; Batildis 3—5. u) Pippinus 3. v) Marcelli 3. w) Lothorio 1. x) sorore 1. y) Ausberto 4. 5. z) Lotharingie 4. 5. a) Hilderico 4. b) Karlem. 2. c) nung. 1. 2. d) xxvii^tum 4. e) *ita* 1—3, *corr.* quod 4. f) anathematizaverunt 3. g) *des.* 4, *manu s. XVI. suppleta.* h) Francorum *add.* 4.

3. De regno Henrici, filii Roberti.
4. De regno Philippi, filii Henrici.
5. De regno Ludovici cognomento Grossi, filii Philippi.
6. De regno Ludovici piissimi regis, filii Ludovici.
7. De regno Philippi secundi, filii Ludovici.*

EXPLICIUNT[a] CAPITULA.

. . . .

2. De regno Roberti.

. . . .

Anno[b] 16. Roberti regis inventae sunt in civitate Atrebatensi multorum reliquiae sanctorum; ubi multa facta sunt miracula. 1011.

Anno 18. Roberti regis facta est magna maris inundatio ad vesperam, ubi innumerabiles perierunt. A. Bland 1013.

Anno 28. Roberti regis de abbatia Sanctae Rictrudis Marchianensis expulsae sunt sanctimoniales, quam per trecentos et triginta annos possederant, et revocati sunt ibi monachi per Lidunum abbatem Sancti Vedasti et Balduinum comitem Flandriarum. 1023.

Anno 33. Roberti regis ecclesia sanctae Mariae in civitate Atrebatensi fulmine cremata est in Kalendis Augusti. 1028.

3. De regno Henrici [filii[c] Roberti].

Anno Domini 1030. Roberto Francorum rege[d] mortuo, Henricus, filius eius, regnat in Francia, anno 6. Conradi imperatoris, annis 30. Henricus rex Francorum et Conradus[e] imperator confederantur. . . . . . . Sig. A. Laub

Balduinus comes Flandrensis, invaso Haginoensium[f] comitatu, contra imperatorem[1] rebellat. . . . . . .

Anno 21. Henrici regis Francorum Balduinus comes Flandrensis Insulanus cum filio suo Balduino rebellat contra imperatorem Henricum, invaso Monte Castriloco. Modus autem invasionis hic fuit: Herimanno[g] comite Montensi mortuo, Balduinus iunior, filius[h] Balduini, uxorem duxit Richeldem[i], relictam Herimanni[k] comitis, inconsulto imperatore, et sic Hagionensium[l] invasit comitatum. A. Laub 1051.

Anno[m] 23. eiusdem regis Balduinus maior Tudinium[n] incendit, Balduinus autem iunior[o] Hoium[p] vastat et utrimque incendunt. A. Laub.

Anno 24.[q] eiusdem regis imperator Henricus motus animo innumerabilem exercitum congregavit et ductu Iohannis advocati Atrebatensis[r], quem Balduinus [comes[s] Flandrensis] exheredaverat et ad imperatorem transierat[1], contra Balduinum venit, et in Bracbanto[t] super ripas fluvii Scaldi[u] tentoria sua fixit. Quo audito, Balduinus et ipse exercitum congregans, ex alia parte fluminis consedit. Sed exercitus eius in[v] comparatione imperatorii erat parvissimus[w]. Imperator autem, quia flumen transire non poterat, misit terciam partem exercitus sui per Cameracum et per Sclusam, ignorante Balduino, ut exercitum eius comprehenderent a tergo. Balduinus autem videns ita se comprehensum, cum exercitu suo fugit et fluvium qui dicitur Lis transiit. Comes autem Lambertus, qui ad auxilium eius venerat cum magno exercitu militum, clausit se infra urbem Tornacum. Imperator autem Henricus videns fugisse Balduinum, transivit fluvium et obsedit Tornacum, civitatem cepit, Lambertum[x] comitem occidit[2], quosdam autem militum secum adduxit, alios interfecit. Sicque per Flandriam transiens, incendiis et rapinis usque ad fluvium Lis terram vastavit. Hoc actum est anno Domini 1054. Tercio post hec anno Henricus obiit gloriosus imperator. Successit ei[y] filius eius equivocus. Timore huius Henrici imperatoris fecit Balduinus comes fossatum magnum a comitatu Lensensi usque in mare descendentem, quem vocant Bolanum-rivum[3], ne iterum aliquis imperator haberet per terram Flandriarum[z] liberum transitum. 1054. 1056.

*) 1 *post add.:* De regno Ludovici, filii Philippi secundi, et de regno Ludovici sanctissimi viri regis, filii eiusdem Ludovici.

a) *haec des.* 1. b) *haec excerpta ex historia Roberti recepi ex editione Bouq. X, p.* 290. c) f. R. *des.* 1. 3; R. tercii 5. d) r. Fr. 5. e) Conradus 2. 3. f) Hainonensium 4. g) Herm. 4; Gerim. 3. h) f. eius 5. i) Recheldem 3. k) Herm. 4. l) Hainonensium 4. m) Anno — incendunt *des.* 4. n) Tutlinium 2. o) minor 1. p) Hostium 3. q) 23. 4. r) Attreb. 2. s) c. Fl. *des.* 3? 4. 5. t) Brachanto 4. u) Sclaldi *corr.* Scaldi 1. v) *deest* 2. w) minimus 5. x) et L. c. 3. y) *deest* 4. z) Flandriam 3.

1) Heinricum III. Cf. Gesta Lietberti ep. Camer. c. 9, SS. VII, p. 493. 2) Gesta Lietberti c. 13, l. l. p. 494, eum iam antea occisum esse dicunt. 3) Boulanam leucarum 19 fossam ductam a Claromarisco seu castro Rufholtano ad Ariam, Basseam, Lensum usque, Morini nunc vocant Fossam-novam, quanquam Malbranquus in monumentis haud spernendis comperit hanc dictam Fossam-veterem. BOUQ.

Pontifices Romani, qui tempore Henrici regis Francorum aecclesiae prefuerunt: Benedictus, Silvester, Gregorius, Clemens, Damasus, Leo, Victor, Stephanus, Benedictus Baliternensis[a, 1] episcopus, Nicholaus. Imperatores Romani: Conradus, Henricus, filius eius, Henricus, filius huius Henrici.

4. De[b] regno Philippi filii Henrici[c].

. . . .

[De[d] morte Balduini comitis].

Anno 12. Philippi regis Francorum, Balduino Insulano comite Flandriarum, tutore eius, ante[e] triennium defuncto, Balduino quoque, filio eius, qui Hasnoniensis[f] dicitur propter cenobium Hasnoniense quod reedificavit, qui utrumque comitatum tenebat, Flandrensem per patrem[g], Hainoensem[h] per Richeldem[i] comitissam, viduam Herimanni[k] comitis Montensis, cui nupserat, mortuo[l], Robertus, frater eius, qui Frisio dictus est, qui vivente
Flandr. gen. B patre apud Audenardam super sanctorum reliquias ex ecclesiis Flandriarum ibi congregatis, vidente patre et annitente[m], presentibus etiam omnibus Flandriarum baronibus, fide interposita iuraverat, se numquam patre vivente absque eius iussu in Flandriam intraturum nec post mortem eius nichil reclamaturum, in Frisiam discessit et apud comitem Florentium[n] mansit. Quo defuncto, uxorem[o] eius in coniugium accepit.

[De[d] bello avunculi contra nepotem].

1070. Mortuo autem, ut prediximus, Balduino, fratre eius[p], consensu Flandrensium contra Arnulfum, filium fra-
Sig tris[q] sui Balduini, Flandriam periurus occupavit. Arnulfus vero comes iuvenis cum Philippo[r] Francorum[s]
1071. cf Fl. gen. rege apud Casletum[t] occurrit patruo suo Roberto; et pugna conserta, Arnulfus perimitur. Quo interempto[u], statim Philippus rex et Richeldis comitissa Balduinum, fratrem Arnulfi, vix decennem, comitem statuunt. Robertus vero consilium habuit cum Eustachio comite Boloniensi, cuius frater erat episcopus Parisiensis[2], qui erat cancellarius et[v] regis consiliarius, ei[w] multa promittens, ut fratri suo[x] suaderet, quatinus regem faceret ab hoste discedere, et de tota Flandria, si ei cederet comes Eustachius[y], suum faceret velle. Sed antequam hec[z]
Sig. res ad effectum veniret, interim pugna committitur[3], et multis occisis, hinc Richeldis, Arnulfi mater, illinc Robertus capitur, et altero pro altero relaxato, bellum inter eos vario eventu protrahitur. Rege vero consilio episcopi Parisiensis et comitis Eustachii inde recedente, Richeldis cum filio suo[a] Balduino regis auxilio destituta, ad comitatum Hainoensem[b] tristis discessit; sicque Robertus periurus iniuste et fraudulenter comitatum Flandrensem invasit.

[De[c] bello nepotis contra patruum suum].

Auct Aquic. 1076. Anno 4. abhinc transacto, Balduinus puer comes[d] Hainoensis, frater Arnulfi apud Casletum occisi[e], ad Donengium bellavit contra exercitum patrui sui[f] Roberti, quem pugnando devicit[4]. Robertus enim de comi-
Flandr. gen. B tatu Hainoensi[g] exheredare[h] eum cupiebat, sicut de Flandrensi[i] exheredaverat[k]. Post paucos annos idem Robertus Iherosolimam abiit — — Duacum tantummodo reddidit Balduino comiti Hainoensi, nepoti suo. Ipse autem paucis annis transactis mortuus est apud Casletum absque viatico et ibidem sepultus. Successit ei Robertus, filius eius.

Auct Aquic. Anno 19. Philippi regis inceptum est cenobium Sancti Salvatoris in insula que dicitur Aquicinctus[l] a viris illustribus, Sigero videlicet atque Galtero, annuente et concedente Gerardo Cameracensi episcopo. . . . . .

Interpositio[m] de episcopatu Atrebatensi.

Canonici Atrebatenses egre ferentes se tam diu ecclesiae Cameracensi subesse, eo maxime, quod videbant Walterum ab episcopatu Cameracensi expulsum et Manassem subrogatum, coram Urbano papa querelam deponunt, asserentes sanctum Vedastum a sancto Remigio civitati Atrebatensi proprie ordinatum episcopum, et ut episcopus sibi proprius

a) *ita* 1—3. b) *haec des.* 1. c) H. regis 5. d) *ita solus* 5. e) mortuo a. t. 4. 5. f) H. d. p. c. *des.* 4. g) partem 4; p. p. *des.* 5. h) Haisn. 2; Hainonensem 4. i) Richildem comitisam 4. k) Herm. 4. l) Hermanno *falso add.* 4; marito eius mortuo 5. m) amittente 4. 5. n) Florensium 2. 4. o) uxor e. i. coniugium eius mansit 4. p) *deest* 5. q) fratri 1. r) Philippho 2 *saepius.* s) *deest* 1. 5. t) Calletum 4. u) mortuo 5. v) et r. cons. *des.* 4; q. e. c. et r. c. *des.* 5. w) et e. m. promittit 5. x) qui erat cancellarius *h. l. add.* 5. y) Eusthacius 2. z) hecheres 2. a) *deest* 4. b) Hainonensem 4, *et ita post.* c) *ita* 5. d) H. c. 5. e) iam defuncti 5. f) *deest* 5. g) Hainonensi *h. l. etiam* 2. h) exhereditare 4. i) comitatu Fl. 4. 5. k) exhereditaverat 4; eum exh. 4. 5. l) Acquicintus 4. m) *haec des.* 1; De intermissione episcopatus Attrebatensis 5.

1) i. e. Veletrensis. 2) Gaufridus; cf. Flandr. gen. c. 22. 3) Eadem de qua supra; ex alio fonte male quaedam inseruit auctor; cf. Schmiele, 'Robert der Friese' p. 48 sq. 4) Eadem pugna esse videtur, de qua Gislebertus refert, SS. XXI, p. 494.

ordinetur, a papa expetunt. Urbanus autem papa petitionem eorum iustam iudicans, ordinavit eis episcopum Lambertum, Morinensem archidiaconum. Hoc factum est anno Domini 1095. . . . . . .

Balduino comite Hainoensi in expeditione Hierosolymitana mortuo, Balduinus, filius eius, ei successit. Qui circumventus quibusdam pactionibus a Roberto Flandrensium comite, consobrino suo, Duacum castrum perdidit. Henricus imperator ad auxilium Balduini contra Rober- Sig.1108.
tum exercitum ducens, contra Duacum vadit, et pacto pacis magis utrimque simulato quam composito, pene inefficax rediit. . . . . . .

Imperatores Romani, qui Philippo regnante imperaverunt: Henricus IIII, Henricus V, pater scilicet et filius. Romani pontifices: Nicholaus, Alexander, Gregorius VII, Victor, Urbanus.

5. De regno Ludovici VII[a], qui cognominatus est Grossus.

. . . .

Lamberto episcopo Atrebatensi mortuo, Robertus, archidiaconus eiusdem ecclesiae, ei succedit. . . . . . .

Robertus secundus comes Flandrensium[b] cum equitaret super pontem Meldensem cum 1112.
multitudine militum, casu cecidit, et conculcatus pedibus equorum, ibi vitam finivit. Corpus eius apud Atrebatum relatum est et in ecclesia sancti[c] Vedasti sepultum. Successit ei Balduinus cognomento Hapiola[1], filius eius. . . . . . .*

Balduino comite Flandrensium absque liberis[d] defuncto, Karolus, Roberti comitis, 1119.
patris eius, ex sorore nepos, comes substituitur, filius regis Danorum. . . . . . .

Pontifices Romani, qui eo regnante prefuerunt ecclesiae: Paschalis, Gelasius, Calixtus, Honorius, Innocentius. Imperatores Romani: Henricus V. et Lotharius II.

6. De regno Ludovici VIII[e].

Anno Domini 1131[f], Lotharii autem imperatoris anno 11, Innocentii vero pape 7, regnavit Ludovicus iunior, filius Ludovici, in Francia. Quadraginta quinque annis post patrem regnavit. . . . . . .

Ludovicus rex Francorum anno regni sui 16. Aaenordem uxorem suam[g] repudiavit; quae postea ad thorum transiit Henrici regis Anglorum et ducis Northmannorum, filii Gosfridi[h] comitis Andegavorum. Ex illa igitur genuit hos filios: Henricum regem Angliae, qui vivente patre obiit, Richardum[i] ducem Aquitaniae, qui nunc regnat in Anglia, Goffridum[k] comitem Britanniae et Iohannem qui dicitur Sine-terra, et filias tres, quarum unam duxit rex Toletanus in Hispania, alteram Willelmus rex Siciliae, terciam Henricus dux Saxoniae. . . . . . .

[De[l] duobus in papas electis et consecratis].

Anno Domini 1160, 25.[m] Ludovici regis Francorum, orta est dissentio in ecclesia Romana. Scisma.
Electus est enim Rollandus cancellarius ab omnibus cardinalibus preter quatuor; qui se clamans indignum non[n] consensit electioni eorum. Quatuor autem predicti cardinales, qui eius electioni non consenserant, assumpta magna cleri et plebis frequentia, elegerunt Octovianum tituli Sanctae Ceciliae cardinalem presbiterum. Quem in[o] Lateranensi ecclesia consecrantes, Victorem appellaverunt. Quod videntes primi, Rollandum cancellarium, qui primus fuerat[p] electus, conveniunt et eum invitum in loco qui Cisterna Neronis dicitur conse-

*) *Codex Willelmi Andrensis addit:* Anno 19. Ludovici regis incepit ordo militaris Templariorum et beate Marie Theotonicorum, fratres quoque hospitalis sancti Iohannis in Ierusalem, qui longe antea fuerunt fratres laici et professi in monasterio beate Marie de Latina in Ierusalem, ordinis sancti Benedicti, serviebant quoque pauperibus in hospitali ad portam dicti monasterii in habitu nigro et sub obedientia domini abbatis illius loci. Ad abbatis sui preceptum cruces albas nigris suis vestibus assuerunt et sic etiam in vexillis; nam ad preceptum abbatis predicti in defensionem patrie contra latrunculos assumpserunt arma. Ad quorum exemplum fratres Theotonici assumentes statum militie, cruces nigras albis chlamidibus apposuerunt, Templarii vero cruces rubeas in albis chlamydibus, et hii duo status sunt canonici regulares.

a) VII — Grossus *hoc loco des.* 3, *qui integrum argumentum supra posuit.* b) Flandrensis 3. 4. c) beati 4. d) heredis 3. e) *deest* 4; D. r. L. VIII. *des.* 5. f) *ita codd.* g) *deest* 4. h) Goifridi 3; Gaufridi 4. i) Ricardum 4. k) Gosfr. 2; Goiffr. ducem Aquitanie et I. 3; Gaufridum 4. l) *ita* 5. m) L. r. 25. 3. 4. n) n. se c. 3. o) L. in 2. 4, *corr.* in L. 5. p) e. f. 3.

1) Vernacula 'apeche' seu securicula, Gallice 'hachete'. BOUQ. Flamingi eum 'hapkin' nominasse dicuntur; Gallice nunc scribitur 'à-la-hache'.

crantes, alterato nomine Alexandrum appellaverunt[1]. Et contentio inter hos duos et successores Octoviani et Fredericum imperatorem a 25.[a] anno Ludovici regis usque ad 42. nullum accepit remedium. Nam Octoviano successit Wido Cremensis, Widoni[b] Cremensi Iohannes Strumensis[c], Iohanni Strumensi[d] quidam qui vocatus est Innocentius. Summa autem istius scismatis est[e] decem et octo annorum[f]. . . . . . .

Cont. Aquic. 1164. Godescalcus Atrebatensis episcopus infirmitate capitis[g] gravatus, episcopatum dimisit. Cui successit Andreas de ordine Cisterciensi quidam abbas per suggestionem Henrici Remensis archiepiscopi. Bella et seditiones, iurgia quoque et querelas[h], quae emerserunt inter Ludovicum regem Francorum et Henricum regem Anglorum, quis poterit enarrare? Nec mihi videtur utile hec[i] omnia scribere in huius cronicae abbreviatione[k] . . . .

cf. Cont. Aquic. 1168. Anno 33. Ludovici regis obiit Theodericus comes Flandrensis; successit ei Philippus, filius eius.

ib. 1170. Anno 35. Ludovici regis. . . . . . . Eodem anno, mediante Ludovico rege Francorum, pax inter regem Anglorum et Cantuariensem archiepiscopum composita est, magis ficta quam facta[k*]. Qui conductu Philippi comitis Flandrensis post septennis[l] exilii iniurias in[m] sedem suam revertitur in adventu Domini. . . . . . .

ib. 1173. Anno 38. regis[n] Ludovici obiit Andreas Atrebatensis episcopus. Robertus Ariensis prepositus in[o] loco eius eligitur, non[p] consecratur. . . . . . .

Anno 39.[q] Ludovici regis Robertus Atrebatensium electus industria Philippi comitis ac[r] potestate Cameracensium episcopus eligitur. Frumaldus archidiaconus Atrebatensium ordinatur episcopus. Robertus Cameracensium electus a servientibus Iacobi de Avesnis[s] apud Condatum ignominiose perimitur. . . . . . .

ib. 1177. Anno 42.[t] Ludovici regis facta est leticia magna in populo. Nam Fredericus illustris Romanorum[u] imperator per inspirationem divinae gratiae, deposito vanitatis errore, ad viam veritatis reversus est et ad obedientiam Alexandri papae. . . . . . .

ib. 1180. Ludovicus rex anno regni sui 45, Frederici autem imperatoris 28, Henrici vero regis Anglorum 25, Alexandri pape 21, mense Septembri morbo paralisi, quo per annum fuerat dissolutus, et vita caruit. Qui regnum Francorum satis iusto et pio moderamine gubernavit.

Pontifices Romani, qui eo regnante ecclesiae prefuerunt: Innocentius, Celestinus, Lucius, Eugenius, Anastasius, Adrianus, Alexander. Imperatores Romani hii temporibus eius imperaverunt: Lotharius secundus, Conradus tercius, Fredericus.

7. De regno Philippi[w] secundi, qui modo regnat.

Anno Domini 1180, Frederici imperatoris 28[x], regnavit Philippus, filius[y] Ludovici,

ib. 1180. huius nominis rex secundus in Francia annis . . .[z]. Philippus rex ante mortem patris sui uxorem duxit Elizabeth, filiam Balduini comitis Montensis, quam genuerat ex Margareta, sorore Philippi Flandrensium comitis. In iniciis regni regis Philippi, cum pax inter eos maxima[a] et affectus propter predictas nuptias speraretur, instigante diabolo, per comitem Clarimontis[b. 2] et Rodulphum[c] de Cociaco[d], filiis[e] etiam Roberti cognomento Clementis, regis consiliarii, qui prosperitati Philippi comitis invidebant, pax est turbata. Nam rex puer erat, et[f] pro suo velle sicut harundinem ad suum placitum agitabant. Hec simultas inter regem et comitem duravit per quinquennium et in tantum exagitata, ut etiam[g] ipsi episcopi[h] cum principibus Francorum preter Henricum Silvanectensem episcopum suaderent[i] regi, ut Elizabeth reginam repudiaret, quae erat pro etate sancta et religiosa, propter Philippi comitis odium; sed interventu beatissimae Dei genetricis virginis[k] Mariae, cui prefata regina se totam in hoc negocio commiserat, et vigilias in ecclesia Silvanectensi cum magna cereorum claritate celebraverat et pauperibus nudis pedibus ministraverat, rex non consensit consilio et actibus eorum, sed dilexit eam et genuit ex ea filium,

1187. quem[l] vocavit Ludovicum.

cf. ib. 1183. Anno tercio regis Philippi[m] in regno eius heretici multi sunt[n] deprehensi. Qui industria Willelmi archiepiscopi Remensis et Philippi comitis in civitate Atrebatensi et in multis aliis locis sunt ferri iudicio et aquae examinati, deprehensi[o] sunt flammis traditi.

ib. Eodem anno obiit Frumaldus Atrebatensis episcopus. Eligitur post eum Petrus abbas Cisterciensis, mediante Willelmo Remorum archiepiscopo.

a) 35. 4. b) Wido in 2; Cremensi *deest* 4. c) Frustrumensis 2; Strimensis 3; Trumensis 4. d) Strim. 3; *deest* 4. e) *deest* 4. f) anni 3, *post corr.* annorum 4. g) corporis *superscr.* vel capitis 2; corporis vel c. 4. 5. h) querelam 5. i) hoo 3. k) abrev. 2. 4. 5. k*) vera 5. l) septenn. 1; septenni 2—4; septennii 5. m) ad 4. 5. n) L. r. 3. 4. o) *deest* 4? p) et non 4. 5; n. c. *des.* 3. q) Anno sequenti R. 4. 5. r) *deest* 5. s) Avennis 4. t) L. r. a. 42. 3; Anno 40. L. r. 5. u) Romanus 4. v) fuerunt 3. w) Frederici 3; Philipi huius nominis secundi 5. x) anno 28. 4. 5. y) *deest* 5. z) *vacat* 1. 2; 43. 3; 45. 4. 5. a) firma 5. b) Clerm. 5. c) Rad. 2. 4. 5. d) Cochiaco 5. e) *ita* 1—5, *post corr.* filium 4. f) et ipsum 5. g) et 5. h) *deest* 3. i) r. s. 5. k) et v. 5. l) quam 3. m) Philippi 1. n) d. s. 3. o) et d. 5.

1) Cf. Sigeb. cont. Aquicinct. p. 409. 2) Radulfum.

Anno quinto regis Philippi Philippus comes Flandriae in pago Ambianensi regi[a] satisfecit et ad gratiam eius rediit. Reddidit enim[b] ei quedam[c] castella in pago Vadensi et Viromandensi, quae per Elizabeth uxorem suam, filiam[d] Rodulfi Viromandorum comitis, vivente ea tenuerat, sed post mortem eius alios exheredans[e] iniuste tenebat. Reddidit etiam ei comitatum Ambianensem. Cont. Aquic. 1185

De perditione Iherusalem.

Anno Domini 1187[1], anno 35. Frederici imperatoris, 7. Philippi Francorum regis, Balduino rege Iherosolimorum, filio Amalrici[f], defuncto, Balduino quoque successore eius, ex sorore nepoti[g], sub tutela comitis Tripolitani mortuo, corona regni redditur a Templariis militibus matri[h] pueri defuncti, quae fuerat filia regis Amalrici. Quae coronam accipiens, imposuit capiti Guidonis de Lesenon comitis de Ioppe, mariti sui. Quod videns comes Tripolitanus, infremuit et indoluit et Salahadinum regem Syriae super christianos, ut eos debellaret, invitavit. Quid multa? Dies belli venit, crux dominica capta est, patriarcha occisus, rex Guido captus, multa hominum milia et capta et interempta. Civitas Iherusalem cum multis aliis civitatibus et castellis in deditionem Sarracenorum transiit. ib 1187.

Anno[i] octavo Philippi regis, exhortatione Henrici episcopi Albanensis, Romanae ecclesiae legati, idem rex et[k] Philippus comes Flandriarum[l] et multi alii proceres post nativitatem Domini ad vindicandam iniuriam dominici sepulcri cruces assumunt. Nam Richardus[m] dux Aquitaniae primus omnium principum illam assumpserat. ib. 1188

Richardus[m] dux Aquitaniae contra dominum suum regem Francorum rebellat. Quem rex totis viribus excipiens, compulit ad deditionem.

Dominica mediae quadragesimae apud Maguntiacum generali curia congregata, Fredericus imperator cum multis episcopis et tocius regni sui principibus et innumerabili multitudine Theutonicorum[n] cruces sumunt.

Anno nono Philippi regis obiit Willelmus piae memoriae rex Apuliae, christianorum transmarinorum protector et defensor, absque herede[o]. Christianis transmarinis[p] amissio terrae recens perditae fuit magna plaga, sed mors istius regis[q] fuit illis maxima. Succedit ei in regno Siciliensi Henricus rex, filius[r] Frederici imperatoris. ib. 1189.

Eodem anno obiit Elizabeth regina, uxor Philippi regis, et cum nimio Francorum planctu in ecclesia beatae Mariae Parisius sepelitur. Civitas Atrebatensis cum ecclesia sancti Vedasti incendio conflagratur.

Anno decimo regni[s] sui Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglorum trans mare profecturi iter arripiunt. Rex Francorum portum Ianuensis civitatis expetiit[t] et rex Anglorum Marciliam[u] perrexit. Cum rex Francorum ventum ad transfretandum expectaret[v] aptum, quadam die in eadem civitate fulgur de celo quinquies cecidit. Quod regem valde perterruit. Tandem, omnibus necessariis preparatis, relicto portu, in altum velificavit. Cumque multa maris spacia transvolassent, repente ventus surgens contrarius regem retrocedere coegit. Multae naves confractae sunt, equi[w] amissi, instrumenta lignea ad capiendas munitiones perdita[x]. Milites etiam multi[y] submersi[z] et perditi. Sicque rex Francorum suo frustratus conatu, in Messana[a] Siciliae civitate cum rege Anglorum transitum sequentis anni expectans resedit. ib. 1190.

Philippus comes Flandriae mediante Augusto profectus est et in Italia[b] hyemavit.

Fredericus piissimus imperator, cum quoddam flumen transiret prope Antiochiam, nescio quo casu, aquis interceptus[c] vitam finivit. Successit ei in imperio Romanorum Henricus filius[d], huius nominis imperator sextus.

Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglorum, cum apud Messanam civitatem[y] tempus transfretandi expectassent, quorundam malignorum consilio discordant ad[e] invicem. Causa autem discordiae fuit permaxima, quia Richardus rex Anglorum, sorore regis Francorum repudiata, quam spoponderat[2], tamen ad eius nuptias non pervenerat, filiam[f] regis Navarrae[g] duxerat. Henricus enim senior rex Anglorum, qui anno nono regis Philippi apud castellum Cinon[h, 3] defunctus fuerat et apud Fontem[i]-Ebralli[k] sepultus, predictam regis sororem semper secum detinuerat nec filio suo Richardo tradiderat. De qua re multa dicuntur, sed verba ventosa et dubia in veraci[l] historia scribere[m] indignum duximus.

Anno undecimo regis Philippi ipse rex et rex Anglorum, Philippus quoque comes Flandriarum post mensem Marcium cum suis exercitibus mare transierunt et adventu suo christianos Acram obsidentes letificaverunt. Cont. Aquic. 1191

Philippus comes Flandriae inclitus[n] Kal Iunii obiit in obsidione urbis Acrae tercio mense transfretationis suae et sepultus est in basilica sancti Nicholai foris muros[o]. Ubi etiam tumulati sunt plus quam 50 tam episcopi quam duces et comites. In cuius obitu dolor incomparabilis christianis fuit, gaudium vero Sarracenis et Turcis. Successit[4] ei in comitatu Flandrensi Balduinus comes Hainoensis hereditario iure per Margaretam[p], sororem eius, quam habebat[q] in coniugio.

a) *deest* 5. b) ei enim 4. c) quoddam castellum 3. d) *deest* 5. e) e. a. 5. f) Amolrici 4, *et ita post.* g) *ita* 1. 2. 3. 5. h) sorori 3. i) Anno Domini 1188, anno vero 8. Ph. 4, *ubi alia manu in marg. add.:* De tertia via Iherosolimitana. k) *deest* 5. l) Flandrensium 4. m) Ricardus 4. n) Theuthon. 3; Teuchon. (?) 4. o) h. obiit 3; a. h. *des.* 5. p) a. r. t. 4; Tr. ch. r. a. t. 5. q) absque herede *h. l. add.* 5. r) *deest* 2; Fr. imp. fil. 1. 5. s) anni 2. t) expetit 3. u) Marsiliam 4. 5. v) a. e. 5. w) equis amissis 5. x) p. sunt 5. y) *deest* 4. z) s. sunt 5. a) Mesana 3. b) Ytaliam hiem. 4. c) interreptus 4; interemptus 5. d) f. eius h. 2. e) ad i. *des.* 5. f) sed f. 5. g) Navarie *e corr.* 3, *et ita* 4. h) Chinon 4. 5. i) Front. 2. 3. 5. k) Evralli 3; Ebraldi 4. l) inveterati 4; inveterata 5. m) i. d. s. 5. n) vir i. 3. o) murum 2. 3; mur' 5. p) Magaretam 4. q) ille h. 5.

1) Quae b. m. Heller SS. XXIV, p. 719 n. 7, a Willelmo Andrensi ex Andrea sumta dicit, minime apud hunc, sed in Cont. Aquicinctina leguntur. 2) Cf. Cont. Aquic. 1191, SS. VI, p. 426: *Richardus rex Anglorum, antequam transiret, uxorem duxit filiam regis Navarre, contempta sorore regis Francorum, quam spoponderat.* 3) Chinon in Turonia. 4) *Successit — coniugio* in Cont. Aquic. paullo infra leguntur.

Cont. Aquic. 1191 Eclypsis solis facta est nono Kal. Iulii die dominica, hora sexta, in vigilia beati[a*] Iohannis baptistae

Statim post eclypsim Philippus rex Francorum et Richardus[a] rex Anglorum cum suis exercitibus, cum[b] christianis quos ibi invenerant, urbem Acram[c] obsident[d]. Sarraceni vero et[e] Turci impetum eorum non ferentes et[f] de civitatis retentione diffidentes, regi Francorum et exercitui christiano 5. Kal. Iulii eam reddiderunt. Quam rex ea conditione recepit, ut omnes inde[g] sani exirent, si Salahadinus[h] sanctam crucem et 2600[i] captivos redderet christianos. Rex vero Francorum post mortem comitis[k] Philippi repatriare festinavit. Post cuius discessum predicta conditione[l] infirmata, rex Anglorum, qui ibidem remanserat, paucis de nobilioribus retentis, per quos sanctam crucem et[m] quosdam captivos recuperare sperabat[n], 2600 diversis interfecit tormentis. Rex[o] Anglorum post regressum regis Francorum ruinas murorum[p] civitatis Acrae pro tempore reparavit. Exercitus christianorum cum Salahadino et exercitu eius feliciter pugnavit in quodam sabbato, in vigilia nativitatis[q] beatae Mariae inter Cesaream et Ioppen[r]. Mira Dei virtus ostensa est in illa die. Nam Salahadinus cum suis, nostris persequentibus, fugam arripuit[s], tantamque stragem de nobilioribus Sarracenis prope Assur die illa nostri fecerunt, quantum omni tempore principatus sui non sustinuit una die. De nostris autem nullus cecidit nisi Iacobus de Avesnis, miles egregius et uni de Machabeis comparandus.

Philippus rex Francorum ante dies nativitatis dominicae in Franciam[t] venit, cupiditate ductus Flandriam occupandi, cuius pars maxima per uxorem suam post mortem Philippi comitis ei cesserat. Cuius repatriationem videntes milites minus Deum diligentes et laboris impatientes, malo exemplo a rege accepto[u], reversi[v] sunt.

ib. 1192. Marchisus de Montferrat anno 12. Philippi[g] regis Francorum ab Arsacidis[w] apud Tirum occiditur. Henricus comes Campanensis princeps tocius christianitatis transmarinae a Richardo rege Anglorum et militibus Templi et Hospitalis[x] constituitur. Guidoni vero quondam regi dedit rex Anglorum insulam opulentissimam Cipri, quam retroacto anno super quendam tirannum viriliter acquisierat. Inter Richardum regem Anglorum et Salahadinum indutia trium annorum firmantur[y], misera conditione interposita, ut a nostris destrueretur Ascalon civitas nobilissima. Et[1] hoc fecit rex Anglorum, ut quidam dicunt, magno auri et argenti corruptus precio.

ib 1193. Anno 13. Philippi regis Francorum, cum Richardus rex Anglorum a transmarinis partibus reverteretur, a duce Austriae dolose capitur. Quem Henrico imperatori dirigens, in libera clausus custodia annuam sustinuit captivitatem. Cum autem in custodia detineretur, Philippus rex Francorum, collecto undecumque copioso exercitu, in Northmanniam vadit, eam depopulaturus, castella Wilcassini[z] territorii, Gisortium[a] scilicet et alia multa, cepit. Civitatem Rotomagum obsedit, sed civibus[b] viriliter repugnantibus, inglorius rediit.

Salahadinus christianorum persecutor apud Damascum moritur.

Philippus rex anno 13. regni sui secundam duxit uxorem Ingelburgem[c], regis Datiae filiam, in vigilia assumptionis beatae Mariae Ambianis. Crastina autem die in eadem civitate die dominica, astante Willelmo Remensi[d] archiepiscopo, Petro Atrebatensi, Iohanne Cameracensi, Theobaldo Ambianensi, Lamberto Morinensi, Stephano Tornacensi et aliis episcopis archiepiscopi[e] suffraganeis, multis etiam[f] Franciae principibus astantibus, regio diademate coronata est. Octogesimo autem et secundo die in[g] eadem civitate post has nuptias apud Compendium rex dimisit eam, a[h] quibusdam milititibus et episcopis falsa inter eos consanguinitate iurata.

ib 1194. Anno 14. Philippi regis Richardus rex Anglorum magno auri et argenti redemptus[i] precio, ab[k] Henrico imperatore solutus, ad suum regnum redire permittitur. Post cuius regressum[l] longa concertatio[m] usque ad annum 16. regis Philippi inter eos surrexit[n], aliquando guerrae, aliquando indutiae; feriuntur[o] illi, feriuntur[o] isti; sed[p] quis ex illis[q] vincat, ignotum est nobis.

EXPLICIT[r] LIBER III^us^.

CONTINUATIO.

Iohannes abbas Sancti Vedasti, cum in reedificanda ecclesia et officinis, que transacto anno in die festivitatis sancti Aicadri[s] fuerant combuste, esset valde intentus ac sollicitus, proh[t] dolor! sanguinis minutione 5.[u] Kal. Augusti obit[v]. Iohannes prepositus Haprenensis[w] successit illi, quartus abbas huius nominis.

[De[x] quodam miraculo, quia fratre combusto soror evasit].

Cont. Aquic. Anno Domini 1194.[y] in civitate Attrebatensi quidam clericus et soror eius ob reatum homicidii incendio sunt adiudicati. — — Actum fuit apud Attrebatum in sollempnitate Spiritus sancti.

a*) sancti 3. a) Ricardus *Will.* b) et cum 5; que *post add.* 4. c) Acrem 3. d) invadunt 5. e) et T. *des. Will.* f) et d. c. r. d. *des.* 5. g) *deest* 4. 5. h) Salathdinus *W.* i) 600. 5. k) Ph. c. 3. l) ind. 3. m) et q. c. *des.* 4. 5. n) Salahadinus *add.* 4. o) Richardus r. 4. 5. p) civ. mur. 2. 4. q) *deest* 4. r) Ioppem 4. s) arripiunt 4. t) Fraciam 1. u) sumpto 5. v) et ipsi r. 2. 3. w) Asarcidis 2; Asarchidis 4. x) hospilitatis 3. y) feruntur 4; feriuntur 5. z) Willi 3; Viscassini 4; Wiscassini 5. a) Gissortium 3; Girsotium 4. b) v. c. r. 3. c) Nigelburgem 4. 5. d) Reransi 2. e) archiepiscopio 2. 4. 5, *e corr.* 3. *W.* f) *deest* 4. 5. g) in e. c. *des.* 5. h) *deest* 4. i) redempti 3. k) a 2. l) ingressum 4. m) c. fuit 5. n) a i. a. g. 4. *W.*; Surrexerunt a. i. a. g. 5. o) feruntur 4. p) si 4, *corr.* sed 5. q) q. illorum 5. r) Explicit hystoria de gestis regum Francorum ab Andrea compilata. Et narrat tempora ab a. D. 371. usque ad a. D. 1196, ubi de summis pontificibus, de imperatoribus, regibus Anglie, comitibus Flandrie et quibusdam aliis gestis aliqua intermiscentur, *alia ut videtur manu* 3; *haec des.* 4. 5. s) Aichadri 5. t) pro dolore 4. u) 15. 5. v) obiit 5. w) Hasprensis *ed.* x) *ita* 5. y) 1204. 5.

1) Haec in Cont. Aquic. iam antea leguntur, sed verbis paullo mutatis.

[De[a*] concilio habito inter episcopos pro regina Francorum a rege separanda].

Anno Domini 1201. Hyems nec mollis nec nimis aspera, sed inter utrumque fuit temperata. — — causa nondum terminata. Cont.Aquic. 1201

De bello inter regem Francorum et Ferrandum comitem Flandrensem.

Anno Verbi[a] incarnati 1214, 6. Kal. Augusti, die dominica in territorio Tornacensi iuxta pontem de Bovines[1] factum est prelium magnum inter Philippum illustrissimum regem Francie et Fernandum[b] comitem Flandrie, qui in auxilium sui exercitus Ottonem[c] imperatorem, a domino papa tunc excommunicatum, Renaldum comitem Bolonie, Willelmum, fratrem regis Anglorum, et quosdam alios comites et nobiles cum mille quingentis militibus ferro bene armatis et alia innumerabili gente peditum adduxerat. Qui omnes uno animo decreverant, ut ipsum regem Francie caperent et totum exercitum[d] eius interficerent. Sed Rex regum, qui nutu suo potentes deponit et exaltat humiles, optimi regis indigentiam ex alto prospiciens, dedit ei et sue genti virtutem et fortitudinem. Et factum est a Domino grande miraculum, quia qui[e] venerant capere capti sunt et qui venerant interficere interfecti sunt. Comes etenim Flandrie Fernandus[b] et comes Bolonie, frater etiam regis Anglorum et multi alii nobiles et potentes milites ab ipso rege in Franciam ducti sunt captivi et incarcerati. Imperator autem[f] ut vidit gentis sue desolationem in bello, et quia qui preerant exercitui vivi omnes capiebantur, inminente mortis articulo[g] vehementi stupore perterritus, scissis ac disruptis insigniis imperialibus quibus induebatur, ut per[h] hoc inimici eius noticiam ipsius amitterent, repentinam fugam et inrevocabilem iniit, tribus solummodo sociis sociatus[i]. Hoc totum esse verum, testati sunt nobis multi qui [presentes[k]] affuerunt. Factum[l] est autem[m] gaudium magnum per omne regnum.

Numerus prelatorum qui interfuerunt Rome concilio[n] generali.

Anno[2] ab[o] incarnatione Verbi 1215. celebrata est universalis[p] synodus Rome in ecclesia Salvatoris[q] que Constantiniana vocatur, mense Novembri, presidente domino Innocentio[r] III. papa, pontificatus eius anno 18. In qua fuerunt episcopi 412, inter quos exstiterunt de precipuis patriarche duo, videlicet Constantinopolitanus et Iherosolimitanus. Anthiocenus vero gravi langore detentus venire non potuit, sed pro[s] se misit vicarium Anteradensem episcopum, Alexandrinus vero sub dominio Sarracenorum constitutus fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem[t] et metropolitani 71; ceterum[u] abbates et priores ultra 800; procuratorum vero archiepiscoporum, abbatum, priorum et capitulorum absentium non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francie, regis Hungarie, regis Iherosolimitani, regis Cypri, regis Arragonum[v], regis[w] Anglie, necnon aliorum principum et civitatum et Assiriorum[x] locorum ingens fuit[y] multitudo.*

Anno Domini 1218.[z] Ludovicus, primogenitus Philippi regis Francie, Angliam[a] intravit, quedam castella cepit. Sed anno presenti[b] per preceptum domini pape Honorii rediit in Franciam. cf. Cont. Aquic. 1216.

Philippus inclytus[c] rex Francie obiit; cui successit primogenitus filius[d] eius Ludovicus. 1223

De[e] quodam miraculo quod accidit de rege Philippo post mortem ipsius.

Istud[2] est miraculum quod accidit apud Simnam[f] civitatem de domino Philippo bone memorie rege Francorum. Volo et ex parte domini pape precipio, ut filio regis compatri

*) 5 *addit:* Cardinales episcopi 5, cardinales presbiteri 9, cardinales dyaconi 6.

a*) *ita* 5. a) Domini 1214. 5. b) *ita* 4*; Ferrand. 4. 5. c) Oct. 4; Oth. 5. d) eius ex. 5. e) qui ven. int. int. sunt et qui v. c. c. s. 4. f) vero *corr.* autem 5. g) periculo 5. h) ut Philippus i. 5. i) sociatus *post corr.* consociatus 4. k) *deest* 4*. l) que *post add.* 4. m) *ita* 4*; *deest* 4. 5. n) in synodo 5. o) Verbi incarnati 5. p) sancta et u. 5. q) sancti S. 5. r) Innocente 5. s) mis. pro se 5. t) *deest* 5. u) ceteri 4. v) Aragoni 5. w) r. Angl. *des.* 5. x) Assyriorum 5; *miro errore scriptor ita pro* aliorum *legisse videtur.* y) affuit 5. z) *alia manu corr.* 1217. 4. a) *post suppl.* 4. b) 1218. *alia manu in marg. add.* 4. c) r. Fr. incl. 5. d) L. f. e. pr. 5; *hoc loco desinit cod. Ambianensis.* e) *haec in cod.* 4 *alia manu in folio post adiecto scripta sunt.* f) Simniam 5.

1) V. similem locum ap. Willelmum, Chron. Andr. c. 200, SS. XXIV, p. 757, et quae ibi p. 686. adnotata sunt. 2) Eandem narrationem v. t. XVII, p. 283. in notis, sed hic plurimum interpolatam. BRIAL.

meo narretis illud[a] et in scriptis in[b] domo vestra ad futuram memoriam ponatis. Quarto die ante assumptionem beate Marie quidam miles Simnius[c] Iacobus nomine gravi erat in eadem civitate infirmitate detentus, in tantum[d] ut cum penitentia corpus Christi et unctionem tanquam bonus christianus recepit. Qui cum in sequenti nocte sine loquela iaceret et fisici de eius vita desperassent, adductus est infirmus in spiritu ante domum suam in platea, et ibi existens infinitos vidit transeuntes in equis, et ultimo vidit quendam barbutum habentem faciem longam, aliquantulum indutum cappa[e] rubea de scarlata, et iuxta eum vidit quendam militem aliquantulum senem indutum tunica de stainfort[f] alba, habentem pallium[g] magnum de eodem panno[h] ante pectus atacatum. Qui infirmo dixit: 'Frater[i], quis est hospes tuus'? Cui respondit: 'Magister Thomas presbiter cardinalis Sancte Sabine'. Et senex dixit: 'Dic ei, quod summo mane surgat et eat ad dominum papam et dicat ei, ut ipse[k] papa dicat pro anima Philippi regis Francorum: "Absolve, quesumus, Domine" et cetera'. Et infirmus dixit: 'Quis es tu, domine'? Qui dixit ei: 'Ego sum Dyonisius martyr, et iste qui stat iuxta me ipse est rex Francie, cuius animam debet absolvere dominus papa'. Et infirmus: 'Ad quem locum ducitis eum, domine'? Et dixit sanctus: 'Ego duco ipsum regem in valle Iosaphat'. Et infirmus: 'Domine, cardinales[l] et dominus papa hec michi non credent'. Et sanctus: 'Hoc erit eis signum. Anima tua hac nocte a corpore separari debebat. Sed ecce sanus effectus cum cardinali cras ad dominum papam accedes'. Et sic sanctus Dyonisius manum[m] super caput infirmi ponens, portavit eum in domum suam et cum ipso rege et aliis recessit. Qui summo mane cum domino cardinali ad dominum papam accessit sanus[n] et hylaris sine aliqua infirmitate, nec etiam aliquod signum habens infirmitatis, et omnia supradicta domino pape enarravit. Unde dominus papa, viso signo et per dominum cardinalem approbato, elemosinas pro anima regis fecit. Et statuit, ut per totam civitatem vigilie et misse celebrarentur, et ipse cum magna reverentia et devotione lacrimis effusis 'Absolve, quesumus, Domine,' decantavit. Et sciatis, quod dictus miles nec in Francia fuit nec illum regem vidit, sed ei hec Dominus revelavit, ut ostenderet, quia claves ecclesie penes papam[o] sunt et omnes etiam qui in Domino moriuntur oratione[p] et suffragiis indigent ecclesiarum.

[De[q] Balduino comite Flandrensi postea suspenso].

Cont Aquic 1224. Anno Domini 1225.[r] in quadragesima venit quidam ignotus et tanquam heremita in foresta de Glancon[s] iuxta Mortaigne[t], et tandem revelavit quibusdam, quod ipse erat Balduinus comes Flandrie et Hainonie et imperator Constantinopolitanus. Quo audito, quidam nobiles crediderunt verbis ipsius[u] et duxerunt eum Valencenas[v] cum honore, et eum ibi ornatum, sicut decebat imperatorem et comitem, duxerunt per Flandriam; et multi Flandrenses fecerunt ei homagium sicut comiti, et tandem intravit Insulam cum maximo comitatu et apparatu. Ludovicus autem rex Francie, fama eius audita, diem ei[w] apud Peronam assignavit, ut cognosceret eum, qui dicebat se esse avunculum regis predicti, et ut faceret ei debitum homagium de comitatu Flandrensi, si esset comes Flandrie, veniendo et redeundo secure. Tandem veniens Peronam et audaciter apparens coram rege Ludovico et consilio[x] eius, in palatio ipsius regis multis interrogantibus examinatus est, sed certitudinem nullam respondit. Unde pluribus argumentis est convictus, quod dolose ageret et per omnia mentiretur; et ita recessit[y] cum pudore, et predictus rex districte[z] precepit eidem, quod de terra sua recederet indilate. Eodem autem die, quo[a] licentiatus est a rege, tam de die quam de nocte venit Valencenas; unde furtim et latenter affugit[b]. Quo audito, Iohanna comitissa Flandrensis caute fecit queri[c] eundem. Qui tandem repertus est[d] et ad dictam comitissam adductus[e] apud Insulam, ubi de consilio baronum suorum iudicatus[f] est et dampnatus[g], quod cum equis traheretur extra villam et suspenderetur. Et ita vitam infeliciter consummavit[h].

[De[i] itinere super Albigenses].

ib. 1226. Anno Domini 1226. Ludovicus rex profectus est adversus Albigenses cum multis nobilibus tam episcopis quam principibus, videlicet archiepiscopo Remensi Willermo[k] de Iovisvilla[l] et[m] Garino Silvanectensi episcopo, Philippo Boloniensi, Guidone Sancti Pauli comitibus et multis aliis tam clericis quam laicis, qui Avinionem obsederunt et ceperunt. Sed in obsidione Guido comes Sancti Pauli quadam petra mangonelli percussus[n] est et interfectus. Rex vero Ludovicus et multi alii tam clerici quam laici in regione illa veneno perierunt, et corpus regis latenter et caute ad ecclesiam beati Dyonisii in Francia est delatum et honore regio tumulatum anno sequenti. Cui successit in regno filius eius Ludovicus.

a) istud 5. b) i. d. v. *des.* 5. c) Simmius 5. d) tamtum 4. e) capa r. de scarleta 5. f) de estainfort albo 5. g) palium 4. h) pagno *corr.* panno 4. i) *deest* 5. k) ipsa 4. l) d. p. et c. 5. m) s. c. eius m. imp. 5. n) s. sum aliq. inf. 5. o) dominum p. 5. p) ind. o. et s. e. 5. q) *ita* 5. r) 1216. *manu rec. corr.* 1226. 4. s) Glaucon 5; Glauchon *cont. Aq. ed.; sed* Glanchon *Bald. Avenn. c.* 235, *SS. XXV, p.* 454, *et* Glançon *Phil. Mouskes v.* 24597. 24939. *legitur.* t) Mortaingne 4. u) eius 4. v) Valencianas 5. w) *deest* 4. x) e. c. 5. y) c. p. r. 5. z) e. d. p. 5. a) de quo 5. b) effugit 5. c) eum queri 5. d) est et *des.* 5. e) ap. I. add. est 5. f) iudicatur *desinit* 4[a]. g) condampnatus *post corr.* dampnatus 4; i. et d. est ita quod 5. h) finivit 4. i) *ita* 5. k) Willelmo 5. l) Ionisv. 5. m) *deest* 5. n) p. i. est 5.

[De[a] fratre Roberto, qui combussit incredulos].

Anno Domini 1225.[b] De[1] mandato summi pontificis Gregorii IX. venit frater Robertus de ordine Predicatorum in regnum Francie et comitatum Flandrensem et multos utriusque sexus examinavit de fide, multos infideles consumpsit flammis ultricibus et[c] multos perpetuo carceri mancipavit.

Anno Domini 1226.[d] Iohannes[2], filius Petri comitis Britannie, fratris comitis Roberti, accepit uxorem filiam comitis Campanie. Unde rex Francorum, iratus adversus comitem Campanie, fecit saisiri duo castra ipsius comitis, scilicet Monsteriolum[e] in Fordioune[f] et Braium super Sequanam[3].

Emanaverunt nova instituta a domino papa Gregorio de correctione Nigri ordinis[4]. 1232.

[De[g] Balduino imperatore veniente in Franciam et coniugio regis Anglie].

Anno[5] Domini 1237.[h] Balduinus imperator Constantinopolitanus venit in Franciam et 1237.
Flandriam, et reddita fuit ei[i] terra, que ipsum[k] iure hereditario continebat.

Henricus[6] rex Anglorum cepit uxorem filiam comitis Provincie[7], sororem regine Francie.

Robertus, frater Ludovici regis, accepit uxorem filiam ducis de Braibant[8]. Eodem anno idem Robertus factus est comes Attrebatensis et dominus de Lens et de Hisdinio[l] et de Sancto Audomaro.

Iohanna[9] comitissa Flandrensis accepit maritum Thomam, fratrem comitis Savoie.

Obiit Godefridus Cameracensis episcopus, et successit ei magister Guiardus de Lauduno, Parisiensis cancellarius.

Anno sequenti obsedit Thomas comes Flandrie[m] Poilevacce[10]. — Obiit Ansellus Laudu- 1238.
nensis episcopus.

CONTINUATIO ALTERA

cod. 5.

Anno Domini 1245, 16. Kal. Augusti, presidente domino Innocentio papa IV, pontificatus eius anno tercio inchoante, celebrata fuit sancta synodus apud Lugdunum in ecclesia sancti Iohannis; in qua synodo dampnatus fuit Fredericus imperator pessimus et ecclesie catholice maximus persecutor.

Anno Domini 1248. pridie Idus Iunii Ludovicus rex Francie cum duobus fratribus suis, videlicet Roberto comite Attrebatensi et Karolo comite Andegavensi, cum duabus uxoribus suis, videlicet regina et comitissa Provincie[11], arripuit iter in Terram Sanctam profecturus[n].

a) *ita* 5. b) 1235. 5, *ubi haec inter a.* 1237. *et* 1245. *leguntur.* c) *deest* 4. d) Eodem anno 5. e) Mosterolum 5. f) Fordione 5. g) *ita* 5. h) Anno vigesimo septimo 4; 1227. 5. i) e 5. k) ipsi i. h. pertinebat 5. l) Hisdino 5. *Berg.* m) Flandren. 5. n) 5 *addit:* Hoc scripsi totum dextra (manu *supercr.*), da michi potum.

1) Eadem in cont. Sigeberti Berg. a. 1222. leguntur. Sed de a. 1238. agi, monet Brial. 2) Haec in cont. Bergensi perperam a. 1211. leguntur. 3) Montereau-faut-Yonne; Brai-sur-Seine. 4) Cf. Will. Andr. c. 251, p. 771. 5) Sequentia omnia etiam in chron. Hanoniensi Balduini c. 237, SS. XXV, p. 455, leguntur. 6) Cont. Berg. p. 441. 7) Eleonoram, filiam Raimundi Berengarii. BR. 8) Mathildem, filiam Henrici II. BR. 9) Cf. Ann. Aquicinct., SS. XVI, p. 505. 10) Poilvache, prov. Namur. 11) Beatrice, coniuge Caroli comitis Andegavensis. BR.

EX GUIDONIS DE BAZOCHIIS CHRONOGRAPHIA.

De Guidone cantore S. Stephani Catalaunensis eiusque libro V. Cl. Scheffer-Boichorst egit (SS. XXIII, p. 663*), cum excerpta uberiora ab Albrico chronicae inserta recenseret. Opus, cuius interitum vix dolendum esse ille censuit, in bibliotheca Parisiensi nr.* 4998 *(f.* 35 *sqq.), auctoris nomine destitutum, exstare et a me ante multos annos inspectum esse ('Arch.' VIII, p.* 346*), paullo post comes Riant intellexit eiusque notitiam dedit ('Revue de Champagne et de Brie' I,* 1. 1876*). Cum nuper bibliothecam illam ditissimam iterum visitarem, paucos locos, quibus res Germanicae tanguntur, quamvis eos minoris pretii esse libenter concedam, descripsi. Quibus cum Albrici libro collatis, hunc nonnulla addidisse vel mutasse, intelliges. Opus inscribitur:* Incipit prologus in libro apologie contra maledicos liber primus; *postea vero post* 'apologie' *insertum est:* vel cronosgraphie id est excerpta vel adbreviationes diversarum hystoriarum; *sed ex auctoris sententia ea libri pars quae* cronosgraphia *dicenda est nonnisi a* 5. *libro incipit (f.* 41*:* Incipit liber quintus qui dicitur cronosgraphia) *et libros* 5—11. *comprehendit. Eiusdem operis fragmenta, auctoris nomine addito, in codicibus leguntur bibliothecae publicae Luxemburgensis, olim monasterii Aureae-vallis, de quibus mihi benivole retulit V. Cl. D. N. van Werweke. Alter*[1] *nr.* 56 *(antea* 99*) fol.* 96 *sqq. ita habet:* Guidonis de Basochis. Incipit apologye contra maledicos liber primus, *desinit f.* 163'. *in medio libro VI (historia Constancii his verbis:* et a fidei se separaverat unitate*), inter f.* 135. *et* 136. *nonnullis evulsis, quorum pars in altero cod. nr.* 87 *(olim* 115*) f.* 67—69. 69[bis]. *exstat, ubi etiam f.* 92—95. *historia inde a Constantino usque ad Pippinum legitur* (— accepta presumptione desistere se promittunt).

Guido non tam veram historiam quam rerum gestarum conspectum ratione apologetica scribere sibi proposuit. Quam plurima saec. X. et XI. ex Willelmo Malmesburiensi hausit, et breviter tantum res suo aevo gestas exposuit. Expeditioni vero in Terram Sanctam a. 1190. *susceptae ipse interfuit eamque epistola descripsit, quam huic quoque libro inseruit. Alias eiusdem epistolas in bibliotheca Luxemburgensi exstare, iam ante multos annos notavi ('Arch.' VIII, p.* 596*). G. W.*

EX LIBRO VII[2].

f. 62'. Flandri occidunt comitem suum.

Regnabat[a] in Francia Philippi filius primus de Hugonis Magni progenie Ludovicus,
qui[3] militie gestis et regia magnanimitate preclarus quanta regem decuit exercuit indigna-
tione vindictam in quosdam Flandrensium nobilium proditores, qui dominum suum comi-
1127. tem Flandrie Karolum, de quo prediximus[4], quem, quia malefactores extirpare nitebatur et
raptores e suis finibus, oderant, confoderant gladiis nocte sacra Deum orantem in ecclesia
et crucis ad instar expansis in terra manibus adorantem. . . . . .

a) autem *add. sed del. c.*

1) Praeterea initium primi libri in cod. nr. 30 (olim 106), itidem olim Aureavallensi, f. 97. 98'. legitur *(Sepe karissimi mihi fratres — quecumque volunt inimici).* 2) Totius operis est undecimus. 3) Sequentia Albricus exscripsit p. 827. 4) Ex Will. Malm.

Scisma inter christianos. f. 63

Ea[1] tempestate tempestas scismatice procelle vehementi Romanam impulsu vexat ecclesiam, cuius illa turbulentis fluctibus agitatur velut inter[a] duos scopulos ad culmen eree[b] sublimitatis evectos, inter electos ad summi pontificatus apicem Rollandum, qui Alexander, et Octovianum, qui Victor. Quorum Alexander vite meritis et scientie precellentis, Victor innitebatur titulo glorie secularis, et magnis uterque consiliis et auxiliis iuvabatur, Victor Frederici Romanorum imperatoris et subiectarum[c] imperio nationum, Alexander secundi de Hugonis Magni progenie Ludovici Francorum regis et ecclesie Gallicane, preterea sanioris assensu partis et causa, prout creditur, iustiorum. Diu sustinuit istud periculum navis ecclesie lacerata tantorum gravi concertatione ventorum, et sicut legitur Asa[d] super Iudam regnante reges in Israel multos mutuis cedibus interisse, sic uno, scilicet Alexandro[e], semper[f] vigente pluresque supervivente[g] pseudopontifices, ut unitas commendaretur ecclesie, tandem regnum et sacerdotium, ad preces populi sui respiciente superne Pietatis oculo, pacis in osculo convenerunt. . . . . . .

De Henrico imperatore et Philippo rege Francorum. f. 63'.

Post hec recentes adhuc adolescentes et filii Frederici Romanorum imperatoris Henricus et Francorum regis Ludovici Philippus, sui quisque parentis assensu, Germanorum hic, ille Francorum multo regalis apparatu magnificentie, multo favoralis applausu glorie coronantur in reges. Quorum Henricus[2] dotibus insignitus scientie litteralis et floribus eloquentie redimitus et eruditus apostolicis institutis et legibus imperatorie maiestatis, adhuc in adolescentia duxit uxorem patris industria filiam Rogeri Sicilie regis ex filia[3] comitis Francie de Regiteste[h, 4] Guiteri.

Item de Philippo.

Philippus . . . . . consilio procerum Francie comitum Flandrie pariter et Hanonii, 1180.
filiam[5] decimi, sororem undecimi Balduini[6], cum largo patrimonio sibi matrimonio copulavit. . . . . . .

Conregnantibus sibi predictis regibus vernabat[7] facies Occidentis speciositate multiplici gaudiorum, cum ecce tempestas ab Oriente consurgens christiani splendidum orbis magne nimis adversitatis et tristitie tenebris involvit aspectum. . . . . . .

Sed cum de christianorum malis orientalium occidentalium animos fama turbasset[8], f. 64
Fredericus imperator Romanorum et Francorum rex secundus Philippus tam de successu Turcorum indignatione quam Dei dilectione succensi[i], festinanter armantur signo crucis in signum vindicande tam presumentis in iure Divinitatis iniurie tantique redimendi dedecoris et iacture.

De Frederici Romanorum imperatoris in Turcos expeditione.

Prior expeditionis in Turcos imperator iter accelerans per Tracias imperium[k] Gre- 1189.
corum, trans Hellespontum traicit innumerabiles copias armatorum vexilla ferentium cru-
cis. Sed superatis locorum difficultatibus multis insidiisque Turcorum, cum iam Antiochie[l] 1190.
propinquasset ad fines, prout Iudex iustus iuste permisit, vitam amisit, equo lapsus in flumen. O in flumine lumen[m] extinctum, certe quod inimicos christiane fidei contrivisset, nisi mors eum preripiens tantum Terre Promissionis amisse solatium invidisset. . . . . . .

De Francorum principibus ad liberandam Terram Promissionis iter aggressis.

. . . . . . Hos[9] autem parvo post tempore palatinus Campanie comes Henricus 1191.
iunior, memorati celebrique laude memorandi semper Henrici filius, comites quoque Thebaudus Carnotensis et Sanctodorensis Stephanus, frater ipsius, et de Claro-monte Radulphus et multi Francorum nobiles subsecuntur, cum quibus et pusillitas[n] mea, pusillianimi-

a) intus *c.?* b) ecclesie *c.?* c) subiectorum *c.* d) uno rege A. *Albr.* e) Alexandeo *c.* f) se super vigente *Albr.* g) superveniunt *c.* h) Reyteste Guitheri *Albr.* i) successu *corr.* successi *c.* k) imperiumque *Albr.* l) Antichie *c.* m) flumen *c.* n) pusilletis *c.*

1) Huius loci excerpta v. ap. Albricum p. 847. 2) Albricus p. 858. 3) Beatrice, ut addit Albricus. 4) Rethel. 5) Elizabeth, ut addit Albricus. 6) Albricus p. 856. 7) Albricus p. 859. 8) Albricus p. 863. haec cum sequenti capitulo coniunxit. 9) Albricus p. 864, qui etiam antecedentia exscripsit.

tate procul abiecta, peregrinationis huius honus assumpsit, quod iter non aliter referre placet quam in nostro iam pridem epistolari libro prosecuti sumus hiis verbis:

Natalis igitur patrie. . . . . . .

Invenimus et venimus inde Siciliam, quam a continenti Calabrico propter difficultatem angusti transitus, cohercentibus utrinque scopulis, torrentis et procellosi pelagi separat impetus violentus.

De discordia regni Sicilie.

Insulam enim hanc plenam discordiarum et magne commotionis offendimus, quia[a] iam a primo tercius rex in ea Willelmus regnum in se divisum desolatumque reliquerat ab ea morte divisus. Pars enim in eodem regno degentium Henrico Romanorum imperatori, imperatoris filio Frederici, qui predicti regis amitam habebat uxorem, iuramento, prout fertur, astricta consentit, pars altera Tancredum quendam de sublimibus regni constituit sibi regem. Sed et pagani illius regionis, antea subditi christianis, servilia contra christianos arma commoverant. Quibus ex causis totam occupaverat discordia socialis et intestina discensio regionem. . . . . . .

De dissensione regum redituque Philippi regis in Franciam.

1192. Richardus . . . . tunc[1] astucia qua pollebat hinc Affricanum latus expectato reditu suo defraudans, hinc[b] Siculum et Ytalicum litus, nimirum quia quos offenderat metuebat, per maris Adriatici linguam[c], Germanie[d] superioris et inferioris Sithie commertia pertingentem, illis in locis portum obtinuit quem non oportuit; nam qui pelagi minas evaserat et paganos, in terra periclitatus est et hostes incidit christianos. Ibi captus et imperatori Romanorum[e] Henrico, Frederici filio, presentatus, custodie mancipatus, tandem argenteis[2] centies mille talentis est sibi redditus, et inde reditus suos fecit in Angliam; de qua transiens in Normanniam, cum rege Francorum, quia iam terras eius late pervaserat, inimicitias graves exercuit longa decertatione bellorum.

De divisione regni Germanorum et imperio sine rectore post imperatorem Henricum quintum.

Interea[3] Romanorum imperator Henricus cum Apuliam, Calabriam atque Sciciliam, provintias ad uxorem suam, regum Scicilie Rogeri filiam, Guillelmi sororem, iure pertinen-
1197 tes hereditario, subiugasset, subiugatur et ipse mortis imperio, relinquens filium et filio regnum Scicilie, sed non imperium, quod[f] post mortem ipsius statim dissensione varia fuit et bipharia discissione divisum in Philippum, qui Henrici frater imperatoris et Suevorum dux, et Othonem, qui Pictavorum comes ex sorore Richardi regis Anglorum. Sed et ipse
1199. Richardus Anglorum rex parvo post tempore turris quam obsiderat et evertere summopere nitebatur descendente de propugnaculo iaculo vulneratus occumbit, longeve nomini suo meritum glorie mortem suam prevenisse deplorans, sed deploratus a paucis. Inerant tamen regi Richardo singula gratiarum privilegia duo, quibus supremum laudis culmen apprehensibilium[g] in eo multiplicitas impedisset, quia tam strenuus armis et tam largus erat in donis, quod dubium videbatur, utrum hostes an munera dextera fundere promptior eius esset. Finis eius Francie regnum et Anglie pace componit et armorum litigio, que deponendi spes eo vivente non erat, septimo quoque nostre libro cronosgraphie finem imponit[h].

a) qui *c.* b) hic *c.* c) linga iam *c.* d) Germane *c.* e) *in marg. add. c.* f) quia *Albr.* g) *locus ut videtur corruptus; forte:* culmen ascendisset, nisi reprehensibilium *etc.* h) *alia manu additum:* Explicit liber undecimus Cronosgraphie.

1) Albricus p. 869. 2) Ibid. p. 870. 3) Ibid. p. 874.

ROBERTI CANONICI S. MARIANI AUTISSIODORENSIS CHRONICON

EDIDIT O. HOLDER-EGGER.

Robertum fuisse auctorem chronici ab origine mundi usque ad 1211. *perducti, dicit qui a.* 1220. *illi continuationem subiunxit, cum verbis pulcherrimis et amoris plenis eum a.* 1212. *defunctum lugeat eiusque mores optimos atque egregium ingenium praedicet. Canonicum monasterii S. Mariani Autissiodorensis ordinis Praemonstratensis cum multis locis chronici, tum in praefatione ipse se ostendit*[1]. *Itaque Lebeuf dissertatione*[2] *sanae doctrinae plena demonstrare conatus est, chronistam esse magistrum Robertum Abolant (vel Abolans) canonicum et lectorem S. Stephani ecclesiae cathedralis Autissiodorensis, qui inde ab a.* 1166. *in multis chartis*[3], *quarum una monasterio S. Mariani data est*[4], *duas ipse conscripsit*[5], *testis occurrit, postea ordinem Praemonstratensem apud Sanctum Marianum suscepit. Quam opinionem licet omnes viri docti Francogallici collaudaverint ac probaverint*[6], *omnino tamen refellendam esse censemus. Exstat enim testamentum huius Roberti Abolant a.* 1205. *conscriptum, quod sic incipit*[7]*:* Ego Robertus Abolant presbyter, canonicus et lector beati Stephani, antequam habitum Premonstratensis ordinis susciperem, testamentum in hunc modum ordinavi[8]. *Quibus ex verbis et reliqua charta patet, auctorem demum a.* 1205.[9] *habitum Praemonstratensem induisse. Longe aliter*

1) Ubi scribit: *Quaedam etiam interseruimus ad locum nostrum, sancti Mariani videlicet aecclesiam, proprie spectantia*, et Milonem huius monasterii abbatem suum dicit. 2) In 'Mémoires de littérature et d'histoire' editis a P. Desmolets, Cont. t. VIII, p. II (1729), p. 412 sqq. 3) A. 1166. ap. Quantin, 'Cartulaire général de l'Yonne' II, p. 184, nr. 165; a. 1170. ib. p. 225, nr. 207; a. 1179. ib. p. 301, nr. 281; a. 1180. ap. Lebeuf, 'Mémoires concernant l'hist. eccl. et civile d'Auxerre' II, 'preuves' nr. 57, ed. Challe IV, p. 54, nr. 72; a. 1181. Quantin l. l. II, p. 327, nr. 306; a. 1191. Lebeuf l. l. ed. 2, IV, p. 60, nr. 82. 4) Hanc ineditam a V. Cl. Quantin oblatam, V. Cl. A. Schoene ex originali sigillato archivi Autiss. H. 1233. exscripsit: *Ego Willelmus Autissiodorensis episcopus. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, donasse nos canonicis Sancti Mariani ad necessaria domus sue exclusam que est inter molendina de media aqua et vineas proximas. Quod ut firmum in posterum habeatur, eandem donationem scripto commendatam sigilli nostri auctoritate fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Magister Odo. Magister Robertus Abolant. Actum Autissiodori. Anno Domini M° C° LXXX°.* 5) A. 1197. ap. Quantin, 'Suite au Cartulaire' I, p. 414. lithographia expressam; a. 1204. ap. Lebeuf, 'Mém. d'Auxerre' II, l. l. nr. 75, ed. 2. IV, p. 67, nr. 99. 6) Hodie iam omnes hoc nomen auctori tribuunt, cum 'Hist. littér. de la France' XVII, p. 110 sqq. quod Lebeuf statuit pro certo acceperit; quin etiam codicis Autissiodorensis chronici tegumento hoc nomen impressum est. 7) Impressum Lebeuf, 'Mém. d'Auxerre' II, l. l. nr. 76, ed. 2. IV, p. 68, nr. 100. 8) In eodem legitur: *Ad serviendum ecclesiae* (S. Stephani) *feci fieri duo volumina, in quibus continentur passiones et vitae sanctorum a Kalendis Maii usque ad Kalendas Ianuarii.* Quod praesertim Lebeuf movit, ut hunc chronici auctorem putaret. 9) Hoc apparet etiam ex charta data a. 1204, Nov. 15, laudata n. 5.

noster, qui cum Milonem a. 1203. *defunctum suum dicat abbatem, ab hoc ut chronicon componat incitatum, in componendo adiutum se profiteatur, hunc ut patrem spiritualem piissime colat, huius sibi familiarissimi morti astiterit*[1], *multo tempore ante a.* 1203. *in monasterio vixisse censendus est. Porro, quo res absolvitur, auctor chronici, ut iam diximus, a.* 1212. *mortuus est, Robertus Abolant vero etiam a.* 1214. *vivebat, nam in charta huius anni, qua causa inter feminam quandam et abbatem S. Mariani agitata terminatur, legitur*[2]*:* Tandem post multas allegationes . . . . in venerabilem virum Arnulphum abbatem Sancti Petri, fratrem Robertum Abolam canonicum Sancti Mariani et Angenulphum cantorem de Braio compromisit. *Quorum arbitrio lis composita, de compositione illa chartula conscripta est*[3]. *Praeter hunc vero unus tantum, quem chronistam nostrum putare possemus, occurrit Robertus: scilicet in laudata charta a.* 1191.[4] *una cum Roberto Abolant commemoratur 'frater Robertus de Sancta Maria', videlicet extra muros*[5], *quae ecclesia canonicis S. Mariani tradita erat*[6], *certe idem de quo in Gestis episcoporum Autissiodorensium haec narrantur*[7]*:*

Sacerdotes quidam, qui parrochias civitatis regebant, quandam interdicti sententiam in civitatem Autissiodorensem prolatam, quam decanus ipse preceperat observari, episcopo iubente contrarium, non servarunt . . . . Tandem eorum inobedientiam episcopo defendente, tanta est sub sedis metropolitane examine per appellationem victrice constancia prosequutus, quod, dictante iustitia, succumbente in iure episcopo, decano de inobedientia satisfacere sunt compulsi; qui in virga visitans iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum, ipsos in capitulo Autissiodorensi virgarum fecit publicam sollempniter excipere disciplinam. Inter quos unus magne gravitatis et nominis, magister videlicet Robertus prior Beate Marie extra muros, licet opinione magnus existeret apud omnes et propter hoc magis, dum verecundaretur succumbere, contumacior fuerat et rebellis, apud Sanctum Marianum retrusus in claustrum et ab administratione prioratus sui remotus ad tempus, ad nutum ipsius decani in pane et aqua per aliquot dies exegit penitentiam, multatus pena per abbatem suum, que rebellibus et inobedientibus consuevit infligi.

Haec gesta sunt inter annos c. 1198—1207, *cum Willelmus, postea episcopus, decanatum regeret. Hunc Robertum chronici auctorem fuisse, sana ratione suspicere*[8], *cum et hic 'magister' et 'magnae gravitatis et nominis' dicatur, cum porro ex eo quod continuator de nostro dicit:* fuit . . . discretus in penitentiis iniungendis, *eum prioratum rexisse, coniici possit. Sed obstare videtur, quod noster sub a.* 1207. *de Willelmo, a quo ille Robertus tantam ignominiam passus est, scribit:* Autissiodorensi ecclesie unanimi electione preficitur Willelmus decanus, etate quidem iuvenis, sed morum senio prematurus. *Itaque concedamus oportet, forte tertium fratrem Robertum tunc apud Sanctum Marianum extitisse*[9], *de quo alibi nihil relatum est. Sed in margine codicis originalis chronici manu quidem coaeva, cui vero vix aliud quidquam certius tribui potest, sub a.* 1172. *hoc distichon scriptum est:*

1) Legas quae sub a. 1203. de Milone scribit. 2) Quantin, 'Suite au Cartulaire' I, p. 65, nr. 141. 3) Ne quis opponat, hoc compromissum forte iam aliquot annis ante factum esse; nam hoc suspicabitur, ut probet quod praesumit, sed quod probari nequit. 4) Lebeuf, 'Mém. d'Auxerre' ed. Challe IV, p. 60, nr. 59: *Si quid residuum fuerit, in dispositionem sit magistri Roberti et Anselli de Torigniaco et fratris Roberti de Sancta Maria*, dicit magister Abbo canonicus S. Stephani in fine testamenti sui. 5) Sic interpretatur Lebeuf, Desmolets l. l. p. 423. 6) V. nostrum sub a. 1139. et chartas ibi laudatas. 7) Gesta episc. Autiss. ap. Duru, 'Bibl. historique de l'Yonne' I, p. 455. 8) Quod iam Du Boulay, Hist. Univ. Paris. III, p. 33. fecit. 9) Fabricius, Bibl. med. et inf. Lat. ed. Mansi VI, p. 395, quem Potthast, Bibl. hist. s. v. sequitur, nostrum vocat Robertum Malchotium priorem et canonicum S. Meriani (falso pro Mariani). Sed aperte duos Robertos, scilicet Malchotium, cui Sanderus, Bibl. Belg. Mss. I, 173, tractatum de haeresibus tribuit, et nostrum confundit.

Annus hic ipse mihi sextus decimus fuit aevi,
Quo mea, Christe, tuo prebeo colla iugo.

Cum igitur constet, auctorem multo tempore in monasterio vixisse, nulla est causa, cur ei hos versus abiudicemus[1]. *Immo statuendum est, Robertum a.* 1156. *natum, a.* 1172. *monasterium intrasse, presbyteratus honorem adeptum*[2], *a.* 1212.[3] *quinquaginta sex annorum mortuum esse.*

Robertus igitur iam ante a. 1203, *vivente et adhortante abbate suo*[4], *magnum chronicon ab origine mundi usque ad sua tempora condendum suscepit, de cuius consilio, ratione, fontibus dilucide et prudenter in praefatione agit. In hoc certe adiutus est magna librorum copia, quos Milo abbas collegerat*[5], *nam permultos ipse diligenter perscrutatus est et exscripsit. Ut tunc moris erat, fundamentum operis posuit Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Sigeberti chronica cum continuatione Praemonstratensi et auctario Ursicampino*[6]. *Exscripsit praeterea Scripturam sacram, Pseudo-Methodii Revelationes, Iosephi Antiquitates, Augustini libros de civitate Dei, Eusebii historiam ecclesiasticam ex translatione et cum continuatione Rufini, Cassiodori historiam tripartitam, Orosii historias, Hieronymi et Gennadii et Isidori libros de scriptoribus ecclesiasticis, Iordanem de regnorum successione, Gregorii Turonensis historiam ecclesiasticam*[7], *Pauli historiam Romanam et Langobardorum, Anastasii historiam tripartitam*[8], *Librum pontificalem, Adonis chronicon, Hugonis Floriacensis historiam ecclesiasticam, Hugonis de S. Victore chronicon, quem in annis imperatorum et pontificum computandis maxime secutus est, catalogi eius (SS. XXIV. editi) partes singulis sui operis partibus praemittens. Ut de patriae et civitatis suae historia referret, chronica Odoranni*[9] *et Clarii monachorum S. Petri Vivi Senonensis cum huius continuatione usque ad a.* 1180[10], *Gesta episcoporum Autissiodorensium*[11], *Annales Autissiodorenses breves*[12], *Catalogum archiepiscoporum Senonensium*[13] *in auxilium vocavit, necnon Chronicon quod dicitur Willelmi Godelli*[14]; *denique Vitas S. Amatoris episcopi Autissiodorensis auctore Stephano et S. Germani episcopi Autissiodorensis auctore Constantio eiusque Miracula auctore Herico*[15], *Historiam inventionis S. Crucis, Revelationes Elisabethae de* 11000 *virginibus, Vitas S. Saviniani episcopi Senonensis et*

1) Lebeuf hos versus, qui opinioni eius de Roberto Abolant obstabant, cum multis aliis in margine ascriptis continuatori tribuit. Sed in continuatione nullus, apud nostrum multi versus occurrunt. Et mox videbimus, multa in margine post suppleta Roberto esse tribuenda. — Nescio, quo iure Lebeuf, 'Mém. d'Aux.' ed. Challe IV, p. 391, Roberti continuatori elogium Petri de Riga per quendam canonicum S. Mariani compositum tribuat. 2) Hoc apparet ex verbis continuationis supra laudatis. 3) Diem emortualem auctoris in Necrol. ecclesiae Autissiod. (Lebeuf, 'Mém. d'Aux.' ed. Challe IV, p. 8 sqq.) quaesierunt. Sed multorum Robertorum qui ibi occurrunt nullus noster est. 4) Monendum tamen, in codice autographo in praefatione nomen Milonis post in margine esse suppletum, cum quid primo scriptum fuerit cognosci iam non possit. 5) V. quae de hac re sub a. 1203. narrat. 6) In eius codice inerant etiam additamenta pauca Aquicinensia, ut in codice D 1** editionis Bethmannianae, quae in classem D ex codice B Aquicinensi transierant. Caeterum non in omnibus nostri codex codicis D 1** similis fuisse videtur. Vix verisimile est, iam omnia additamenta Ursicampina in eo exstitisse. Noster transcripsit ad verbum quae in Auct. Laudun. (SS. VI, p. 445) sub a. 1096. narrantur, cum eadem fere sed multo ampliata et mutata in Auct. Ursicamp. (ib. p. 471) sub a. 1094. legantur. 7) Ex hac pauca excerpta sunt, quae fortasse per alium librum, ut Willelmi Godelli chronicon, cuius prima pars non impressa est, ad eum pervenerunt. 8) Vel Landulfi Historiam miscellam. 9) Ex huius codice etiam epitaphium Sewini archiepiscopi Senonensis (Duru II, p. 436) excepit. 10) Quamvis tota fere continuatio ex Willelmi Godelli chronico excerpta sit (v. supra p. 34), tamen nostrum illam quoque legisse sub a. 1163. intelligitur. 11) Quae certe usque ad a. 1151. scripta habuit; forte etiam Vitam Willelmi episcopi (a. 1167—1181) legit. 12) Apud Labbeum, Nova bibl. mss. I, p. 292 sq. 13) Qualem cum aliis catalogis, quos et in chronico adhibuit, operi praemisit; v. infra sub codice 1. 14) Ex hoc certe omnia fere ad historiam Anglicam spectantia, maximam partem ex Willelmi Malmesburiensis Gestis Anglorum exscripta, quae in editione Bouquetiana omissa sunt, sumsit. V. supra p. 195. 15) Duru II, p. 114 sqq.

sociorum eius, S. Mariani monachi Autissiodorensis[1]*, S. Mauri abbatis, Gregorii papae, Bernhardi abbatis Clarevallensis, Norberti alteram (B), Thomae Cantuariensis auctore Iohanne Salisberiensi aliasque priorum saeculorum multas, quas enumerare longum est, cum singulos tantum locos ex eis sumserit.*

His subsidiis adiutus Robertus tale opus composuit, quo inter optimos medii aevi chronographos praecipuum locum sibi vendicaverit. Nam cum librum cum fontibus eius contuleris, intelliges, qua diligentia illos perquisiverit, qua prudentia ex variis sumta composuerit, caute elegerit quae excipiat, quam magnam operam praesertim vero ordini temporum stabiliendo dederit. Semper fere quidem verba auctorum retinuit, sed apte et prudenter saepe duorum vel plurium relationes coniunxit et tamen rarissime, ut alii chronistae in tali re solent, in errorem incidit. Maxime vero laudabis, quod fabulas carminum tunc iam vulgatissimas et ab omnibus fere scriptoribus utcumque historiae inmixtas prorsus reiecerit. In historia Karoli Magni ne mentionem quidem earum fecit, quamvis haud dubie eas non ignoraverit. Arturi regis gesta quidem brevissime exposuit, sed ea sibi suspecta esse aperte profitetur[2]*. Iam celeberrimus est locus eius***, quo historiam inventionis Sanctae Crucis, ab ecclesia receptam, fictam et omnino refellendam esse evincit. Itaque fuit ingenii sani et prudentis, sed tamen simplicis ut monachus, nam nimis superstitionibus illius*

*p 152. De reprobatione pseudo-hystorie.

*) *Quem hic repetere iuvat:* Sed hic insolubilis exoritur controversia, *cum legatur in Gestis pontificum, quod sub Eusebio papa crux Domini sit inventa. Sed nec satis mirari possumus, quomodo illa apocrifa scriptura, in qua plenius describitur huius inventionis ficticiae hystoria, ad legendum sit in ecclesiam introducta. Nam nullatenus stare potest, si temporum series discutiatur et veritas inquiratur. Ibi enim traditur, quod Constantinus anno 6. regni sui dimicaturus esset contra barbaros super Danubium, et quod tunc ei signum crucis celitus sit ostensum, cum, teste Eusebio temporum descriptore verissimo, hac visione tunc sit letificatus, cum circa pontem Molbium esset cum Maxentio conflicturus[3]. Consideremus nunc singula, ut singula refellamus. Refertur ibi, quod Iherusalem deserta tunc esset, cum innumerae testentur[a] hystoriae, quod eam Helius Adrianus extruxerit et ex suo nomine Heliam nuncuparit. Refertur ibi, quod tria milia Iudeorum tunc illic inventa sunt, cum a predicti imperatoris tempore usque in presens prorsus Iudei a Iudeae finibus sint exclusi. Proinde episcopis ex circumcisione cessantibus, illic constitui extunc episcopi coeperunt ex gentibus. Porro refertur ibi, Constantinum ab Eusebio papa suscepisse baptismum, cum in hoc reclament actus bęati Silvestri, qui etsi videantur apocrifi, Tripartitam relegamus hystoriam, in qua nobis aliud innuitur de baptismate Constantini. Quod autem Constantinum nequaquam baptizaverit Eusebius, facile convincitur, si tempus pensetur. Siquidem Eusebio presulante et post ipsum aliquanto tempore persecutionis adhuc rabies grassabatur. Unde et Silvester secundus post Eusebium pontifex montem Seraptim petiit, ut lateret, eo quod adhuc persecutio deseviret. Sub Silvestro autem, innumeris attestantibus historiis, iniciatus est Constantinus fidei christianae misteriis, et detumescente turbine persequentium, recepit aecclesia pacem pariter et provectum. Denique refert illa pseudoscriptura, quod Kyriacus Iherosolimorum prefuerit aecclesiae Constantino regnante, cum in kathalogo patriarcharum, qui Iherosolimis prefuerunt[4] nomen eius nullatenus reperiatur asscriptum, presertim cum luce clarius constet, Macharium sub Constantino Iherosolimorum fuisse episcopum, qui et Niceno concilio affuit et inter ceteros confessores mirabili sanctitate prefulsit. Sub quo et regina Helena Iherosolimam venit invenitque crucem dominicam. De isto vero Kyriaco nusquam fit mentio, utpote qui non fuerit, sed fuisse confictus sit, aut si fuit, plane tempora ista non habuit. Absurdum vero est credere, caeteris Ierosolimae patriarchis in ordine digestis, istum fuisse Kyriacum aut oblivione aut negligentia pretermissum. Confutandum est igitur, quod sic et auctoritas refellit et ratio, arbitrandumque est, figmentum esse falsitatis, cum ibi nullum eluceat vestigium veritatis. Quod si quis asserat, hoc ideo esse tenendum, quia recitari in ecclesia ex longa consuetudine sit inductum, sciat, quia, ubi racio repugnat usui, necesse est usum cedere racioni.

a) testantur *corr. ead. m.* testentur 1.

1) AA. SS. Apr. II, p. 760. 2) *Haec de Arcturo diximus, ne a nobis pretermissum videatur quod tam crebro ab omnibus ventilatur. Verum nonnullam diffidentiam nostris animis ingerit, quod de hoc Arcturo nulla prorsus mentio in ceteris habeatur hystoriis, cum iste tanta, ut dicitur, nobilitate claruerit, ut omnes qui eum in regno Britannorum precesserant superarit.* 3) In margine codicis 1 hic locus ex Hist. trip. I, 4. post suppletus est. 4) Qui in cod. 1, p. 89. exstat; cf. p. 224.

temporis deditus, miracula, prodigia, visiones referre gaudet. In ecclesiasticis litteris tam antiquae quam recentis aetatis bene versatus, cum multos libros eius generis citaverit, etiam poetas veteres legit, ut laudati versus Vergilii, Lucani, Ausonii, Claudiani probant. Sermone Latino satis eleganti ac simplici prompte utitur.

Si igitur chronista merito summis laudibus efferendus, opus tamen eius ad historiam cognoscendam non aeque magni nobis faciendum est. Nam usque ad a. 1180. *fere praeter ea quae ad ecclesiae S. Mariani et Autissiodorensis civitatis historiam spectant paene omnia ex libris adhuc servatis exscripta sunt. Inde vero nullo librorum auxilio adiutus ipse suos annales composuit. Cum a.* 1203. *iam magna pars libri confecta fuerit, ut ex praefatione constat, annales ab hoc tempore usque ad a.* 1211. *paulo post res gestas conscriptos esse apparet, sed idem iam de extremis annalibus saeculi XII. optimo iure dici posse videtur. In hac parte etiam modum chronici universalis omnino servans, non modo quae in patria, sed etiam quae in aliis terris, praesertim transmarinis, gesta sunt, plerumque audita, saepe vero etiam ex epistolis, quarum nonnullae adhuc exstant, aliae ipsi certe visae perditae videntur, cognita diligenter retulit. Sic permulta narravit, quae, etiamsi de plerisque alibi luculentius relatum est, suo pretio non carent, praesertim cum accuratissime temporis ordinem tenuerit. Quae imperii Romani historiam illustrant pauca quidem sunt, attamen Roberti, si solum Albericum exceperis, ultimi bonorum chronistarum medii aevi — nam postea iam Vincentii et Martini eorumque sectatores despicabiliores universalis historiae campum tenent — liber dignus visus est, cuius extrema pars inde ab a.* 1112, *quo Sigebertus desinit, integra, omissis tantum longioribus locis ex aliis libris desumtis, huic collectioni inseratur, praesertim cum adhuc editio integra et omnibus numeris absoluta desideraretur*[1].

Liber a Roberto absolutus mox magnam aestimationem sibi vendicavit. Nam iam a. 1214. *ab anonymo auctore Historiae Francorum*[2], *a.* 1225. *a canonico S. Martini Turonensis, postea praesertim a Vincentio Bellovacensi, Girardo de Fracheto et Guillelmo de Nangiaco exscriptus est, per quos narrationes eius ad multos alios scriptores pervenerunt.*

1) *Codex civitatis Autissiodorensis nr.* 132, *mbr., fol. max., olim S. Mariani*[3], *duabus columnis exaratus, continet quod dicimus autographum Roberti. Eius libro praecedunt tabulae chronici Hugonis a Sancto Victore, quae in omnibus reliquis codicibus Roberti aut nunc insunt, aut olim exstitisse videntur, quas ipse haud dubie Robertus cum suo opere coniunctas esse voluit. Paginae* 1—4. *codicis nunc excisae sunt, in quibus certe olim exstabant praefatio Hugonis:* Incipit prologus magistri Hugonis in chronica. Fili, sapientia thesaurus est *etc.*[4] *et exordium chronici. Pag.* 5—61. *continent Hugonis tabulas aetatum cum catalogo pontificum et imperatorum, ubi numeri usque ad a.* 1230.

1) Virum cl. A. Molinier editionem Roberti praeparare, demum nostra editione iam paene absoluta, nobis innotuit. 2) Unus saltem locus in Chron. S. Martini Laudun., SS. XVIII, p. 714, exscriptus est, quem S. Mariani canonici forte separate scriptum ad Laudunenses Praemonstratenses transmiserant. Nam consuetudinem quandam inter utrumque coenobium fuisse, mox videbimus. 3) Pag. 63. manus s. XVI. notavit: *Ego sum ex libris monasterii Sancti Mariani;* p. 5. recens manus: *Ce manuscrit vient de la bibliothèque de l'abbaye de St. Marien connu sous le nom de Notre Dame la Dehors en* 1792. *De là il a été déposé dans la bibliothèque publique de la ville d'Auxerre.* Volumen recenti tempore iterum compaginatum est et tegumento impressum: *Robert Abolantz Chronique de S. Marien XIII. siècle.* Iam pridem margine nimis rescisso nonnullae notae marginales mutilatae sunt. 4) Ut in codice Treverensi, cf. 'Arch.' XI, p. 347 sq.; cf. ibid. p. 306. Inde est quod Mabillon et alii Hugonem quendam nostri chronici auctorem esse putaverunt.

deducti sunt[1], *pag.* 62—79. *genealogias patrum Hugonis, nonnullis vacuis relictis, quarum pag.* 78. *manu saec. XVI.* Vita authoris ex hoc opere deprompta *inscripta est. Pag.* 80. *incipit praefatio operis Roberti, dehinc sequuntur pag.* 81—87. Descriptio tocius orbis et regionum in orbe; *pag.* 88. Nomina Romanorum pontificum; *pag.* 89. Nomina patriarcharum Ieros.; *pag.* 90. Patriarche Antiochie; Patriarche Alexandr.; Archiepiscopi Senonum; Autissiodorenses episcopi; *pag.* 91. Bituricenses archiepiscopi; Cantuarienses archiepiscopi; Nomina Trecensium episcoporum; Nomina Nivernensium episcoporum; De ecclesia sanctorum Gervasii et Prothasii; *pag.* 92. Nomina Parisiensium episcoporum; *pag.* 93—96. Isti sunt episcopi sub Romano pontifice, qui non sunt in alicuius provincia constituti *alia coaeva manu scripti, dum cetera omnia, quae certe partem operis sui esse voluit Robertus, una manu (A) pulchre exarata sunt, quae pag.* 97. *chronicon ipsum verbis* In primordio temporis *incipiens usque ad pag.* 312. *pergit; dehinc altera manus paginas sequentes usque ad pag.* 321, *tertia (B) paginas* 321—324. *exaravit, ubi textus sub a.* 1203. *abruptus est, nonnullis foliis quae certe finem chronici usque ad a.* 1211. *continebant deperditis. In uno quod adhuc restat folio, pag.* 325. *quarta manus notas annorum* 1214—1218, *quas sub Continuatione I. damus, pag.* 326. *variae manus diversorum saeculorum notas annorum* 1223—1406. *intulerunt. Totum chronicon modo manu A, modo alia tam accuratissime correctum est, ut nec leve mendum scribae remaneret. Iam manibus A et B multae notae in marginibus suppletae, uno loco sub a.* 1182. *quae manu A scripta erant erasa et manu B rescripta sunt, praeterea vero circiter undecim aliae manus, quas litteris C—N signavimus permulta in marginibus et aliquoties inter lineas addiderunt*[2], *quae omnes eiusdem aetatis saeculi XIII. incipientis sunt, nec certius definiendum, quae altera posterior priorve sit*[3]. *Forte nonnulla quae diversis litteris diversis amanuensibus tribuimus ab eodem scripta sunt; nam complures quidem loci aliorum litteris simillimi sunt — velut manibus D et F exarati — nec tamen certe eidem manui tribui possunt, cum difficillimum sit eandem manum recognoscere, si qua diverso tempore, diverso calamo et atramento, maioribus hic, illic minoribus characteribus scripserit. Distichon supra pag.* 221. *allatum qua manu adiectum sit, certius diffiniri non potest, cum tamen aliarum manuum occurrentium, maxime manus L, quae et alios versus aliaque pauca supplevit, simile sit. Omnia additamenta cur Roberto, quem saltem novem annos in libro componendo occupatum fuisse sciamus, abiudicemus, nulla est causa, immo quae a librariis A et B, deinde quae manibus D et F, quae praeter alia singulas notas ex libris a Roberto adhibitis, Continuatione Praemonstratensi, Clarii et Willelmi Godelli chronicis, adiecerint, suppleta sunt, auctori sine ullo scrupulo tribui possunt, quamvis ipsius manum certo certius deprehendere nequeamus. Concedendum tamen et verisimile est, nonnulla ab aliis postea esse addita*[4], *praesertim ea quae*

1) Ad a. 1120. minio ascriptum est: *Hoc anno coepit ordo Premonstratensis sub patre Norberto;* ad a. 1129: *Hucusque magister Hugo produxit cronica sua;* ad a. 1214. posteriore manu: *[Hoc] anno devicit Philippus rex Francorum [Oth]onem imperatorem Alemannorum et comitem [Flan]driarum cum aliis multis;* et ad a. 1218: *[Ho]c anno coronatus est Petrus comes Altisiodorensis [in] imperatorem Constantinopol. cum uxore sua Yol. [ab] Honorio papa in ecclesia sancti Laurentii extra muros.* 2) Referentibus VV. Cl. Quantin et A. Schoene nonnullae chartae archivi Ycaunensis monasterio S. Mariani datae manibus in hoc codice occurrentibus scriptae videntur, ut charta a. 1180. supra p. 219 n. 4. impressa manu A, duae aliae ineditae a. 1178. manibus B et N. Quo probari videtur, Robertum fratres canonicos S. Mariani sibi amanuenses in auxilium ascivisse. 3) Series litterarum igitur non tempora manuum, sed quo ordine in codice occurrant, designat. 4) Ut et in catalogis pontificum et imperatorum inter Hugonis excerpta positis (v. n. 1) et Roberti chronico insertis quaedam post mortem Roberti annotata sunt.

manu G exarata sunt, cum haec notam anni 1223. *paginae* 326. *intulerit. Pleraque additamenta, ut epitaphia, versus memoriales, talia sunt, quae et ab auctore et ab unoquoque lectore addi potuerint. Cum igitur, quid Roberto, quid librariis debeatur, discerni omnino non possit, omnia additamenta, quae etiam in reliquos codices ex hoc derivatos transierunt, uncis inclusa recepimus. Codicem cum editis contulit V. Cl. Peiper, cum eis quae in editis omissa sunt V. Cl. A. Schoene, qui et magnam operam dedit, ut diversas manus discerneret et sua cuique tribueret. Singulos locos exscripsit V. Cl. Quantin, praefectus bibliothecae Autissiodorensi et archivo Ycaunensi, qui singulari benignitate omnibus modis fecit, ut hanc editionem praeparantes adiuvaret et instrueret.*

Reliqui codices sunt:

1[a]) *Codex Montispessulanus nr.* 26, *olim S. Mariae Pontiniacensis, mbr., saec. XIV. ex.,* 155 *folia continens. Praefatione deficiente, incipit* Descriptio tocius orbis *etc. Iam desinit sub a.* 1199. *verbis* Michael Senonensis archiepiscopus obiit. *N. Camuzat in edendo libro hoc codice usus est, qui descriptus videtur ex apographo codicis* 1 *facto, antequam locus ille sub a.* 1182. *erasus et rescriptus sit, cum Camuzat eius primariam formam a codicibus nostris diversam reddidisse videatur. Neque omnia additamenta in eo exstare videntur.*

2) *Codex Montispessulanus nr.* 27, *mbr., fol. max., olim* '*Liber Sancte Marie de Escharlleiis*', *tunc S. Germani Autissiodorensis*[1], *circa a.* 1225. *duabus columnis eleganter exaratus. Fol.* 1. *incipit Praefatio chronici, sequitur* Descriptio tocius orbis *etc., sed foliis* 2—7. *excisis, fol.* 8—9. *exstat finis indicis cardinalatuum et catalogus episcopatuum; fol.* 9'. *ipsum chronicon incipit.* In primordio temporis. *Folium* 1. *antiqua manu signatum est* 61, *ex quo patet olim* 60 *folia praecessisse, quae haud dubie Hugonis chronicon continebant. Roberti chronicon cum omnibus additamentis ex codice* 1. *accuratissime exscriptum est, accedunt Continuatio II. a.* 1212—1220, *cui notae Continuationis I. inmixtae sunt, denique nulla rubra interposita nota de Pseudo-Balduino a.* 1225. *Haec omnia* 133 *folia implent. Sequuntur Ademari Cabannensis historiae. Codicem huc benivole transmissum ipse evolvi.*

3) *Codex Vaticanus reginae Christinae nr.* 88, *mbr., fol. max., saec. XIII—XIV. ex* 1 *exscriptus. Continet f.* 1—5. *Methodii revelationes; f.* 6—36'. *Hugonis chronicon cum catalogo pontificum et imperatorum, ubi numeri ut in* 1 *usque ad a.* 1230. *deducti sunt*[2]. *Denique f.* 37—175'. *chronicon Roberti cum omnibus catalogis sub* 1 *notatis post Descriptionem orbis, Continuatione II, tunc Continuatione I. et nota a.* 1223, *quae in* 1 *pag.* 326. *legitur. Cum hoc codice lectiones Camuzaei in tantum conveniunt, ut codicem Petavianum, quem ille adhibuit, aut patrem aut fratrem huius credamus oporteat, cum sint quae prohibent, quominus hunc esse Petavianum existimemus*[3]. *P. Ewald noster codicem exscripsit.*

4) *Codex Treverensis civitatis nr.* 1287 *(CIX)*[4], *chart. et membr., fol., saec. XV. negligenter exaratus. Praecedit fol.* 1—23'. *Hugonis chronicon, ubi catalogus imperatorum iam a.* 328. *desinit, reliquis cum Praefatione Roberti, Descriptione orbis et catalogis aut iam pridem ex hoc codice aut potius*

1) Cf. Lebeuf ap. Desmolets l. l. p. 417. 2) Praeter codice Vaticano desunt verba in fine chronici: *Hucusque perduxit chronica sua frater Robertus,* quae apud Camuzaeum et in codd. 2. 4. 4[a]. leguntur. 3) In notas p. 224 n. 1. allatas, ibi etiam ad a. 1191. legitur: *Ptolomays capitur a nostris, et rex Phylippus revertitur de transmarinis.* Cf. 'N. Arch.' II, p. 337. 4) Cf. 'Arch.' XI, p. 347 sq.

iam ex eius archetypo[1] *excisis. Fol.* 24—210. *sequitur ipsum Roberti chronicon* (In primordio *etc.*) *cum sola Continuatione II. Codicem ipse exscripsi.*

4[a]) *Codex* ***Stuttgartensis***, *chart., fol., saec. XV ex., quem hic inspexi, est apographum Treverensis.*

Codices 2—4. *in extrema tantum chronici parte ab a.* 1203. *in* 1 *deperdita et Continuatione II. consulendi erant, antea rarissime varias eorum lectiones annotavi.*

Lebeuf (Desmolets l. l. p. 436*) notat, suo tempore chronicon Roberti saec. XIII. ex. scriptum et usque ad a.* 1272. *continuatum extitisse in abbatia S. Andreae Claromontensi, ut ipsi P. J. Boyer retulit; sed quo codex devenerit, nescimus*[2].

Abbreviatum chronicon Roberti a. 1475. *scriptum exstat in codice Autissiodorensi nr.* 133, *olim ecclesiae cathedralis Senonensis, chart.*[3]; *simile in codice bibliothecae Mazarinae Parisiensis nr.* 1321[4].

Eodem errore quo totum opus Hugoni tributum est, Camuzat et alii continuationem quidem a. 1212—1220. *a quodam canonico S. Mariani huius nominis conscriptum esse falso censuerunt; quos iam Lebeuf refellit*[5]. *Immo anonymus quidam canonicus, sive idem qui notas a.* 1214—1218. *codici inscripsit, sive alter, a.* 1220. *chronicon canonici S. Martini Laudunensis Praemonstratensis ordinis usque ad a.* 1216.[6] *nactus, ex hoc, cuius verba plerumque mutavit, et notis Continuationis I, quaedam etiam de suo addens et annales a.* 1217—1220, *in quibus Oliveri epistolas de expugnatione Damiatae*[7] *exscripsit, ipse componens, continuationem amplam, sed parvi pretii, chronico subiecit.*

Chronicon cum utraque continuatione ex codicibus Pontiniacensi (1[a]) *et Petaviano quodam*[8] *edidit N. Camuzat Trecis et Parisiis* 1608. 4°, *quae editio repetita est a.* 1609. 1668. 1669. *Qui omnia ex Sigeberti chronico eiusque continuationibus necnon permulta ex aliis fontibus hausta, quin etiam multa memoria digna omisit. Narrationem de Milone abbate ab hoc omissam Lebeuf, 'Mém. d'Auxerre' II, Probatt. p.* 259 *sqq., ed. Challe IV, p.* 65, *supplevit. Excerpta ex editione Camuzaei impressa sunt SS. rerum Gall. X, p.* 275. *XI, p.* 308. *XII, p.* 289. *XVIII, p.* 247.

Berolini mense Febr. a. 1881. *O. Holder-Egger.*

p. 80.

INCIPIT PREFATIO SEQUENTIS OPERIS.

Cum infinita sint temporum gesta gestorumque digestores quam plurimi, nec possint ab omnibus omnia vel haberi vel legi: non inutile duximus ex infinitis pauca colligere et in unum coartare conpendium, quae legenti magis vel oblectamentum pariant vel profectum. Opus sane arduum diligentiorisque studii ac nostrae prorsus inconpetens parvitati. Vęrum nonnullam excusationem affert, quod ad hoc non arroganti sumus presumptione ducti, sed aliena potius preceptione conpulsi. Porro ad id peragendum non modice prestitit, quod [venerabilis[a] abbas noster domnus Milo], qui ad agendum nos compulit, in

a) *post* quod *verbum quatuor circiter litterarum (an* st:er *vel* iste?) *erasum et* v. a. n. d. M. *prima manu (A) in marg. suppl.* 1; *quod celeri codices receperunt.*

1) Nam in codice Treverensi lacunae vestigium nullum superest. 2) In bibliotheca S. Genovefae Parisiensi nr. 948. exstat exemplar editionis Camuzaei cum additamentis ex codicibus exscriptis, ex bibl. Tellerii ortum. Cf. 'Arch.' VIII, p. 366. 3) Desinit iam a. 1203. Itaque abbreviator codice 1, iam tunc mutilo usus est. In fine notat: *Explicit quoddam extractum abreviatum de cronica magistri Hugonis canonici Sancti Mariani prope Autissiod. per me . . . in villa Autissiodor. a. D.* 1475, *die Mercurii* 12. *mensis Aprilis post pascha.* Prologo Hugonis ut alii seductus est, ut hunc totius operis auctorem putaret. 4) 'N. Arch.' VI, p. 494. 5) Tamen Potthast l. l. s. v. errorem repetiit. 6) Nam usque ad hunc annum tantum cum Chron. Laudun. convenit, cum hoc a. 1219. demum desinat. 7) Editionem operis a. 1219, Nov. ex., quam Gale, SS. Angl. II, p. 435, et Giles publici iuris fecerunt (Zarncke in 'Ber. d. Sächs. Ges. d. W., phil.-hist. Cl.' 1875, p. 143), legisse videtur. 8) V. supra p. 225.

agendo quoque strenue coadiuvit. Ipsius namque ducente ac docente industria nostraque parvitate pariter annitente, ceptum peregimus, et si non competenter usquequaque, utcumque tamen. Competentius autem nobis visum est exordiri a tempore, quo primordialiter et tempus cum rebus et res cum tempore verbo Domini sunt exortae. A mundi itaque exordio exordium sumpsimus et ad nostra usque tempora temporum seriem studuimus texere, et ex his quae ipsis temporibus acciderunt aliqua breviter assignare. Verumtamen premisimus quandam orbis regionumque in orbe et insularum descriptiunculam, ex Orosii Ysidorique libris succincte, ut quivimus, effloratam. Iuxta Haebraicam sane veritatem ab Adam et deinceps annos digessimus, primo per generationes, secundo per iudices, postremo per reges. Hi vero sunt qui nos potissimum adiuverunt: Eusebius, Iheronimus, Sygibertus. Eusebius siquidem a nativitate Habrahae usque ad vicennalia Constantini regnorum seriem regumque digessit; cuius opusculum Iheronimus transferens, nonnulla intermiscuit et usque ad mortem Valentis continuando protraxit. Abhinc Sygibertus Gemblacensis monachus, vir multae studio lectionis ędoctus, chronica sua incepit et usque ad annum Domini 1112. cautissima ordinatione contexuit. Ceterum ea quae subiunximus partim alibi digesta reperimus, partim vel a nobis sunt visa vel certa relatione comperta. Porro in prosecutione annorum Domini magistrum Hugonem de Sancto Victore elegimus imitari. Attamen nullum ex his in prosequendo res gestas ex toto secuti sumus, sed, recisis quibusdam, quibusdam additis, unum qualecumque opusculum compegimus ex diversis. Quod idcirco fecimus, quia quaedam in his vidimus minus nęcessaria et propter id omittenda, quaedam vero in uno minus diligenter digesta, diligentius in alio reperimus[a] explicata. Invenimus autem innumeras in dinumeratione annorum dissonantias, quas nimirum frequenter pariunt in scripturis tum imperitia, tum vętustas. Siquidem nichil aeque facile vel antiquitas variat vel scribentium manus imperita depravat. Enimvero pensantes, quia in his sit et parva profecto utilitas et inextricabilis difficultas, arbitrati sumus nęquaquam nimis inde curandum, sicubi forte occurrit dissonantia numerorum. Nec solum in numeris, sed in rerum quoque gestarum assignatione advertimus plęrumque chronographos discrepare. Si qua perinde istic discrepantia reperiatur, non nostrae imprudentiae deputetur. Neque enim potuimus facere fonti dissimilem rivulum e fonte manantem, nec scribere nisi quae scripta scriptores pristini reliquere. Eapropter rogamus, ne quis arguat vel improbet ista, donec prius diligenter inspexerit, unde sunt dirivata. Sic enim perpendere poterit, quod non nostra indiscretione facta sint acida, sed de aliorum scriptis sincere transfusa, sepe quidem ad verbum, semper autem ad sensum. De Orosio quidem, Gennadio, Cassiodoro, Hugone Floriacense locisque diversis nonnulla interdum excipere et suis ea locis curavimus adaptare. Senonenses preterea archipresules notavimus, sed minus quidem ordinate, quia eorum gesta minime potuimus invenire, Autissiodorensium quoque presulum, in quorum presulatu constituti sumus, tempora distinguendo texuimus, et si forsan minus congrue, tamen prout ex eorum gestis quivimus coniectare. Quaedam ętiam interseruimus ad locum nostrum, sancti videlicet Mariani aecclesiam, proprie spectantia. Monemus proinde transcriptorem, minus utilia pretermittere, minus dicta supplere, minus congrue posita congruentius ordinare. Sciat autem qui legerit, fore[b] perutile, studere talibus, talia lectitare. Hic nempe describitur, qualiter ab initio usque nunc mundus fluxerit vel florens provectibus vel pressuris attritus, qualiter res mutatae, translata regna, regnorum gloriae ad nichilum devolute; quomodo denique post adventum Christi christianitas creverit, corruerit impietas, pietas triumpharit. Liquet sane, quia ex tali taliumque inspectu et despectus presentium et respectus oritur futurorum. Propterea scriptum est: *Memento dierum* Deut. 32, 7.
antiquorum, cogita generationes singulas.

. . . .

In primordio temporis ante omnem diem Deus pater ex verbo et per verbum suum p. 97.
fecit ex nichilo rerum omnium materiam . . . . . .

Hucusque Ieronimus presbiter sui temporis digessit hystoriam . . . . . . Abhinc Sigi- p. 162.
bertus Gemblacensis monachus incepit cronographiam suam. Cui nos sicut in precedentibus quaedam ex diversis locis excepta adnexuimus, quae his locis possent satis necessarie et competenter aptari et predicti viri satisfacerent nimiae brevitati. . . . . . .

Sigismundus — — latrabant. p. 190 S. g. 515

Avitus presbiter insignis Aurelianis habetur. Beatissimus quoque Leonardus Aurelia-

a) repper. *corr.* reper. 1, 2. b) forte fore 3.

nensis civis, vir pietate et religione precipuus, in regno Francorum emicuit. Hic beati Remigii discipulus, postmodum ad Aquitaniae partes secedens, in Lemovicinae urbis territorio longo fertur tempore heremiticam vitam duxisse. Captivorum specialis patronus apud Deum singulari quodam modo merito, se devote invocantibus frequentius affuisse, experimentis evidentibus comprobatur. Hic etiam in nostro seculo famosissimum illum et strenuissimum[a] militem Christi Boemundum[1], regis Siciliae[2] filium, se in carcere solicitius invocantem mirabiliter consolatus est et ad extremum de pagani vinculis liberum suo cum gaudio principatui reddidit[3]. . . . . . .

Sig. 919 Henricus, Ottonis filius, imperat annis 18. Hic vir pacificus fuit, iusticiae cultor et iniustorum deletor. . . . . . .

p. 282 1064. Anno predicto, quo cyclum magnum diximus incepisse[4], incensum est igne succenso ex se totum castellum Sancti Germani Autissiodorensis a porta civitatis cum toto monasterio officinisque ministerialibus usque molendinos Cantantis-ranae, nichil ex omnibus remanens preter confectum solum, 4. feria pridie Kal. Aprilium[5]. . . . . . .

Anno Domini 1075. incensa est Autissiodorensis civitas ab aecclesia sancti Petri quae est super pontem usque ad molendinos Cantantis-ranae feriatis diebus pasche; in quo igne multa ornamenta Sancti Germani perdita sunt[6]. . . . . . .

[Hunaldus[b] Altissiodorensis archipresbiter celebris habetur, vir amantissimus paupertatis et pauperum mundique contemptor, et circumquaque pedes ambulans, dum divini spargeret semen verbi. Qui cum in Autissiodorensem episcopum eligeretur, aufugit; nonnullis etiam, ut fertur, miraculis claruit].

p. 283 1097. [Hoc[c] anno sanctus Hugo Gratianopolis episcopus fit, ubi per annos 52 virtutum exemplis incomparabiliter floruit]. . . . . . .

[Circa[d] id tempus sanctus Hugo Grationopolitanus episcopus vidit per sompnum in solitudine Cartusiae Dominum suae dignationi habitaculum construentem, stellas ętiam 7 ducatum sibi prestantes itineris. Et ecce sanctitatis eius odore tracti ad ipsum veniunt 7 viri, qui omnes uno desiderio succensi, locum heremiticae vitae congruum quaerebant necdumque reppererant. Horum primus magister Bruno, vir religione scientiaque famosissimus, alii 4 literati, duo laici; quos sanctus Hugo gratanter suscepit et voti compotes fecit. Ipso namque consulente, iuvante, comitante, Cartusiae solitudinem intraverunt atque extruxerunt. Sic cepit ordo Cartusiensis, inter caeteros ordines puritate mentium ac theoriae studio singularis. Coepit autem anno Domini 1086]. . . . . . .

[Per[e] id tempus florebat Stephanus levita, vir mirabilis abstinentiae magnaeque virtutis, qui ex Arvernia oriundus, ad territorium Lemovicense demigrans, vitam heremiticam per annos 50 cum paucis, qui ad ipsum postea confluxerunt, exercuit; a quo cepit ordo Grandimontensis. Cepit autem autem anno Domini 1076]. . . . . . .

p. 284. [Petrus[f] heremita, sacerdos de episcopatu Ambianensi, claret, vir magnanimus et eximie religionis atque affluentis facundie. Hic Iherosolimam adiens fideliumque qui illic aderant miserabilem oppressionem considerans, indeque rediens, prius eam Urbano pape denuntiat. Dehinc ferventis instantia predicationis ad liberationem Orientalium sollicitat principes et populos Occidentis]. . . . . . .

p. 287. Will.God. Hoc eodem anno 1098. in Burgundia 12. Kal. Aprilis in festo sancti Benedicti abbatis fundatum est cenobium quod Cistercium vocatum est in episcopatu Cabilonensi, non longe a castro Divionensi. Huius cenobii primus abbas fuit domnus Robertus abbas Molismensis. — — In Cisterciensi vero aecclesia abbas ei substitutus est Albericus.*

*) *Cod. 2 add.:* Et quamvis ad enarrandas beati Roberti virtutes pre ipsarum magnitudine nostrum dormitet ingenium palpitansque balbutiat, pauca tamen e pluribus huic operi duximus inserenda. Hic enim vir beatus ab adolescentia sortitus animam bonam et ad corpus incoinquinatum venire desiderans, spreta seculi pompa, claustrum ingressus, apud Sanctum Petrum de Cella[7] didicit obedientiam, ut ex hiis que passus fuisset scienter et fiducialiter aliis imperaret. Ibi quoque

a) bellicosissimum 2. b) *haec in marg. p. 282. manu C post suppl. 1 eis addenda quae ad a.* 1076. *ex Clarii chron. exscripta sunt; ceteri codd. haec ut omnia marginalia cod.* 1 *contextui inseruerunt; des. ed.* c) *uncis incl. in marg. manu D suppl.* 1. d) *uncis incl. in marg. manu D suppl.* 1*; des.* 3. e) *haec in marg. p.* 283. *manu C post suppl.* 1, *in textu praecedentibus quae e Sig. ad a.* 1087. *exscripta sunt; des. ed.* f) *haec in marg. p.* 284. *manu C suppl.* 1, *ubi praecedunt quae ad a.* 1094. *ex Will. God. chron. exscripta sunt; des. ed.*

1) I. principem Antiochenum. 2) Potius Roberti Guiscardi ducis. 3) Cf. Order. Vital. Hist. eccl. X, 22. XI, 12, ed. Le Prevost IV, p. 156. 210 sq. 4) Ex Sigeb. a. 1064. 5) Cf. Chron. breve Autissiod., Martene et Durand, Thes. III, p. 1384. 6) Cf. Chron. breve Aut. l. l. 7) In suburbio Trecensi situm.

Anno Domini 1104. tempestates et pluviae magnae fuerunt et tonitrua frequentia . . . . . .

[Per[a] idem tempus Robertus de Arbressello in Aquitania claret, vir magnarum virtutum et tam fervore sanctitatis quam profusione doctrine mirabilis verbique Dei ferventissimus predicator. Qui nobilis illius cenobii quod dicitur Fons-Ebraldi[1] extitit institutor, in quo multas aggregans devotas feminas, quasdam etiam de prostibulis abstrahens, artioribus eas cohibuit institutis, ut pre ceteris monialibus recluse eo pudicicius quo secretius degerent a virorum conspectibus sequestrate. Alia quoque eiusdem institucionis et ordinis cenobia per diversas extruxit provintias. Sic prefato institutore Roberto cepit ordo monialium de Fonte-Ebraldi. Huius quoque Roberti erant socii et alii viri tam religione celebres quam doctrina. Qui diversis in locis diversis temporibus diversa fundavere cenobia. Bernardus scilicet Tyronii[2] primus abbas, Vitalis[3] de Mauritania, Radulfus de Fusteia, hii omnes viri virtutis multam animabus lucrandis operam impendebant et documentis pariter et exemplis; qui abstinentiae et paupertatis amore prius heremum incolentes, postea singuli plurium monasteriorum extitere fundatores et patres, Robertus in Aquitania, Radulfus in Britannia, Vitalis in Normannia, Bernardus in Francia]. . . . . . .

Anno Domini 1109. . . . . . . Eodem anno sanctus Anselmus Cantuariae archiepisco- p 288.
pus et sanctus Hugo Cluniacensis abbas migrant ad Dominum, quorum vita claruit tam miraculis quam virtutum exemplis. Florebat hoc tempore Hildebertus [prius[b]] Cenomannensis episcopus, Will. God.
[deinde[b] Turonis archiepiscopus], vir sciencia perspicuus et tam in versificando quam in dictando gratiam peculiarem adeptus. [Indicant[c] hoc diversa eius opuscula, quae metrice ȩdidit, et ȩpistolae, quas ad diversos direxit, quae omnia miro modo commendat et elegantia sensuum et lepos brevitasque verborum; unde quidam de eo sic ait:

Inclitus et prosa versuque per omnia primus
Hyldebertus olet prorsus ubique rosam].

Florebat et Ivo Carnotensis episcopus, qui vita atque doctrina sua eiusdem sedis aecclesiam illustravit, Cont.Praem
quique inter cetera opera sua volumen illud quod Decreta Ivonis dicunt sua industria utiliter compilavit. . . . . .

Anno Domini 1110. . . . . . . Post Balduinum alius Balduinus comes Edessenus Iherosolimis.

[Sub[d] his diebus Romae Paschalis papa infulatus ac missas celebrans ab ipso altari sancti Petri prodicione ac dolo Henrici imperatoris raptus, vinctus ac sacramentis quibusdam vi obstrictus est atque ita ad propriam sedem iterum remissus est. Quae tamen sacramenta, quia illicita atque coacta fuerant, cardinales et reliqui sanctae ecclesiae fideles filii irrita fecerunt ipsumque imperatorem cum suis complicibus uno ore anathematizaverunt; unde Dei iudicio actum est, ut, quicquid temptaret, quibuscumque rebus manus immiteret, frustrato labore cum dedecore effectu carerent]. . . . . . .

Anno Domini 1113. Bernardus annos natus circiter 22 Cistercium ingressus est cum sociis amplius quam 30 sub V Bern. I, 19
abbate Stephano, qui successerat Alberico; ubi quantae devotionis quantique fervoris extiterit,

> succrescens atque proficiens et in dies effectus melior semet ipso, divini amoris eternas concupiscentias mente concepit, quo ut liberius frui posset, abbatis licentia, qui ei preerat, expetita, quoddam nemus adiit qui[e] Colannus antea vocabatur. Ubi multis virtutibus enitescens, cum turba discipulorum, qui ductu ipsius mundum, carnem atque diabolum impugnare didicerant, ad locum se transtulit qui Molismus dicitur; ibique in summa paupertate vivens, in fame et siti, in frigore et nuditate, in ieiuniis et laboribus nocte dieque Domino serviebat. Deinde in honorem beate virginis Marie ibidem construens oratorium Nato de virgine, fratrum spiritalium multitudinem congregavit, ut beate virgini, que ipsum anulo proprio desponsaverat maternis adhuc clausum visceribus[4], eius industria styrps non modica fructificaret. Sicut enim superius est notatum, Cisterciensis ordinis fundator extitit, qui videlicet ordo Dei providentia ad fines orbis terrarum progrediens, tanti patris emulator effectus, beate virgini speciali adheret devotione. Unde et totius ordinis monasteria in honorem beate virginis construuntur. Cuius meritis etiam beati viri cinis quasi loquitur et, sicut de Heliseo legitur, eius ossa prophetant, dum per ipsum cf 4. Reg 13, 21
> signa et miracula creberrime fiant in ecclesia Molismensi.

a) *haec in marg. p. 287. manu C add.* 1; *sub a.* 1106. *cett. codd.; des. ed.* b) *uncis incl. manu F post superscr.* 1. c) *uncis incl. in marg. manu F post add* 1. d) *haec in marg. manu D post add.* 1; *des. ed.* e) *sic c.*

1) Fontevraud dioec. Pictaviensis. 2) Tiron dioec. Carnotensis. 3) Abbas Saviniacensis (dioec. Abrincatensis) in pago Moritonii natus; v. Gall. christ. XI, p. 542. 4) Cf. Vitam eius AA. SS. Apr. III, p. 668.

Will God. *p 289.

lingua vix exprimit. Siquidem ab ipso ingressu tanta districtione corpus affligere studuit, ut tota deinceps vita sua infirmitate multiplici laborarit. Factum est autem post breve tempus, ut Cisterciensis aecclesia, tam rebus *et gente pauper quam tempore nova, de caetero Domini benedictionem perciperet, et quae prius sterilis erat, plures iam abbatias et precipuas parturiret. Prima siquidem Firmitas fuit, secunda Pontiniaci, tercia Clarevallis[a], quarta Morimundi, quinta Prulliaci; ex quibus aliae innumerae diversis locis diversis sunt temporibus propagatae.

Cont. Praem.

Waldrico Laudunensi episcopo — — transmarinas regiones propagatur.

Will. God. G. Aut. Will God.

Anno Domini 1114. Pontiniacense cenobium fundatum est in alodio Hyldeberti canonici Autissiodorensis matris aecclesiae, eodem Hyldeberto rogante, sub Humbaldo venerabili episcopo tunc Autissiodoro presidente. Huius cenobii primus abbas extitit domnus Hugo, vir religionis eximiae et precipuae honestatis. Eodem anno Clara-vallis fundata est, cuius primus abbas extitit servus Dei Bernardus, vir opinatissima sanctitate preclarus, per quem sui temporis aecclesia in antiquum religionis decus refloruit.

Will God.

Anno Domini 1115. tria concilia celebrata sunt in Galliis a Conone sedis apostolicae legato, primum Remis, secundum Belvaco, tercium Cathalaunis.

Cont. Praem.

Anno Domini 1116. in Dolensi cenobio ingens miraculum accidit; nam dum quidam missam celebraret quadam die, puer in loco hostie super altare apparuit[1]. Hoc[b] tempore Norbertus — — multos ab errore convertit.

Anno Domini 1117. Anselmus Laudunicae civitatis magister nominatissimus, litterarum scientia clarus, vir morum honestate et consilii maturitate venerabilis, obit; qui utili studio et sollerti industria inter cetera opera sua etiam in psalterio glosas marginales atque interlineares de autenticis expositoribus elimata abbreviatione ordinavit. [Epistolas[c] quoque Pauli et alias utriusque testamenti scripturas pari modo dilucidando exposuit et in eis exponendis atque glosandis iuxta antiquorum patrum scripta[d] usque in senium desudavit. De quo dixisse fertur Eugenius papa[e], quia Deus spiritum eius suscitaverit, ne scriptura periret. Ad pontificales cathedras pluries[e] vocatus, nullatenus acquievit. Qui apud[e] Laudunum in ecclesia sancti Vincentii tumulatus[e], tali epitaphio meritis eius congruo decoratur:

Dormit in hoc tumulo celeberrimus ille magister
Ansellus[f]; cui per diffusi climata mundi
Undique noticiam contraxit et undique laudem
Sana fides, doctrina frequens, reverentia morum,
Splendida vita, manus diffundens, actio cauta[e],
Sermo placens, censura vigens, correctio dulcis[e],
Consilium sapiens, mens provida, sobria, clemens.
Sed quas larga Dei concessit gratia dotes
Idibus invisis dissolvit Iulius atter[f].
Qua vivens[g] viguit, medeatur gratia functo!].

Huius frater Radulfus non mediocri quoque sapientia clarus enituit. Per hos enim, sed precipue per Anselmum, magna ex parte reviruit litteralis sciencie decus et intelligentia scripturarum.

Cont. Praem.

Anno Domini 1118. Paschalis papa obit — — Hugonem videlicet, qui ei in regimine Premonstratensis ecclesiae successit. [Ipso[h] anno octavo Idus Maii fere ubique terrarum magno gelu attritae sunt vinee, sed maxime apud Autissiodorum urbem, ita ut in omnibus eius vineis, quarum illic magna est copia, vix potuerit colligi, unde vel unus posset vini sextarius eliquari[i]].

Cont. Praem. Will. God. Clar. Cont. Praem. V. Norb. *p 290.

Anno Domini 1119. Gelasius papa apud Cluniacum moritur, et Guido Viennensis archiepiscopus, Stephani Burgundionum comitis germanus, in papatum eligitur; et ab eo concilium a predecessore suo indictum Remis celebratur. Ubi excommunicati sunt simoniaci universi et qui exigunt precium pro sepultura vel crismate vel baptismo, uxorum quoque et concubinarum contubernia presbiteris, diaconibus, subdiaconibus ibi sunt penitus interdicta. Hoc anno Balduinus Flandriarum comes — — in principatu succedit. Porro predicto concilio Remis celebrato, vir Dei Norbertus *ut erat nudis pedibus affuit; ubi ab episcopis et abbatibus qui convenerant cum gaudio susceptus est, admirantibus[k] cunctis super excellentia verborum predicationis et responsis eius et super asperitate assumptae penitenciae et vite duricia; de qua cum rogaretur a plurimis sibi paululum relaxari, nullatenus acquievit. Auctoritatis vero apostolicae litteras acceptas a papa Gelasio renovari sibi petiit a Kalixto; quod ille benigne annuit, cumque venerabili Bartholomeo Laudunensi episcopo attentius commendavit, ut eius curam ageret eique locum ad remanendum in suo episcopio provideret. Qui eum libenter excepit et finito concilio Laudunis deduxit. A quo cum aecclesia beati Martini viro Dei offerretur, tum propter urbis viciniam, tum quia eiusdem aecclesiae clerici propositi et vitae eius

a) Clarav. *corr.* Clarev. 1. b) De patre Norberto *rubro in marg.* 2. c) *uncis incl. in marg. manu C post add.* 1; *des. ed.* d) a *in litura 4 literarum, ubi uras fuit* 1. e) papa, plu, apud, latus, ta, is *per bibliopegam abscisa, manu s. XVI. suppleta sunt* 1. f) *sic codd.* g) vivems *corr.* vivens 1. h) *uncis incl. in marg. manu I post suppl.* 1. i) elicari *ead. manu corr.* eliqari 1. k) ammir. *corr.* admir. 1.

1) Cf. Chron. Vizel. breve, SS. rerum Gall. XII, p. 544.

austeritatem horrebant, eam reliquit, et ab episcopo diversis eiusdem provintiae locis religioni congruentibus sibi ostensis, V Norb tandem divinitus in loco Premonstrati resedit ibique solitarius religiosam vitam agere coepit; et tempore quadragesime ad colligendos socios solus egressus, ante pascha cum 13 sociis rediit et cum his in Premonstrato loco secundum canonicae institucionis normam ad tenorem regulae beati Augustini Deo militare cepit. Tali igitur modo coepit ordo Premonstratensis sub patre Norberto florere et tamquam vinea fructifera suos circumquaque palmites propagare. Cepit autem circa pascha anno Domini 1120, Calixto papa presulante, Ludovico, Phylipi filio, regnante in Francia.

[Anno[a.1] milleno centeno bis quoque deno
Sub patre Norberto Premonstrati viget ordo].

Hoc anno in aecclesia Virziliacensi[2] in vigilia transitus beatae Mariae Magdalenae, in- Iul. 21. certum quo iusto Dei iudicio, innumerabiles promiscui sexus et aetatis atque ordinis in ipso crepusculo noctis atque diei, aecclesia subito conflagrante, combusti sunt. Hoc Clar anno Guillelmus rex Anglorum, filius Henrici regis, in mari mersus apud Barbes fluvium periit cum multis nobilibus. Porro apud Premonstratum in ipso conversionis exordio ceperunt tirones Christi, cf. V. Norb c. 9. stridente invidia demonum, variis inquietari insidiis, multiplicibus impeti temptamentis. Interque demon cuidam fratri altius de ineffabili Trinitate, quae Deus est, cogitanti in matutinis astitit — — qui Cont Praem. tamen eum postea aliis modis delusit. Verumtamen in his atque huiusmodi non passus est Deus cf V. Norb suos temptari supra id quod possent, sed faciebat cum temptatione etiam proventum, sua eos gratia provehente in melius, et patre Norberto multiplices hostis versutias et verbo detegente et intercessione fugante. Interea eodem viro Dei instancius verbum Dei predicante, apud Nivigellam — — aufugit vasque possessum reliquit. Cont. Praem a 1121. Autissiodorensem hoc tempore regebat aecclesiam G. Aut. domnus Hugo, Sancti Germani prius abbas, sancti Hugonis Cluniacensis abbatis nepos, vir pro virtutum suarum insignibus perpetuo memorandus. Hic ordinem Cisterciensem, qui tunc temporis adhuc recens erat, dulcissima visitacione frequentabat et iuxta facultatem suam ei in multis necessaria ministrabat. Suo enim tempore eiusdem ordinis abbatiae Regniacum, Rupes, Bonus-Radius fundationis habuerunt initium et per manus eius, tum in ministrando necessitatibus eorum, tum in acquirendo possessiones, non modicum incrementum. Porro in episcopali sede non erat assiduus, mundialium occupationes fugitans et quietem amplexans animi desideransque cum claustralibus conversari, inter ipsos non appetens episcopus videri vel dici, sed monachus. Preterea incumbente negocio, dum Romam proficisci vellet, compulsus est a sacerdotibus suae diocesis ad expensas tanti itineris auxilium postulare. Nec tamen quesivit ab aliquo, quam quod cuiusque propria voluntas offerret. *Iter itaque aggressus, *p 291. transivit montem Cinicum[b]; sed viam tutam ibidem non esse intelligens, consilio inito, statim redit. Post haec scripta relegens, quantum ab unoquoque sacerdotum pro conficiendo itinere accepisset, unicuique quod dederat resignavit. Senonensi aecclesiae post Dainbertum prefuit Henricus cognomento Aper. Will. God.

Anno Domini 1123. concilium Romae celebratur, et pax inter regnum et sacerdotium reformatur, ius quoque Cont Praem. investiturarum episcopalium ab imperatore exfestucatur. Eodem[c] anno servo Dei Norberto — — liberalitate atque munificentia uti cepit.

Anno Domini 1124. obit bonae memoriae papa Calixtus — — paulatim ad sanam fidem resipuerunt. Hoc anno Venetiani navali exercitu Ascalonem obsidentes — — data pecuniae estimatione relaxatur. Hoc etiam anno Henricus imperator, congregata exercitus infinita multitudine, fines regni Francorum irrumpere disponit, sed Ludovico Francorum rege cum infinito nichilominus exercitu in occursum eius properante, consilio principum et episcoporum ab inutili proposito desistit. Deinde Montionem castrum capit et Rainaldum eius comitem captum secum abduxit.

Anno Domini 1125. fames permaxima grassatur — — ministrabat victus stipendia. p 292

Anno Domini 1126. Henrico imperatore mortuo, quibusdam principibus maxime de Suevia et Alemannia nepotem eius Conradum in regnum sublimare volentibus, alii Luitherum Saxoniae ducem, virum consilii et bellicosum, in regem provehunt. [Hic[d] Henricus imperator Mathildem, Henrici regis Anglorum filiam, accepit uxorem, quam tamen Will. God. postea dimisit. Ipse vero, ut fertur, nusquam comparuit. Ipsa autem Mathildis post haec comiti Gaufrido Andegavensi nupsit, ex qua Henricum prius ducem Normanniae, post regem Anglorum procreavit]. Imperavit autem isdem Luitherus annis 11.

Huius anno primo Parthenopolitanae civitatis, quae et Magedeburch, archiepiscopo defuncto, cum clerici Cont. Praem. et cives eiusdem urbis coram prefato imperatore ad eligendum archiepiscopum apud Spiram convenissent — — ad sacerdotium prefatae urbis provehunt. Hoc anno Karolus comes Flandriae pro executione iusticiae quibusdam suorum perosus, diebus quadragesimae in aecclesia, ubi missam auditurus venerat, orans, cum quibusdam suis proceribus ab eis interficitur. Quod scelus Ludovici regis et procerum zelo et unanimi concursu tanta est severitate vindicatum, ut non facile possit occurrere tam districtae ultionis exemplum. Willelmus, Roberti Normanniae quondam comitis filius — — ad principatum provehunt. Per idem tempus erat in Autissiodorensi matre aecclesia clericus quidam Iterius nomine, devote ibidem serviens, nullos tamen reditus illic habens, vir quidem simplicis animi et minoris industriae, sed probati testimonii et conversationis honestae. Unde et ei exhibebatur a ceteris reverentiae plurimum et honoris. Erat vero apud ęandem urbem ultra Ichaunam[3] fluvium locus, quem olim beatus Germanus in cenobium monachorum extruxerat et copiose ditarat. In quo etiam fuerat eiusdem presulis cella sanctorum

a) *versus in marg. manu C? post suppl.* 1; *des. ed.* b) *super* cum *superscr.* vel sum 1; Sinicum 2. c) Item de patre Norberto *rubro in marg.* 2. d) *uncis incl. in marg. manu D suppl.* 1; *post* A. D. 1126. *iam collocata* 2, *ubi* Hic *deest et postea* Henrico vero imp.; *des. ed.*

1) V. 'Forsch.' XVIII, p. 28, apud quos auctores hi versus occurrant, et SS. XXV, p. 526. 792. 2) Vézelay, distr. Yonne, praef. Avallon; ex cuius hist. excerpta v. supra p. 144 sqq. 3) Yonne.

eius gemituum cruciatuumque conscia. Is itaque locus, ubi quondam tam celebriter religio sacra floruerat, ad tantam tunc dirutus vastitatem devenerat, ut ubique frutecta succrescerent, ubique circumhabitantium gallinae libere discursarent. Porro prefatus vir, dum in Vita beatissimi Germani[1] relegeret vel lectum audiret, quanto isdem locus in diebus antiquis claruisset preconio sanctitatis, ut erat devoti animi, afficiebatur medullitus, videns locum penitus desolatum, olim tam celebrem, tam preclarum. Dum in hac itaque voluntate persisteret, visione mirabili de reparando loco meruit incitari. Siquidem videre sibi visus est, prefato se adesse in loco ibique gloriosam Domini matrem aspicere filium suum, quem tenebat in ulnis, volentem in cunabulis reclinare. Tum illa prope[a] astantem eum intuens ad se vocat et, ut sibi ad reclinandum puerum cooperetur, invitat. Illo vero se vociferante indignum, ipsa ei rursus imperat, ne trepidet sed accedat. Tum ille trementer accessit et in tanto eam ut decebat ministerio reverenter adiuvit. Ut autem experrectus est, coepit cogi-
*p. 293. tare propensius, quid vidisset. Et accedens *ad dominum Hugonem tunc presulem, virum magnae virtutis, intimat ei seriem visionis. Cui ille: 'Domini', inquit, 'et gloriosae matris eius voluntas est, ut locum illum restruas, repares diruta, ruinosa reficias. Vere enim locus sanctus est et terra sancta, utpote sanctorum habitacio perantiqua'. Hac igitur occasione cepit homo Dei frequentius locum invisere. Interea beati Germani natalis instabat. Tum ille ob honorem sancti altare, quod adhuc supererat, pallio decenter adornat, quibusdam ętiam cortinulis per ruinosos parietes circumquaque protensis. Accidit autem, ut plueret ipsa nocte. Summo mane ille revertitur, existimans superpositum altari pallium omnimode peioratum, eo quod illud nullum ab imbre defenderet tegumentum. Mira res! Terra circumiacens ipsique parietes cum cortinulis madescebant, sed ornamentum altaris nullatenus attigit pluvia, cum omni careret penitus opertura. Viso itaque miraculo stupidus, votum vovit, quod deinceps pro modulo suo obnixius loco incumberet restruendo. Paucųlis proinde vineis quas ex patrimonio possidebat distractis, circa reparationem loci cepit instantius occupari.

Clar. cont. Anno Domini 1128. invisibilis ignis plurimos depastus est in regno Francorum. Cui morbo misericorditer meritum
Cont. Praem. beatae Mariae Dei genitricis obviavit, precipue in urbe Suessionum. Lauduni in aecclesia sancti Iohannis — — Ostiensis episcopus cardinalis consecratur. Fulco[2] successit Balduino in regno Iherosolimitano.

Anno Domini 1129. Norbertus archiepiscopus — — nominatos patres destinavit. Hoc anno Phylippus puer, Ludovici Francorum regis filius, Remis in regem ungitur die paschae 18. Kal. Maii, patre presente. Verum cum
ib 1131. duobus non integre annis regnasset, dum in civitate Parisius equo vehitur, porcus equi pedibus se summittens, equum super ipsum precipitem dedit, et de eius subita et miseranda morte Francis luctum induxit 3. Idus Octobris.
Will God. Porro anno Domini predicto 1000. videlicet 129. ecclesia Vallis-Lucentis fundata est.

Cont. Praem. Anno sequenti Honorio papa defuncto, Gregorius cardinalis[3] diaconus et Petrus Leonis ad papatum eliguntur. Et Gregorius Innocentii, Petrus Anacleti nomine alterantur[b]. Sed Petro ob parentelae suae fortitudinem apud Sanctum Petrum commorante, Innocentius Roma egressus, in Gallias proficiscitur, et Gallicana sibi adherente aecclesia, conciliis celebratis, primo Remis, secundo Pisis, in papatu confirmatur; et Petrus ab omnibus Galliae et Germaniae episcopis
1131. anathematizatur. Porro Innocentius papa cum Autissiodorum devenisset, supra memoratus vęnerabilis Iterius ipsum adiit obnixe rogans, ut locum, quem iam ex parte refecerat, dignanter inviseret ibique altare sub beatissimi Germani titulo dedicaret. Quod pius papa benigne annuit, et altare sollempniter consecrans, divina ibidem mysteria celebravit. Videns quoque innumerabilem populi adesse concursum, sermonem fecit ad populum, sic exorsus:
Gen. 28, 16. 'Vere', inquiens, 'locus iste sanctus est, et ego nesciebam' et cetera. Sane ex tunc coepit isdem locus reverentius honorari, adiri frequentius et copiosius ampliari. Verumtamen dum instaretur operi, quanta fuerit ęvidentia divini miraculi, non debet tacite preteriri. Etenim opera Dei revelare honorificum, sed silentio sepelire dampnosum. Peracto beati Germani oratorio, alterius quoque partis aecclesiae iam exstructa testudine, visum est debere summoveri[c] centra, quibus fuerat testudo[d] suffulta. Dum summoventur, super summoventes[c] testudo corruit eosque consternans adoperit. Audito ruinae strepitu, undique concurritur; moles arenae et lapidum certatim eruitur, qua eruta, mirum dictu! nullam in eis inveniunt lesionem, quos estimaverant prostratos ad mortem. Denique loco iam aliquatenus dilatato, coepit ille vir Dei in suscipiendis hospitibus liberalis existere et eis quan-
*p. 294. tamcumque poterat *munificentiam exhibere, sed presertim his in quibus habitus religionis

a) propt *corr.* prope 1; propter 2. b) designantur 2. c) submov. *alia manu corr.* summov. 1. d) testitudo *corr.* testudo 1.

1) Vita auct. Constantio I, 2, 12 sqq., Duru I, p. 54 sqq. 2) Hoc ad a. 1127. Cont. Praemonstr. 3) *c. d.* ex Clar. cont.

maiorem videbatur pretendere speciem virtutis. Quadam autem die cum quosdam ex Cisterciensi ordine suscepisset, forte non habuit quid susceptis apponeret. Ad emendum ergo pisces mitti precipit; sed cum nullos prorsus invenisset emendos, qui fuerat missus redit. Dumque in reditu pertransit Icaunam, piscem non modicum subito naviculae applicari[a] conspicit; moxque eum tanquam missum caelitus manu capit. Sic servo Dei non defuit unde hospitem, immo Christum in hospite, posset reficere; sic Deus liberalitatem devoti animi voto suo non pertulit defraudari. Anno predicto, videlicet 1130, Iohannes piae memoriae Morinorum Cont.Praem episcopus obiit; eique Milo abbas Sancti Iudoci ex ordine Premonstratensium succedit. Qui cum ceteris floreret virtutibus, humilitatis tamen gratia peculiariter effulsit, quam in eo non minuit dignitatis promotio, sed adauxit. Hoc anno Thomas de Marla — — Lauduni moritur. Cont.Praem.

Anno Domini 1131. Innocentius papa Lauduni in aecclesia sanctae Mariae dominica in ramis palmarum et 3. feria sequenti in aecclesia beati Martini divina misteria celebravit. Hoc anno aecclesia sancti Medardi Suessionis ab eodem papa consecratur. Ab eodem quoque concilio Remis habito, presente Francorum rege Ludovico, filius eius Ludovicus in regem consecratur 8. Kal. Novembris. Sub his temporibus ordo canonicus Premonstratensium — — Iherosolimam mittebant.

Anno Domini 1132. sanctus Hugo Gracianopolitanus obit[1], inter episcopos sui temporis operibus et fama singularis; cui alter Hugo successit, Cartusiae monachus, post archiepiscopus Viennensis.

Anno sequenti[2] eclypsis solis facta est 4. Non. Augusti, feria 6, hora 6. Eodem anno Luitherus imperator Cont.Praem. — — in imperatorem consecrat.

Anno Domini 1133.[3] Norbertus archiepiscopus — — sepultus est. Cuius extitit in Christo dormicio 8. Idus Iulii.

Anno Domini 1135. cometes apparuit. [Hoc[b] anno Premonstratensis ordo venit Deilocum[c,4]]. Ipso anno Henricus obit rex Angliae, vir in regni sui administratione singularis severitatis atque cen- Cont.Praem. surae, singularis suo tempore largitatis, aecclesiarum promptissimus reparator, defensor et recreator egentium, propugnator equitatis unicusque inter principes criminum vindicator. Cui Stephanus — — eum relaxavit. Cont.Praem.

Anno Domini 1136. ventus[5] nimius 5. Kal. Nov. fuit, qui turres et edificia multa diruit. Mare terminos suos egressum inopinate submersit cum habitatoribus suis partem Flandriarum.

Anno sequenti siccitas tanta fuit — — quidam etiam fluvii siccarentur. Hoc anno comes Pictavensis Willelmus — — ad regnum provehitur. Eodem anno defunctus est sanctae memoriae domnus Hugo Autissiodorensis episcopus. Hic cum extrema egritudine laboraret sibique diem sentiret adesse novissi- G. Aut. mum, fratres circumstantes circa horam nonam diei his verbis admonuit[d]: 'Horas diei quae supersunt, quas debemus, Domino persolvamus, quoniam finitis horis statim requiescam'. Cantaverunt igitur Domino, et hora completorii completa, completus est terminus vitae eius; sicque, ut ipse predixerat, requiescens in Domino, in aecclesia beati Germani, ubi prius abbas extiterat, tumulatur. Huic in episcopatu successit alter Hugo, Pontiniaci primus abbas, vir in sacra religione fervens et strenuus, et licet iuxta propositum ordinis sui mirae esset pacientiae, in aecclesiae tamen hostes districtus executor iusticiae. Hic in ea nocte, qua in crastinum electus est in Autissiodorensem episcopum, Will. God. vidit in sompnis, quod mater sua sibi esset nupciali federe copulata. Qui cum in Senonensi aecclesia propter suspensionem G. Aut. Henrici metropolitani locum consecrationis non haberet, apud Ferrarias monasterium a domno Gaufrido Carnotensi episcopo consecratus est. Florebat hoc tempore Theobaldus[e] comes Campaniae, pater orphanorum et iudex Will. God. viduarum, cecorum oculus, pes claudorum, in sustentandis pauperibus singulariter munificus, in extruendis cenobiis et erga religiosos quosque incomparabilis largitate. Hic genuit Will. God. Henricum comitem[6], Theobaldum comitem[7] et Stephanum comitem[8], Willelmum quoque, primo Carnotensem electum, deinde Senonensem archiepiscopum, post Remensem; filias etiam plurimas habuit, quarum ultimam Adelam nomine Ludovicus rex piissimus postea in uxorem accepit, ex qua filium Phylippum nomine regni successorem suscepit. Porro isdem Theobaldus quanta fuerit elemosinarum largitione profusus et religionis amator *et propagator eximius, vix lingua sufficit explicari. *p. 296 Florebat et Guillelmus Nivernensis comes, vir iusticia et honestate insignis, cuius postmodum devotio mira enituit, dum de potenti principe seculi factus est in Carthusia humillimus pauper Christi[9].

[Anno[f] Domini 1138.[g] Petrus Leonis — — Innocentius papa decernit]. His diebus florebat Gallicana aecclesia per Cont. Praem. viros religione ac sapientia illustres, Hugonem Autissiodorensem, Alvisum Atrebatensem, liberalitate atque consilio et facundia clarum, Godefridum Lingonensem, Ioslenum Suessionensem, Gaufridum Cathalaunensem, insignes episcopos, Albericum Bituricensem archiepiscopum, scientia litterarum atque consilii prudentia clarissimum, Milonem

a) applicare *corr.* applicari 1. b) *haec in marg. eadem manu (A) post suppl.* 1. c) loč 1. 2. d) ammon. *corr.* admon. 1. e) De comite Theobaldo *rubro in marg.* 2. f) *uncis incl. post manu F in marg. suppl.* 1; *des. ed.* g) xxxviii. *alia manu superscr.* xc. 1.

1) Cf. Cont. Ursicamp. p. 472. 2) Ad a. 1132. Cont. Praemonstr., sed ad a. 1133. recte Cont. Laudun. et Burburg. 3) 1134. Cont. Praemonstr. 4) Dilo, distr. Yonne, praef. Joigny. Cf. chartam Henrici archiep. Senonensis a. 1133. ap. Quantin, 'Cartulaire de l'Yonne' I, p. 295, nr. 173. 5) *ventus — diruit* ad a. 1135. Cont. Praem. 6) I. comitem Campaniae. 7) V. comitem Blesensem. 8) Sacricaesaris. 9) A. 1147. V. infra p. 236.

V Norb. c. 2 Cont.Praem Taruanensem episcopum humilitatis virtute precipuum; unde dictum est: 'In Norberto eminet fides, in Bernardo Clarevallensi caritas, in Milone Taruanensi humilitas'. Inter hos et alios multos tunc claros scientia viros etiam Bernardus abbas Clarevallensis, vir opinatissimae religionis, eminentissime clarebat, qui verbi Dei ferventissimus predicator multas cotidie animas ad studium religionis et sanctae paupertatis propositum imbuebat. Preterea piae sollicitudinis instantia ecclesiam Petri Leonis scismate discissam ad unitatem reduxit[1], magnificis etiam signis preclaruit. Per idem quoque tempus sanctus Malachias clarebat in Hybernia, vir vite apostolice et tocius forma perfectionis et exemplar virtutis. Hic inter cetera virtutum suarum insignia etiam mortuum suscitavit, per quem in partibus Hybernie et redintegrata est fides et religio propagata. [Clarebat[a] Gislebertus doctor eximius et in scientia tam liberalium artium quam scripturarum divinarum exercitatus plurimum ac fere inconparabiliter eruditus. Hic post magistrum Anselmum super psalterium et super epistolas Pauli ex dictis sanctorum patrum compactam utilem satis edidit glosaturam]. Apud Autissiodorum quoque clarus habebatur Iterius, de quo iam supra[2] fecimus mentionem, vir quidem etsi non multa litteratura preditus, in edificatione tamen adeo sermone profusus, ut cunctis esset admirationi tam eloquendi copia quam graciositate audiendi. Hic videns locum[3], quem reedificandum susceperat, non tam sua industria quam Domini gratia sub se et per se assidua capere incrementa, coepit apud se pensare altius seque reputare felicem, si conventum ex Premonstratensi ordine illuc adducere posset, qui iugiter Deo inibi deserviret. Quod ergo per se minus poterat, per alios implere parat. Adit et consulit venerandum Hugonem episcopum et Guillelmum Nivernensem comitem necnon et comitem Theobaldum[4], viros tam vita laudabiles quam in seculo prepotentes. Horum consilio et auxilii promissione munitus Premonstratum petiit et a venerabili Hugone tunc Premonstrati abbate quod petebat optinuit. Fratres itaque ad conventum deliguntur, eisque domnus Rainerus abbas preficitur[5], prius Premonstrati prior et ex magna parte Premonstratensis ordinis institutor, literaturae vero tantae tamque prudentis consilii, ut in toto Premonstratensi ordine vix eo posset potior inveniri, mira gratia prepollens in cunctis, nisi quod laborabat incommodo modicae surditatis. Venit igitur in locum designatum ipse

1139. cum fratribus anno Domini 1139, Innocentii papae decimo, Ludovici iunioris regis Francorum post mortem patris sui tercio. Erat autem isdem locus tenuis admodum et angustus. Amplificandi vero vix ulla spes erat, cum hi quorum possessiones locum circumcingebant nullatenus acquiescerent eas aut vendere aut pro eque valentibus commutare. Cum itaque eos opprimeret hinc loci angustia, hinc tenuitas facultatum, prefatus Nivernensis comes inter alia plura beneficia dedit eius terram, ubi grangiam quae Capella dicitur extruxerunt[6], ubi etiam sorores per aliquantum temporis habitarunt. Dedit quoque eis molendinum de stagno[7], sed et ipsum postea stagnum adiacens molendino[8]. Domnus preterea Hugo episcopus, non modica spes eorum auxilii, eo quod et ipse ordinem fecisset adduci, inter cetera beneficia perplura quae contulit terram grangiae de Bosculo[9] emit eis de proprio. Denique considerans locum nimiae artitudinis esse, nec posse ibi ordini suo congruas dilatari vel extrui officinas, maxime propter tenaciam circumiacentes possessiones habentium, inito consilio, aecclesiam sanctae Mariae[10] in Autissiodorensi suburbio sitam eis cum suis appenditiis concessit habendam. Cuius aecclesiae canonicis id proposuit optionis, ut aut inde recederent aut supervenientium fratrum se ordini conformarent[b]. Illuc ergo fratres adveniunt, ubi ętiam multas tam loci quam rerum angustias pertulerunt. Denique cum ob secu-

*p. 297 larium inquietudinem in sinistram partem *ecclesiae disposuissent officinas transferre, rogaverunt quendam ibidem habitantem canonicum, ut pro domo sua susciperet aut commutacionem aut pręcium. Qui cum omnimodis reniteretur, iusto Dei iudicio mox graviter infirmatur et quinta die sequentis ebdomadae traditur sepulturae. Sic optinuerunt a mortuo, quod a vivente non poterant extorquere. Porro domnus Rainerus, vir consilii, sapienter agebat in omnibus, suos et verbo instruens et exemplo precedens. Quem ętiam multiplex

a) *uncis incl. in marg. post (manu L?) add.* 1; *des. ed.* b) conformarant *corr.* conformarent 1.

1) Cf. Vit. Bernardi II, 1. 2, supra p. 100 sqq. 2) A. 1127. 1131, p. 231 sq. 3) Monasterium S. Cosmi olim a beato Germano trans Icaunam fl. constructum, postea S. Mariani dictum. 4) II. Campaniae, IV. Blesensem. 5) Circa Nov. 8. a. 1139, ut computatur ex nota infra p. 236. a. 1146. 6) V. chartam a. 1144. ap. Quantin I, p. 382, nr. 238. 7) Charta modo laudata. 8) Cf. chartam Guillelmi III. comitis a. 1147, Quantin I, p. 426, nr. 276, qua patris sui Guillelmi II. donationes confirmat. 9) Cf. bullam Eugenii III. papae, Quantin I, p. 392, nr. 247, in qua bona monasterii enumerantur. 10) Rotundae extra muros, unde Rainerus in bulla Eugenii abbas S. Mariae Rotundae appellatur.

corporis infirmitas opprimebat preter paupertatis incommodum, quod cum ceteris in nullo sibi indulgentior sustinebat. Hoc tamen duplici incommodo, paupertatis scilicet et infirmitatis, frangi non poterat, utpote quem exercitatio virtutis diutina in sacra religione fundarat. Sane cum tot in eum divinae gratiae confluxissent dona, non potuit sub modio latere lucerna. Siquidem sanctus eum Bernardus tam regi quam principibus notum fecerat et famosum, utpote quem noverat virum multae virtutis, discretionis eximiae et precipuae honestatis, qui etiam Vallem-profundam[1] eisdem fratribus impetravit a rege donari.

Anno Domini 1139. Iohannes de Temporibus moritur, qui vixerat annis 341[a] a tempore Karoli Magni, cuius armiger fuerat. Habitaculum servorum Dei in loco qui dicitur Ad-montem-Dei construitur. His temporibus pseudo-imperator — — Cluniaci in monachum attonsus est. Will. God. C.ar Cont

Anno Domini 1140. magister Hugo Parisiensis Sancti Victoris canonicus, religione et literarum scientia clarus et in 7 liberalium artium pericia nulli sui temporis secundus, obit; qui etiam tanta ingenii subtilitate et vivacitate sensus eminuit, ut suo tempore vix parem habuerit. Inter ceteras vero virtutes, quibus non mediocriter claruit, humilitate floruit admiranda[b]. Qui inter multa quae utiliter scripsit etiam librum de sacramentis valde necessarium duobus voluminibus comprehensum edidit. Eodem anno Senonis presente rege Ludovico episcoporum et abbatum religiosorum fit conventus contra Petrum Abaelardum, qui quadam profana verborum vel sensuum novitate aecclesiam scandalizabat. Qui ab eis interpellatus, cum esset responsurus, de iusticia veritus, audientiam apostolice sedis appellavit, et sic evadens, non multo post Cabiloni ad Sanctum Marcellum obiit. Hic ingenio subtilissimus mirabilisque phylosophus construxit cenobium in territorio Trecassino in prato quodam, ubi legere solitus fuerat; in quo sanctimoniales plurimas episcopali auctoritate congregavit, quod Paraclitum nominavit. Quibus sanctimonialibus quondam uxorem suam[2], religiosam feminam et literis tam Hebraicis quam Latinis adprime eruditam, prefecit abbatissam. Que vere ipsius amica magnam ei post mortem in assiduis precibus fidem conservavit corpusque eius de loco, ubi obierat, transtulit ad predictum coenobium. Cuius tumulo epythaphium hoc habetur insertum: Cont. Praem. Will. God.

Est satis in titulo: Petrus hic iacet Abaelardus.
Huic soli patuit scibile quicquid erat.

[Et[b] Petrus Cluniacensis abbas de eodem sic ait[3]:

Gallorum Socrates, Plato maximus Hesperiarum,
Noster Aristotiles, logicis quicumque fuerunt
Aut par aut melior, studiorum cognitus orbi
Princeps, ingenio varius, subtilis et acer,
Omnia vi superans rationis et arte loquendi
Abaelardus erat, sed tunc magis omnia vicit,
Cum Cluniacensem monachum moremque professus,
Ad Christi veram transivit philosophiam,
In qua longeve bene complens ultima vite,
Philosophis quandoque bonis se connumerandum
Spem dedit, undenas Maio renovante Kalendas]. Apr 21.

Anno Domini 1141. Rogerus de Sicilia — — provincias occupavit. Orta dissensione inter papam Romanum et Francorum regem Ludovicum aecclesia Gallicana turbatur. Defuncto enim Alberico Bituricensi archiepiscopo, missus est Petrus a papa Innocentio eidem aecclesiae pastor consecratus; sed a rege Ludovico repudiatus, eo quod sine eius assensu fuerit ordinatus, in civitatem minime recipitur. Cuius partes quia propter reverentiam seu voluntatem papae comes Theobaldus fovere videbatur, simultas, que precedenti tempore inter regem et ipsum pullulare ceperat, eo quod isdem comes cum rege in Aquitanicam expedicionem proficisci detrectaret, et iam putabatur sopita, coepit repullulare. Cont Praem. Cont. Ursic. Cont.-Praem. a. 1140 Cont. Ursic.

Anno Domini 1142. Radulfus Viromandorum comes — — suspendit. Per[4] idem tempus imperator Constantinopolitanus — — filius eius Manuel imperium sumpsit. Cont Praem.

Anno Domini 1143. ventus vehemens — — hac occasione recuperare voluit. Obit papa Innocentius — — et regem Ludovicum. p. 298.

Anno Domini 1144. Celestinus papa — — misere decerpitur. Henricus Senonum archiepiscopus hoc anno mortuus est, et voces auditae sunt media nocte, primum in Burgo[d] Sancti Petri, postea in civitate. Porro Henrico in archiepiscopatu successit Hugo precentor. Clar. cont.

Anno Domini 1145. Edessa — — infra annum pontificii sui moritur. Cui succedit abbas Sancti Anastasii Bernardus et papa vocatur Eugenius. Contra quem Romani Iordanem patricium et senatores eligentes, eum ab Urbe deturbant; qui transalpinando in Gallias venit. Hic monachus de Clara-valle et beati Bernardi abbatis discipulus fuit, vir tam honore quam eterna memoria dignus. Cont.Praem. Will. God.

[Anno[e] milleno centeno bisque vigeno
Sexto Ierusalem rex Ludovicus adit].

Anno Domini 1146. rex Francorum Ludovicus — — patibulo est appensus. Hoc anno domnus Rainerus Sancti Mariani primus abbas quibusdam de causis Premonstratum profectus, dum rediret, Cont Praem.

a) 361. *Will. God.* b) ammir. *post corr.* admir. 1, *et sic* 2. c) *uncis incl. in marg. manu C post suppl.* 1, *ubi* Et — ait *minio scripta; des. ed.* d) burgio 2. *Clar.* e) *versus in marg. (manu L?) post suppl.* 1; *alia manu in inf. marg. post suppl.* 2; *des. ed.*

1) Valprofonde prope Villeneuve-le-Roi, praef. Joigny. Cf. bullam Eugenii III. a. 1151. ap. Quantin, p. 393. 2) Heloissam, quod nomen Camuzaeus in textu praebet; *Heluisam* Will. God. 3) Impressum inter opera Petri Abaelardi, Migne, Patrol. lat. CLXXXVIII, p. 103. et saepius. 4) Ad a. 1144. Cont. Praem.

1146. apud Provignum[a, 1] aegritudinis lecto decubuit; ubi Theobaldus comes principum illustrissimus eum sepius visitavit, utpote quem sciebat virum sanctum et iustum et sua visitacione dignissimum. Post paucos autem dies ingravescente morbo beatum vitae finem ibi sortitus est et in xęnodochio quodam pauperum, ut ipse pecierat, inter pauperes pauper Christi sepultus est. Postmodum vero eodem xenodochio in abbatiam canonicorum, quae nunc Sancti Iacobi dicitur, commutato, contigit ęiusdem loci aecclesiam ampliari et intra aecclesiae ambitum eius includi sepulchrum, ubi nunc, ut fertur, multae languentibus curationes
Febr. 28 prestantur, quibus viri Dei meritum declaratur. Obiit autem pridie Kal. Marcii, expletis postquam abbas effectus est 6 annis et tribus mensibus et 20 diebus. Cui successit Bertoldus, urbe Colonia oriundus, vir vitae probabilis et precipuae mansuetudinis. Qui cum unde-
1147. cim mensibus prefuisset, obiit, eique Osbertus successit. Per idem tempus in Alemanniae
Will God. 1172. partibus habebatur admirabilis[b] virgo quaedam provectae aetatis, cui tantam gratiam virtus divina contulerat, ut, cum ipsa laica et illiterata ęsset, mirabiliter tamen ab hoc mundo raperetur frequentius et in summis disceret non solum quod postea in imis diceret, sed pocius, quod satis mirabile est et inauditum, etiam scribendo Latine dictaret et dictando libros catholicae doctrinae conficeret.

Cont. Praem. p 299. Anno Domini 1147. Conrado rege — — recuperaverunt loquendi usum. Hoc anno Guillelmus Nivernensis comes, relicto seculi principatu et omni honore calcato, Cartusiam petit ibique digne Deo in humillima paupertate conversans, infra annum conversionis suae felicem terminat
Cont Praem. cursum vitae. Conradus rex mense Maio — — usque in horam quintam.

p 300. Anno Domini 1148. Franci per deserta — — ad sedem suam remittit liberum. Hoc anno sanctus Malachias
Cont Ursic. et Will. God Hybernorum archiepiscopus et apostolicae sedis legatus 4. Nonas Novembris apud Claram-vallem migrat ad Dominum, loco quem preelegerat, tempore et die quem prophetice designarat, homo pre caeteris sui temporis vita et virtute apostolicus et in faciendis signis atque prodigiis in diebus suis potentiae singularis.

Cont Praem. Anno Domini 1149. papa Eugenius in Italiam regressus — — Ascalonitas graviter infestant.

p. 301. Anno Domini 1150. Bartholomeus Laudunensis episcopus — — sed per Cistercienses monachos totum cassatur.

Anno Domini 1151. illustres religione et prudentia viri obeunt, Sugerus abbas Sancti Dionisii, Rainaldus Cistercii, Odo Sancti Remigii. Lauduni fit episcopus Galterus abbas Sancti Martini et Godescalcus abbas de Monte sancti Martini episcopatur Atrebati. Hoc anno obiit Hugo Autissiodorensis episcopus, vir moribus et scientia clarus; cui successit Alanus Ripatorii[2] primus abbas. Gaufridus comes Andegavorum, post simultates habitas cum rege Ludovico facta pace, infra unius mensis spatium obit. Obiit ętiam nobilis et religiosus princeps et pauperum pater comes Teobal-
Will God. dus. [De[c] hoc comite quidam sic dixit:

Te bonitas notum dedit omnibus, optime consul,
Tunc; modo fama manens hoc operatur[d] idem].

Cont. Praem. Multi quoque nobiles hoc anno moriuntur.

Anno Domini 1152. Conradus Teutonicorum rex obit. Qui cum 15 annis regnaverit, benedictionem tamen imperialem non habuit. Cui Fridericus dux, nepos eius, succedit. [Hoc[e] anno sanctus Girbertus ex potenti milite seculi humillimus miles Christi, elemosinarum, abstinenciae, paupertatis admirandus exemplis, apud Scolam Arviernie[f] vicum migravit ad Dominum. Sepultus est autem in monasterio non procul a prefato vico, ubi Premonstratensem ordinem pii laboris instantia
Cont Praem. V. Bern. V, 2. ipso anno adduxerat, cuius magnitudinem meriti miraculorum magnitudo declarat]. Adalbero Treverorum archiepiscopus — — Radulfus comes Viromandorum obit. [Sub[g] his diebus Metenses cives a vicinis principibus ultra morem lacessiti, contra eos in multitudine gravi ad pugnandum egressi sunt, sed multi in manus paucissimorum traditi sunt. Conclusi denique inter cuiusdam[3] montis et Moselle amnis angustias, ut ferunt, plus quam duo milia perierunt, multis gladio trucidatis, pluribus amne submersis. Ad quam sedandam discordiam sanctus Bernardus rogatus perrexit, et, licet cum maxima difficultate, pacem utrimque reformavit].
Cont. Praem. Eugenius papa, cum Romanis pace facta, Urbem ingreditur ibique cum eis hoc anno primitus commoratur.

Will God et V. Bern IV. Anno Domini 1153. isdem papa Eugenius, sancti Bernardi in sancta conversatione filius, ab hac luce vel ab hac magis caligine migravit ad lucem. Hic mirabilis vir, iusticiae et pietatis amator et cultor eximius, cuius merita in ipsa cui[h] insigniter prefuit Urbe miraculis pluribus illustrata choruscant; post quem prefuit Anastasius. Eodem anno dilectus Domini Bernardus Clarevallensis coenobii primus abbas, aliorum quoque amplius quam 160 monasteriorum pater, consummatis feliciter vitae suae diebus et annis circiter 63 expletis, 13. Kal. Septembris inter filiorum manus obdormivit in Christo et ex illa sua Clara-valle ascendit in montem claritatis aeternae. Sepultus est ante altare beatissimae virginis matris, ipsoque in tumulo pectori eius superposita est capsula reliquias continens beati Tadei apostoli, quas eodem anno ab Iherosolima sibi missas suo iusserat corpori superponi. [De[i] hoc sancto abbate quidam[4] sic ait:

a) Provigñ 1. 2. b) ammir. *post corr.* admir. 1. c) *uncis incl. in marg. manu F post suppl.* 1. d) operetur *corr. ead. m.* operatur 1. e) *uncis incl. post in marg. suppl.* 1. f) Aȧiernie 1; Arvernie 2. g) *uncis incl. in marg. manu D post suppl.* 1; *des. ed.* h) prefuit *iam hic ins. minio del.* 1. i) *uncis incl. in marg. manu A post suppl.* 1.

1) Provins, distr. Seine et Marne. 2) Larivour, 2 leucis ab urbe Tricassina distans. CAM. 3) Frigidi-montis V. Bern. supra p. 118. 4) Adam de S. Victore. Epitaphium in Opp. S. Bernardi ed. Mabillon II, p. 1291. et saepius impressum est.

Sunt clarae valles, sed Claris-vallibus abbas[a]
Clarior his clarum nomen in orbe dedit[a].
Clarus avis, clarus meritis et clarus honore,
Claruit ęloquio, religione magis.
Claraque mors clarusque cinis clarumque sepulcrum,
Clarior exultat spiritus ante Deum].

Eodem anno vir religiosus Walterus Laudunensis episcopus — — cui succedit Galterus, Laudunensis decanus. Rex Fridericus expedicionem parat in Italiam. Rex Francorum Ludovicus — — tandem cepit. Urbem Cameracum post multorum civium captionem T[heodericus] Flandriae comes recepit. [Inter[b] magistros Frantie opinatissimi habentur Petrus Lombardus, Odo Suessionensis, Ivo Carnotensis, quondam Gisleberti discipulus. Quorum Petrus volumen edidit sententiarum 4 distinctum libris, diversis veterum doctorum auctoritatibus communitum. Hic etiam glosaturam super psalterium et epistolas Pauli ab Anselmo per glosulas interlineales[c] marginalesque distinctam, post a Gisleberto continuative productam, latius apertiusque explicuit]. (Cont.Praem. p. 302.)

Anno Domini 1154. princeps utilis — — propria conservavit innocentia. Anastasius papa moritur senex valde et plenus dierum; successit ei Nicholaus, vir disertus, genere Anglicus, primo abbas Sancti Rufi, deinde Albanensis episcopus et papa dicitur Adrianus. [Hic[d] Fredericum imperiali diademate Rome coronavit; cuius quidem coronationi cum Romani resisterent, a Theutonicis potenter repressi sunt]. Hoc anno Ludovicus Francorum rex filiam[1] imperatoris Hyspaniae[2], feminam morum honestate precipuam, accepit in coniugem apud Aurelianis urbem, ibique nuptiis quam solemniter celebratis, ab Hugone Senonensi archiepiscopo uncta est in reginam. Quod Sanson Remensis archiepiscopus egre tulit, dicens, sui esse iuris, ubicumque consecrati fuerint reges Francorum et reginae, eos a se consecrari debere; cum hoc nec approbet racio, nec suffragetur exemplum. Quod quidem Ivo Carnotensis, decretorum ac legum peritissimus, in epistolis suis tam racionibus astruit quam exemplis, dicens[3], nullo umquam scripto vel exemplo probari posse, Remensem archiepiscopum regem Francorum extra Belgicam provinciam unxisse aut coronasse. Ac proinde cum eadem potestas sit cuiusque metropolitani in metropoli sua, iniuriosum videtur, si unus in ius proprium ambiat vendicare, quod multorum constat esse commune. (Cont.Praem. Will God.)

Anno Domini 1155. in partibus Burgundiae 15. Kal. Febr. tercia feria ter in una nocte fuit terrae motus, quo etiam diversa edificia dicuntur fuisse subversa. Hoc anno dimisit Osbertus abbatiam suam[4], expletis annis 8, domnumque Milonem habuit successorem. (Cont.Praem.)

Anno Domini 1156. Ludovicus rex Senonensem aecclesiam libertate dona vita malis et pessimis exactionibus, quibus Senonica sedes moriente archiepiscopo solet fatigari et opprimi[5]. Elisabeth sanctimonialis vidit visiones multas de gloria undecim milium virginum. [Per[e] idem tempus Fredericus imperator cum infinito exercitu Italiam quatiebat, Italorum urbes et castra aut potenter expugnans, aut in deditionem recipiens. Inter que Mediolanum urbem tunc pre ceteris opulentam et populosam obsedit et fere per septennium[6] in eius obsidione moratus est]. (Will God.)

Anno Domini 1159. Adrianus papa obit; quo mortuo facta est in aecclesia Romana magna turbatio; cardinales namque ab invicem divisi, duos sibi pontifices elegerunt, Rolandum cancellarium, qui papa *Alexander dictus est, et Octavianum, gravi scismate ecclesiam dirumpentes. Unde proceres regionum turbati, quidam uni, quidam alteri vero adheserunt. Imperator siquidem Romanus cum suis episcopis Octaviano, qui a sibi faventibus papa Victor acclamatus est, cessit. Rex vero Francorum Ludovicus et rex Anglorum Henricus cum suis episcopis Alexandrum in patrem et dominum susceperunt. (Clar. cont. *p. 303. Will God. Clar. cont Will. God Clar cont.)

Anno Domini 1160. in aecclesia sancti Petri Vivi inventa sunt corpora sanctorum Christi discipulorum ac martirum Potenciani atque Altini sub maiori altari a venerabili Hugone Senonensi archiepiscopo in sarchophagis intrinsecus plumbeis, extrinsecus ligneis; que quidem ibidem diu latuerant, sed a nullo fratrum in eadem aecclesia Deo servientium sciebantur. Prefatus autem pontifex de tanta revelatione cum multis clericorum suorum letificatus, Domino[f] grates reddidit et tantorum martirum corpora absque ulla diminutione in eodem loco, ubi Deo annuente diu requieverant, sicut prius erant, cum ingenti honore reposuit. Eodem anno apparuit eclypsis lune in mense Augusto. Ipsoque anno mortua est regina Franciae, filia imperatoris Hispaniae, femina vitae laudabilis, actibus clara, moribus perornata. Rex vero Ludovicus consilio procerum suorum accepit in coniugem filiam bonae memoriae venerabilis comitis Theobaldi, quam postmodum predictus Hugo Senonensis archiepiscopus Parisius in reginam unxit, ipsamque cum domino suo rege Ludovico ipsa die presentibus tribus cardinalibus, Ottone videlicet et Guillelmo Papiensi atque Henrico Pisano, in aecclesia beatae Mariae coronavit et in eadem aecclesia, ipsis cardinalibus et multis aliis presentibus, missae officium sollempniter

a) bus, edit *abscisa* 1. b) *uncis incl. post in marg. manu E suppl.* 1; *des. ed.* c) *sic codd.* d) *uncis incl. in marg. manu G post suppl.* 1. e) *uncis incl. in marg. inf. post manu H (G?) suppl.* 1; *des. ed.* f) Deo 2. *Clarii cont.*

1) Constantiam. 2) Alfonsi III. regis Castelliae. Verba ad Hist. Ludovici VII, Duchesne SS. IV, p. 415, prope accedunt. 3) Epist. 114, SS. rerum Gall. XV, p. 144 sq. 4) S. Mariani Autissiodorensem; cf. p. 236. 5) V. diploma ap. Quantin II, p. 74, n. 22. 6) Immo primo a. 1158, Aug. Sept., secundo a. 1161, Aug. — 1162, Mart.

Clar. cont. cęlebravit. Quod factum valde displicuit Remensi archiepiscopo et eius episcopis. [Postmodum[a] vero — — ęclypsis lunae bis apparuerat].

Anno Domini 1161. Guillelmus Nivernensis comes moritur et apud Sanctum Germanum in capitulo tumulatur. Post quem filius eius equivocus comitatum optinuit; qui mox ut dominari cepit multas a vicinis proceribus, comite[1] scilicet Ioviniaci[2] et comite Sacri-Cesaris Stephano, infestaciones sustinuit, sed tandem prevaluit.

Will. God. Anno Domini 1162. fames ingens fuit. [Ipso[b] anno Mediolanenses[c] diutius obsessi, cum victualium penuria laborarent et iam ceteras Ithaliae urbes a rebellione defecisse conspicerent, imperatori se dedunt. Imperator urbe potitus, muros destruit, deicit turres, quibus tunc erat urbs copiose referta, et eam plures dispertit in vicos. Reinaldus Coloniensis archiepiscopus trium magorum, qui Dominum adoraverunt in cunis, corpora a Mediolano transfert Coloniam].

Will. God. Alexander papa Gallias venit et a regibus, Francorum videlicet et Anglorum, susceptus est. Hoc anno sanctus Thomas Cantuariae archiepiscopus ordinatur.

Anno Domini 1163. Guillelmus Nivernensis comes comitem Stephanum iuxta Marchiam[3] in bello devicit et de suis multos occidit et cępit et cum magna victoria Nivernis pervenit[4].

Will. God. Clar. cont. Hoc anno Alexander papa Turonis celebravit concilium in octavis pentecosten. Scismatici excommunicantur. Ipso anno in festo sancti Iheronimi venit isdem papa Senonis cum multa caterva episcoporum et cardinalium Romanae aecclesiae ibique ab Hugone archiepiscopo aliisque episcopis et abbatibus et omnibus vicinarum aecclesiarum conventibus honorificentissime receptus est et per annum ac dimidium in sede archiepiscopali moratus est. Porro in aecclesia sancti Stephani rogatu archiepiscopi et clericorum eiusdem aecclesiae sub titulo beatorum apostolorum Petri et Pauli consecravit altare. Sanctae quoque martyris Columbae dedicavit aecclesiam tunc a fundamentis extructam.

Will. God. Anno Domini 1164. Thomas Cantuariae archiepiscopus exulat in regno Francorum, primo in coenobio Pontiniacensi[d] moratus est, postea Senonis in cenobio Sanctae Columbae regiis expensis sustentatus est.

*p 304.

1152.[e]	Fredericus imperat annis 38.	1191. Celestinus annis 6.	
1153. Anastasius anno 1.		1197. Innocentius [annis[g] 18, mensibus[h] 4 et diebus 24]**.	
1154. Adrianus annis 5.			
1159. Alexander annis 22.		1198.	[Otto[g] imperator].
1181. Lucius annis 5.		1214.[i]	
1186. Urbanus annis 2.		1215. [Honorius[k] annis . . .[l]].	
1187. Gregorius VIII. mensibus 2.		1216.***	
1188. Clemens annis 3*.		1218.†	
1190.	Henricus imperat annis 7[f].	1219.[m]	
		1220.††	

Will. God. Anno Domini 1165. Alexander papa Romam reversus est et cum magna processione a Romanis susceptus est. Ludovico regi Francorum nascitur filius Phylippus nomine.

*) *Alia manu add. 2:* Nascitur Ludovicus.

**) *Alia manu post add. 1:* Iste Innocentius ortus in castro qui dicitur Gavinaz (?), cardinalis fuit Sanctorum Sargii[n] et Bachi; nomine vocatur Innocentius, vir mire sciencie et facundie ac memorie. Celebrat secundum concilium Lateranense. Obit Perusii et ibidem sepelitur iuxta sepulcrum beati Herculani martiris.

***) *Minio post add. 1:* Hoc anno incepit ordo fratrum Predicatorum, et eodem anno fuit confirmatus a papa Honorio; unde versus:

Bis sexcentenus sextus decimus fuit annus,
Cum sub Dominico cepit qui predicat ordo.

Sub hoc anno altera manu add. 2: Hoc anno obiit Innocencius papa.

†) *Altera manu add. 2:* Obiit dux Burgundie.

††) *In codd. 2—4 numeri usque ad a. 1240. scripti sunt, et in 2 altera manu adnotata.*
1223. Hic obiit Philippus rex Fran[cie], qui regnavit 14 annis.
1226. Hic obiit Ludovicus rex Fran[cie], qui regnavit 3 annis et 3 mensibus.
1227. Hic obiit Honorius papa ann. 10, men. 8.

a) *haec* — apparuerat 22 *lineas complentia mox del.* 1, *des.* 2. 3. 4. 4a. *ed.* b) *uncis incl. in marg. post manu H. add.* 1; *des. ed.* c) Mediolacenses *ead. m. corr.* Mediolanenses 1. d) Pontiniac̄. 1. e) *annorum numeros, quibus nihil ascriptum erat, omisimus.* f) VIII. *corr.* VII. 1, *et sic* 2. 3. 4. g) *uncis incl. alia manu suppl.* 1. h) mens. — 24. *des.* 3. i) *duo verba erasa* 2. k) *alia manu post add.* 1; *rasura* 2, *ubi* H *adhuc restat.* l) *numerus deest* 1. 3. 4. m) *erasa eadem, ut videtur, quae ad a.* 1218. *notantur* 2. n) *sic c.*

1) Reinaldo IV. 2) Joigny ad fl. Yonne. 3) La Marche inter Nevers et La Charité. 4) Eadem verba cum die 15. Kal. Maii habet Chron. Autiss. breve ap. Labbe, Nov. bibl. I, p. 293, falso ad a. 1165.

[Anno[a] milleno centeno bisque triceno
Quinto de nato fit Francia leta Philipo].

Guicardus Pontiniaci* secundus abbas in Lugdunensem archiepiscopum assumptus est. Will God. * p. 305.

Anno Domini 1166. Radulfus Autissiodorensis matris aecclesiae thesaurarius obiit, vir non parve in seculo gloriae, eo quod genere moribusque clareret et divitiis non mediocriter redundaret. Hic cum sibi finem cerneret imminere, mirae devotionis, mirae penitudinis coepit esse, et cum alios parentum, quos deserunt, amor afficiat, cura sollicitet, iste omni affectu posthabito carnalis parentelae, nichil eis omnino voluit impertire. Sed ut omnium quae possidebat Christum heredem faceret, immo fieret heres Christi, cuncta quae habuit disposuit aecclesiis dilargiri. Ex quibus Sancti Mariani canonicis maximam contulit portionem, unde tenuitas eorum non modice est adaucta. Se ipsum quoque illis conferens, mire devotus et penitens, exitum inter eos vitae sortitus est; quem ob beneficii et dilectionis eius erga eos maximae monumentum in presbiterio ante maius altare tradiderunt sepulturae.

Anno Domini 1167. Alanus episcopus dimisit episcopatum suum; cui successit Guillelmus Autissiodorensis aecclesiae thesaurarius et Senonensis prepositus[b. 1], frater autem Hugonis eiusdem aecclesiae archipresulis. Hoc anno Fredericus imperator, Conradi successor, odio Alexandri (Will. God.) pape Romam obsidet, cuius omnis pene exercitus peste interiit, et ipse cum paucis ad sua cum ingenti tristicia remeavit. Discordia inter regem Francorum et Anglorum exorta est. [Calor[c] nimius mense Augusto fuit. Mathildis imperatrix, mater regis Anglorum, moritur]. Moritur et Amalricus Silvanectis episcopus, vir valde religiosus et abbas quondam Karoliloci. [Eodem[d] anno Guillelmus rex Siciliae, vir gestis inclitus et terra marique prepotens, obit; cui filius eius equivocus adolescens in regnum successit].

Anno Domini 1168. pestis gravissima in terra Iherosolimorum fuit, ubi peregrini nostri pene omnes hoc anno (Will. God.) mortui sunt. Guillelmus quoque Nivernensis comes, armis strenuissimus, moritur in terra illa sine herede; cuius honorem et terram Guido, frater eius, suscepit. [Ipso[e] anno circa dies paschae in Sicilia (Mart. 31.) gravis est exorta seditio; cancellarius enim regis[2], qui erat Francigena[3], tunc plurimum potens, cum a plurimis odiretur in curia, quidam curiae potentes in eum eiusque complices conspiraverunt, et sigillum regis transformantes, litteras sigillo adulterino signatas ubique per regnum direxerunt, ut quotquot ex Francis reperirentur capitaliter punirentur[4]. Primo igitur in urbe Messana factionis actores[f] nefandum detexere consilium et clericum quendam Odonem[5] nomine, prefati cancellarii consiliarium prepotentem, apprehendentes, veste prius nudatum, dehinc asino super impositum ligatumque, ita ut os eius asini posteriora respiceret, per totam urbem vapulando duxerunt et horrendo demum discerpsere supplicio. Deinde quotquot Francigenas repperere puniti sunt. Sed et per diversa loca strages non modica facta est. Res tandem regi delata est, et in seditionis actores[f] durius vindicatum]. Hoc anno moritur Hugo Senonensis archiepiscopus; cui successit Guillelmus, famosissimi (Will God.) comitis Theobaldi[6] filius, Karnotensis electus, sed nondum episcopus consecratus. Quem Senonis consecravit venerabilis Mauricius Parisiorum episcopus. [Florebat[g] Antelmus ex priore Cartusie Belismensis[7] episcopus, vir integerrime religionis mireque sapientie ac virtutis. Hic quantum pro Christo carnem suam crucifixerit, evidenter patuit, quando inventum est corpus eius post obitum gracilibus funiculis strictissime illigatum. Ad cuius etiam declarationem meriti 4 cerei, qui feretro eius fuerant hinc inde appositi, celitus sunt accensi].

Anno Domini 1169. canonici Sancti Mariani sedem pristinam mutaverunt 16. Kal. Decembris (Nov. 16.) in locum quem nunc inhabitant, venientes die dominica cum processione celeberrima et innumerabili clericorum laicorumque caterva. Qualiter autem eundem locum fuerint assecuti, paucis est expediendum ad memoriam posterorum. Cum post Osbertum regimen abbatiae suscepisset domnus Milo[8], pensare coepit attentius, quia loci prioris habitacio nec amplificandis officinis foret congrua nec ordini conservando, tum quia eos loci angustia premeret, tum quia ex nimia vicinitate urbis gravamen eis multiplex proveniret. Vere multiplex! nam audiebantur frequentissimae cantilenae muliebres, seculares plausus,

a) *haec in marg. manu K post suppl.* 1; *des.* 2. b) archidiaconus *del., alia coaeva manu in marg. suppl.* prepositus 1, *et sic* 2. c) *uncis incl. in marg. post suppl.* 1; *des. ed.* d) *haec manu G in marg. inf. suppl.* 1; *des. ed.* e) *uncis incl. manu G post in marg. suppl.* 1. f) auctores *corr.* actores 1, *et sic* 2. 3. g) *uncis incl. manu E post in marg. suppl.* 1.

1) Cf. Chron. Autisiod., Martene Thes. III, p. 1384; Gesta episc. Antis., Duru I, p. 421: *primum archidiaconatum et postea preposituram ecclesie Senonensis administravit.* 2) Wilhelmi II. 3) Stephanus, filius Rotrodi II. comitis Perticensis, archiepiscopus Panormitanus. 4) Haec certe falsa sunt. Cf. de his rebus praesertim Hugon. Falcand., Muratori SS. VII, p. 313 sq. 5) Quarellum canonicum Carnotensem. 6) IV. comitis Blesensis, II. Campaniae. 7) i. e. Bellicensis (Belley) a. 1163—1178. 8) A. 1155; cf. supra p. 237.

strepitus populares, eo quod loco illi fons esset contiguus, ad quem ex tota urbe iugis omnium fit concursus. Proinde considerans prefatus abbas, quia inter tot strepitus seculi difficillime possit quies animi custodiri, locum coepit inquirere, qui paululum ab urbe remotior plus haberet quietis et officinis regularibus foret competentior extruendis. Ad hoc itaque tam ei quam fratribus locus ille placuit, qui beati Martini aecclesiam, cenobium quondam virginum, circumcingit. Videns vero, quia non facile optineri posset, eo quod plurimos habitatores haberet, comitem Nivernensem[1], qui apud Sanctum Germanum postea sepultus est, adit, rei pandit negocium, supplicat, ut sibi annuat quod deposcit. Tunc comes videns[a] locum rei ad quam petebatur aptissimum, quicquid in eo sui erat dominii concedit abbati. Suis quoque hominibus illic habitantibus, ut locum exoccupent, imperat et terram eis, ad quam domos suas congrue transponant, assignat. Exoccupato denique loco, edificiorum disponitur amplitudo, iaciuntur fundamenta, eriguntur structurae, iamque completis aliquibus officinis, anno predicto venerunt ubi nunc sunt, trahente eos desiderio tum amplitudinis tum quietis. Will. God. p. 306. Eodem anno in Sicilia urbs Cathania ita diluculo ante horam primam terre motu subversa est 2. Non. Febr., acsi per *centum annos non fuisset habitata. Ubi et episcopus et clerus et abbas de Mileto cum 40 monachis et omnis populus, circiter 15 milia hominum, morte repentina perierunt. Pleraque[b] etiam castra et munitiones per Siliciam hora eadem cum innumerabili populo ęversae [vel[c] concusse] sunt.

Anno Domini 1170. audita sunt tonitrua horribilia, micuere fulgura 3. Kal. Ianuarii et 3. feria, quo tempore et die sequenti anno Thomas presul occiditur. Horribilis terrae motus in transmarinis partibus contigit 3. Kal. Iulii, ubi innumerabilis populus tam christianorum quam paganorum periit, et civitates multae subversae sunt. Ruit etiam magna pars Antiochiae. Civitas etiam sancta Iherusalem valde contremuit, sed Deo miserante non periit. Hoc eodem anno Henricus rex Anglorum coronari fecit Henricum, filium suum, post pentecosten, contradicente domino Thoma Cantuariensi archiepiscopo, licet apud Senonas Galliae in exilio posito. Nec multo post eum revocat prefatus rex et cum eo fedus pacis init; qui in ipso anno reversus in Angliam, ab Anglis cum exultacione susceptus est.

Anno[d] Domini 1171, 4. Kal. Ianuarii, infra octabas natalis Domini prefatus Thomas Cantuariae archipresul 30. die postquam applicuit, feria 3. occisus est ab impiis ministris prenominati Henrici regis Anglorum in aecclesia metropolitana Cantuariensi non longe ab altari hora vespertina, glorioso martyrio factus sacrificium vespertinum gratissimum Deo. Cuius meritum magnum apud Altissimum esse cum causa iustissima, quae vere martyrium facit, tam assertio ęuangelica, Matth 5, 10. quae dicit: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam*, quam innumera et inaudita contestantur miracula. Ioh V Thom c 82. Per huius enim beati pontificis et martyris meritum, cooperante divina clementia, ceci vident, surdi audiunt, claudi diriguntur et muti locuntur. Resurgunt mortui, sanantur leprosi, obsessi a demonibus multi liberantur, et omne genus languidorum optatam frequenter obtinet sanitatem.

[Annus[e,2] millenus centenus septuagenus
Primus erat, primas cum ruit ense Thomas].

Anno Domini 1172. ad sepulchrum prefati sancti Thomae Cantuariae archiepiscopi multa miracula fiunt.

[Annus[f] hic ipse mihi sextus decimus fuit evi,
Quo mea, Christe, tuo prebeo colla iugo].

Will God. Hoc eodem anno in pago Biturico apparuerunt quibusdam pastoribus duo armati milites in armis albis ad orientem meridie in aere. Postea apparuerunt alii duo in armis similibus versus occidentem. Quos cum vidissent, primi orientales concito accurrentes, gravissimam cum eis pugnam commiserunt et fugaverunt eos, ac sic ad priorem locum redierunt. Fugati quoque iterum apparentes, commiserunt rursum cum predictis, sed ab eis ex toto victi et effugati sunt. Hoc anno sanctus Thomas canonizatus est a papa Alexandro in capite ieiunii.

Anno Domini 1173. tercio Idus Februarii igneae acies in septemtrionali plaga apparuerunt nocte, et lux tanta emicuit, ut cuius monetae esset nummus quilibet posset agnoscere. Hoc eodem anno in quadragesima Henricus iunior rex Anglorum erexit se contra Henricum, patrem suum, et Ludovici regis Francorum et procerum eius fretus auxilio, Normanniam graviter vastavit, et multi mortui sunt. Florebat in Burgundia Petrus Darantasiae[g] archiepiscopus, vir vitae purissimae et in sacra religione ferventissimus, nonnullis etiam signis clarus. Petrus Comestor cęlebris habetur in Francia, magistrorum Parisiensium primas, vir facundissimus et in scripturis divinis excellenter instructus; qui utriusque testamenti historias uno compingens volumine, opus edidit satis utile, satis gratum, ex diversis hystoriis compilatum.

Anno Domini 1174. obiit bonae memoriae Harduinus abbas Sancti Germani[3], vir religiosus et mitis, cuius tempore isdem locus et religione floruit et bonis exterioribus affluxit. [Eodem[h] anno Amauricus Iherosolimorum rex obit; cui filius eius Bauduinus, qui postea leprosus effectus est, in regnum succedit. Moritur et Noradinus Turcorum rex, post quem

a) *bis scr., alterum del.* 1. b) Pl. e. *in loco raso et in marg. prima manu (A) repetita* 1. c) v. c. *alia manu superscr.* 1. d) De sancto Thoma *in marg. minio add.* 2. e) *versus in marg. post manu L suppl.* 1. f) *versus post alia manu M (L huius quidem simillima est) in marg. suppl.* 1. g) Darent. *corr.* Darant. 1, *et sic* 2. 4. h) *uncis incl. in marg. manu C post suppl.* 1.

1) Guillelmum III; v. supra a. 1161, p. 238. 2) Hi versus apud permultos auctores leguntur, quorum nonnulli 'Forsch.' XVIII, p. 29. enumerati sunt. 3) Cf. G. abb. S. Germ. Autiss., Labbe, Nov. Bibl. I, p. 578.

Saláádinus, genere quidem humilis et extreme condicionis homo, sed quia consilio providus, 1174. manu strenuus, a Noradino super exercitum constitutus, regnum mox occupat et domini sui Noradini filios exheredat. Regno deinde ampliando insudans, Egiptum aggreditur, Babilonem et Chaere, regni capud, pervadit, regem, quem alii Mulene alii Calipham vocant, perimit, omnem regiam stirpem exterminat, atque ita regnum Syrie et Egypti sub unam redigit potestatem]. Hoc anno in mense Novembri tanta aquarum inundatio contigit, quantam nullus qui tunc viveret se vidisse vel audisse meminerit. Nam diluvii instar latitudinem camporum exundans, multa edificia diruit, caulas subvertit ovium, submersit villas, sata absorbuit; unde et in subsequenti tempore vehementissima fames inhorruit. Quam ob rem multi, ut mos est vulgi varia opinari, dicebant, natum esse Antichristum circa hos dies, cuius foret prenuncia tanta pernities. Hoc vero predictae exundationis[a] stuporem auxit, quod nimiae pluviae ante non ruerant, unde tanta aquarum illuvies erumpere debuisset.

[Anno[b] milleno centeno septuageno
Et quarto quasi diluvium prorupit aquarum].

*Guarinus tercius abbas Pontiniaci, tam religione clarus quam genere, ad Bituricensem archiepiscopatum *p. 307. Will God a. 1114 provehitur.

Anno Domini 1175. valde fuerunt tenues segetum messiones, quia magna ex parte quae coloni terrae mandaverant preteriti anni exundationes obruerant. Floret Mauricius Parisiensis episcopus, qui ob industriam ac litteraturam eximiam et disertitudinem linguae precipuam de infimo magnae paupertatis ad pontificalis demum[c] evectus est apicem dignitatis. Hic inter preclara opera sua aecclesiam, cui preerat, a fundamentis extruxit[1] duosque pontes lapideos condidit, alterum super Secanam, alterum super Maternam.

Anno Domini 1176. maxima per Gallias fames invaluit, in qua multarum abbatiarum, sed precipue Cisterciensis ordinis, magna apparuit munificentia in pauperibus sustentandis. In plerisque etiam ecclesiis multa ob sustentacionem pauperum invadiata sunt ornamenta, multa sanctorum feretra decrustata.

Anno Domini 1177. Guillelmo de Senonensi archiepiscopatu ad Remensem translato, Guido Autissiodorensis aecclesiae prepositus in archiepiscopum est promotus. [Ipso[d] anno urbem Avinionum[e] adolescens nomine Benedictus advenit, dicens se a Domino missum, ut ibi super Rodanum pontem construeret. Derisus est ille, cum illi nec sumptus ad opus et operi complendo spem demeret fluminis magnitudo et profunditas tam vasti et latitudine tam diffusi. Ille tamen institit predicando; nec multo post divino nutu incitati cives certatim aggressi sunt opus iam dictum, licet supra modum difficile, incredibiliter sumptuosum. Ad quod peragendum sanctae admodum vitae iuvenis per multas diu provintias ex fidelium elemosinis infinitas aggregavit expensas; quem ferunt etiam nonnullis claruisse miraculis[2]].

Anno Domini 1178. Fredericus imperator cum papa Alexandro pacem componit[3], abiurat scisma, publice satisfacit. Sic, depulso scismate, unitas reformatur aecclesiae, et quae iam per 16 annos ob suorum discissionem menbrorum gravissime desolabatur, nunc ob eorum redintegrationem in Domino consolatur. Siquidem cum legatur, Romanam aecclesiam multis scismatibus fuisse discissam, nullum tamen isto aut vehementius incanduit aut diutius perduravit. Hoc anno eclipsis solis in vigilia exaltacionis sanctae crucis circa terciam horam Clar cont apparuit. Ipso anno innumerabilis multitudo paganorum Ierosolimam venit, ut omnia sibi subicerent et christianitatem delerent. Contra quos christiani, qui tunc aderant, in bellum ęgressi sunt, cum cf. ibid prorsus essent impares numero, viribus, apparatu, ac de ipsis, Domino ferente presidium, insignem reportavere triumphum. Auxit vero victoriae miraculum, quod, christianorum exercitu in expedicionem profecto, tunc esset Iherosolimorum terra viris fortioribus vacuata.

Anno Domini 1179. Alexander papa Romae post medium quadragesimae concilium Mart. 11. celebravit, ubi ex diversis terrarum partibus factus est innumerabilis tam episcoporum cf Clar.cont. quam abbatum conventus. [Per[f] eosdem dies in partibus transmarinis milites Templi ope

a) innd. 2. 4. b) *hi versus in marg. manu L post suppl.* 1, *signo posito iam supra ad* aquarum inundatio; *hoc loco collocati* 2; *iam supra ante* Hoc anno 4; *des. ed.* c) *superscr.* 1. d) *uncis incl. in marg. post suppl.* 1. e) Advinionum *corr.* Avinionum 1. f) *uncis incl. in marg. super. manu A, ut videtur, add.* 1; *hoc loco ceteri codd.; des. ed.*

1) Cf. Rob. de Torineio, SS. VI, p. 525. 2) Cf. Chron. Laudun., SS. rerum Gall. XIII, p. 682. 3) Iam a. 1177.

1179. et opera tam regis quam principum coadiuti, in loco qui dicitur Vadum-Iacob[1] munierunt castrum murorum et vallorum firmitate mirabili, quod grande foret et christianis presidium et Turcis obstaculum. Hoc itaque cum aliquandiu obtinuissent Templarii, licet sepius impetiti, Turcis quadam die lacessientibus[a], contra eos ęgressi sunt, et dum fugam simulantes incautius insequuntur, ecce Turcorum turba de insidiis prosilit infinita, que a tergo insequentes circumvenit, debellat et capit captosque Damascum abducit. Deinde castrum
cf Clar. cont. illud munitissimum adorsi expugnant et diruunt soloque coequant]. Hoc anno filia[2] Ludovici regis Francorum Constantinopolim ducitur et imperatoris filio[3] desponsatur. Hoc
Nov. 1 etiam anno in sollempnitate omnium sanctorum Phylippus puer, prefati regis filius, [cum[b] esset annorum 14], Remis a Guillelmo eiusdem urbis archiepiscopo in regem ungitur et regio diademate insignitur. Petrus Comestor famosissimus doctor obit; qui testamento sapienter disposito cuncta quae habuit pauperibus et ecclesiis prorsus distribuit. Huius sepulturae hoc ępitaphium habetur insertum[4]:

Petrus eram, quem petra tegit, dictusque Comestor.
Nunc comedor; vivus docui, nec cesso docere
Mortuus, ut dicat qui me videt incineratum:
Quod sumus iste fuit, erimus quandoque quod iste.

Anno Domini 1180. Filippus nuper unctus in regem Hainocensis comitis[5] filiam[6], comitis Flandriae[7] neptem, accipit in uxorem; quam Guido Senonensis archiepiscopus unxit apud Sanctum Dionisium in reginam. Quod matri[8] ęiusdem regis et matris fratribus[9] valde displicuit[10], ac proinde castra suae dotis contra filium munire presumpsit. Quo comperto, á filio expulsa ad fratres confugit, ac per hoc eorumdem fratrum contra regem simultas incandescit. Sed non multo post, diffinito consilio, et illa reducitur, et procerum simultas sopitur.

[Plene[c] decursis denis et quatuor annis
Sceptra, Philipe, patris suscipis urbe Remis.
Annus millenus centenus septuagenus
Nonus erat, cum te regius ornat honor].

Hoc anno in Autissiodorensi foro surgente gravi et grandi incendio, magna pars eiusdem fori combusta est. Ludovicus rex Franciae anno regni sui 43.* obiit, filio eius Phylippo iam in regnum provecto. Sepultus est in monasterio a se constructo quod dicitur Sanusportus[11] non procul a Miliduno. Porro vir iste multa fuit honestate laudabilis, erga religiosos quosque supplex ac bęnevolus et erga subditos unica moderatione usus. Et quia pacis amator erat, guerras etsi aliquas, tamen raras aut intulit aut pertulit suumque tranquille satis ac strenue regnum fovit. Hinc est, quod sub ipso, pace vigente, tot novae villae conditae sunt et veteres ampliatae, tot excisa nemora [et[d] exculta], tot constructae aecclesiae ordinesque diversi diversis in locis multipliciter propagati. [Huius[e, 12] regis epitaphium his versibus decoratur[f]:

Transit in heredem pius ille prior Ludovicus
Nomine, sede, fide, nec pietate minus.
Servula, tristis, inops alio sub rege, sub isto
Floruit aecclesia libera, leta, potens.
Rex humilis, rex pacificus David et Salomonem
Pretulit exemplo, seque suosque regens.
Quantum coniugii permisit copula, castus,
Quantum iusticiae regula, mitis erat.
Ieiunans, vigilans, orans, devotus ad omnes
Divini cultus obsequiique modos,
Lingua preces vivas, lacrimas pia palpebra fudit,
Pauperibus solidos officiosa manus.

*) 2 *add.:* ex quo post patrem successit, sed 50. ex quo in regem unctus est.

a) *sic codd.* b) *haec post in marg. (manu K?) add.* 1. c) *versus in marg. manu K add.* 1; *hoc loco in textu* 2. 3; *des.* 4. *ed.* d) et e. *alia manu superscr.* 1. e) *epitaphia in marg. manu N add.* 1; *hoc loco* 2. 4; *des. ed.* f) De rege Ludovico *minio add.* 2.

1) Super Iordanem fl.; v. Will. Tyr. XXI, 26. 2) Agnes. 3) Alexio, filio Manuelis. 4) In editis Hist. schol., ut Migne, Patrol. CLXXXXVIII, p. 1048, et saepissime impressum. 5) Balduini V. 6) Isabellam. 7) Philippi. 8) Adelae. 9) Theobaldo V. comiti Blesensi, Stephano comiti Sacri-caesaris, Willelmo archiepiscopo Remensi. 10) Eadem fere verba v. supra p. 36. in Clarii cont. II. 11) Barbeaux ad Sequanam fl. 12) Iam editum est Duchesne, SS. IV, p. 444; SS. rerum Gall. XVI, p. 715, ubi ab Adela, uxore Ludovici, tumulo inscriptum esse dicitur.

His meritis rapuit caelum violentia sancti,
Raptus et a caelo, te[a] tibi terra refert.

Item alius de eodem:

Qui[1] modo sum modicus cinis, olim rex Ludovicus,
Dum terris preeram, terra futurus eram.
Sed licet auferre sua se[b] nequeat caro terre,
Servat perpetuum spiritus esse suum.
Parce mihi, Domine, qui finis es et sine fine,
Quem sine principio principiumque scio!
Iam transcendo fidem, quia iam scio credita pridem
More, scio patrie credita more vie.
Hoc mihi scire dedit quem vita scit et via credit.
Quem via credit, eum vita scit esse Deum.
Elegisse leges alios loca regia reges,
Huic magis elegi pauper inesse gregi,
Pauperis ut memores melius sint pauperiores.
Gaudeo pauper homo pauperiore domo].

Ipso quoque anno obeunt Guarinus Bituricensis, Mathaeus Trecensis, Iohannes Carnotensis 1180. episcopi, tam sapientia quam animi strenuitate famosi. [Quorum[c] Iohannes sancti Thomae, cuius et socius extitit, passionem descripsit. Scripsit et librum quem prenotavit de curialibus nugis, in quo de divinis ęthnicisque scripturis affatim testimonia congerens, satis innotuit, quam fuerit ipse omni affluens sapientia, quam venustus ęloquio, quam preclarus doctrina]. Obiit et Manuel imperator Constantinopolis. *In festo sancti Thomae circa sextam Dec. 21. *p. 308. horam visa est luna cum adhuc esset prima, sidere perlucido eam pariter comitante nec multo ab ea intervallo distante. Per id tempus inter Fredericum imperatorem et Saxoniae ducem concertacio erat acerrima, multi utrimque aut capti aut perempti sunt, multae succensae aecclesiae villaeque destructae. Phylippo rege natale Domini Senonis cęlebrante, Dec. 25. orta est inter Guidonem archiepiscopum regemque dissentio, eo quod archiepiscopus quaedam decreta concilii nullatenus pateretur infringi. Siquidem commune concilium Romae sub Alexandro papa anno preterito cęlebratum statuerat, nullum deinceps christianorum mancipium fieri Iudeorum[2]. Volebat itaque rex hoc nequaquam teneri, volebat quoque secularium rerum causas nonnisi sua in curia diffiniri solaque illa quae ad ius ecclesiasticum pertinent archiepiscopali iudicio reservari. His aliisque novis usurpationibus archiepiscopo viriliter resistente, adeo ira regis incanduit, ut ipsum iuberet aut sedem relinquere aut suis iussibus assentire. Qui tamen maluit subire exilium quam contra iusticiam regium implere preceptum. Vęrum paulo post accepto saniore consilio, rex paenitentia ductus, exulem revocat et ut prius ei suum in omnibus ius reformat. Sub hoc tempore in territorio Senonico villa Chudo[3] habetur puella cęlebri opinione vulgata. Nec enim mirum si cęlebris, in qua nimirum effulget miraculum[d] eminens ac preclarum. Nempe divinitus illi collatum est in corpore degere et corporalis cibi subsidio, ut dicitur, non egere; octo circiter annis usque ad annum hunc[4] iam decursis, ex quo primum divino munere tali est privilegiata virtute. Haec quidem genere infima officioque bubulca [Alpaidis[e] nomine, etsi corpore inbecillis, sed animo valida, licet etatis decennium vix explesset], gravi admodum atque diutino prius est castigata flagello, adeo ut propter effluentem de toto corpore saniem suis quoque fieret in horrorem. Sed qui contemptibilia mundi eligit et infirma, post longa pacienciae probamenta, respexit humilitatem ancillae suae, et quo magis eam quasi in camino tribulationum excoxit, eo digniorem effecit, corpus ei redintegrans spiritalique alimento sustentans. Ita vęro sui est impotens, ut nonnisi ab altero moveri queąt, iacens continuere supina, preter caput et dexteram menbris caeteris sui vigore officii destitutis. Cumque nullum facile cibum possit traicere, ad traiciendum tamen viaticum naturalem meatum habet libere preparatum. Sane in corpore facta est admodum perexilis et marcida, quippe intestinis pre longa introrsus inedia vacuatis. Attamen ita venusta corpulentaque

a) re 2. b) *sic codd.* c) *haec in marg. (manu A?) post add.* 1. d) s *erasum* 1. e) *uncis incl. in marg. manu L add.* 1.

1) Hoc carmen chronista a. 1214. ex nostri libro sumsit, ex illo editum est Duchesne l. l.; SS. rerum Gall. XII, p. 221. 2) Cf. Mansi, Conc. XXII, p. 231, cap. 26. 3) Cudot vicus (praef. Joigny); in cuius loci ecclesia humatum est corpus Alpaidis sub tumba lapidea, cui superposita est ipsius effigies. CAM. 4) Intelligo a. 1180, sub quo haec narrantur.

1180. invultu cernitur, acsi deliciarum copia perfruatur. Frequenter autem rapitur in excessum, et angelo duce freta, nunc penarum percurrit loca, nunc gaudia beatorum. Ad se rediens, quid et cui proferat, caute librat, magistrante nimirum interius spiritu et docente quid silere debeat, quid proferre. In solempnitatibus vero Domini vel matris eius datum est illi per excessum plęrumque sursum rapi mundumque et omnia quae in mundo sunt libero mentis intuitu contemplari. Cum autem post unum vel plures dies de illa altissima quiete regreditur, sicut ipsam audivimus referentem, videtur sibi cęu de quadam amplissima luminis regione in tenebras reici ac vęlut molam quandam mentis suae oculis superponi. Refert quoque, quia, dum in illo est raptu, conspicatur universaliter mundum in modum pilae forma tereti[a] circumscriptum, solem terra maiorem, terram vęlut ovum in medio pendulam et aquis undique circuncinctam. Res vero rerumque raciones et causas tam infinitas ęssę, tam abditas, ut ea tanto minus quisque capiat, quanto curiosius investigat. Plęrumque in spiritu videt absentia, previdet plerumque futura. Vęrum illud eo spęcialius admirandum quo rarius, faeminam ęditam et ęducatam ruri ruralique operi assuetam tantae dono sapientiae insignitam. Cum ea sane pluries collocutus, fateor, obstupui, tantam inesse feminae sapientiam in consiliis, circumspectionem in verbis. Etenim tam prudenter eloquitur, tam discrete consulit, tam salubriter adortatur, ut luce clarius sit, ipsum qui docet omnem hominem scientiam in ea sibi delegisse sedem, in ea facere mansionem.

*p. 309. *Anno Domini 1181. obiit Amauricus patriarcha Ięrusalem. Obiit et Gwillelmus Autissiodorensis episcopus. Hic ecclesiae[1], cui prefuit, tectum vetustate detritum fecit dirui reficique ac cum ipso tabulatu sublimius erigi et lateribus coopertum decenter intrinsecus camerari. Cumque plura altaria illic essent et preter maius omnia servitore carerent, ipse alia quoque quatuor, exceptis his, inibi consecravit, et tam ista quam caetera aut per ipsum aut sub ipso per alios assignatis reditibus sunt dotata, ita ut singula singulos vel ętiam plures extunc habuerint servitores. Sed et reditus ępiscopales non mediocriter ampliavit emptione agrorum et pratorum, constructione edificiorum, acquisitione masnilium. Aecclesiam sanctae Mariae ac sancti Iohannis ipsamque in qua sedit[1] aut dotavit in[b] quibusdam aut ornavit. Preterea cum sub ipso Nivernensium comitum fieret crebra mutacio[2], et ex his aliqui molirentur inducere consuetudines pravas tam aecclesias quam populum gravaturas, ipse viriliter restitit, nec destitit, donec obtinuit non solum illas violentias irritas fieri, sed et libertatem aecclesiae privilegiis communiri. Dęnique cum cunctis esset affabilis ac bęnignus, bęnignitatis tamen precipue erga sancti Mariani aecclesiam dedit inditium, dum, non considerata paupertate loci, se ibidem statuit sepeliri. Post cuius obitum inter canonicos orta dissensio diuque protracta non parva aecclesiae intulit detrimenta. Hisdem quoque diebus comes Campaniae illustris Henricus, dum de Ihęrosolimis per Asiam redit, a Turcis captus, sed ab imperatore Greciae liberatus, ut demum terram suam attigit, quos ex reditu letificaverat, ex celeri obitu mox contristat. Circa id tempus Phylippus rex comitatum Nivernensem in suam redigit ditionem. Hac autem de causa: Guido comes duos liberos, quos ex coniuge Mathilde susceperat, moriens[3] tutelae regiae deputarat. Post haec Mathildis Petro Flandrensi[4] nupsit[5]; quo paulo post mortuo, nupsit Roberto[6]; sed quia erant consanguinei, postmodum ab invicem sunt disiuncti. His itaque gestis, liberorum iam dicti Guidonis alter[7] obit, alteram[8] rex apud se tenuit, sicque terram in suum dominium vendicavit. Interea Autissiodorensi aecclesia canonicorum dissensione turbata, iussit rex contra ius in iura ępiscopalia manum mitti et tam intra quam extra urbem quicquid ępiscopalium erat redituum totaliter confiscari. Ierosolimae post Amauricum Hęraclius Caesariensis episcopus in patriarcham eligitur. Apud Constantinopolim Manueli imperatori successerat eiusdem filius[9] adhuc iuvenculus. Iherosolimorum rex erat Bauduinus, Amaurici regis filius[c], iuvenis quidem in Deum devotus, sed leprae contagio de-
Iun. 24. formatus. Anno predicto apud Arvernis urbem circa festum bęati Iohannis baptistae grandis tempestas ingruit, quae minus quidem in latum, sed nimis in longum processit ac segetes, vineas, arbores gravissime profligavit. Post breve apud Aurelianis urbem insigne pro-

a) thereti *corr.* tereti 1. b) in q. *in loco raso* 1. c) *ita distinguunt* 1. 2.

1) S. Stephani cathedralis. Cf. Gesta episc. Aut., Duru I, p. 427. 2) Cf. ib. p. 422, ubi eadem verba. 3) A. 1175. 4) Episcopo Cameracensi, filio Theoderici comitis. 5) A. 1177. 6) D. comiti Drocarum. 7) Willelmus. 8) Agnetem. 9) Alexius II. a. 1180.

digium divinitus est ostensum. Circa festum bęati Laurentii die dominica sacerdos quidam 1181. Aug. 9. missam cęlebrans duas paraverat hostias, alteram quam reponeret, alteram vęro quam sumeret. Iam usque ad dominicam oracionem processerat, cum repente ipsam quam tenebat in manibus hostiam rubeo conspicit colore suffusam. Videt dęinde ebullientem ex ea sanguinem iamque sibi inter digitos profluentem. Mox eam super corporale deponens, per tria loca transposuit, et in singulis quantum loci ipsa continuit, tantumdem sanguine purpuravit. Dum haec cernens sacerdos, repletus extasi, moram facit, ut more causam inquireret, propius minister accessit. Qui videns rem tam mirabilem, mox convocat populum[a] tunc astantem. Accurrunt universi, et in re tam stupenda nimio sunt stupore percussi[b]. Porro sacerdos, ut sacrificium ex more perageret, alteram libavit eukaristiam, quam paraverat reponendam. Percrebrescente fama miraculi, ad tantum spectaculum urbs tota confluxit; rex quoque, qui non longe tunc aberat, festinus advenit. Plęrosque vidimus qui viderunt ipsam hostiam in formam carnis lividae et supra corporale ipsas sanguinis notas, cum transponeretur hostia, ad modum hostiae circulatas. Post modicum in Burgundia apud castrum Karrolum[c] res quidem similis sed dissimiliter accidit, ubi profecto *insignius *p.310 divina virtus irradiat, dum una ęademque hostia partim carnis, partim panis spęciem representat. Accidit autem sic. In festo omnium sanctorum prefati loci prior, dum misteria Nov 1. divina conficeret et iam in hora fractionis ex more vellet hostiam tripertire, frangere ipsam non potuit, sed manens integra, solummodo est per mędium replicata. Mox cruentae carnis spęciem una pars induit, pars reliqua in pristina figura remansit. Tale quid ętiam illo in tempore alibi contigisse certissime fertur, quod nunc apud Brenam[1] oppidum reservatur. Siquidem illuc[d] per eiusdem oppidi dominum de loco ubi contigit est allatum. Sed et in Vindocinensi territorio prodigium simile super eadem re pro certo compertum est effulsisse. Ante paucos quoque annos apud Atrebatensem urbem ęvenisse rem similem, vęridica relatione vulgatum est. Hinc ęvidentissime claret, panem et vinum in altari per verba Christi in Christi carnem et sanguinem transmutari. Indubitanter ergo credendum est, quod sic et res ipsa comprobat et vęritas asseverat. Quod tamen ideo nobis oculitur, ut fides męritum sortiatur. In eo namque tanto maius est fidei męritum, quanto magis humanum supergreditur intellectum. Enimvero quibus est mens sanior, fit stupor non modicus, quod eodem fere tempore super Domini corpore tanta prodigia claruere. Nam nullatenus preter causam. Teste quippe scriptura: *Nichil in terra fit sine causa.* Si ergo causa et in Iob 5, 6. minimis, quanto magis in tam magnis. At quamquam res ista sit abissus multa, credi tamen tam secure quam pie potest, id esse divinitus gestum ad confutacionem perfidiae et fidei firmamentum[e]. Nempe illorum quos Populicanos [Puplicanos[f] vel Catharos vel Paterinos vocant] heresis execranda, quae Christi abnegat sacramenta, per id tempus clam quidem pluribus in locis irrepserat, sed palam in Guasconia maxime populos occuparat. Illic namque publice a catholica communione precisi castra habent quam plurima adversus catholicos communita, catholico ritu posthabito, suis adinventionibus inservientes earumque virulentia quos potuerint toxicantes. Quocirca ad eorum retundendam[g] vesaniam missus est ab Alexandro papa vir linguae diserte Henricus ex abbate Clare-vallis episcopus Albanensis, qui predicationis verbo militum peditumque copias undecumque contraxit prefatosque hereticos expugnavit. Verum id frustra. Nam ut sui compotes facti sunt, se in erroris pristini volutabro revolverunt. Inter imperatorem Alemanniae ducemque Saxoniae post gravia utrimque excidia pax demum est reformata [tali[h] interveniente pacto, ut ducatum non reciperet, nisi prius septennio exulasset]. Ipso anno Alexander papa, vir discretus multaque literatura preditus, obit; [obit[h] autem in festo sanctorum Felicis et Adaucti. Unde Aug. 30. quidam sic ait:

Hunc festis auxere suis Felix et Adauctus,
Cum quibus est felix, factus adauctus eis].

Post quem Humbaudus Hostiensis episcopus, vir mitissimus, sed grandevus, in papam eligitur Luciusque vocatur. Eodem anno [Philippus[i]] comes Flandriae, [Odo[i]] dux Burgundiae, Guillelmus Remensis archiepiscopus, Theobaldus comes Blessensis, Stephanus

a) omnem p. 2. b) perculsi 2. c) Karolum *corr.* Karrolum 1. d) illic *post corr.* illuc 1. e) fundamentum 3. f) *uncis incl. post in marg. add.* 1; Publicanos vel C. vel P. aut Popul. 2. g) retundandam *corr.* retundendam 1. h) *uncis incl. alia manu in marg. suppl.* 1. i) *post superscr.* 1.

1) Brienne ad fl. Aube.

1181. Sacri-caesaris[1] mutuam inȩuntes confederationem, unanimiter conspirant in regem. Turbatur proinde Francia, regnum concutitur, imminensque periculum vehementer ab omnibus formidatur, presertim quia nulla paterent effugii loca, commotionum undique detonante procella. Porro rex videns, plurima se parte suorum destitui, gentem nȩfariam quos Brebentiones[a] vocant in suum auxilium accersivit, cum quibus Stephani comitis terram pervagatus abrasit, castra dilapidans, incendens villas omniaque depredans. Comes interim Flandriae cum manu valida terram regis pervadit et vicos quam plures, villas et oppida aut diruit aut spoliat aut incendit. Post haec dominico instante natali, paululum a bellis quiescitur[2], datis invicem induciis et expedicionibus utrimque solutis.

Anno Domini 1182. erat per Franciam non minima circumquaque formido. Timebant nimirum post dampna gravia se adhuc incurrere graviora. Vicos proinde vallabant, murabant urbes, oppida muniebant. Augebat metum, quod regis adversariis Fredericus imperator se spoponderat subventurum, ac per totum imperium mandarat edici, ut in expe-
*p.311. ditionem forent cuncti sine cunctacione parati. Porro regi favebat fovebatque partem *eius rex Angliae cum filiis Henrico iam rege et Richardo Aquitanorum duce. His mediantibus, de pace interim agitur, multaque inter regem et principes colloquia cȩlebrantur, et turbulentiam illam, quae tam acriter efferbuerat, vix tandem pax reformata tranquillat.

Codd. 1. 2. 3. 4. 4a.

Erat[b] tunc negotiorum regis procurator Egidius, vir in rebus seculi sagax. Huius frater extiterat Robertus cognomento Clemens, qui regem a prima etate nutrierat et instruxerat, vir moderatus et prudens regique fidelis et qui regalia industrie satis et strenue administrarat negotia, dum regem post mortem patris habuit in tutela. Huic Egidius in regni administratione successerat. Horum fratrem Garmundum in Pontiniacensem abbatem nuper assumptum Altissiodorenses canonici elegerunt in presulem. Verum cum quaedam ex personis ecclesiae restitissent, Romam pars utraque profecta est. Ingruente interim peste gravi, domnus Garmundus et de sociis utriusque partis plurimi moriuntur.

Ed. (cod. 1a?).

Ipso anno Autissiodorenses canonici Garmundum 4. abbatem Pontiniacensem elegerunt in presulem, non tam ipsius merito, quam sollicito studio fratris eius Egidii, tunc a rege pre ceteris in curia sublimati. Verum cum quedam ex personis ecclesie restitissent, Romam proinde pars utraque profecta est, ibique diutius sunt detenti, eo quod, multis utrimque rationibus allegatis, nequiret negotium terminari. At illic maxima interim mortalitate grassante, Garmundus moritur; sicque contentio terminatur. Quodque mirandum est: per eosdem dies, quibus peste in curia Romana obiit, frater eius in Francie curia principatum amisit. Huius autem Egidii frater extiterat Robertus cognomento Clemens, qui regem a prima etate nutrierat et instruxerat, vir moderatus et prudens regique fidelis et qui regalia industrie satis et strenue administrarat negotia, dum regem post mortem patris habuit in tutela. Huic predictus Egidius in regni administratione successerat.

[Hoc[c] anno in quadam villa in Trecensi territorio sita demon innotuit, nemini quidem nocens, sed tantum quibusdam blandiens, quibusdam insultans. Cuius quidem vox loquentis patenter audiebatur, sed nulla prorsus eius species cernebatur. In ea quoque domo in qua erat si quid forte audiret precipi, vel sternerentur[d] thori, vel aliud aliquid ageretur, excuciebat ilico culcitras et quicquid agendum erat summa celeritate complebat. Denique et cum sacerdos adesset, ut ad expellendum eum aquam exorcizaret, ille mox vas deiecit et aquam effudit, clamitans se tociens id facturum, quociens sacerdos aque inciperet exorcismum. Verum non multo post demon abscessit]. Eodem anno, quo sic concussum est Franciae regnum, Constantinopolitanum quoque imperium gravi est perturbatione discissum. Quod quidem, ut fertur, sic accidit. Manuel imperator, vir strenuus, dum adviveret, Latinos ita dilexerat, quod suas nonnisi per eos expeditiones ageret et primis eos palacii honoribus insigniret. Siquidem et Latinam coniugem[3] duxerat et susceptum ex ea filium Latinae

a) Brebant. *corr.* Brebent. 1. b) *haec* — moriuntur *in loco raso manu tertia (B), quae folia* 321—324. *exaravit scripta sunt* 1, *ubi dimidia linea loci rasi vacua remansit, certe cod.* 1a *et ed. ea exhibent quae antea in cod.* 1 *scripta erant.* c) *uncis incl. in marg. post (manu N?) suppl.* 1; *hoc loco in textu* 2—4a. d) ut st. 2.

1) Sancerre. 2) Cf. Sigeb. Cont. Aquic., SS. VI, p. 420, ubi eadem fere verba. 3) Mariam, filiam Raimundi principis Antiocheni.

coniugi, hoc est Ludovici regis Francorum filiae[1], copularat. Quo defuncto[2], quidam de 1182. imperiali prosapia Andronicus nomine se violenter intrusit et imperatoris adhuc iuvenculi se tutorem effecit. Hic itaque coepit Grecorum animos commovere, suggerens exterminandos fore Grecos a Latinis, nisi Latini exterminarentur a Grecis. Sic animati tandem Greci irruunt in Latinos, et intra Constantinopolim fit acerrimus utrimque conflictus. Greci quotquot ex Latinis inveniunt aut trucidant aut ex urbe proturbant. Andronicus palacium occupat; portus incenditur, ubi diffusius debachante flamma, inaestimabilis facta est aedificiorum opumque iactura. Sic ex parte attrita est illa florentissima Constantinopolis et opulentia et amplitudine pre omnibus in orbe urbibus insignis.

Anno[a] Domini 1183. Autissiodori Hugo thesaurarius creatur episcopus. [Quaedam[b] pacis novitas apud Anitium[3] urbem exorta est per quendam rebus et genere satis humilem[4], qui dicebat se divinitus admonitum, ut populum hortaretur ad pacem. Primo itaque paucis sibi aggregatis matris[c] Domini signaculum in signum pacis gerentibus, factus est eorum in brevi numerus infinitus, ita ut e vicinis quoque castris et urbibus plerique principes se eis adiungerent, adversantium sibi deicerent castra impiosque delerent, sicque regionem illam, diu iam a latronibus circumquaque corrosam, tutam efficerent et quietam. Ipso anno Arverniae[d] proceres in mutua pacis foedera coniurarunt et nefandam illam Brebentionum cohortem, iam per multos annos multis in locis, sed in Arvernia maxime, rapinis et cedibus inhiantem, aggressi sunt et ex eis tria circiter milia trucidarunt, nullum tamen ex suis, ut dicitur, prostratum vel sautium reppererunt]. Apud Constantinopolim Andronicus imperatorem[5] exterminat imperiumque usurpat. Dux Burgundiae[6] castrum Virgiacum[7] obsidet. At cum eiusdem castri dominus[8] Guarnerii Triennensis[9] viri pernobilis[e] gener ęsset, idem Guarnerius proceres Campaniae secum traxit, ut genero subveniret. Guerra perinde utrimque mota, dux eis dampna intulit gravia, sed ab eis omnino pertulit graviora. In Aquitania regionibusque vicinis factum est grave et grande discidium, aecclesiarum spoliatio, castrorum villarumque vastacio, quia Henricus rex[f] et dux Ricardus fratres invicem dissenserunt, patre eorum Henrico Anglorum rege Richardi partem fovente. Sed non multo post Henricus rex iunior moriens, sicut vitae, ita et discidii finem fecit. Inter Romanos et Lucium papam exoritur acerba dissensio. Lucius proturbatus ex Urbe, frequenter a Romanis impetitur multisque iniuriis lacessitur. Quod ex hoc uno satis liquet, quia multis ex parte papae captis eruerunt oculos, imposuerunt mitras ac remisere mitratos, accepto ab eis iuramento, quod papae presentarent taliter se videndos. Post haec papa tot conflictus ferre non sustinens, Verone se contulit, sperans sibi auxilium ab imperatore ferendum. Per idem tempus Salaadinus[g] Turchorum rex cum innumeris copiis partes Ihęrosolymorum irrumpit, nonnullas strages dat, loca pleraque profligat ac diruit, nec longe post repulsus abscedit. [Philipus[h] rex de terra sua precipit Iudeos expelli].

Anno Domini 1184. [secta[i] eorum quos Capuciatos vocant, quae apud Anitium anno coeperat precedenti, coepit et in Francia propagari, sed illis subiectionem insolenter negantibus, principum contradictione deleta est. Ipso anno Benedictus Avinionensis[k] pontis auctor[10], sanctae admodum vitae iuvenis, obit sepultusque est super pontem illum mirificum, magna iam ex parte constructum, ab eiusdem fundatione pontis 7 annis circiter iam decursis. Phylippus rex Guidonis comitis[11] filiam[12] Petro[13], patrueli suo, tradit in coniugem et comitatum Nivernensem, quem iam triennio tenuerat, eis libera concessione resignat. Eodem anno] tota pene urbs Senonis et mater aecclesia gravi est admodum et stupenda conflagracione detrita. Sed et quam plurimos, dum circumquaque flamma dese-

a) *sequentia alio atramento, sed eadem manu (A) scripta videntur* 1. b) *uncis incl. post manu F in marg. suppl., hic signo posito* 1; *hoc loco in textu* 2. c) et m. 2. d) Alverniae *corr.* Arverniae 1. e) prenob. 2. f) *alio atramento superscr.* 1. g) Salâdinus 1. 2. h) *uncis incl. in marg. manu A? (potius K?) suppl.* 1. i) *uncis incl. manu F in marg. suppl.* 1, *quae prius, ut signo* ⁜ *infra post* luctuosa calamitas *posito indicatur, ibi interponi debebant, et ibi leguntur in* 2 (Eodem anno secta — resignat); *sed in* 1 *signo in marg. eraso huc trahi videntur, et sic* 3. *ed.* k) Avionensis *corr.* Avinionensis 1.

1) Agneti; cf. supra p. 244. 2) A. 1180. 3) Le Puy. 4) Durandum de Orto carpentarium; cf. Gaufr. Vos., SS. rer. Gall. XVIII, p. 219; Rob. de Torin., SS. VI, p. 534. 5) Alexium II. 6) Hugo III. 7) Vergi prope Nuits, inter Beaune et Dijon. 8) Hugo; cf. Duchesne, 'Hist. de la maison de Vergy' p. 102 sqq. 9) Trainel, distr. Aube. 10) V. supra p. 241. 11) Nivernensis. 12) Agnetem. 13) de Courtenai, postea imperatori Constantinopolitano.

1184. Iun. 23. viret, involvit, combussit alios, alios suffocavit. Accidit hoc in vigilia sancti Iohannis baptistae[1]. Sic illa precursoris Domini iocunda cęlebritas facta est miseris civibus luctuosa calamitas. Ipso anno Heraclius patriarcha Iherusalem et cum ipso duo magistri Templariorum[2] et Hospitalium[3] mare transeunt, et defuncto interim magistro Templariorum, post papae colloquium transalpinant. Hac autem de causa, ut opem poscerent quaerimoniasque deferrent, quia regio transmarina et nimis incursetur ab hostibus et ope sit destituta.

Anno Domini 1185. Bauduinus Iherosolymorum rex obit, nepote[4] eius adhuc puerulo in regem substituto. Inter Phylippum regem[a] et comitem Flandriae Phylippum gravis discordia recrudescit. Hac autem de causa: Uxor[5] ęiusdem comitis sine herede obierat, pro qua idem comes Viromandorum regionem tenebat. Hanc ergo dicebat rex ex iure regni ad se debere devolvi. Facta est proinde grandis exercituum utrimque conventio. Sed talis demum compositio intercessit, ut tota Viromandorum regio in regis dominium
*p. 312. deveniret preter pauca castra[6] comiti, dum adviveret, derelicta. *Eodem anno Guillelmus rex Siciliae contra Andronicum usurpatorem imperii terrestrem navalemque exercitum aggregat infinitum, Greciae fines ingreditur, urbes multas terramque spaciosam, ipsam quoque Salonicam, amplitudine opibusque presignem, pervadit et obtinet. Andronicus multos perimit, et eos maxime, quos videbat nobilitate ac potentia preminere. Quocirca cum cunctis[b] exosus ac suspectus existeret, quidam de imperiali semine Thursac nomine ad eum venire Constantinopolim iussus, civium sibi animos prius conciliat, et mutua confederatione inita, a Constantinopolitano patriarcha, ut coronaretur, obtinuit; et Andronicum cum suis aggrediens, fecit corripi ac truncari per pedum manuumque iuncturas et per urbem super asinum[c] trahi, dehinc evelli oculos linguamque precidi[d]. Ipso anno incredibilis ubique vini copia redundavit, ob hoc precipue cunctis stupentibus, quod ante vindemias estimari non poterat, tantam fore redundantiam ex vindemiis proventuram. Lucius papa Verone moritur; post quem Humbertus, vir multae litteraturae, ex cardinali in Mędiolanensem presulem nuper assumptus, exinde in papam eligitur et Urbanus vocatur. Exercitus regis Siciliae multis milibus numerosus, cum iam partem Greciae plurimam occupasset, circumventus a Grecis usque ad internitionem deletur; Salonicam Greci recipiunt.

Anno Domini 1186. Phylippus rex adit et liberat castrum Virgiacum a duce Burgundiae longa obsidione conclusum[7]. [Ipso[e] anno ignem in modum cuiusdam ignee domus per caelum discurrere plurimi conspexere, nec id quidem semel sed pluries]. Per idem tempus litterae, incertum unde profectae, per orbem latę ventilabantur contestantes, quod in anno predicto, mense Septembri omnes planetae convenirent in libra, et a parte occidentis procederet ventus validus, ita ut fere universa destrueret, nec a venti turbine et fragore terribili possent ęvadere, nisi qui in hyppogeis specubus latitarent[8]. Huic astipulabantur opinioni plures astronomiae periti. Quae quidem opinio multorum animos, ętiam sapientum, pavore concusserat. Sed quam vanum falsumque id fuerit, eventus probavit. Henricus, Frederici augusti filius, regno Ithaliae a[f] patre prefectus, Constantiam, Rogeri Siciliae quondam regis filiam[g], ducit in coniugem. Inter ipsum et Urbanum papam per eosdem dies gravis simultas incanduit, adeo ut papae Veronae moranti quoquam prodeundi facultatem precluderet et ipsum adeuntium prepediret itinera multasque iniurias irrogaret. Phylippi regis soror[9] in Hungariam ducitur regi[10] Hungariae desponsanda. Eodem anno Petrus Clarevallensis abbas, vir sanctitatis opinione celebris, dormit in Christo. Balduinus[h] Iherosolimorum rex adhuc puerulus obit. Post eum Guido Ioppensis comes, qui iam dicti regis matrem[11] habebat in coniugem, sublimatur in regem. Quod quidem valde displicuit Tripolitano comiti[12], ac per hoc infensus cepit tam regi quam regis fautoribus adversari. Per hos dies venit ex Calabrie partibus ad Urbanum papam Verone morantem quidam abbas[13] nomine Ioachim, de quo

a) *eadem manu superscr.* 1. b) multis 3. c) camelum *ed.* d) prescidi *corr.* precidi 1. e) *uncis incl. manu A, ut videtur, in marg. suppl.* 1. f) a patre — coniugem *post in loco raso scripta* 1. g) sororem *ed.* h) *abhinc fere secunda manus incipere videtur; certe paulo infra manus mutata est* 1.

1) Cf. Clarii Cont., Duru II, p. 548; Chron. Autiss. breve, Martene, Thes. III, p. 1385. 2) Arnoldus. 3) Rogerus de Molinis. 4) Balduino V. 5) Elisabeth. 6) S. Quintini et Peronam praesertim. Cf. Rigord. infra (SS. rerum Gall. XVII, p. 13); Cont. Aquic. p. 423. 7) Cf. Rigord. p. 15. 8) Cf. ibid. p. 22, ubi hae litterae integrae exstant. 9) Margareta. 10) Belae III. 11) Sibyllam. 12) Raimundo III. 13) Florensis.

ferebant, quia, cum prius non plurimum didicisset, divinitus acceperit intelligentie donum, 1186. adeo ut facunde diserteque enodaret difficultates quaslibet scripturarum. Hic itaque dicebat, quedam Apocalipsis mysteria hactenus latuisse, sed modo per eum clarescere in spiritu prophetiae, sicut ex opusculo quod conscripsit[1] legentibus liquet. Dicit enim, quia, sicut scripturae veteris Testamenti quinque etatum seculi ab Adam usque ad Christum decursarum hystoriam continent, sic liber Apocalypsis etatis sexte a Christo inchoate cursum exponit, ipsamque etatem sextam in sex etatulas dispertitam earumque singulas singulis huius libri periodis satis congrue designatas. Dicit quoque, haec revelata fuisse in fine etatulae quinte, atque in proximo succedere sextam, in qua tribulationes varias multiplicesque pressuras perhibet emersuras, sicut in apertione sigilli sexti et in sexta libri perioda, ubi de ruina Babylonis agitur, patenter ostenditur. Id vero in libello eius pre ceteris notabile ac suspectum habetur, quod mundi diffinit terminum, et infra duas generationes, quae iuxta ipsum annos faciunt 60, arbitratur implendum quicquid de Antichristo legitur eventurum. Dicat quisque quod senserit, nos tutius iudicamus non discutere quam arguere quod nescimus et rei nobis incerte presagium iudicio relinquere posterorum.

Anno Domini 1187. tribulationum et casuum accidit multa varietas, regione transmarina per comitem Tripolitanum turbata: cum ad eius colloquium, ut de pace agerent, magistri Templariorum[2] et Hospitaliorum non procul a Nazareht convenirent, nuntiatum est, adesse Turcos, dolo, ut aiunt, prefati comitis evocatos. In Kalendis itaque Maii nostri cum Mai 1. Turcis congressi sunt, et primo quidem victores, post victi sunt; ubi Rogerus magister Hospitalis, vir moribus et prudentia clarus, occubuit, et nonnulli ex Templariis cum aliis multis vel occisi vel capti sunt. Margaritus dux classis regis Sycilie, vir in mari experientissimus et sagacitatis audacieque merito de statu humili in sublimem[a] provectus, contra imperatorem Constantinopolis[b] potenter *agit et aliquantas eius insulas vastat et *p 313. occupat. Hisdem diebus turbatur Gallia, Francorum et Anglorum regibus gravi dissensione permotis. Exercitu perinde infinito ac valido in Byturia circumquaque contracto, Phylippus rex castrum Exoldunum[3] diripit et castra constituit non procul a Castro-Radulfi[4], in quo tunc aderant Henricus rex eiusque filius comes Richardus, habentes et ipsi acies numerosas; et invalescente discidio, dum expectatur utrimque conflictus, pax subito reformata utrasque acies disgregavit. Uno eodemque tempore dum hec aguntur in Galliis, agitur et lamentabilis perturbatio in partibus transmarinis. Salaadynus enim, innumera gentium multitudine aggregata, Galileam ingreditur, Tyberiadem obsidet; obsidionis fama circumvolat; Guido rex, Templarii et Hospitalarii nonnullique episcopi ac totius provincie proceres populusque multus in unum conveniunt hostibusque concurrunt. Hostes obsidionem deserunt et ad fontes quosdam[5] 4 miliariis citra Tyberiadem castra ponunt. Septimo[6] igitur Nonas Iunii nostri progrediuntur in bellum acerrimeque concertant. Diu pugnatum est, prelium nox diremit. Ea die nostri[c] gessere fortius, nisi quod[d] aquam preocupatam ab hostibus perdiderunt. Diurno perinde conflictu estuque ac siti confecti laborabant, eo quod aquam non haberent. Mane hostes se preparant; necdumque se nostri armaverant, cum eos vident irrumpere et congredi iam paratos. Ad arma concurritur, principes et primi exercitus ad regem convolant et, quid[e] facto opus sit, in commune deliberant. Rex quendam de numero equitum Iohannem nomine, qui cum Turcis sepius militaverat et eorum omnia noverat, precipit accersiri et disquiri ab eo, quid in instanti negotio sit agendum. Iohannes consulit, ut totis viribus irrumpatur in cuneum illum confertissimum, ubi Salaadini vexillum altius eminebat, quia, si posset pars illa devinci, facile profecto obtinerentur et ceteri. Placet universis consilium. Comes Tripolitanus inprovisus advenit. Is malicia verbisque potens allegat contraria et quod Iohannes suaserat penitus dissuadet, dicens, ei non esse credendum, qui quandoque nostros abiuraverit et iuraverit fidelitatem Turcis rursusque ruperit iuramentum. Preoccupanda suggerit esse montana, ut inde securius pugnent et hostes validius impetant. Consilio utili dissipato, acquiescitur proditori. In hostes mox irruunt, sed proh dolor! tam estu quam splendore solis opposito visum rever-

a) sublim̄ 1. 2. b) Constantiñpl' 1. c) nostris *corr.* nostri 1. d) *eadem manu superscr.* 1. e) quod *corr.* quid 1.

1) Expositio in Apocalipsim ed. Venetiis 1517. 4°.
2) Gerbardus de Bida-forte. Cf. Röhricht, 'Beitr. z. Gesch. d. Kreuzzüge' p. 117.
3) Issoudun.
4) Châteauroux.
5) Sephoritanos.
6) Contra kalendarii rationem talis est dies. Immo proelium Iul. 4. et 5. (IV. et III. Non. Iul.) commissum est.

1187. berante gravati, pilorum hostilium imbribus obruuntur. Tripolitanus comes factionis a se tractate signum dat evidens. Nam protinus cum suis arma proicit, fugit e[a] prelio et ad castrum quod dicitur Saphetum secedit; fit nostrorum interim miserabilis strages, et usque ad internicionem ceduntur. Acconensis presul[1], dum crucem Domini ferret, letaliter vulneratus, tradit eam alteri, et ille regi. Bello undique vehementius perurgente, rex capitur, crux Domini asportatur[2]. Raro unquam nostris temporibus ullo in prelio tantum sanguinis fusum est. Totius tunc terrae concidere[b] vires, Templarii quippe et Hospitalarii proceresque et viri fortiores vel trucidati vel capti sunt. Sic meritis suis exigentibus, nostri traditi sunt in manus gentium et gentibus subiugati. Nimis enim in varios luxus effluxerant, et clerus et populus totaque terra illa facinoribus et flagiciis sordescebat. Sed et qui religionis habitum preferebant regularis moderantie turpiter fines excesserant. Rarus in monasteriis, rarus in seculo, quem non vel avariciae vel luxurie morbus inficeret. Porro Salaadinus, celebri habito de nostris tropheo, ad pontem Tyberiadis redit, ibique manubias precipit dividi et meliora queque Damascum deferri. Quodquot ex Templariis vel Hospitalariis[c] reperti sunt, presentiae victoris oblati, ipso iubente omnes pariter decollantur. Guido rex in monimentum victorie reservatur, solo Templariorum magistro ad suam ei peticionem concesso. Tunc et princeps Rainaudus ante Salaadinum[d] adductus est. Is post Raimundum Antiochiae princeps, dehinc a Turcis captus et per annos 16 in captivitate detentus, multa postmodum pro eo taxata pecunia relaxatus, tenebat tunc Ebron et eam que est trans Mare Mortuum regionem, ubi est Mons-regalis et civitas Petracensis [que[e] nunc dicitur Crac]. Erat autem vir consilii parsimonieque et honestatis amator, Turcorum impugnator acerrimus et nostrorum fidissimus propugnator, florens quidem in seculo, sed seculi suique contemptor. Id tamen in eo culpabatur a pluribus, quod, cum inter christianos et Turcos statuerentur induciae, ipse nunquam[f] eas voluit custodire. Proinde hunc pre ceteris oderat Salaadinus, a quo nimirum frequentes gravesque pertulerat lesiones. Quanta itaque ab eo sustinuisset replicans, cum eo aliquantum disceptat, deinde suo eum mucrone decollat[3]. His ita gestis, Accon urbem, que et Tholomais dicitur, adit et obsidet, obsessam post biduum in dedicionem recipit. Manere volentibus non fuit hostilis oppressio, recedere volentibus data est tuta conductio. Id sane Salaadini liberalitatem commendat, quod nullum gravari sustinuit, qui ei vellet se subdere et degere sub tributo. Ita vero suorum erat tenax dictorum suique custos integer iuramenti, ut quicquid iurasset nullatenus pateretur infringi; vir magnanimus et tanta liberalitate profusus, ut vix negaret cuiquam quod petisset. Acconensi itaque urbe recepta, Turci ad alias urbes et oppida capienda contendunt et pauca quidem, immo fere nulla per vim capiunt, plura in deditionem recipiunt. Tota quippe regio tremebat exterrita, utpote viris privata fortibus et suis tutoribus destituta. Hisdem diebus Conradus marchio, filius marchionis de Monte-ferrato[4], a Constantinopoli tendebat Iherusalem. Is, natione Italicus, imperatoris Tursach sororem[5] habens in coniugem, nuper contra quendam[6] de impæriali genere, qui quorundam principum fultus auxilio imperatorem deponere et se cupiebat intrudere, strenue pugnaverat ipsumque peremerat intrusorem. Ob hoc Grecorum contra se concitato livore, ut suos interim emulos declinaret, navem sociis armisque et opibus refertam ascendit. Cumque appropiante eo Acconensem urbem, ut moris est in appulsu navium, nec biremes accurrerent, nec cymbala resonarent, obstupuit, et comperto quod urbs teneretur a Turcis, ilico cursum reflectens, Tyrum applicuit ibique permansit. Comes Tripolitanus illuc tunc venerat; qui videns potentiam marchionis, et quia non fideliter egisset cum nostris, suspectos habens omnes omnibusque suspectus, ab eodem marchione et Tyrensibus vix dimissus recessit Tripolimque devenit. Et ecce mandat ei per nuntios Salaadinus, ut pacta que sibi iuraverat iurari faceret et a suis. Comes civibus convocatis, quid mandaverit Salaadinus, exponit et imperat, ut instanter id fiat, dicens, cedendum esse tempori nec posse Salaadino resisti. Respondent cives, iuraturos se nemini, nisi prius formam modumque audiant iuramenti. Instat econtra comes; cives usque mane inducias petunt, petitas accipiunt. Ea nocte manus Domini super comitem extenta est eum-

a) *ante* e *littera erasa* 1. b) considere *corr.* concidere 1. c) Hospital' 1. d) Salâdinus *hoc loco et saepius* 1. e) q. n. d. C. *alio atramento superscr.* 1. f) nu *in rasura alia manu* 1.

1) Rufinus. 2) Cf. epist. in Chron reg. Colon. p. 187. et apud Rogerum de Hoveden ed. Stubbs II, p. 324. 3) Cf. Röhricht p. 129. et notas p. 175. 4) Wilhelmi. 5) Theodoram. 6) Alexium Branam.

que digna ultione percussit, quem sui in suo stratu mane mortuum reppererunt. Res dissimulari non potuit. 1187. Defuncti corpore nudato inspectoque, patuit, quod nuper circumcisionis stigma susceperat[1]. Unde palam fuit, quod se Salaadino confederans sectam Saracenicam receperat observandam. Siquidem Saraceni[a] et Turci ex paterna se traditione circumcidunt. Quorundam quoque clientum eius confessione detectum est, quod urbem Turcis tradere decreverat, habens penes se vexillum Salaadini, quod faceret in crastinum propalari. Quocirca despectus ab omnibus, satis inhonore et abiecte sepultus est. Post eum Tripolis urbis dominium filius principis Anthiochiae[2] de iure obtinuit parentele. Ioscius Tyrensis archiepiscopus transfretat, ut orientalem cladem defectumque christianitatis nunciet principibus Occidentis. Interea Conradus marchyo fortiter agit in Tyro, magnum existens et nostris presidium et hostibus nocumentum. Sepe namque contra hostes terra marique pugnavit, sepe de[b] ipsis insigniter triumphavit. Eodem anno Philippo regi nascitur filius[3]. Turci Aschalonem petunt et obsessam assiduis urgent assultibus, machinas ad muros applicant et tormenta ad lapides intorquendos. Videntes cives, quia pauci sunt et quia sibi nec vires ad resistendum nec victualia in longum suppetunt, urbem dedunt, concessis sibi et vita corporum et facultatibus rerum mobilium[4]. Urbe tradita Salaadinus potitus, turres occupat deputatque custodes, civibus expositis et quo vellent pergere secure conductis. Facta est Aschalonis prefata deditio pridie Nonas Septembris. Ipsoque die eclipsis solis Sept. 4. accidit, stelleque in celo vise sunt ut in nocte. Per hos dies latrunculorum Syrie et eorum qui solitudinem inhabitant, quos Turcomagnos vocant, innumera multitudo Laoditiam urbem impetunt et devastant. Cum quibus princeps Antiochie Raimundus dum incaute congreditur, nonnulli ex suis ab hostibus perimuntur. Deinde usque Antiochiam veniunt ipsamque incursant et circumiacentem regionem rapinis, incendiis cedibusque profligant. Terram quoque illam que Nerei mons [vel[c] Nigra montana] dicitur, terram utique peramenam et rerum omnium copia monasteriisque florentem, predando pariter et incendendo depasti sunt. Cumque largissimis honustati predis[d] in sua redirent, Antiocheni et de vicinis locis undique glomerati, eos ad quasdam locorum angustias precurrentes aggressi sunt et, conserto prelio, ingentem ex eis multitudinem prostraverunt; pauci vix fuga elapsi sunt, captivi eruti, excussa preda et de predonibus insignis victoria reportata. Interea Iherosolimite et qui de vicinis locis undique hostium metu confluxerant omni se supplicandi genere afflictabant. Agebantur ab omnibus creberrime letanie, confessiones, ieiunia, quodque miserandum erat, ipsa quoque parvula etas his spiritalibus[e] exercitiis insistebat. Siquidem in patulo erat ira Domini vehemens et flagellum inundans, *cum sic ostenderet Dominus populo *p. 315. suo dura et partem terrae, quam tulerat de manu Amorraei, rursus traderet Amorraeo. cf. Gen. 48, 22. Ascalone recepta munitaque, Salaadinus Iherusalem properat, ut eam obsideat, arbitrans fore cessuros de facili, qui videbant et alios iam cessisse sibique adesse paucissimos qui defenderent et innumeros qui defendere non valerent. Venientes itaque Turci, urbem a parte occidentali oppugnant novemque diebus continuos et acerrimos dant assultus. Sed civibus viriliter obsistentibus, cum nec sic proficerent, ab aquilonari parte statuunt assilire. Illic ergo machinis ac tormentis ad saxa[f] iaculanda compositis, instantissime ceperunt urgere et de tormentis lapides indesinenter excutere et concutere muros, adeo ut excussorum violentia lapidum perfracta rueret pars murorum. Considerantes obsessi, obsessoribus non posse resisti, quid agere debeant, in commune pertractant. Placuit demum, ut instanti periculo cederent seque dederænt Salaadino. Res ad Salaadinum perlata est; placet ei quod expetunt, tali tamen conditione prefixa, ut certe redemptionis accipiat precium de capitibus singulorum, hoc est ab his qui decem annos et supra excesserant decem aureos[g], quinque vero a mulieribus et ab his qui infra decennium tenebantur[5]. Secundo igitur Octobris die, Oct. 2. qui erat ab obsidione 14, feria 6, dedita Turcis urbs patuit; Salaadini statim imperio basilicarum campane malleis sunt contrite, quarum tamen metalla in suos noluit usus redigi,

a) Sarrac. *corr.* Sarac. 1. b) *bis scr. sed alterum del.* 1. c) v. N. m. *superscr.* 1. d) dis *e corr.* 1. e) *sic* 2; spālibus 1. 3. f) sacsa? *corr.* saxa 1. g) bizanzios *del. et superscr.* aureos 1, *et sic* 2—4; bizantios *ed.*

1) Similia narrat Benedict. Petroburg. II, 20. Cf. etiam epist. Wilhelmi apud Röhricht p. 190. Sed falsa sunt; vide ibi p. 177. 2) Raimundus, filius Boemundi III. 3) Ludovicus. 4) Etiam conditione interposita, ut Guido rex et alii principes e captivitate dimitterentur. 5) Cf. Radulf. Coggesh.; Röhricht p. 140 sqq.

1187. sed ab his quorum erant libere vendicari. Sacra proh dolor! loca debita veneratione fraudata sunt. In ipsis enim stabulavere iumenta et sordes quaslibet perpetrarunt. Ceterum ecclesia sancti Sepulchri, multo auri precio redemerunt Suriani, ne pateret gentibus, ne sordibus subiaceret. Templo Domini miram venerationem exhibuere Turci, quod etiam iuxta ritus suos consuerunt antiquitus venerari. Sane antequam vellet illud ingredi Salaadinus, iussit parietes intra extraque aqua rosacia dilui totumque lustrari. Sed et crucem grandem ac deauratam supra pinnam templi celsius eminentem ignominiose deiecerunt ad terram et cum clamoso ululatu per plateas in nostrum obprobrium detraxerunt. Porro a nostris exacta est taxata redemptio. Cumque pauperum ac debilium multa milia essent, qui se redimere non valerent, iubente Salaadino immunitate donati sunt. Adolescentulorum ac mulierum quam plures, quos faciei venustas decorque corporis commendabat, aut apud se retinuerunt aut aliis distraxerunt. His qui supra muros in cellis reclusi abstinencie et orationi vacabant iussum est, ut abirent. Porro infirmis, qui servabantur in hospitali, iussit Salaadinus per aliquantum temporis de fisco proprio necessaria ministrari. Audita deditione Iherusalem, multa quoque castra, que vix ab homine capi possent, si defensores haberent, in deditionem recepta sunt. Condixerant enim, quia, si Iherusalem capta foret, ipsi quoque se dederent, sin autem, resisterent quoad possent. Patriarcha Heraclius clerusque universus et de monasteriis diversorum ordinum professores turbaque cuiuslibet etatis et sexus innumera de Iherusalem recesserunt. Alii Antiochiam profecti sunt, alii Alexandriam, ut inde Siciliam navigarent. Universis pene Latinis urbem linquentibus, Suriani et sectarum homines diversarum, utpote Georgiani, Iacobite, Greci, Armenii, remanserunt ibidem sub Turcorum dominio constituti[a]. Capta est autem Iherusalem post annos 88, ex quo a Turcis eruta et nostris est restituta. Quodque mirandum est, tantumdem fere temporis possessa est a nostris, quantum et prius a Turcis. Quod facile perpenditur, si paulo superius hec cronica revolvantur. Illud quodque admiratione non vacat, quod, sicut Urbani secundi tempore tunc liberata est, ita Urbano tercio presulante nunc capta est.

[Sublatis[b] annis tredecim de mille ducentis
Iherusalem capitur, et ea gens Turca potitur].

Transmarine calamitatis hystoria ubi per Occidentem insonuit, gravi meroris aculeo corda omnium sauciavit, quia ibi emarcuerit[c] christiana religio, ubi floruit eius principium, et princeps provinciarum facta sit sub tributo. Accrevit quoque dolori, quod multa illic nefanda patrata sunt, profanate basilice, loca sacra sordibus ac iumentis exposita, nomen Christi et christiana religio habita in blasphemiam et contemptum. Urbanus papa, cum tam flebilem rem audisset, nimis indoluit, et ex nimio animi dolore languescens, post breve moritur sepeliturque in urbe Ferrarias, quo nuper advenerat de Verona. Ferrarienses cives miram defuncto honorificentiam exhibuerunt et septem diebus eius exequias cum immensis luminaribus celebrarunt. Post eum Albertus cancellarius substituitur et Gregorius octavus vocatur, vir litteratura facundiaque clarus, sed puritate vite et animi integritate preclarior suique corporis vehemens castigator. Audita eius promotione letatus est admodum Fredericus augustus, eo quod virum discretum et iusticie zelatorem cognosceret sibique benivolum et omnibus, si diu viveret, profuturum. Precepit quoque principibus et prefectis omnem ei reverentiam impendere et transeunti per terram suam de fisco proprio victualia ministrare. Pontificali itaque dignitate suscepta, vir Dei pensare cepit attentius, qualiter labenti rerum
*p 316. statui subveniret. *Videbat nempe sui temporis ecclesiam per vicia diffluam et in maligna prolapsam ambitioneque et avaritia luxuriaque necnon heresibus quasi quibusdam pestilentissimis hostibus vineam Domini totam fere iam esse depastam. Hoc meditabatur die ac nocte, hec eius cura, hoc studium, ut sui negligens viveret omnibus, ut per eum, cooperante Domino, facies ecclesie marcida refloreret. In primis igitur ad subventionem Iherusalem totis inhiat animis et ad concitandos principes et populos per Occidentis provincias destinat tam legatos quam litteras[1], que et cladem orientalem exponant et penitentiarum absolutiones promittant Iherusalem profecturis. Sed proh dolor! in suo mox exortu flos decorus exaruit. Siquidem post[d] duos menses cum venisset Pisam et inter Pisanos ac Ienuenses feraliter antea dissidentes sopisset discordiam pacemque firmasset, instante natale

a) subst. 3. b) *versus post in marg. suppl.* 1. c) *in loco raso* 1. d) per 3.

1) Jaffé, Reg. nr. 9984. 9985.

Domini, rebus humanis eximitur et apud eandem urbem honorifice sepelitur. Successit ei 1187. Paulus episcopus Prenestinus Clementis nomine alteratus. Dec. Imperator Constantinopolis et rex Siciliae post longam et gravem utrimque profligationem reducuntur ad pacem.

Anno Domini 1188. crebrescebat ubique rumor lamentabilis de partibus transmarinis, et ingemiscebat mundus, pluresque de correctione vite attentius cogitabant, plures signo crucis accepto ire Iherusalem proponebant. Philippus rex Francie et Henricus rex Anglie, dum pro sedando inter se discidio ad colloquium veniunt, Tirensi archiepiscopo adhortante, signo se crucis insigniunt, animum intendentes, ut Christi obprobrium vindicent gentesque debellent. Exemplo regum permoti, idem faciunt et barones. Adiunguntur et eis multa militum milia turbaque conditionis cuiuslibet infinita. Fredericus quoque imperator eodem peregrinationis voto se alligat, et per totum imperium ac fere ubique terrarum eadem vota et studia effervescunt. Post hec regis et procerum consilio agitur, ut ad auxiliandum peregre profecturis hominum ad ecclesias pertinentium mobilia decimentur. Quod quidem in grandem perniciem versum est. Nam plures ex his qui decimationes exigebant violentius gravabant ecclesias. Exactionibus quoque talliisque insolitis minores quique et subditi a maioribus oppressi sunt et exhausti. Ex quo sane peccato creditur accidisse, ut iter propositum impediretur, et dissentiones fervescerent, et male parta in malum effluerent. Dum enim votivo itineri instanter necessaria preparant, Sathan letis principiis invidens, serit discordias, et effusa est contentio super principes. cf. Ps 106, 40. Nam inter Philippum regem comitemque Riccardum et patrem ipsius recrudescit discidium, quod putabatur sopitum. Commoventur populi, expeditiones parantur. Philippus rex in Bituria Dolense castrum[1] diripit aliaque plurima aut dedita recipit aut vi capit. Nulla ei poterat obstare munitio; habebat quippe quosdam artifices, quos fossores vel talparios vocant, qui ad modum talpae subterranea fodientes, quaslibet murorum aut turrium firmitates ferramentis validissimis prerumpebant. His aliisque machinis omnia de facili obtinebat. Templarii et Hospitalarii virique fortes quam plurimi cum plurimo armorum, equorum et victualium apparatu transfretant, ut oppressis succurrant. Guillelmus quoque rex Siciliae per Margaritum[a] classis sue ducem iter marinum liberum a piratis tutumque reddiderat et tam subvectionibus navium quam rerum quarumlibet copia nostris trans mare satis munifice et magnifice succurrebat. Ipso anno nimius estus incanduit et siccitas fuit insolita, adeo ut per loca pleraque et fluvii et fontes et putei siccarentur. Plurime quoque ignium clades per Gallias acciderunt, que plurimas urbes et oppida plurimum attriverunt. Inter que Autisiodori pars maxima, tam diviciis quam edificiis amplior atque insignior, in vigilia sancte Marie Magdalene subita incen- Iul. 21. sione consumpta est[2]. In crastinum eiusdem festi Trece civitas populosa, referta opibus, Iul 23. tectis amplissima, repentina conflagratione fere funditus est attrita[b]. Celebrabantur ibi tunc nundinae, in quibus diversas congesserant opes, qui de diversis partibus confluxerant institores. Ita vero de nocte subitum emersit et invaluit vorax incendium et circumquaque ventorum turbine raptabatur, ut, dum volunt unusquisque vel sua vel aliena eripere, aut eos interciperet flamma, aut que servare voluerant desererent exurenda. Facta est perinde inestimabilis rerum depericio, et periere quam plurimi mediis ignibus intercepti. Episcopalis ecclesia plumbeis tegulis decenter operta illo tunc incendio conflagravit. Necnon et sancti Stephani basilica, quam comes Henricus[3] fundarat et dotarat reditibus aurique et argenti ornamentorumque varia supellectile[c] adornarat. Periit et cum ea tota illa ornamentorum insignium congesta varietas. Hisdem diebus Provignum[4], Belvacus et Pictavis nec longe post Carnotum, urbes populose opulenteque[d], vastis correpte sunt ignibus et afflicte. Sed et per hos dies multis *in locis emergentibus repente incendiis, occulto Dei *p. 317. iudicio accidit rerum infinita vastatio. Salaadinus urbes et oppida, que de manu nostrorum rapuerat, multis reparat et roborat munimentis. Inter quae Accon et muris maxime virisque premunit. Munitiones paucas[e], quas adhuc nostri tenebant, impugnat et precipue Tyrum expugnare contendit, sed cum dampno suorum sepe victus et confusus abscedit.

Anno Domini 1189. ingens fit motio, et de diversis partibus per mare, per terras, partes adeunt transmarinas. Ravennensis[5] et Pisanus[6] archipresules cum multo de Italia

a) Magar. *corr.* Margar. 1. b) eversa 3. *ed.* c) suplectile 1. d) *deest* 2. e) *superscr.* 1.

1) Bourg-Dieu (Deols) prope Châteauroux. 2) Cf. Chron. Autis. breve, Martene, Thes. III, p. 1385; Labbe, Nova Bibl. I, p. 405. 3) I. Campaniae. 4) Provins. 5) Gerardus. 6) Ubaldus.

1189. agmine transfretantes[a], appulsi Tyrum, Tyrensibus fiunt non modicum adiumentum. Fre-
Apr. 23. dericus imperator cum uno ex filiis suis duce Suavie[1] in festo sancti Georgii peregrinationis aggressus iter, imperii sui fines egreditur, comitante pariter multitudine infinita rerum omnium apparatibus affluenter instructa. Intrans Hungariam, a rege Hungarie[2] veneranter excipitur et magnifice muneratur. Dehinc transito Danubio, per Bulgariam tendit in Traciam. Sed cum ei Grecorum imperator negaret transitum, vias obstrueret, divertit in Greciam, et Grecie partem occupans, per aliquantum temporis inibi demoratur. De Fresia et Datia 50 naves pariter federate eandem peregrinationem arripiunt. De Flandriis quoque 37 rates cum grandi apparatu secute sunt, et dum per Hispanias transeunt, quandam Sarracenorum urbem nomine Silviam[3] obsident. Et post 40 dies captam diripiunt. Nulli etati parcitur, sexus uterque pariter trucidatur. Plurimum in ea opum et ornamentorum repertum est et inter eos equa distributione partitum. Regi de Portigal[4] urbem reliquere tenendam. Alia quoque Saracenorum oppida ab eis direpta sunt. De Francia et de Campania viri illustres et milicie titulis gloriosi eunt Iherusalem. Interim inter regem Philippum et regem Anglie fervescente discidio, plurima fit castrorum urbiumque direptio. Turonis urbs capitur, Cenomannis urbs opulenta amplaque et ipsa capta diripitur. Post hec inter reges pax redditur; et paulo post defungitur rex Henricus, nimio, ut aiunt, absortus dolore, quia videret se et a rege Francie sic oppressum et a suo quoque filio, qui ad regem Francie confugerat, derelictum. Sepultus est in cenobio virginum quod Fons-Ebraldi[5] dicitur, multis a se reditibus et muneribus ampliatum. Regnavit autem annis 36, vir prudentia gestisque famosus, letis florens successibus, et qui tyrannos semper oppresserit foveritque subiectos, perpetua dignus memoria, nisi quod sanctum Thomam adversatus est; in cuius vindictam sanguinis, ut creditur, a filiis impetitus, domestica diu clade non caruit. Successit ei Richardus, filius eius, et apud Lundoniam coronatur in regem. Per eosdem dies nostri qui transfretaverant, cum multa milia apud Tyrum existerent, Accon urbem petunt et obsident. Et ecce Salaadinus cum multis milibus accurrit, ut obsessis succurrat et impetat obsessores. Cumque nostri hostium assultus assiduos ferre non possent, valla et aggeres in giro castrorum exstruunt, et sic tutiores existunt. Post hec pugnam acerrimam cum hostibus conserunt, multique nostrorum occumbunt. Multis itaque diebus in Tholomaidis obsidione morantes, multas paciuntur calamitates vel per incursus hostium vel per aeris inclementiam vel per victualium indigentiam. Siquidem et a facie et a tergo hostilis imminebat obsidio, et aeris intemperies tanta fuit et inundatio pluviarum, ut pre nimia humectatione corrupta cibaria deperirent et innumeri morbo dissinterico laborantes obirent. Miranda proinde ac perpetuo memoranda virorum illorum constantia, que tot malis obsita, non defecit, sed permansit infracta. Ipso anno rex Siciliae moritur, cuius mors universis intulit inestimabile detrimentum. Nam cum non haberet heredem, Henricus, Frederici imperatoris filius, dicebat debere se fieri successorem et pacto promissionis et iure propinquitatis, quia[b] Constantiam, regis quondam Siciliae Rogeri filiam[c], duxisset in coniugem. At Siculi regni proceres, inito simul consilio, Tancredum, virum illustrem, substituerunt in regem. Grandis igitur fit utrimque turbatio, et aliis insistere, aliis resistere parantibus, concutiuntur provintie, et inprimis maxime Campania et Apulia[d] profligantur.

Anno Domini 1190.* Philippus rex Franciae et Richardus rex Angliae cum infinito agmine et incredibili apparatu et fere universi proceres, Odo[6] dux Burgundie, Philippus comes Flandrie, Henricus Campanie, Theobaldus Blesensis, Stephanus Sacri-cesaris, sed et archiepiscopi episcopique quam plurimi et qui alicuius in milicia nominis habebantur diverso quidem tempore, sed eodem anno peregrinationis iter arripiunt. Tantam aliquando populorum motionem fuisse, etas ulla non meminit, nulla recenset[e] hystoria. Diversos itaque adeunt portus navesque conscendunt. Mare tunc solito procellosius tumescebat. Navium perinde alie per multa pericula transfretant, alie ad littora vi ventorum repulse, aliquante quoque naufragantes submerse sunt. Philippus et Richardus reges Messanam Sici-

*) *In marg. add. manu s. XV. 1:* M semel et bis C denis annis minus intrat
Eqora Philipus rex et pertransit ad Acon.

a) tranfret. 1. b) quia — At *postea in rasura scripta* 1; *cf. supra p.* 248, *n.* f, *ubi eadem fere verba in loco raso scripta sunt.* c) sororem *ed.* d) Ampulia *miniator corr.* Apulia 1. e) recensset *corr.* recenset 1.

1) Friderico. 2) Bela. 3) Silves in Algarbia. Cf. Narrat. de itinere navali etc. ed. a Gazzera in 'Memorie della acad. di Torino' ser. 2, t. II, p. 191 sqq. 4) Sanchoni I. 5) Fontévraud. 6) Immo Hugo III, pater Odonis III.

lie urbem vix tandem appulsi sunt, nec progredi valentes, inibi hiemarunt. Venit *ad eos abbas Ioachim, de suo evocatus monasterio in Calabria constituto, qui ab eis de futuris sciscitatus respondit, quod mare transituri forent, sed aut nichil aut parum proficerent, necdumque adesse tempora, quibus liberanda foret Iherusalem et regio transmarina. Ipso anno Fredericus imperator cum imperatore Grecorum Tursach qualicumque pace composita[a], Bosforo transsito[b], perambulans Asiam, multa suorum dampna perpetitur vel per assultus hostium vel penuriam victualium. Nam soldanus Iconii sua eum circumvenit astucia, qui forum venalium ei se promiserat paraturum. Ob hoc eundem soldanum persequens, usque ad Iconium potenter accessit et circumiacentia queque succendit[1]. Dehinc cum ad quasdam locorum venisset angustias, repperit Turcorum multitudinem infinitam, cum quibus congrediens, eos viriliter debellavit. Habito de hostibus insigni tropheo, dum quendam fluvium transit, demergitur, et vix extractus, paulo post moritur[2]. Moritur autem anno imperii sui 38, vir quidem magnanimus gestisque preclarus ac sibi rebellium fortis edomitor et qui adeo imperium dilatarit, ut post Carolum Magnum gestorum magnificentia vix parem habuerit. Exercitus eius Anthiochiam veniunt, ubi dum fessa reficiunt corpora et infrunite epulis se distendunt, tanti ex eis egrotant et obeunt, ut de tanto exercitu vix[c] pauca milia remanerent. Imperatoris filius corpus patris Tyrum usque detulit; quo ibidem sepulto, cum ad Tholomaidis obsidionem venisset, paulo post obiit[3]. Obeunt et comes Flandrie, Theobaldus Blesensis, Stephanus Sacri-cesaris procerumque ac nobilium turba quam plurima de diversis mundi partibus aggregata. *p. 318. 1190

Anno Domini 1191. Clemens papa moritur; cui Iacinctus diaconus cardinalis, vir grandevus ac generosus, substituitur Celestinusque vocatur; qui ipso die pasche pontificalem consecrationem accepit et in crastino Henricum, Frederici imperatoris filium, imperiali corona insignivit. Philippus et Richardus reges mare intrant; sed Philippus directo itinere Tholomaidam appulit et cum inestimabili veneratione susceptus est. Richardus vero cum suis galeis et ratibus Ciprum venit, inveniensque quendam pseudoimperatorem[4] insule dominantem, ipsum cepit sibique insulam subiugavit. Eum interim Philippus ad expugnandam Accon expectabat. Condixerant enim, quod nonnisi pariter expugnarent. Igitur cum venisset, primo fossata implere ac coequare contendunt. Sed cum a Philippo Richardus sepius dissentiret et in perurgendis assultibus minus fideliter ac dissimulanter ageret[5], Philippus tamen vehementissime insistebat, petrarias faciens adhiberi quam plurimas, quibus nocte dieque incessanter iactantibus, murorum pars crebris ictibus concussa perfringitur, turris quoque mirabilis firmitatis[6], fossoribus cuniculos subter agentibus, conquassatur. Hostes vehementer artati, cum nullam sibi viderent adesse potentiam resistendi, regis colloquium expetunt urbemque et sua pariter seque dedunt. Accon igitur 4. Idus Iulii a nostris recepta est post decursum fere biennium ex quo ceperat obsideri. Porro Turci intra urbem reperti, cum pacta que cum rege inierant tenere non possent, alii multo precio evasere redempti, alii in compedibus ad serviendum detenti sunt, quam plurimi gladio trucidati. Audita captione prefata, timor et tremor irruit super hostes, et Aschalonem aliaque castella, que de manu nostrorum rapuerant, diruunt vacuaque dimittunt. Eodem anno in episcopatu Parisiensi apud castrum Pontisaram[d, 7] sacerdos quidam Gwillelmus nomine, dum letanias que sunt ante ascensionem Domini[8] cum populo ageret, subita egritudine tactus defungitur; de hoc ferunt, quod mire fuerit[e] caritatis in pauperes viduasque et orphanos vitiorumque vehemens insectator ac divini officii vigilantissimus prosecutor, et licet in seculo degens, sed seculum omnino postponens; qui quam pure, quam accepte Deo servierit, patet ex frequentium ostensione signorum, quibus mirificat Dominus sanctum suum. Per hos dies Romae quidam nomine Benedictus, vir in rebus seculi experientissimus, cum videret urbem rapinis et furtis[f] et cedibus diversisque iniuriis expositam, primo sibi paucorum ani- Apr. 14. 15. Iul. 12.

a) compisita *corr.* composita 1. b) *sic* 1. c) *deest* 2. d) Puntis. *corr. eadem manu* Pontis. 1. e) fuit 2. f) et f. *des.* 2.

1) Haec minus recte narrata sunt. Apud Iconium exercitus Turcorum victus, et ipsa urbs capta est. 2) Neque haec vera sunt. Cf. Riezler in 'Forschungen z. D. Gesch.' X, p. 68. 126 sqq. 3) A. 1191, Ian. 20; et comites modo enumerati demum aestate a. 1191. obierunt. 4) Isaac. 5) Quod Francogalli ex invidia Richardi contendebant. 6) Quae Maledicta vocabatur. 7) Pontoise. 8) A. 1192, Mai 10, ut Rigord. p. 36. scribit. Nam hoc anno die Mai 10. fuit dominica Rogate, a qua litaniae minores incipiunt.

1191. mos conciliat, dehinc pluribus aggregatis, eligitur, ut totius urbis obtineat potentatum. Cepit itaque in malefactores districtus ultor existere sibique adversantes comprimere, sicque in brevi malorum violentiis motibusque compressis, intra urbem et circa tuta omnia efficit et quieta. Philippus rex, apparatu suo sub manu ducis Burgundie commendato, redit a partibus transmarinis.

Anno Domini 1192. nostri qui trans mare remanserant parum proficiunt, ac demum inter eos et Salaadinum usque in triennium statuuntur inducie. Sic tamen, ut Aschalonem, quam nostri cum summo labore et expensis construxerant, rursus diruerent. Sicque nobilis civitas in vastitatem redacta est. Conradus marchio[1], dum in urbe sua Tyro per plateam ingreditur, a duobus sicariis, quos Assessinos [vel[a] Assideos] vocant, cum cultellis occiditur. Unus eorum plagis innumeris in momento exspirat, reliquus vivus captus incen-
*p. 319. ditur. Odo[2] dux Burgundie multique nobiles intra paucos *dies obeunt, pauci repatriant. Henricus comes[3], uxore marchionis[4] accepta, ad principandum eligitur.

Anno Domini 1193. Richardus rex Anglie, dum per multa naufragia redit ac per Austriam latenter in patriam suam transire deliberat, a duce Austrie[5] capitur[6] et imperatori traditur, a quo et per annum in custodia detinetur. Ipso anno Salaadinus, totius Orientis turbo orbisque concussor, moritur in Damasco; post quem filii eius eorumque patruus Sephadinus diutius concertavere de regno. Philippus rex Normannie fines intrat, Gisortium castrum munitissimum capit aliaque plurima vel vi vel deditione pervasa aut incendit aut diruit aut que retinere voluit firmius communivit. Eodem anno sororem[7] regis Danorum apud Ambianis urbem ducit in coniugem, que a Remensi archiepiscopo[8] uncta est in reginam. Sed miro Dei iudicio, ubi eam accepit, sic exosam habuit, ut statim eam relinquere cuperet et de divortio cogitaret. Benedictus Rome dum se magnificentius ageret[9], invidiam contra se excitat Romanorum, eorumque factione in Capitolio obsidetur et capitur captusque diu in custodia detinetur. Guido Senonensis archiepiscopus obit. [Hic[b] vir multe prudentie et moderationis unice fuit, literis adprime instructus et rerum tam secularium quam ecclesiasticarum peritia satis clarus. Ecclesiam cui prefuit in multis adauxit tam dotibus redituum quam ministris altarium. Qui cum ad extrema venisset, sua fecit omnia distrahi et suum omne debitum prius reddi, reliqua deinde pauperibus erogari].

Anno Domini 1194. rex Anglie infinita exactione redemptus, in regnum suum regreditur. Tancredus rex Siciliae eiusque filius Rogerus, iam in regem promotus, intra paucos dies regni simul ac vite exitum sortiuntur. Michael Parisiensis decanus, vir honestate vite et prerogativa litterature famosus, a clero transmarine ecclesie in patriarcham eligitur, sed interim, dum hanc electionem detrectat suscipere, a Senonensi ecclesia in archiepiscopum promovetur. Imperator Henricus, qui ad pervadendam Appuliam Siciliamque sepius aspirarat, audita morte Tancredi regis, terra marique copiosum exercitum destinat, susceptusque a principibus regni, regnum universum sue subiugat ditioni. Carnotum, civitas populosa edificiisque conferta, subita exustione vastatur. Illo quoque incendio illa insignis ecclesia nomine Dei genitricis ornata cum toto claustro conflagravit et corruit. Ubi[c] etiam reliquiarum et hominum multitudo necnon et ornamentorum congeries inmensa deperiit. Philippus rex nobile castrum Vernulium[10] obsidet et oppugnat nec
Iul. 9. tamen expugnat; Hebroas[11] urbem incendit et subruit. Per hos dies septima Idus Iulii grando cecidit horrenda in modum lapidum, quantitatis non modice, que in pluribus terrarum locis adeo segetes ac vineta vastavit, ut etas nulla meminerit, tantam tamque diffusam fructuum deperitionem aliquando accidisse per grandinem.

Anno Domini 1195. imperator de Sicilia rediens, uxorem[12] filiumque[13] Tancredi regis ac de primoribus regni qui contra se conspiraverant secum abducit, partemque plurimam thesaurorum a Siculis regibus congestorum asportat, coniuge sua[14] cum filio, quem nuper ex ea susceperat, apud urbem Panormum derelicta. [Per[d] id tempus apud Constantinopolim

a) v. A. *superscr.* 1. b) *uncis incl. in marg. manu C add.* 1; *hoc loco* 2. 4; *des.* 3. *ed.* c) U. e. *minio expuncta* 1. d) *uncis incl. manu B in marg. suppl.* 1; *hoc loco* 2. 4; *iam supra post* archiepiscopus obit *ad a.* 1193. 3. *ed.*

1) De Monte-ferrato. 2) Hugo. 3) II. Campaniae. 4) Conradi nuper necati, dicta Isabella, filia Amalrici regis Hierosol. 5) Leopoldo V. 6) Iam a. 1192. circa natale Domini. 7) Ingeburgem. 8) Guillelmo. 9) Cf. supra a. 1191. 10) Verneuil in Normannia. 11) Evreux. 12) Sibyllam. 13) Wilhelmum. 14) Constantia.

facta est gravissima rerum discissio. Nam cum imperator Tursac fratrem suum[1] in sub- 1195.
lime extulisset, idem frater in fratrem et dominum insurgens rebellat ipsumque de fascibus imperii deitiens et excecans incarcerat et imperium usurpatum incubatione diutina non tam regit quam lacerat]. Ipso anno de orientalibus partibus Saracenorum exercitus infinitus in Hispanias transfretat et cum rege Toletano[2] habita congressione confligit et superat, factaque innumerabili strage nostrorum, partem Hyspaniae occupat et rapinis cedibusque profligat. Perlato ubique tam miserando rumore, gravis omnium corda perculit mestitudo. Philippus et Richardus reges a pristina interim simultate non quiescunt, sed implacabili odio se invicem persecuntur et maxime in regionum suarum finibus multas gravesque faciunt direptiones et frequentes incursus. Eodem anno mense Februario ingens aqua- 1196.
rum exundatio contigit, et fluvii preter solitum alveos suos egressi, plurima detrimenta plurimis intulerunt. Per id tempus vehemens fames Gallias atterebat, que per 4 annos continuos ita populos multiplici calamitate confecit, ut multi, qui multis antea copiis floruerant, publice mendicarent. Nec modo quarumlibet frugum, sed et vini et olei et salis rerumque omnium, quibus humana fragilitas indiget, grandis indigentia perurgebat.

Anno Domini 1196. imperator Henricus expeditionem parat in Siciliam et de Alemannia infinita virorum milia secum trahit. Per totum imperium ingens fit motio, et tam de episcopis quam de principibus, in quibus archiepiscopus Maguntinus[3] et dux Saxonie[4] eminebant, Iherosolimitani itineris voto se obligant. Imperator quoque per Apuliae[a] et Siciliae littora tam in navibus quam in victualibus inmensum exhibet apparatum et ad regionis transmarine liberationem inhianter intendit.

Anno Domini 1197. Theutonici, qui mare transierant, dum omnia turbulenter actitant, inducias quas nostri cum Turcis inierant abrumpunt urbemque Beritum oppugnant et capiunt. Turci ob hoc infensi Iaphiam, que et Ioppe dicitur, repente pervadunt, obtruncant omnes, munitionem loci firmissimam diruunt soloque coequant. Per eosdem dies Brenensis comes[5] eiusque fratres, Campaniensium militum fulti *auxilio, comitatum Nivernensem *p. 320.
pervagantur et loca pleraque aut diripiunt aut incendunt, Vizeliacum[6] quoque cum expugnare non possent, burgum suppositum domibus confertissimum direptione incendioque devastant. Ipso anno imperator, dum in Sicilia commoratur, quorundam contra se conspirantium insidiis appetitus, sed per fugam elapsus, conspirationis auctores horrendo discerpit supplicio. Nec multo post idem apud Messanam moritur anno imperii sui[b] septimo, filio eius admodum parvulo cum matre relicto. [Mauricio[c] Parisiensi episcopo, viro grandevo et magnorum operum patratore, defuncto[7] succedit Odo, Bituricensis cantor, vir clarus genere et litteris et honestate morum et animi pietate]. Regina Ungarie[8], Philippi regis Francie soror, cum post mortem viri sui[9] multo apparatu partes transmarinas adisset iamque Tholomaidem appulisset, paulo post obiit. In eadem quoque urbe hisdemque diebus Henricus comes[10], nepos eius, dum in superiori cenaculo palacii sui cuidam fenestre innitendo se applicat, miserabili precipitio collisus expirat. Cuius mater Maria nomine, que comitatum Campanie satis strenue viriliterque regebat, cum de morte filii ac sororis sue regine Ungarie nuntium accepisset, nimis indoluit, nec multo post obiit. Theobaldus, filius eius egregie indolis, in comitatu succedit. Eodem anno Petrus cantor Parisiensis, doctor eximius et tam vita conspicuus quam doctrina[11], vir iusticie ac pietatis amator, quique plurimis plurimum profuerat tam eruditionis verbo quam virtutis exemplo, apud cenobium quod dicitur Longus-pons[12] in multa devotione et sancta confessione migrat e corpore. Celestinus papa moritur[13]; cui succedit Lotharius, Innocentii nomine alteratus. Theutonici, qui transfretaverant, cum grandia se facturos sperarent, morte imperatoris audita, repatriant. Sicque miro tremendoque Dei iudicio actum est, ut queque gentes de diversis

a) Ampul. *corr.* Apul. 1. b) sui septimo *in rasura alia manu* 1; sui sexto *ed.* c) *uncis incl. in marg. manu B, quae pag.* 321–324. *exaravit, suppl.* 1.

1) Alexium III. 2) Alfonso III. rege Castelliae. 3) Conradus. 4) Henricum palatinum comitem, filium Heinrici Leonis, intelligere videtur, ut infra ad a. 1198. 5) Guillelmus. Cf. Chron. Vizeliac., SS. rer. Gall. XVIII, p. 743. 6) Vézelay, distr. Yonne. 7) Iam a. 1196, Sept. 11. 8) Margareta. 9) Belae III. a. 1196. defuncti. 10) II. Campaniae, rector Terrae-Sanctae. 11) Cf. Radulph. Coggeshal. ad a. 1197, ubi fere eadem verba; Iacobi de Vitr. Hist. occident. c. 8, ed. Duac. p. 280 sqq.; Ioh. de Flissicuria elogium, SS. rer. Gall. XVIII, p. 800 etc. 12) Prope Soissons. 13) Demum a. 1198, Ian. 8.

mundi partibus ad liberandam Iherusalem undecumque confluxerant, vel casibus interirent multimodis vel inefficaces redirent.

Anno Domini 1198. inter principes Alemanniae fit acerba dissensio, aliisque Phylippum, defuncti imperatoris germanum, aliis Ottonem, ducis Saxonie fratrem[1] et regis Anglie ex sorore[2] nepotem, sublimare volentibus, regnum illud diu quietum opulentumque varie perturbatur misereque discerpitur. Per idem tempus sacerdos de Parisiensi episcopatu Fulco nomine[3], vir magne fidei viteque honeste, celebri opinione clarebat. Is Domino inspirante de licentia sui episcopi vicinas peragrans regiones, Franciam, Flandriam, Burgundiam perlustrabat, verbum sane doctrine et veritatis instanter seminans et duo precipue crimina usurarum atque luxurie vehementer insectans. Sane verbis eius attestabantur miracula, ut per eum cooperante Domino non modo animabus sed et corporibus influeret
cf. Ps 67, 9. medicina. Recalescebat proinde fides in populis, et tanquam celi distillassent a facie Dei, ad tempus mota est terra, sicque afficiebantur erga iam dictum virum, ut eum, quocunque se verteret, et nimis gratulanter exciperent et verba eius nimis sitienter haurirent. Currente igitur velociter verbo Dei, multas ex his que peccabant publice, multos ex his qui fenus publicum exercebant, solo verbo convertit ad Dominum, qui pre multitudine sua censura ecclesiastica non poterant coherceri. Sed et de heresi Poppulicana, omnium hereseon feculentissima, que virulentas radices suas late quidem sed latenter hoc tempore propagarat, multi ad fidem reversi sunt, eorumque confessione plures ex eadem heresi sunt detecti. Inter eos heresiarcha Terricus, magnus diaboli laqueus, qui apud Corbiniacum[4] in specu subterraneo diu latuerat pluresque subverterat, tunc productus e latebris et convictus, incensus est. Apud urbem quoque Nivernis abbas Sancti Martini[5] et decanus maioris ecclesie de hoc pestilentissimo errore notati, episcoporum sistuntur concilio Senonis convocato, ibique abbas deponitur, decanus suspenditur[6], et sic ad sedem apostolicam destinantur. Aput vicum quoque qui dicitur Caritas[7] quidam viri predivites heresis predicte notabiles, cum se absentassent die quo citati fuerant, ut ab hac infamia se purgarent, ab ecclesia sunt precisi et expositi publice potestati. Per hos preterea dies Iudei gravi direptione et afflictione vexati sunt. Nam cum vir Domini Fulco ad exstirpationem viciorum insertionemque virtutum totus insisteret et usurarios penitus abhorreret, Iudeos detestabatur omni modo, quia plerosque nostrorum infinitis et gravibus attenuassent usuris. Ipsius proinde instancia et ferventi instinctu episcoporumque annisu res eo usque deducta est, ut omnium debitorum que Iudeis debebantur dimitteretur dimidium et dimidium statutis terminis solveretur. Sed et aliqui de baronibus eos de terra sibi subdita expellere curaverunt, qui tamen expulsi a rege recepti sunt et retenti. Quod quidem fame regis non modicum derogavit, dum eos, quos iam pridem expulerat, iterum receptavit. Eodem anno predictus Fulco crucis sibi signum affigit et instanti predicatione populos ad transmarinam profectionem asciscit. Nec modo per predictum Fulconem in tanta erat magnificentia verbum Dei, sed
*p. 321 et quidam alii dum predicationis instarent officio, desideratissime concurrebat *ad auditum verbi populi multitudo. Verum non diu perstitit illa fervens audiendi frequentia, sed processu temporis cito deferbuit, et multi qui a viciis resilire iam ceperant, in eadem sunt relapsi. Ipso anno mense Iunio cometes apparuit radios dirigens versus[a] Normanniam.

Anno Domini 1199. Richardus rex Anglie, dum castrum quoddam[8] vicecomitis Lemovicensis[9] oppugnat, sagitta transfigitur, nec longe post moritur, vir[b] quidem animosus ac bellicosus*, sed nimis in flagitia lubricus, et qui vix unquam cum finitimis principibus pacem habuerit maximeque adversus regem Frantiae factiosus extiterit ac per hoc totum fere principatus sui tempus duxerit bellis turbidum, laboribus inquietum. Id[c] tamen in eo com-

*) 3? *et ed. add.:* et armis strenuissimus et in militari negotio circumspectus, a militibus vero valde dilectus.

a) *alia manu superscr.* 1. b) *abhinc tertia manus (B) pergit* 1. c) Id — cum pararet *des.* 3. *ed.*

1) V. supra p. 257 n. 4. 2) Mathilde. 3) De Nulliaco (Neuilly). Cf. locos de Petro Parisiensi p. 257 n. 11. allatos. Sed apud quemlibet fere scriptorem illius temporis Fulconis laudes inveniuntur. 4) Corbigny, distr. Nièvre, praef. Clamécy. 5) Rainaldus. 6) Cf. Innocentii III. epist. I, 63. ed. Baluze (Potthast nr. 693). 7) Charité-sur-Loire, distr. Nièvre. Cf. Gesta episc. Autisiod., Duru I, p. 433. 8) Chaluz-Chabrol. 9) Ademari.

mendabile videbatur, quod ecclesiastica sacramenta offitiaque divina coram se facéret sollemniter celebrari et in divinis[a] cantibus audiendis sibi admodum complaceret, in milites quoque liberalis existens, graciam procerum profusione munerum cumpararet[b]. Successit ei frater eius Iohannes, iuvenis quidem remissioris animi amansque quietis, ac per hoc cum rege Frantiae pacem quantotius studuit reformare. Philippus[c] rex Petri comitis Nivernensis filiam[1] Herveo de Gierno[2] tradit in coniugem et cum ea comitatum Nivernensem, qui eam de iure hereditario[3] contingebat, Altissiodoro atque Tornodoro[4] Petro, patri puelle, quoad viveret, derelictis. Per id tempus ea pars Italie que Longobardia dicitur bellis undique quatitur ac mutuis dilaceratur discidiis, vixque civitas erat vel oppidum, que non se alterutra oppugnatione colliderent. In Campania quoque et Appulia, que et ipse sunt Italiae regiones, conflictus agebantur assidui, quibusdam Theutonicis de imperatoris Henrici familia, Marcuaudo[5] atque Tibodo[6], violenter occupantibus et detinentibus eas in tutelam filii[7] domini sui, qui matre mortua apud Panormum[d] adhuc puerulus servabatur. In orientali quoque tractu inter hostes fidei christianae summa hostilitas grassabatur. Nam ex quo Salaadinus decesserat, et filiorum eius alius Damasco[8], alius presideret Egypto[9], eorumque patruus Sephadinus obtineret regionem que nunc terra Montis-regalis dicitur, olim dicta Syria Sobal, extunc inter eos numquam defuerunt conflictationes acerrimae, dum alter alterum regno nititur perturbare. Interea qui in Egypto regnabat de equo ruens miserabiliter moritur, Sephadinus Egyptum occupat, et collectis Egypti viribus invalescens, alterum nepotem suum Amiraaliz in Damasco regnantem impetit et oppugnat[10], prevalensque contra eum, totum sibi in brevi vendicat ius nepotum. Sicque divinitus actum est, ut male parta possessio citius sit dilapsa. Et quemadmodum Salaadinus filios Noradini, cuius cliens extiterat, paterna hereditate propulerat, ita Salaadini quoque filii paterno regno a patruo sunt propulsi, hostesque nostri vires suas, quibus nostros attriverant, diuturnis inter se congressibus postmodum attriverunt. Nostri perinde, qui loca maritima obtinebant, datis interim induciis, habitabant quieti, dum sic hostes invicem sese corroderent variis tumultibus inquieti. Per id tempus Nilus, ex quatuor paradysi fluminibus unus, quem scriptura Geon appellat[11], qui Egiptum pluviarum ignaram annuis effluxionibus circa estatis et autumni confinium irrigat et fecundat, ab hoc anno more solito per triennium non effluxit, et quasi naturae ordine immutato, suas non aperuit[e] cataractas ab ipsis mundi primordiis solitas aperiri. Quam ob rem Egiptus tempore subsequenti tanta sterilitate multata, tanta famis tabe confecta est, ut parentes filios ac filias non modo publice venditioni exposuerint, sed, quod dictu quoque horribile est, more ferino, inedia compellente, non pertimuerint devorare[12]. Pauce urbes vel oppida in Egypto, que non occupaverit solitudo, civibus et colonis vel ad exteras fugientibus regiones vel penuria tabefatiente consumptis. Babilon illa famosa et Chaere[13] regni Egyptiaci sedes magnifica vacue sunt relictae, locaque plurime prius amenitatis facta sunt vaste solitudinis et horroris. Nec vero a partibus Damascenis poterat ullis commeatibus huic penurie subveniri ob bellorum inquietudinem hinc inde frementem. In Galliis scandalum patiebatur aecclesia super rege Philippo, quia uxorem suam, regis Danorum sororem, celebrato illegitime divortio, dimisisset et superduxisset alteram ex Alemanniae partibus oriundam[14]. Mittitur proinde legatus in Franciam Petrus de Capua diaconus cardinalis, vir scientia atque facundia clarus, ad commonendum vel compellendum regem, ut relictam reduceret et relinqueret superductam. Sed cum id minime potuisset, in reditu, cum iam a regni finibus excessisset, non modo regis, sed et finitimorum principum regiones gravissimo subicit interdicto. Michael Senonensis archiepiscopus obit. Post quem Hugo Autis-

1199.

a) diutinis 2. b) cum par. *seiunctum* 1; compar. 2. 4. c) *haec* - subicit interdicto *des., ut videtur, in exemplari Pontin.* (1[a]), *quare Cam. ea, pluribus omissis, ex cod. Petav. in fine editionis suae exhibuit.* d) Parnomum 2. 4. e) *e corr., littera post* a *erasa* 1.

1) Mathildem. 2) Gien ad Ligerim fl. 3) De matre Agnete, uxore Petri de Courtenay. 4) Tonnerre super fl. Armançon. 5) de Anweiler duce Romaniolae. 6) de Vohburg comite Acerrano. 7) Friderici. 8) Afdal, qui postea Amiraaliz dicitur. 9) Aziz. 10) Iam a. 1196. Sephadinus (Malek al Adel) regnum Damasci occupavit, Afdal cedente; cum Aziz demum a. 1198. mortuus sit. 11) Genes. 2, 13. 12) Haec demum a. 1200. facta sunt. Cf. Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' VI, p. 3 sq. 13) Kairo. 14) Mariam (vel Agnetem), filiam Bertholdi ducis Meraniae.

siodorensis episcopus, et genere et literis et facundia clarus, a clero eligitur. Sed pro eo *p. 322. nuntiis *Romam missis, electioni prefatae dominus papa noluit assentire[a] [1].

Anno Domini 1200. erat in toto regno lugubris ecclesiae faties, quia nulla celebrabantur in ecclesiis sacramenta vel divina offitia preter viaticum et baptisma. Nec modo in ecclesiis, sed et monasteriis cessatum est a divinis. Negabatur mortuis sepultura. Erat igitur ubique per regnum mesticia circumfusa, cum sic ecclesiae silerent organa et ora canentium Dominum clauderentur. Octavianus Hostiensis episcopus a domino papa legatur in Franciam, regnum absolvit, regem ad hoc inducit, ut reginam, quam expulerat, in regnum reducat, non tamen cum debito honore susceptam nec thoro redditam maritali. Isdem preterea legatus Petrum de Corboilo, qui literature secularis et theologice prerogativa famosus, in scolarum regimine Parisius diu claruerat et de cathedra magistrali ad Cameracensis ecclesiae cathedram nuper assumptus fuerat, tam de assensu regis quam domini papae, clero licet preter paucos invito, in Senonensem ecclesiam intronizat.

Anno Domini 1201. Theobaudus Campaniae comes moriens gravem pluribus ingerit luctum, tum quia indolem preferebat egregiam, tum quia cruce signatus Iherosolimitano sperabatur itineri profuturus. Hic regis Navarriae[2] sororem[3] nuper acceperat in uxorem. Quae geminam ex eo susceptam peperit sobolem, alteram vivente viro, alteram[4] iam defuncto. Philippus et Iohannes reges, habito inter se colloquio, confederantur ad invicem. Iohannes rex Parisius, urbem quidem egregiam ob dignitatis regiae sedem, sed doctorum in omni scientia preminentium frequentia plus insignem, venit et a rege cum ingenti honore atque tripudio, clero simul ac populo sollempniter accurrente, exceptus est. Evraudus miles, quem Herveus Nivernensis comes terrae suae prefecerat, vir in rebus seculi versutus admodum oppressorque minorum, heresis illius quam Bulgarorum vocant coram legato[5] arguitur, et dies ei prefigitur de obiecta heresi publice se purgandi. Legatus concilium Parisius convocat, in quo assidentibus cum legato archiepiscopis et episcopis regni Pariensibusque magistris, Ewradus[b] statuitur, et multis contra eum testimoniis testibusque productis, maximeque Hugone Altissiodorensi presule urgentius insistente, hereticus esse convincitur et, expleta diffinitione iudicii, puniendus traditur potestati. Attamen ut dispensationis suae reddere trationem, redditur interim comiti Nivernensi. Dehinc Nivernis adducitur et in conspectu omnium, quibus ob illata gravamina exosum se fecerat, flammis exuritur. Per idem tempus Galterus Brenensis comes Romam adierat hac de causa. Uxor Tancredi regis[6] quondam Siciliae ab imperatore Henrico Siciliam obtinente captivata cum liberis diuque detenta, tandem casu cum filiabus evadens, ad prefatum comitem sese contulerat eique suam filiam desponsarat. Quocirca idem comes, sociis quos potuit aggregatis, ut sponsae suae hereditaria iura requireret, Romam profectus, a domino papa veneranter exceptus est. Cuius auxilio premunitus, parte sibi Campaniae[7] tradita, cum Tibodo tyranno congreditur ipsumque cum suo exercitu fugat, persequitur et expugnat. Secunda demum congressione ante Barolum insigne Appulie oppidum eiusdem tyranni exercitum usque ad internitionem concidit, ipso cum paucis profugo et in quadam munitione recluso. Castra deinde diripit, multiplici opulentia variaque supellectile cumulata. Manubias repperit infinitas, quibus idem tyrannus iam per aliquot annos predis et rapinis insistens circumiacentes exhauserat regiones. Hac igitur potiti victoria, ditantur omnes, comes in sublime evehitur atque in brevi letis successibus maximam regionis partem Tibodi ereptam tyrannidi, sue subiugat ditioni. Pelex illa quam Philippus[c] rex superduxerat moritur, nec tamen adhuc uxor legitima in gratiam revocatur.

Annus Domini 1202. nimis est pestilens et redundans gravibus infortuniis casibusque sinistris. Toto fere orbe ingruit fames gravis totamque Italiam et Hispanias Galliasque profligat, in quibusdam tamen partibus minus, in quibusdam amplius ingravescens. Per idem tempus cum inter Frantie et Anglie reges crederentur res esse quietae, subito quibusdam de causis dirupta[d] pax deficit, et vetus illud discidium recrudescit. Paratis itaque

a) *'Hic deficit exemplar Pontiniacense' annotat Cam., sed secundum notam 'Arch.' VII, p.* 195. *iam desinit paulo supra post* archiepiscopus obit. b) *sic hoc loco* 1. 3; Evraudus 2. c) *superscr. eadem manu* 1. d) diruta *eadem manu corr.* dirupta 1.

1) Cf. Gesta episc. Autisiod., Duru I, p. 447. 2) Sanchonis VII. 3) Blancam. 4) Theobaldum IV. 5) Octaviano, cuius supra mentio fit. Cf. Gesta episc. Autisiod. p. 444. 6) Sibylla. 7) Comitatu Licii (Lecce) et principatu Tarenti; cf. Gesta Innocentii III, c. 25 sqq., ed. Baluze p. 9 sqq.

expeditionibus, *Philippus rex regis Angliae terram aggreditur, munitionum quas capit quasdam funditus diruit, quasdam detinet et cummunit. Gorneacum[1] castrum, situ loci stagnisque cingentibus munitissimum, facta prius diruptione stagnorum, pervadit et diripit. Archas[2] idemtidem castrum firmissimum obsidet, nec obtinet. Normanniam pervagatur, predis et incendiis circumquaque depopulans universa. In ipso anno mense Maio Fulcho ille celeberrimus, qui per diversas provintias predicando populos concitaverat, et in quo tanquam viro magnanimo ac fideli fiduciae plurimum habebant quam plurimi, cum iam votivo itineri necessaria preparasset, egritudine correptus, in villa sua Nuliaco[3], ubi capellani officio fungebatur, defungitur. Ea sane quae de fidelium elemosinis collegerat moriens disposuit peregre proficiscentibus dilargiri. Hisdem diebus innumera populorum milia, predicti Fulchonis instantia iam annis aliquot per Gallias concitata, Iherosolimitanum iter arripiunt, tantaque fuit peregrinantium numerositas, ut non solum precedentibus expeditionibus equari potuerit, sed preferri. De Flandriis siquidem 60 rates medie quantitatis, quas illi nacas vocant, necessariis omnibus premunite mare ingresse sunt, et toto estivo tempore aurarum intemperie per fretum quod Hispanias Affricamque disterminat circumactae, post longos tamen circuitus, exceptis paucis, Massiliensi portui appulerunt, progredi ulterius non valentes. Ludovicus, Theobaudi comitis filius, comes Blesensis et Balduinus[a] comes Flandrensis proceresque nonnulli magni inter suos nominis et ample potestatis cum inestimabili vulgarium multitudine pariter comitante Venetias petunt, ut transeant. Sed dum libere transituros se putant, quedam inter ipsos et Venetos[b] emergunt causae, quibus transitus impeditur. Ob hoc interim peregrini multas patiuntur molestias, aliique redeunt, alii obeunt, alii dum morantur sua prorsus expendunt, eo quod vehemens ingrueret inopia victualium, que non modo Italiam et occidentales provintias, sed et partes premeret transmarinas. Sed et alii quoque innumerabiles, qui Massiliensem portum adierant, vel per multa discrimina transfretant vel adversis casibus detinentur. Unde patet, quanta sit abyssus divini consilii, qua disponente, expeditiones heae[c] tantae sicut et aliae precedentes tam multiplici impedimento prevente sunt, ut sibi cuncta in contrarium cederent, nil ad votum. Verumtamen nulli ambigendum[d] est christiano, quin plurimum profuerit fidelibus peregrinatio tam fideliter suscepta pro Christo, quia, etsi negotium quod intendebant effectu caruit, fidei tamen intentio premio non carebit. Nec modo in Occidente, sed et in Oriente super nostros effusa est indignatio Domini, et manus eius[e] solito gravius est extenta. Per eosdem namque dies cladibus insolitis et flagellis gravissimis regio transmarina supra modum afflicta est. Mense Maio 20. die mensis, tribus diebus ante ascensionem dominicam, circa Mai 20.
diei crepusculum audita est vox terribilis de caelo et mugitus horribilis de terra, et terremotus facti sunt tam horrendi, tam graves, ut Acconensis urbis partem maximam in muris et in domibus ipsumque regis palatium ad terram deiecerint et populum innumerabilem occupatum prostraverint[4]. Porro Tyrus civitas, et antiquitate originis et fortunae varietate insignis, qua etiam in partibus illis nulla tucior, nulla munitior, flebili stupendaque ruina fere funditus est subversa. Nam omnes turres, exceptis tribus, corruerunt[a], murique tam alti quam solidi preter antemuralia quedam que barbacanas vocant vel cassaturis[5] debilitati vel penitus sunt deiecti. Universe vero domus et edificia, paucis reservatis, repente concussa plebem innumerabilem sexus promiscui miserabiliter oppresserunt. Nusquam sic evidens fuit, nusquam sic nocuit tam in hominibus quam in edificiis illa repentina subversio. At vero in finibus Tripolitanis Archas oppidum, tocius regionis inexpugnabile munimentum, cum turribus et muris domibusque ac viris ad solum usque diruptum[f] est. Tripolis quoque urbis maxima pars cecidit et plebem plurimam occupavit. Sed et Castrialbi maxima pars murorum et turrium in terram prostrata est. Paucae urbes in maritima, quae non huius cladis aliquam senserint lesionem. Antarados[g] civitas, quae et Tortosa[6] dicitur, incolumis et indempnis evasit, in qua primam basilicam sanctae Dei genitricis Ornatam nomine Petrus apostolus, dum Anthiochiam peteret, dicitur condidisse. Secuta est ex corruptione aeris tanta mortalitas, quod fere tercia pars eorum qui de terraemotu

*p. 323
1202.

a) *eadem manu superscr.* 1. b) nos *add. sed del.* 1. c) *sic* (heę) 1. d) *bis scr.* 1. e) *superscr.* 1. f) dirutum 2. g) Anterados *alia manu corr.* Antarados 1.

1) Gournay in confinio Normanniae. 2) Arques, distr. Seine inférieure. 3) Neuilly prope Parisios ad fl. Matronam. 4) Cf. Wilken, 'Gesch. der Kreuzzüge' VI, p. 6 sqq. 5) i. e. quassaturis. 6) Nunc Tartus.

1202. remanserant vel defuncta est vel longae egritudinis lectulum vix evasit. Cladem hanc clades quoque alia comitata est. Nam cum terrae fructus solito uberiores apparerent et pre multis annis fertilius pullularent, in granis subita cuiusdam inmissione nebulae ita segetes sunt corruptae, quod vix dimidiam partem seminis reddidere. Guillelmus Remensis *p. 324. archiepiscopus, cum Laudunum venisset, morbo *subitaneo preventus opprimitur, et occluso linguae officio, moritur intestatus, vir quidem nobilis genere, et qui diu floruerit tam seculari quam ecclesiastica preditus potestate. Hic in primis sui pontificatus auspiciis satis modeste se habuit et morum enituit ornamentis, felixque procul dubio extitisset, si primis ultima responderent et usque in finem merita cohesissent. Set cum res in contrarium versae sint, nec fuerit concolor finis inicio, et omnis pendeat laus ex fine, finali non attollimus laude, quem nimis reddidere notabilem et munerum iniusta acceptio et prodigalis effusio. [Ita[a] ut illud ei Claudiani possit non incongruenter aptari[1]:

Distantibus idem
Inter se viciis cinctus, quodcumque profunda
Traxit avaritia, luxu peiore refudit].

Anno sane precedenti simili fine decesserat Rotrocus, nepos eius, Cathalaunensis episcopus, iuvenis quidem strenuus, sed sui sanctimoniam negligens officii et ultra quam deceret vanitati luxus deditus et actui seculari. His aliisque exemplis, quae superius liber iste commemorat, profecto liquet, vix umquam eos bono fine concludi, qui, cum honoribus aecclesiasticis sublimentur, ipsa honorum officia negligunt et aecclesiasticorum effusione bonorum fluidas mundi pompas et palpantes gloriolas aucupantur. His diebus tota Aquitania gravi fervescit discidio, gravi depopulatione vastatur. Nam proceres Aquitani quibusdam iniuriis lacessiti, a Iohanne rege Angliae, cui tenebantur, defecerant[2] et ad Philipum regem, fidelitate pollicita, sese contulerant. Arturus quoque adolescens minoris Britannie comes, Iohannis regis ex fratre Gaufrido nepos, et ipse cum suis adherebat Philipo et obnixe contra patruum insurgebat. Graves perinde variaeque perturbationes et direptiones castrorum et urbium utrimque fiunt. Turonis civitas cum castro illo nobili edificiis divitiisque insigni et, quod insignius est, beati Martini reliquiis decorato, quia in confinio partium utriusque regis sita erat, nunc ab his nunc ab illis pervaditur, expoliatur, incenditur et in solitudinem pene redigitur. Andegavis urbs perampla opulentaque ab exercitu Philipi regis, faventibus, ut fertur, civibus, occupatur. Arturus et proceres Aquitani contra Iohannem regem potenter agunt. Cuius cohortes, quas rotarios vocant, cum quadam die viriliter debellassent, super recenti certamine fatigatos improvise rex irruit eosque superat captosque retentat. Quos tamen, datis postmodum obsidibus, relaxat, Arturo retento artiusque recluso.

De domino Milone abbate nostro[b]. Anno Domini 1203. dominus Milo Sancti Mariani 4. abbas diem claudit extremum. De quo pauca perstringere volumus, arbitrantes dignum, ut eius memoria inscribatur volumini, quod fecit ipse conscribi. Ut enim in proemio premisimus, ipsius ducente ac docente industria nostraque parvitate pariter annitente, ceptum peregimus. Milo igitur patre genitus est Anselmo domino castri Trianguli[3], viro magnifico et inter Campanie proceres prepotenti. Mater eius Elysendis et ipsa prenobilis, que cum diu in seculo floruisset, postea in cenobio quod dicitur Fons-Ebraldi se sub professione religionis astrinxit et longevam in Domino vitam duxit. Fuit autem eis numerosa progenies[4], ex quibus alios rerum amplarum constituerunt heredes, alios sub monasterialibus disciplinis divinis mancipavere servitiis. Quorum Milonem adhuc puerum duodennem domino Hugoni ex abbate Pontiniaci Altissiodorensi[c] tunc presuli tradidit[5] pater suus. Porro presul in ecclesia Sancti Mariani, ubi Premonstratensem ordinem nuper adduxerat, obtulit puerum disciplinis regularibus imbuendum. Sic igitur Milo a puero locatus in sanctuario, in omni religionis et honestatis forma sub claustrali nutritus est impensius disciplina. Quem fratres ob egregiam indolem, cum esset annorum duodetriginta[6], promoverunt in patrem. Promotus non iuniorum, sed

a) *uncis incl. eadem manu (B) in marg. suppl.* 1. b) Sancti Mariani 2. c) Altissiod^{s}. 1.

1) De bello Gildonico v. 162—164. 2) Quos Rigordus p. 55. enumerat. 3) Trainel, distr. Aube, praef. Troyes. 4) Tres filios Anselmum, Garnerium, Garinum v. in chartis apud Quantin, 'Cartulaire général de l'Yonne' I, p. 457. 492, nr. 303. 337. 5) A. 1139; Milo natus est a. 1127, cum a. 1203. annorum 75, conversionis a. 63. obierit, a. 1155. 28. annum duxerit, ut infra dicitur. 6) A. 1155. V. supra p. 237.

1203.

seniorum frequentabat colloquia, sic sue precavens iuventuti, ut nil posset synistrum de ipso vel malivolus suspicari. Quos maturiores prudentioresque noverat circa se habuit et eorum sic se agebat consilio, ut non tam pater quam socius videretur. Frugalitati studuit, in explenda necessitate sic modicus, ut etiam inter fratres minimos vix quisquam eo modicior haberetur. Tranquillus moribus amansque quietis, fugitans publici, fugitans ostentationis et gloriae, curias principum sive pontificum etsi urgentibus interdum negociis adiit, quo minus tamen potuit expetivit. Cum fratres haberet inter Campanie proceres et divitiis et potentia preminentes, semper tamen in humilitate se deprimens, sic fastidivit generis fastum, quasi se nescierit generosum. Divinis officiis et altaris cultui omnimodam iubebat diligentiam adhiberi. Circa hospitum susceptionem sollicitus, semper eos voluit et benigne suscipi et offitiose tractari. In corrigendis fratrum excessibus erat vehemens et severus, iuxta persone tamen et excessuum qualitatem, adhibito moderamine discretionis, ut severitatis vino misceret oleum lenitatis. Consanguineis et propinquis carnalibus nil umquam voluit dilargiri. Dandi parcissimus fuit, nisi cum utilitati domus sue cerneret expedire, petentibus se solitus dicere, se esse pauperem nec sibi licitum prodigere rem communem. At cum[a] fames ingrueret et plebem attereret, prout sibi facultas exstitit, manum munificam in pauperum sustentatione profudit. Discretus et gravis erat in consiliis, veritatis amans, tenax iusticie, a qua nec metu nec favore deflexit. De omni re plus fidebat[b] orationi quam industrie proprie vel labori. Vitia insectabatur, non homines, amans et provehens illos precipue, quos amantes boni et ad bonum crederet aspirare. Sed nec in naturalibus minimus fuit. Nam et ingenio viguit perspicaci tenacique memoria, elegantis existens forme, reverendi vultus mediocrisque stature. Locum quem nunc inhabitamus[c], dictum olim vicum Sancti Martini[d], a Guillelmo comite Nivernensi donari obtinuit et a fundamentis extruxit, transtulitque conventum[1] et per annos circiter 30 tres rexit atque provexit. In conscribendis[e] libris non parcens expensis, insignem confecit bibliotecam, quesitis undecumque voluminibus cumulatam. Planetis, dalmaticis, tunicis, capis et palliis, calicibus, crucibus, textibus deauratis et operose compositis aliisque utensilibus et variis ornamentis suam reliquit ecclesiam multipliciter insignitam. Quamdiu ferre se potuit inbecille corpusculum, a celebracione non destitit divinorum. Cumque sic et honestate morum et gravitate consilii preniteret, exhibebatur ei ab omnibus reverentie plurimum et honoris, eratque inter Premonstratenses abbates nominis precellentis. Illud quoque arbitramur addendum, utpote memoria non indignum, quod Guidonem priorem et Gocuinum suppriorem habuit, quos habuerat in puericia nutritores. Quorum Guido annis 50, alter 44 suis sub eo officiis functi[f] sunt et in eis defuncti, viri religionis amantes spirituque ferventes et quos semper ipse coluit tamquam patres, alterum severitatis, alterum lenitatis merito reverendos. Porro autem cum in senium vergeret, cepit intumescere pedibus et per[g] annum pene plus solito infirmari. Cumque ingravescente morbo et corpore fatiscente iam non posset ecclesiam frequentare, salutifere unctionis expetit medicinam. Convocat filios, astant omnes, amoris intimi erga patrem testibus lacrimis profluentes[h]. Petit sibi absolutionem, si quid deliquit in aliquem. Testem invocat Deum, quia et[i] universos et singulos semper dilexerit nec umquam privato vel amore vel odio quemquam reppulerit sive provexerit. Hortatur attentius de statutis ordinis propensius observandis, de divino[k] officio instantius prosequendo, fratres grandevos et debiles compatienter et humane tractare, hospites benigne suscipere, exhibere se modicos et frugales, utpote quibus essent modice facultates, de omni negocio ad Deum recurrere et in ipso confidere, curam non habere parentum, sicut nec ipse de suis umquam curaverit, alienumque hoc esse debere ab eo qui parentibus et seculo valefecit. Id quoque perhibet, quia, quamdiu religionis et continentie bonum vigebit interius, exteriores quoque copie nobis nullatenus defuture erunt[l]. Exemplo esse pleraque cenobia, in quibus religionis defluente

a) *hic cum p. 324. desinit* 1, *p.* 325. *sequentibus notis, quae infra exhibitae sunt, certe compluribus foliis deperditis; in marg. add. manus saec. XVII. vel XVIII:* fames Multa deficiunt; *in* 2 *post* fames *recens manus (s. XVII. XVIII) ponit signum* + *et in marg. inf. scribit:* Reliqua hinc deficiunt in codice nostro sancti Mariani. b) fiebat *post in marg. corr.* fidebat 4. c) inhabitant, *ubi* ant *in loco raso rec. manu, et* canonici Sancti Mariani *post in marg. add.* 2. d) Mariani 4. e) conscribendo 4. f) functi — religi . . . *eadem manu in marg. suppl.* 2. g) pene per a. 4. h) *sic* 2. 4. i) in *post del.* 4. k) divinis officiis 4. l) *post superscr.* 2; *deest* 4.

1) A. 1169. Cf. supra p. 239 sq.

1203. bono, bona quoque exteriora dilabi patens[a] est et iugi defluere detrimento[b]. Addit preterea,
se nos in bono relinquere statu, nec destituendos fore divini miseratione consilii, quamdiu
in hac boni perseverantia[c] fuerimus radicati. Monet omnimodis unanimitatem servare
invicem et esse in electione concordes. Hec aliaque perplura tam copiose quam salubriter
adhortatus, postquam de more inunctus est, omnibus ubertim flentibus, tamquam ultimum
valefaciens, osculum pacis dedit et paucis diebus postea supervixit. Interim vero, dum
optatum exitum prestolatur, quam iocunda visione meruerit consolari, non debet tacite preteriri.
Siquidem videbatur sibi videre Dominum in solio presidentem, multitudine innume-
Gen. 22, 26. rabili circumstante, seque ad pedes accedere presidentis et dicere: 'Non dimittam te, nisi
benedixeris mihi[d]', statimque[e] se a Domino benedici. Evigilans, quid viderit, secum recogitat,
et paulo post oculos in soporem resolvens, eandem conspicit visionem, et pedibus
Domini se advolvens: 'Non te', inquit, 'dimittam, nisi iterum benedixeris mihi'. Cui Dominus
iteratam ilico benedictionem impertit. Alia post hec vice visum est sibi, quia Domino
adsisteret, et Dominus ei preciperet: 'Vade Iherusalem!' Et ille: 'Ignoro, Domine, viam'.
Et Dominus quendam ex circumstantibus[f] digito notans: 'Hic', inquit, 'dux itineris erit tibi'.
Et ille: 'Quis est hic, Domine?' Et Dominus: 'Hic est qui Tobiam conduxit'. Testis est
Mart. 16. Deus, quia sicut ab ipso audivimus ita et scripsimus. Sane pridie quam obiret dilectos
iterum convocat filios, et[g] exhortatis eis[h], ultimo valedicto, singulis suprema dat oscula.
Nocte subsequenti lectulum de stramine et cinere, quem dicunt aream, iubet sterni et in eo,
ut moris est, se deponi. Iam conventus de matutinis redierat, cum ecce, hora migrationis
eius instante, cepit urgescere dolor[i] et eum acrius fatigare. Postulat adesse conventum et
suscipere disciplinam, dicens, per hoc suffragium se ilico leniendum. Id nempe more suo
agebat in eo illa vis fidei, qua semper viguit, et de alienis suffragiis quam de suis meritis
plus presumpsit. Accurrunt et exponunt dorsa filii circa patrem in extremis agentem et
tam lacrimabiliter quam devote suscipiunt disciplinam. Ipse[k] cum eis penitentiales psalmos
cantare ceperat, et post breve, dum psalmodia interim decantatur, expirat, sancto
et placido fine migrans[l] a corpore, ipsa quam obtaverat et predixerat die, hoc est 16. Kal.
Mart. 17. Aprilis[1], quando predecessorum suorum coabbatum, Raineri, Bertoldi, Osberti, solet
anniversarium celebrari. Migravit autem, sicut dierum plenus, ita et meritorum, ut credimus,
anno etatis sue 75, conversionis 63, prelationis 47. Successit ei frater Bernodalis
prior.

Hic[2] pater a puero nutritus in ordine crevit,
  Ordinis et generis splendor honorque sui,
Cui Milo nomen erat, in quo sita plurima virtus,
  Forma decora, genus nobile, sermo placens.
Forma, genus sint parva licet, tamen actio sacra
  His comitata bonis clarior esse solet.
Eius erat studium vitii fuga, cultus honesti
  Ecclesieque decor officiumque sacrum,
Parca manus, modicus habitus moresque modesti,
  Sobria mensa, fides firma, fidelis amor.
Corripiens oleum vino miscebat eratque
  Sub pietate gravis, sub gravitate pius.
Id quoque moris habens, non tam terrore minisque
  Quam prece vel monitis queque volebat agi.
Mente sagax rectique tenax, socialis et equus,
  Corde humilis, fugitans publica, pacis amans.
Tectis[m], rebus egens domus hec provecta sub ipso est
  Factaque structuris ampla, referta bonis.
Ipsius accumulat laudes laudanda librorum
  Theca tot et tantis accumulata libris.

a) potens *eadem manu corr.* patens 2. b) o *e corr. post. manus* 2. c) perseveraretia *corr.* perseverantia 2. d) michi 4. e) st. — benedici *post deleta* 2. f) circust. 2. g) et — valedicto *des.* 4. h) *e corr.* 2. i) dolorum, *post corr.* et dolor eum 4. k) vero *superscr.*, postquam *in marg. post add.* 2. l) migrat 4. m) Rectis 4.

1) Calend. S. Andreae Claromont., Labbe, Bibl. II, p. 762, notat eius mortem ad diem Apr. 16. 2) Hoc carmen certe ab ipso Roberto compositum est, quia omnia quae supra in Milone laudaverat repetuntur.

Inter tot dotes fastum non pretulit, exstans
In grege tamquam unus de grege, forma gregis.
Dum viguit, viguere statu bona nostra secundo,
Fama foris florens, intus et ordo vigens.
Prefuit ipse novem lustris annisque duobus,
Post ubi[a] quindena lustra peregit, obit.
Quem tulit illa dies, qua sol de piscibus exit;
Cui sol iusticie det sine nocte diem!
Nec dubium, quin iam videat vite bona, cuius
Tam[b] bona vita fuit clausaque fine bono.

Item alius de eodem:

Mars medius medio rapuit de marte Milonem,
Ut sic post martem[c] Martha Maria foret.

1203.
Ipso anno Andeliacum[1] castrum munitissimum et murorum ambitu et Sequane circumfluxu Phylippus rex subita irruptione obtinet et incendit; quod tamen postea[d] reparat et communit. Castrum quoque Vallis-Rodolii[2] prevalide communitum[e] obsidet et oppugnat et tandem expugnat, necnon et castrum quod dicitur Rigidus-pons[3], multimoda munitione firmatum, obsidet machinisque adhibitis et urgentissimis coartatum assultibus demum capit et obtinet. Proceres Aquitani Phylippo regi confederati cohortes regis Anglie quas[f] rotarios vocant subita circumventione aggressos debellant et ex eis, ut fertur, pene ad duo milia vel capiunt vel obtruncant, atque ita fit, ut qui sepe diuque de regionibus predas abegerant darentur in predam, eorumque predacio fieret victoribus copiosa ditatio. Iohannes rex Anglie minorem Britanniam predis, incendiis cedibusque devastat. Ipso anno peregrini nostri post multas impeditiones, quas in Venetia tulerant, initis quibusdam pactis cum Venetis, Iadaram[4] regis Hungarie[g] urbem maritimam, Venetis inimicam, expetunt, obsident, capiunt et excidunt. Inde Constantinopolim adeunt, obtinent renovantque imperium et sublimant. Quod qualiter gestum fuerit, breviter explicemus. Cum de fastu[h] imperii flagitiosus corruisset Andronicus eique successisset Tursac, quem alii Isachium vocant, idem fratrem suum[5], armis quidem strenuum, sed iniquum, in tantum extulerat, ut non minoris esse potentie crederetur quam frater, excepto quod carere[i] videbatur corone privilegio et solo nomine dignitatis[6]. Hac ergo permotus invidia, potentioribus regni sibi per munera conciliatis, parricida nequissimus insurgit in fratrem et dominum ipsumque de imperio deiectum excecat ac perpetuo carceri mancipat sibique imperatoris nomen ignominiose usurpat; filium quoque eius Alexium, iam in imperio sublimatum, precipit excecari, sed ab hoc divinitus inmunem servatum eripuit felix exilium. Is tandem liberatus a vinculis et elapsus de Grecie finibus, eo tempore quo peregrini nostri votivum iter aggressi sunt quibusdam de nostris in Italia veniens in occursum apparuit. Inde ad sororem suam[7] et sororium suum Phylippum, Henrici imperatoris fratrem, in Alemanniam proficiscens, competentes nuncios misit ad nostros in Venetia, qui patris et ipsius causam omni miseratione dignissimam lacrimabiliter exponentes, multis supplicationibus satagebant inflectere nostros ad condolendum carceri patris et exilio filii, asserentes[k], quod ipsis assisterent in[l] hoc facto maiores imperii, et regie civitatis pars potior domini sui reditum suspiraret[8]. Preterea pollicentur, quod, si dominus suus obtatis successibus potiretur, liberaret eos a debitis 30 milium marcharum argenti[9], quibus adhuc Venetis tenebantur[m], et precia navium restitueret, orientalem quoque ecclesiam Romane ecclesie tamquam membra capiti subderet et uniret et ad subventionem Terre Sancte tocius imperii vires exerceret[n] et sumptus de suo exercitui procuraret. Attendentes igitur nostri causam iustissimam, et quia inter ipsos plurimi laborantes inopia Terre Sancte gravamen essent potius illaturi quam allaturi

a) nisi 4. b) Iam 4. c) mortem 4. d) *deest* 2. e) circummunitum 3. f) quos 3. 4. g) Ungarie 4. h) factu 4. i) car:ere *littera erasa* 2. k) assistentes 4. l) mai. imp. in h. f. 4. m) debebantur 4. n) exereret 3. *ed.*

1) Andelys in Normannia. 2) Le Vaudreuil. 3) Radepont. 4) Zara. 5) Alexium III. 6) Haec iam supra p. 257. ad a. 1195. narrata sunt. Sed ibi posteriore manu addita. 7) Irenen. 8) Haec verba leguntur in epistola principum apud Arnold. Lubic., SS. XXI, p. 224 sq., et saepius edita; quam noster legit. Alteram relationem vel epistolam cum illa coniunxisse videtur. 9) Accuratius de promissis Alexii refert epistola Hugonis comitis Sancti Pauli in Chron. regia Colon. p. 203 sq.

1203. subsidium, spondent nuntiis quod exorant. Vocato perinde et adducto apud Iadaram[a, 1] adolescente iam dicto, et super sponsionibus exsolvendis datis et acceptis invicem sacramentis, nostri cum Venetis, iter eorum Domino prosperante, aura favente navigant et in
Iun. 26. brevi applicant[2] quo tendebant, videlicet 6.[b] Kal. Iulii[3], nullo tamen, prout crediderant, consilio vel auxilio ab incolis terre clam vel palam invento. Sed nec adveniunt inprovisi. Ille namque impius proditor et tyrannus non solum ex imperii finibus, sed ex remotis partibus gentes aggregaverat innumeras, cum quibus observans littora, parat obsistere, ne[c] nostrorum stolus possit littoribus applicare. Ex una parte civitas municior, maior et populosior quam ulla in orbe sit apparebat, ex altera vero armatorum equitum et peditum multitudo aderat infinita. Neutrius tamen[d] partis viribus impediti nostri et Veneti per medios fluctus strictioris maris quod Bosforus[e] vel Brachium Sancti Georgii dicitur intrepide navigant, turrim que Galatas vocatur expugnant rumpuntque cathenam, qua fit accessus ad portum, et littoribus occupatis, terram circumiacentem vi capiunt, Grecis refugientibus et sese recipientibus intra urbem. Disponunt preterea terra marique urbem[f] obsidione vallare.
Iul. 10. Sexto igitur Idus[g] Iulii, adaptatis machinis et bellicis instrumentis[4], per terram nostri, per mare Veneti menibus urbis appropiant et urgentissimos dant assultus, frequenti et vario interveniente conflictu, nostraque[h] paucitate contra eorum multitudinem semper obtinente victoriam. Ingruit eis interea victualium tanta penuria, quod equorum suorum carnibus urgente inedia vesci compulsi sunt[5] et, nisi celitus adiuti fuissent, obsidionem intra 15 dies[i]
Iul. 17. protelare nulla racione valerent[4]. Porro die obsidionis 8.[4] Veneti violenter in urbem irruunt ignemque apponunt et partem urbis non modicam, incendio grassante, devastant. Nostri quoque partem muri ruperant, sed non irruperant, cum ecce ille incubator imperii suas ordinat acies et ad dimicandum contra nostros in campum egreditur, habens secum 60 milia equitum et infinitam multitudinem peditum[k] armatorum[6]. Econtra[l] nostri, licet illorum respectu paucissimi — nam vix plus quam duo milia tunc temporis erant[7] — ad pugnandum parati, quadam tamen[m] divinitus inspirata securitate confisi, dum ardentibus animis prestolantur congressum, et iam utreque acies quantum arcus iaceret appropinquassent ad pugnam, tyrannus cum suis, tantam nostrorum admiratus audaciam, divinitus pavefactus[n],
Ep. princ. ilico refugit et intra menia se recludit. Ea nocte sine uxore et liberis[o] clam cum paucis aufugit. Quo comperto, Greci proceres in palatio congregantur, et accensis luminaribus copiosis, adolescentis exulis sol-
Iul. 18. lempnis electio celebratur. Mane facto, die obsidionis nono, 15. Kal. Augusti civitas aperitur; prodit in castra inermis Grecorum procerum multitudo suumque cum gaudio querit electum, restitutam civitati asserit libertatem, et regredienti filio ad fasces imperii cum inestimabili leticia sublevatum de carcere capud patris Tursac quondam imperatoris ostendunt. Preordinatis igitur que necessaria[p] videbantur, ad ecclesiam Agye Sophie, id est sancte[q] Sapientie, que Christus est, cum sollempni processione novus imperator deducitur, atque ita tam in ecclesia patriarchali quam in[q] imperiali palatio imperiale sibi restituitur diadema cum plenitudine potestatis. His ita gestis, pater et filius grata cum nostris miscent colloquia flagitantque, ut secum per hyemem demorentur. Que promiserat filius accumulanter exsolvit: restituit precia navium, liberat
ib. nostros a debitis Venetorum, victualia[r] omnibus copiose ministrat[s] et sumptibus[t] suis stolum prolongat in annum, ducenta milia marchas argenti nostris et Venetis de imperiali munificentia dilargitur; pacta prius inita de subventione Terre Sancte et de obedientia Romane ecclesie exhibenda renovat et confirmat. Illud preterea referendum est, quod Grecis referentibus fertur, quia, cum prius gentem nostram pre paucitate despicerent, ubi ventum est ad conflictum, vix eorum audatior ausus est se movere, quia gentem videbant niveam et maxime candidam nostre subvenientem genti, ideoque tante multitudines pavefacte tante cesserunt[u] paucitati.

Anno Domini 1204. a fine mensis Ianuarii usque ad Maium per tres menses aut nullis aut rarissimis pluviis terra infusa est, cum hii menses ob hyemis verisque confinium maxime

a) Iadarant 4. b) XVI. 4. c) nec 3. d) dum 3. e) Busforus 4. f) obs. urb. 2. g) *deest* 3. h) que *deest* 2. i) *superscr.* 2. k) peditorum *corr.* peditum 2. l) Contra 4. m) div. tam. 2. n) pavescens 4. o) libris 4. p) vid. nec. 4. q) *deest* 4. r) victualibus 4. s) m. c. 3; ministravit 4. t) sumptis 4. u) cesserint 3.

1) Cf. Geoffroi de Villehardouin c. 56. 2) Haec verba etiam in epistola principum. 3) Iun. 24. secundum Geoffroi c. 68. 4) Haec verba ex epist. principum. 5) Cf. Geoffroi c. 86. 6) *qui usque ad* 60000 *equitum praeter pedites in urbe reperimus.* Epist. princ. 7) 500 *milites*, 500 *equites*, 2000 *sariantes.* Epist. Hugonis com.

1204. esse soleant et pluviosi et gelidi, eratque contra consuetum ordinem temporis continua siccitas et calor estivalis. Mense Marcio celum, cum sine ulla nubium densitate multaque serenitate claresceret, visum[a] est a parte septemtrionali[b] nocturno tempore tanto rutilare rubore, acsi penitus igne flammesceret[c], et amplissimum celi spatium occupans, quasi quiddam[d] motabile discurrere visebatur. Nec semel aut bis sed pluries id accidisse notatum est. Mense Aprili, 16. Kal. Maii, luna cum esset 12. et sub noctis initio apparere cepisset[e], Apr. 16. quasi tota ebescens, soliti fulgoris radios[f] non emisit, deinde totaliter in horrendam nigredinem ac postmodum versa est in ruborem; sicque tota nocte perstitit[f] eclipsis illa, donec paulatim circa diei crepusculum lune sua est claritas restituta. Petrus Autissiodorensis[f*] comes dominica in ramis palmarum, inspectante clero et populo, dum ageretur processio, Apr. 18. de iniuriis Autissiodorensi episcopo[1] irrogatis publice satisfacit. Siquidem anno preterito isdem[g] comes quibusdam de[h] causis ab episcopo anathematis vinculo innodatus, tam ipsum quam suos multis lacessierat iniuriis et affecerat pluribus nocumentis. Adeo denique contra[i] episcopum incanduerat comitis furor, ut, quia suis hominibus vetabatur cimiterii sepultura, in ipsa domus episcopalis camera recens defuncti corpusculum faceret infodi et matris ecclesie clericos preciperet ex urbe propelli, propulsorum tamen rebus et domibus non pervasis, sed indempniter conservatis. Propter hec itaque aliaque commissa[k] tamdiu censura ecclesiastica perurgente districtus est, donec, Senonensi[2] et Bituricensi[3] archiepiscopis satagentibus, episcopo satisfaceret, illata dampna plenarie resarciret, cadaver infossum manibus suis effoderet et effossum propriisque humeris deportatum cimiterio rursus infoderet, incederet quoque nudis pedibus, sola indutus linea, in facie omnium tunc ad processionem solito frequentius confluentum[l]. Sic igitur Dei et ecclesie honore servato tantoque excessu congrua satisfactione purgato, pax utrimque et gratia reformatur. Per hos dies Phylippus rex castrum quod insule Andeliaci imminet in sublimi situm et tam situ loci quam multimodo[m] munimento fere inexpugnabile, postquam illud diutina obsidione concluserat, potenter expugnat. Rotomagum[n] deinde, urbem opulentam, populosam valideque munitam, expetit, obsidet et oppugnat et in tantum urgentibus cohartat assultibus, donec cives se dederent et urbem in regis traderent potestatem. Sed et nobile illud castrum Vernulium[4] a regibus Francorum tociens impugnatum nec expugnatum aliaque oppida[5], que hucusque restiterant, in dedicionem recepta sunt et regis tradita dicioni. Igitur rex tota potitus Normannia, septem episcopatibus distributa, in corpus eam regni redigit post trecentos circiter annos, ex quo Karolus rex cognomento Simplex Rolloni duci, primo ex ducibus Normannorum baptizato dictoque Roberto, filiam suam dedit in coniugem cum parte Francie, quam extunc obtinentes Normanni Normanniam vocavere. His quoque[o] diebus tota Aquitania cum urbe Pictavis regi se subicit, atque ita in brevi ampliato corpore regni, quocunque rex graditur, felices eum successus letaque auspitia prosecuntur. Eodem anno apud Constantinopolim fit stupenda et prorsus insolita rerum mutatio, illudque famosum orientale imperium de manu Grecorum eripitur et in dicionem redigitur Latinorum. Quod qualiter acciderit, paucis est explicandum. Peregrini nostri eorumque vectores[p] Veneti apud Constantinopolim hyemantes, dum tuta sibi omnia[q] et quieta sperarent, tum propter imperatoris promissa, tum propter inmensa beneficia imperatori collata, rogat eos imperator, ut egrediantur ex urbe, ne[6] inter eos et Grecos dissidentia morum discordie pareret incentivum. Ep. Bald. Ad preces igitur imperatoris de urbe exeunt et ex adverso civitatis interiacente portu castra constituunt. Et ecce imperator ex insperato animum avertit ab eis, vel de innata malicia, vel tam patris quam Grecorum suggestione seductus, et pacta, que cum patre et patriarcha ac mole nobilium eis statuerat, destituere[r] non veretur et in omnibus promissis tot implicatur periuriis, quot se astrinxerat iuramentis. Ab eis proinde desertus, parat dampnis eos affligere, temptat incendere classem, que ipsum advexerat et provexerat[s] ad coronam. Sed ad nichilum deductus est hic conatus. Nunciantur[t] ei suorum cedes, incendia et rapine; pars sua subcumbit per omnia; foris pugne, intus timores. Greci namque, quorum iam infensionem incurrerat,

a) v. e. *superscr.* 2. b) semptētrionali 2. c) flammesc. *corr.* flammasc. 2; claresceret 4. d) quidam 2. e) c. q. t. eb. *in marg. eadem manu suppl.* 2. f) *deest* 4. f*) c. A. 2. g) idem 2. h) *deest* 2. i) inc. c. e. 4. k) sed *ins.* 3. l) *sic* 2. 4. m) multido *eadem manu corr.* multimodo 2; multitudo *post corr.* multitudine, *et* munimento *post corr.* munimentorum 4; mult. *deest* 3. *ed.* n) Rothom. 4. o) d. q. 2. p) victores 3? *ed.* q) et o. 4. r) destruere 3. s) prex. 4. t) Nunciatur 4.

1) Hugoni. Cf. Gesta episc. Autisiod., Duru I, p. 442, ubi etiam verba quaedam cum nostro conveniunt. 2) Petro. 3) Wilhelmo. 4) Verneuil ad fl. Avre. 5) Falaise, Lisieux, Avranches, Coutances, Bayeux, alia. V. Rigord. p. 57. 6) Haec sumta ex epistola Balduini comitis, Chron. regiae Colon. p. 208 sqq. inserta et saepius impressa.

Ep Bald. 1204. emulum ei imperatorem creant. Cumque nulla spes ei restaret, nisi ad nostros confugeret, quendam Morculfum nomine, in quo pre ceteris confidebat, tamquam sibi propinquo et a se pre ceteris elevato, ad eos destinat, ut ex parte imperatoris et sua iuret, se traditurum eis imperiale palatium Blaquerna dictum, donec plena fieret impletio promissorum. Accedit ad recipiendum palatium Bonifacius marchio; illudit Alexius marchioni, et spretis obsidibus quos iam dederat, periurio periurium cumulat[a]. Nocte insecuta Morculfus reddendi palatii Grecis revelat archana asseritque, hoc facto urbi eripi libertatem, ac per hoc ad deiectionem Alexii eos animat et instigat. Huius itaque prodicionis merito tercius in urbe attollitur imperator, qui mox in[b] dominum dormientem et rei nescium sacrilegas mittit manus eumque tetro[c] recludit in carcere. Deinde Nicholaum, qui apud Sanctam Sophiam imperiales infulas noviter usurparat, Grecis qui eum creaverant[d] prodentibus[e], captum incarcerat. Moritur interim Tursac, Alexii pater, et acclamante clero Grecorum et populo, ut nostri de terra tollantur in brevi, prelia contra eos proditor iam dictus instaurat, urbem machinis et propugnaculis munit. Cumque altus esset murus latusque[f] et validus, turres etiam habens amplissimas, quinquagenorum circiter pedum spatio interiectas, super ipsas et super murum a parte maris, quo nostrorum timebatur assultus, turres erigit ligneas trium aut quatuor stationum continentium multitudinem armatorum, mangonellis et petrariis hinc inde dispositis. Murus etiam ipse circumcingitur inferiore muro duplicique fossato. Interim terra marique nostros impetit perfidus incubator imperii, sed semper a Domino proteguntur et hostiles impediuntur conatus. Nam preter ordinationem maiorum ad predam victualium procul exeuntibus nostris usque ad mille animas hominum pugnatorum, imperator occurrit in multitudine gravi, primoque congressu[g] dissipatur omnino, cesis captisque non paucis sine dampno nostrorum, fuga ignominiosa consulens sibi, clipeum abiecit, arma deponit et nostris vexillum imperiale dimittit nobilemque, quam sibi preferri faciebat, yconam[h] sancte Dei genitricis et honori et nomini[i] dedicatam. Iterato nostrorum navigium flammis aggreditur intempesteque noctis silentio sexdecim suas naves accensas, velis in altum expansis et inferius ad proram[k] colligatis, flante fortiter austro, nostras mittit in naves; sed Domino faciente[l], cum multo labore nostrorum custodiuntur indempnes, et ardentibus navibus clavis infixis, cathenis herentibus nostrorum remigio trahuntur in pelagus. Igitur tyrannum nostri terrestrem[m] ad pugnam provocant, et ponte atque amne[n] transmisso, qui eos separabat a Grecis, cuneis ordinatis ante portam diu steterunt regie civitatis et palatii imperialis quod Blaquerna[o] nuncupatur, in nomine Domini precedente cruce vivifica, parati ad prelium[p] Grecos excipere, si eis placuisset exire[q]. Et quidem pro milicie exercitio exeuntem quendam nobilem nostri[r] pedites trucidarunt. Sic in castra reversi terra marique sepius provocantur, sed Domino faciente semper ac triumphaliter obtinent. Mittit deinde tyrannus ad eos ficte[s] pacis legatos, postulat et obtinet cum duce colloquium. Cui cum dux magnanimus obiecisset, quia nulla pacis cum eo possit esse securitas, qui dominum suum carcere reclusisset, ille inter cetera que subintulit obedientiam Romane ecclesie et subventionem Terre Sancte, quam iuramento et scripto imperiali firmarat Alexius, penitus refutavit. Nocte igitur insequenti dominum suum latenter[t] suffocat in carcere, cum quo ipso die prandium sumpserat[u] Iude, et clava ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis et costas inaudita crudelitate confringit casuque vitam, quam laqueo extorserat, confingit ereptam, ac imperiali sepultura concessa, propalatum omnibus scelus funeris honore[v] dissimulat. Sic nostris[w] hyems tota perficitur, donec navibus et scalis aptatis et instrumentis bellicis preparatis, se et sua recipientes in
Apr. 9. navibus, 5. Idus Aprilis, id est feria 6. ante passionem Domini, unanimiter navali prelio civitatem invadunt; et ea die — sine multo tamen sanguine — tanta perpessi sunt, ut inimicis suis in obprobrium verterentur, quorum ea die pars fuit per[x] cuncta superior, adeo ut tracta in terram Grecis compellerentur sua bellica machinamenta relinquere et infecto negocio ad ripam[y] redire cogerentur adversam. Conturbati ergo plurimum et conterriti, sed deinde in Domino robo-
Apr. 12. rati, definito consilio, rursum restaurantur[z] ad pugnam, et 4. die, hoc est feria 2. post passionem Domini, flante borea, rursum applicantur[a] ad muros, scalis navium scalis turrium applicatis cum multo labore nostrorum, permultum resistentibus Grecis. Sed ex quo cominus[b] gladios sensere nostrorum, non diu belli anceps duravit eventus. Due siquidem naves pariter colligate, que nostros episcopos, Suessionensem[c] videlicet ac Trecensem, deferebant, quarum erant insignia paradisus et peregrina, prime scalis suis scalas turrium attigerunt[d] et felici auspitio peregrinos pro paradiso certantes hostibus admoverunt. Prima muros obtinent[e] vexilla pontificum, ministrisque celestium secretorum prima de celo conceditur victoria. Irruentibus igitur nostris, cedit, Domino iubente, multitudo infinita perpaucis, et propugnacula relinquentibus Grecis, nostri audacter militibus portas aperiunt. Quorum cum imperator, qui non procul a muris in tentoriis stabat armatus, conspicaretur ingressum, statim tentoria dereliquit[f] et fugit; nostri cedibus occupantur; civitas capitur populosa; recipiuntur in palatiis imperialibus, qui nostrorum enses effugiunt, multaque cede facta Grecorum, nostri sese recolligunt; advesperascente iam die arma fessi deponunt, de assultu palatiorum in crastino tractaturi. Suos recolligit imperator et crastinam hortatur ad pugnam, asserens, quod nostros in potestate nunc habeat intra murorum septa conclusos; sed nocte latenter dat terga devictus. Quo comperto, Grecorum plebs attonita de substituendo imperatore pertractat. Et dum mane facto ad nominationem cuiusdam Constantini procedunt, pedites nostri, non expectata deliberatione maiorum, ad arma prosiliunt, et terga dantibus Grecis, fortissima et munitissima palatia relinquuntur. Diripitur equorum innumera multitudo; auri, argenti, sericorum preciosarumque vestium atque gemmarum et omnium[g] eorum que inter divitias computantur tam inestimabilis habundancia repperitur, quod tantum tota non videretur possidere Latinitas. Et qui admodum pauca negaverant, cuncta nostris divino iudicio reliquerunt, ut secure dicamus, quia maiora his mirabilia circa bellorum casus nulla umquam narret[h] hystoria, ut impleta manifeste prophetia videatur in nostris que dicit: 'Persequetur unus ex vobis centum alienos', quia, si inter singulos victoriam[i] partiamur[k], quilibet ex nostris non[l] pauciores quam centum et obsedit et vicit. *A Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris.* Ordinatis igitur diligenter que disponenda rerum poscebat eventus, ad electionem imperatoris unanimiter ac devote procedunt, et cum sex baronibus Venetorum venerabiles episcopos Suessionensem[m], Trecensem et Acconensem electum cum aliis tribus imperatoris constituunt electores. Qui, oratione premissa, ut decuit, dominica qua cantatur *Misericordia Domini* Balduinum comitem Flandrensem, etate quidem iuvenem, sed moribus ac pietate insignem,

a) cumulavit 4. b) *deest* 3. c) retro 3. 4. d) excaecaverant 3? *ed.* e) prodeuntibus 4. f) que *deest* 4. g) congressus 4. h) iconavam 3. i) nomine 4. k) porram 4. l) favente 4. *ed.* m) prov. ad p. ter. 4. n) anne 2. o) Blakerna *h. l.* 2. p) bellum 4. q) exiere 4. r) ac *post corr.* nostri 4. s) p. f. 4, *ubi* ficte *post del.* t) suff. in c. lat. 4. u) *in marg. post suppl.* 4, *ubi* Iude *post del.* — Inde 3? *ed.* v) honeste 4. w) nostri 3. x) *superscr.* 2; in 4. y) rippam 4. z) restaurentur 3. a) applic. — turrium *des.* 4. b) quo minus 4. c) Suessionem 2. 4. d) attingerunt 3. e) obtineret 3. f) derelinquit 3. g) e. o. 4. h) narrat 3. i) victoria 3. k) paciamur *post corr.* parciamur 4. l) *deest* 3; nostris plures *ed.* m) Suessioñ 2. 4.

ad culmen imperii eligunt et sequenti dominica cum ingenti honore atque tripudio, divinis laudibus clero ac populo Ep. Bald. 1204.
acclamante, more etiam suo applaudentibus Grecis, imperiali corona insigniunt et sublimant. Universorum itaque inestimabilis erat leticia, cum ita viderent mutationem dextere Excelsi in translatione et renovatione imperii, cum ad obedientiam[a] Romane ecclesie et succursum Terre Sancte sese regia civitas devoveret, que tam diu tam potenter adversaria stetit et contradixit utrique. Hec est, que, spurcissimo gentilium ritu pro fraterna[a*] societate sanguinibus alternis[b] ebibitis, cum infidelibus ausa est sepius amicicias firmare ferales et eos mamilla diu lactavit uberrima et extulit in superbiam seculorum, arma, naves, victualia ministrando. Quid e contrario fecerit peregrinis, magis edocere sufficiunt in omni Latinorum gente exempla quam verba. Propter que et alias iniquitates innumeras, que ipsum Dominum ad nauseam provocabant, divina iusticia nostrorum ministerio eos digna ultione percussit deditque nostris terram bonorum omnium copia affluentem, fructibus opulentam, speciosam spatiosamque et cui similem non continet orbis aere temperatam. Urbe igitur sic obtenta munitaque, et universis pro personarum varietate affluenter instructis ditatisque, contendunt ad alia et ultra citraque circumiacentes occupant regiones. Morculfus usurpator imperii capitur, excecatur et ad Balduinum imperatorem adductus, de prominentissimo urbis loco precipitatus obruitur et per urbem tractus discerpitur. Nostri dum per urbem discurrunt, palatia et ecclesias spoliant tam thesauris quam sanctorum reliquiis, unde et plerique, dum redeunt, vel sanctorum pignora vel queque preciosa ad exteras devehunt regiones*. Constantinopolitane captionis fama totum Orientem circumvolans christiani nominis inimicos plurimum exterrebat. Sephadinus dominans in Damasco, Babilonia et Egypto adeo cum omnibus Sarracenis indoluit, ut maluissent occupatam esse Iherusalem a christianis quam Constantinopolim a Latinis; statimque inita treuga cum omnibus inimicis, ipse personaliter longe lateque discurrit, ut contra christianos confederet universos. De Iherosolimitana provincia tam peregrinis quam indigenis Constantinopolitanas partes adeuntibus, remanet terra illa viris et viribus pene penitus destituta. Patriarcha moritur, regisque filio[1], qui sperabatur successurus, defuncto, rex[2] quoque et regina[3] diem[c] claudunt extremum, vix aliquo remanente, qui temporaliter vel spiritualiter preesset ac prodesset preter Templarios et Hospitalarios, quorum professio est pro terre custodia stare fideliter, fortiter[d] propugnare. Tripolitanus comes[4] et rex Armenie[5] pro principatu Antiocheno contendebant, guerra utrimque fervente gravissima diuque protracta. Antiochie siquidem princeps[6], filius principis Boiamundi[e], adhuc iuvenis in frenesim versus obierat. Comes perinde, quia principis frater extiterat, de iure parentele[f] principatum videbatur exigere. Rex vero, quia filiam suam[7] princeps iam dictus habuerat in uxorem et heredem ex ea genuerat[g, 8], ius filie et heredis vendicabat, quia successione legitima paterna foret hereditas ad relictum puerum devolvenda. Antiocheni favebant comiti, patriarcha[9] regi, et ob hoc partibus sic divisis, gravis utrimque conflictatio agebatur; urbs quoque Antiochena per aliquantum temporis a rege obsessa est.

Anno Domini 1205. nostri qui Constantinopolim ceperant, cum eis hucusque[h] feliciter successisset, nunc circa feriatos[i] dies[10] pasche gravi admodum infortunio sunt afflicti. Rex Apr. 11—16.
enim Blacorum et Bulgarorum[11] cum Cumanis, Grecis et Turcis adversus eos pugnantes, Domino permittente, vicerunt, maioribus in[k] bello peremptis. Etenim cum[l] de communi consilio, exercitu tripertito, alii ad custodiam urbis capte deputati consisterent, alii sub Henrico, imperatoris fratre, circumquaque discurrerent[12], urbes et oppida nondum[m] subacta subigentes[n] vel iam subacta ne rebellarent arcentes, imperator ipse cum maioribus Andronopolim obsidebat, urbem munitam admodum et a Constantinopoli distantem quinque spatio dietarum. In hac ergo obsidione morantes, quadam die ab hostibus provocati[o], Ludovicus Blesensis[p] comes aliique nobiles, dum eos inconsulte aggressi longius persecuntur, persequentes circumcludit numerositas[q] hostium de circumpositis insidiis exeuntium, factaque miserabili strage nostrorum, imperator ipse capitur, nobiliumque quam plurimi perimuntur. Suo capite truncatus exercitus ab obsidione recedens, Constantinopolim redit. Accrescit hinc hostibus fastus et nostris confusio. Accidunt hoc anno tempestates assidue et per loca plurima profligant tam segetes quam vineta. Galterus Brenensis comes,

*) 2 *add.:* Bis sexcentenus erat annus bis quoque binus,
Quo Constantini dominantur in urbe Latini.

a) inobed., in *post eraso* 4. a*) francica 3. *ed.* b) acrius 4. c) dum 4. d) fortiterque pugnare 4. e) Boam. 3. 4. f) *deest* 4. g) *in loco raso* 2. h) f. h. 2. i) os *in loco raso alia manu* 2. k) per. in b. 2. l) con *alia manu in loco raso* 2. m) nundum 4. n) subigerentes, er *expunctis et* subige *in loco raso* 2. o) provocatus 3. *ed.* p) c. Bl. 3. q) īnumer. 4.

1) Amalrico. 2) Amalricus de Lusignan. 3) Isabella. 4) Boemundus IV, alter filius Boemundi III. principis Antiocheni a. 1201. defuncti. 5) Leo. 6) Raimundus. 7) Alicem. 8) Rupinum. 9) Petrus I. 10) Feria 5. hebdomadae paschalis, Apr. 14. 11) Iohannicius. 12) Cf. epist. Henrici imp., SS. rerum Gall. XVIII, p. 525. et saepius impressam.

cum partem Appulie plurimam occupasset et letis hucusque floruisset auspiciis, a Tibodo circumventus insidiis capitur, vulneratur, nec multo post moritur.

Anno Domini 1206. Adela regina, Phylippi regis Francie mater, Parisius obit, et ad cenobium Pontiniacense delata, sicut ipsa petierat, honorificam ibidem accipit[a] sepulturam. Iohannes rex transfretat in Aquitaniam et innumeras secum copias transvehit ad Rochelam[1], Phylippus rex et ipse cum multo apparatu concurrit, diuque in finibus illis exercitus utrimque consistunt non longe ab invicem constituti, circumposita devastantes; nec tamen aliquando mutuos iniere conflictus, donec tandem, exhaustis donariis et infecto negotio, Iohannes inefficax redire compulsus est. Otto, qui contra Phylippum de imperio diu contenderat, deficientibus a se partibus, sola ei favente Colonia, intra Coloniam consistebat. Phylippus Coloniam obsidet[2], civibus ad pugnam egressis[b], sed potenter repulsis, et Ottone fugato, Colonia recipitur a Phylippo. Nostri apud Constantinopolim, cum de Balduini imperatoris vel vita vel morte nulla fieret certitudo[3], Henricum, fratrem eius, iuvenem strenuissimum, ad culmen imperii provehunt et coronant. Hugo Autissiodorensis episcopus Romam profectus, ibidem obit. Hic extitit corde magnificus, ingenio perspicax, facondia copiosus et tam in ecclesiasticis quam in secularibus sagax admodum et peritus. Episcopales reditus multimodis[c] cumulavit augmentis. In cunctis fere episcopalibus locis edificia insignia vel de novo construxit vel diruta reparavit. Siquidem Varziacum[d] castrum[4] murorum et turrium reparatione munivit. Cumque predecessores sui domum ibidem, in quam honeste descenderent, propriam non haberent, domos geminas in modum palatiorum extruxit, tam diffusas amplitudine quam opere sumptuosas. Cumque intra castri ambitum nullum existeret molendinum, fontis qui de ecclesia oritur cursum artificiali deductione[e] retorsit et intra fossata[f] domos predictas cingentia et piscibus copiosa collegit[g]. Inde molendinum extruxit, cui novus aque[h] discursus sufficeret et multis in locis per castrum deductus multorum usibus deserviret. Sed et apud Carbinacum[i, 5] villam locum[k] de novo instituit quem Bellumreditum appellant[l], locum utique peramenum nemore circumsito et molendinis et stagnis, viridariis quoque fructiferis et domibus spatiosis[6]. Regennam[m] honestioribus edificiis insignivit. Hereticos quos Burgaros[n] vocant vehementer studuit insectari, eiusque instancia actum est, ut plerique rebus suis exinanirentur, exterminarentur alii aliique[o] cremarentur[7]. Litterali scientia preditus amansque librorum, repetebat libenter, cum sibi vacaret, ocia litterarum. Cumque ita[p] strenuus in multis existeret, sibi tamen minus[q] in aliis studuit, minus cavit. Nam in sibi subditos minus clemens exstitit eosque inmodicis exactionibus aggravavit. Erat quippe in expensis profusior, amans contubernia militum et militarium actuum solitus pompam plus prosequi, quam sacerdotali competeret gravitati[8]. Et quia in suis negociis plus pervicax et minus cuiquam cedens erat vixque se ab aliquo vinci permittebat, plures a pluribus persecutiones sustinuit, quas tamen magnanimiter tolerans et finaliter prevalens sepius obtinebat. Terram sibi subditam, etsi plerumque gravaverit, tamen, ne gravaretur ab aliquo, potenter defendit. Iudeis a Petro[r] comite de urbe[s] propulsis, sinagogam eorum in medio urbis sitam in ecclesiam commutavit duoque inibi altaria, alterum[t] in honore sancti Nicholai, alterum sancti Antonii consecravit. Erga matrem Domini devotus extitit ipsiusque ecclesiam in urbe sitam studuit honorare, ipsoque satagente crevit eiusdem ecclesie fabrica decentiore et altiore structura[9], crevit canonicorum paucitas maiore numero, crevit redituum parvitas multiplici incremento. Promiserat namque[u] quoque, quod plura conferret, nisi mors preveniens impedisset. Denique quibusdam de causis a quibusdam impetitus, urgente negotio, Romam[r] proficiscitur. Ubi cum venisset, a domino papa veneranter exceptus, paulo post morbo corripitur et[v] pluries plureque[w] confessus et penitens, intra paucos dies moritur et in Lateranensi ecclesia[10], presente domino

a) accepit 4. b) eggressis 2. c) multis modis 4. d) Narz. 4. e) reduct. 4. f) predicta *add.* 2. g) colligit 4. h) *alia manu in loco raso* 2. i) Carbinachum 4. *ed.* k) loco 2. l) appellavit 4. m) Rogennam 4. n) Bulgaros 4. *ed.* o) *deest* 4. p) itaquo 4. q) in al. minus 4. r) *deest* 4. s) *alia manu in loco raso* 2. t) altare 4. u) *deest* 4; Prom. ergo quod 2. v) et pl. *alia manu in loco raso* 2. w) *sic* 2. 3. 4, *ubi post in marg. corr.* pure; pureque *ed.*

1) La Rochelle. 2) Iam a. 1205, Sept. Oct. Tractatu vero a. 1206. Colonienses se dederunt. 3) Immo postquam Balduinus defunctus nunciatus est. V. tertiam epist. Henrici, SS. rerum Gall. XVIII, p. 529. 4) Varzy, distr. Nièvre, praef. Clamecy. Cf. Gesta episc. Autis., Duru I, p. 436. 5) Charbuy prope Auxerre versus occidentem. 6) Cf. Gesta episc. l. l. p. 434 sq. 7) Cf. ibid. p. 446. 8) Ita plane de eo in Gestis p. 432 sq. iudicatur. 9) Cf. ibid. p. 448. 10) S. Iohannis Constantiniana; Gesta p. 460.

papa et cardinalibus, cum multa honorificentia tumulatur[1]. Per eosdem dies in vigilia sancti Nicholai mense Decembrio contra naturam temporis hyemalis audita sunt thonitrua, Dec. 5. fulgura micuerunt, quibusdam etiam in locis fulminum ignibus edificia sunt incensa. Subsecuta est aquarum tanta inundatio, ut, velud abissis evomentibus aquas, flumina suos alveos pretergressa, camporum planicies occuparent, absorberent sata, molendina et edificia pleraque subruerent. Nemo etatis huius erat, qui diceret, se vidisse tante inundationis aliquando[a] illuviem erupisse.

Anno Domini 1207. Autissiodorensi ecclesie unanimi electione preficitur Willelmus[b] decanus, etate quidem iuvenis, sed morum senio prematurus. Regalia tunc[c] pervaserat regia clientela, exactionibus inmodicis universa diripiens, ea quoque confiscans, que Hugo episcopus testamento legaverat ecclesiis largienda. Electus itaque pro recipiendis regalibus destinat ad regem, nec impetrat. Post consecrationem vero[c*] suam ilico regem adit et, multo licet labore expensisque, obtinet apud eum, ut non modo predecessoris[d] sui testamentum, quod iusserat confiscari, iuberet restitui, verum etiam quicquid[e] iuris habebat in regalibus in remedium anime sue donaret Altissiodorensi[f] ecclesie, ita ut, moriente episcopo, decanus et capitulum regalia manu teneret et que de reditibus interim provenirent successuro[g] episcopo reservaret[h, 2]. Per hos dies Satellia[3], civitas munitissima et ad transfretandum in Syriam portus aptus, que christianorum, licet Grecorum, hactenus fuerat, a soldano Iconii[i] obsidetur[k] et cum multo christianitatis dampno capitur et, aliis patibulo suffixis[l], aliis in vincla coniectis, Turcorum dominio subiugatur[m]. Per idem tempus Bulgarorum heresis execranda, errorum omnium fex extrema, multis serpebat in locis tanto nocentius quanto latentius; sed invaluerat maxime in terra comitis Tolosani et principum vicinorum, ubi dum suum publice profitentur errorem, primatum et iudicium Romane ecclesie spernunt et communionem christianorum sub ea positorum declinant, dicentes, nullum sub ea vel in ipsius fide posse salvari, omnesque fidei articulos aut denegant[n] aut pervertunt, omnem omnino religionem et cultum[o] et gradum pietatemque ecclesie catholice blasfemantes, dampnantes omne genus hominum preter se solos, suorumque conventicula catholicam ecclesiam iactitantes. Quocirca de consilio domini pape Cisterciensis abbas[4] aliique abbates circiter 13 delegantur eiusdemque ordinis viri probabiles, omnes et sapientia et facundia preinstructi[p], parati ad satisfactionem omni poscenti rationem de fide, et pro fide etiam animas ponere non verentes. Egressi igitur[q] de Cistercio mense Marcio numero circiter 30, per Ararim[r] labuntur in Rodanum modicis expensis, equitaturis nullis, ut per omnia viros euangelicos se probarent. Ingressi denique quo tendebant, bini vel terni ab invicem divisi, partes illas perambulant[s], et hostes fidei sane doctrine spiculis appetentes, vix in multis milibus paucos inveniunt recte fidei professores. Alii vero, quorum erat numerus infinitus, sic suo pertinaciter inherebant errori, ut nullis veridicis acquiescerent documentis, sed tamquam aspides obsurdescerent ad voces incantantium sapienter, ne mentes dimersas tenebris penetraret audicio veritatis. Per tres itaque menses urbibus[t], villis et oppidis multo labore et sollicitudine peragratis, multisque periculis et insidiis appetiti, paucos revocant, paucos fideles repertos de fide cercius instruunt et confirmant. Affuit et cum eis quidam episcopus[5] Oximensis[u, 6] civitatis Hyspanie, vir mitissimus ac disertus[v], qui et ipse lucrandis animabus invigilans et circumquaque perambulans, de reditibus suis cibariorum emerat copiam et per loca plurima posuerat et predicatoribus verbi Dei largiter exponebat. Per id tempus Anglicana ecclesia gravi scandalo perturbatur. Defuncto namque Huberto Cantuariensi archiepiscopo, cum in eligendo pontifice dissensio[w] fieret, et alium rex intrudere vellet, quam communis electio decrevisset, adeo ira regis incanduit, ut Cantuariensem conventum extruderet et[x] ecclesiasticos reditus confiscaret; atque ita nobilis illa ecclesia[y] diu siluit admodum desolata. Interea Stephanus eiusdem ecclesie electus

a) il. al. 3. b) Guill. 3. 4. c) de 4. c*) *deest* 4. d) predecessores 4. e) quicquic 2. f) Autiss. 4. g) successore 2. h) reservarentur 3. *ed.* i) Ycon. 4. k) obsidente, *sed* dente *alia manu in loco raso* 2. l) subf. 4. m) subiugantur 4. n) d. aut *eadem manu in marg. suppl.* 2. o) culturam 2. p) perinstr. 3. *ed.* q) ergo 4. r) Ararum 4. s) perambulabant *corr.* perambulant 2. t) villis urb. 4. u) Exim. 4. v) dissertus 2. w) dissenssio *corr.* dissensio 2. x) *deest* 4. y) s. e. d. 3 *ed.*

1) Die Dec. 6. ibid., ubi eadem fere verba. 2) Cf. Gesta p. 460 sq. et diploma ibi insertum, quod noster certe legit. 3) Adalia. 4) Arnoldus. 5) Didacus. 6) Osma in Castellia vetere, haud procul a fluvio Dario.

a domino papa in pontificem consecratur, et remissus[a] in Galliam, donec cum rege Anglie componeret, iubetur inibi commorari. Hunc nuper in cardinalem dominus papa promoverat, virum quidem vita honestum preclarumque inter Parisienses magistros tam facundia quam scientia scripturarum.

Anno Domini 1208. in partibus Proventie accidit res dolenda. Nam cum in eadem regione nimis increvissent plantaria viciorum, dominus papa viros illuc destinaverat strenuos et prudentes, qui de vinea domini Sabaoht[b] avellerent inutilia et utilia propagarent. Inter[1] quos legatum statuerat contra hereticos Albigenses Petrum de Castro-novo sacerdotem et monachum, virum inter viros utique virtuosos vita, scientia et fama preclarum. Qui cum in commisso sibi ministerio proficere non cessaret, comitem Tholosanum[2] sepius arguebat, eo quod ad favendum hereticis videretur proclivior[c], et pro multis ac magnis excessibus in eum sententiam excommunicationis intorsit. Tandem apud villam Sancti Egidii[3] legatum comes convocat, plenarie se de omnibus quibus impetebatur capitulis satisfacturum promittens. Loco et die condicto conveniunt, comes iuri parere detrectat tantoque furore invehitur in legatum, ut mortem ei publice comminetur. Legatus a burgensibus, invito comite, Rodanum usque deducitur, eique duo satellites comitis se adiungunt et nocte instanti pariter hospitantur. In crastinum mane facto missa celebrata de more, dum ipse cum sociis ad transitum fluminis se pararet, unus ex satellitibus Sathane lanceam manu vibrans, ipsum inter costas posterius vulnerat. Percussus in percussorem respiciens et sepius repetens verbum istud: 'Dimittat tibi Deus, quia et ego dimitto', post multas demum orationes feliciter obdormivit in Christo. Corpus eius relatum in ecclesia sancti Egidii honorifice tumulatur. Tanti[d] piaculi fama percrebuit, et comes sententia districtiore[e] percellitur. Tota Anglia gravissimo[f] subicitur interdicto, et tam in monasteriis quam in ecclesiis, cessantibus quibuslibet privilegiis, organa leticie diutino[g] sunt suspensa silentio. Phylippus rex, collecto grandi exercitu, Aquitaniam intrat, terram vicecomitis[4] de Thoart[h.5] adhuc regi Anglie faventis peragrat et devastat, resistentes sibi munitiones quasdam funditus deicit, quasdam detentat et munit. Dum rex in hac expeditione moratur, terremotus in Iun. 13. partibus illis Idus[i] Iunii dicitur accidisse. Per eosdem dies Phylippus imperator, cum iam, rerum turbinibus in parte sopitis, quieto potiretur imperio, a quodam comite palatino[6], viro quidem potente, sed scelesto, dolose perimitur; ob hoc autem, ut aiunt, odii rancore concepto, quia Philippus filiam suam ei subtraxerat, quam spoponderat se[k] daturum. Tanto scelere perpetrato, tumultus ingens oboritur, elabitur homicida, amici Phylippi fugientem diutius persecuntur tandemque latentem repperiunt et trucidant. Fuit autem Phylippus vir moderationis eximie et equitatis amator et impensius litteris eruditus. Uxor eius[7], filia Tursac quondam imperatoris Grecorum, nimio affecta dolore, paulo post moritur. Otto, qui de imperio diu[l] contenderat, rursus in[m] imperium accersitur. Odo Parisiensis episcopus obit, vir[n] emulator virtutis et viciorum egregius insectator, qui inter cetera bona, quibus enituit, id habebat precipuum, quod in beneficiis ecclesiasticis conferendis non ad genus, non ad munus, non ad preces, sed ad mores scientiamque respiceret, nec nisi[o] dignos ad dignitates ecclesiasticas promoveret. Hinc est, quod eius studio Guillelmus ad Bituricensem[8], Gaufridus ad Turonensem[9], Albericus ad Remensem archiepiscopatum[10] promoti sunt, quorum prior Karoli-loci[11] abbas extitit, alii duo Parisienses archidiaconi sibi invicem successerunt, viri insignes ac timentes Deum honestatisque ac iusticie precipui sectatores. Ipso preterea suggerente et satagente actum est, ut dominus papa principes et populos per Gallias[p] concitaret ad debellandam[q] Albigensium hereticorum perfidiam, qui sepius attentati[r] nullatenus gladio verbi Dei poterant expugnari. Litteris itaque domini pape longe lateque directis, peccatorum remissione et penitentiarum absolutione concessa, innumerabilis multitudo fidelium concitatur, et novo more crucis se signo consignant in pectore, contra fidei desertores zelo fidei se armantes.

a) remensis 4. b) Sabaoth 3. 4. c) proclinior 2. d) Tanta 2. e) districtione 4. f) sub. int. gr. 2. g) divino 3? *ed.* h) Toart 4. i) Id. Iun. *eadem manu superscr.* 2. k) ei se 4. l) *deest* 4. m) *deest* 3. *ed.* n) vix 3? *ed.* o) nec non 4. p) Galliam 4. q) debellandum 4. r) attempt. 4.

1) Haec — *sententia districtiore percellitur* exscripta sunt ex epistola Innocentii papae, SS. rerum Gall. XIX, p. 12 (Potthast, Reg. nr. 3324), verbis eius plerumque retentis. 2) Raimundum VI. 3) St.-Gilles. 4) Aimerici. 5) Thouars, distr. Deux Sèvres. 6) Ottone. 7) Irene. 8) A. 1200. 9) A. 1206. 10) A. 1207. 11) Chaalis.

Anno Domini 1209. Guillelmus Bituricensis archiepiscopus, cum se cruce signasset, ob hoc precipue, quia provincie sue multas ecclesias et aliquas urbes heresis pestilens occupasset, dum propositum iter aggreditur, egritudine tangitur et intra quinque dies sancto fine decedit, vir religiosus et simplex et humilis, cuius vita quam accepta Deo exti- terit, signorum frequentia innotescit. Mense Maio Trecarum pars maxima gravi et subito conflagravit incendio. Mense Iunio in vigilia sancti Gervasii totum fere Altissiodorense[a] Iun. 18. forum, in ea parte que edificiis atque diviciis erat insignior atque confercior, repentina exustione vastatum est. Ipso anno de cunctis Galliarum[b] partibus, Francia, Flandria, Normania, Aquitania et Burgundia tam episcopi quam comites et barones, militum et vulgarium[c] numerus infinitus votive profectioni se preparant. Mense igitur Iunio apud Lugdunum conveniunt ex condicto, et dispositis itineri[d] necessariis, et ducibus qui preessent de communi coniventia[e] constitutis, versus Provinciam[f] iter movent, omnes cruce signati in pectore, accensis animis adversus homines pestilentes et fidei refugas pugnaturi. Adiungitur et eis Tolosanus comes, quem dominus papa per legatum absolverat, satisfactione humillima de commissis exibita. Inprimis itaque Biterris[g, 1] urbem populosam et amplam, sed fide vacuam moribusque corruptam, obsident et oppugnant eamque statim capiunt[h] captamque subvertunt. Nulli sexui vel etati parcitur, omnes a minimo usque ad maximum pariter trucidantur. Occisorum cadavera coacervant et concremant, et devorante cuncta incendio, fit vastitas circumquaque et horribilis solitudo. Vicos preterea et oppida, dum nostri percurrunt[i], vacua reperiunt, quia timore perterriti profugerant universi. Carcasonam deinde pertendunt et obsident, urbem grandem, plenam divitiis, sed viciis et erroribus plus refertam, victualium et armorum copia et tam[k] situ loci quam muris validis premunitam[l], habentem duo suburbia congesta opibus, fossatis murisque firmata. Ad hanc de circumiacenti regione multi confluxerant. Aderat et Rogerus Biterrensis[2], vir perfidus, per cuius maxime nequiciam pestilens error increverat et plures infecerat, quia

Mobile mutatur semper cum principe vulgus[3].

Hic ergo nostri cum tentoria collocassent, urbem acriter impetunt assiduosque et urgentissimos dant assultus. Ac primo suburbia capiunt, diruunt et incendunt. Videns Rogerus, quia sic invalescerent nostri, nec sibi afforet potentia resistendi, ad nostros egreditur, rogat, ut, sola suis corporum vita concessa, egredi liceat quo libuerit; vix tandem impetrat quod requirit. Egrediuntur miserrimi, et solis induti lineis[m], tam rebus quam fide vacui, dimittuntur. Rogerus sub arta custodia detinetur. Nostri urbe potiti, libere cuncta vendicant; copiarum omnium reperitur infinita congeries. Simon de Monte-forti, vir armis strenuus ac fidelis, de communi consilio urbi et regioni preficitur, et quicquid in urbe repertum est et pars exercitus sub eius dominio deputatur. His ita[n] gestis, ceteri regrediuntur ad propria. Ipso anno Iohannes Brenensis comes a partibus transmarinis electus in regem, cum multo transfretat apparatu et in vigilia[o] exaltationis sancte crucis Accon urbem applicat et in Sept. 13. crastinum uxorem ducit[p] Conradi marchionis[q] quondam filiam[4], cui regnum hereditarie Sept. 14. debebatur. Porro in dominica post festum sancti Michaelis cum favore principum et populi Oct. 4. apud Tyrum sollempniter[r] coronatur. Per eosdem dies Otto affectator imperii intrans Italiam a plerisque urbibus veneranter excipitur et, favente sibi Innocentio papa et ad promotionem ipsius modis omnibus aspirante, tandem Rome die dominica circa festum sancti Oct. 4. Michaelis imperialem benedictionem sortitur, quibusdam ab eo prestitis iuramentis super fidelitate Romane ecclesie et super regno Siculo nullatenus impugnando, que tamen ilico violat et dirumpit, ac per hoc inter ipsum et Innocentium papam gravis simultas protinus incandescit, unde fit stupor, rem[s] tantopere affectatam ipsi quoque affectanti in tantam perniciem[t] mox fuisse conversam. Nostrates, qui in Albigensi[u] et Carcassonensi provincia remanserant, multas interim paciuntur molestias. Cum[v] enim timore exercitus, qui nuper recesserat, indigenae[w] pavefacti ad sancte matris ecclesie gremium confluerent, et se velle renasci per reconciliationem, si forte in aliquo contra fidem peccassent, simulan-

a) Autiss. 4. b) p. G. 2. c) vulgarum 2. d) *eadem manu superscr.* 2; interim 4. e) connivencia *post corr.* conveniencia 4. f) Provenciam 4. g) Biternis 4. h) capiuntque subv. *post corr.* capiunt atque subv. 4. i) precurrunt *eadem manu corr.* percurrunt 2. k) et transitu 3? *ed.* l) peremun. *corr.* premun. 2. m) indutis 3? *ed.* n) itaque 4. o) gloria 3? *ed.* p) ducens 4. q) malchionis 3. r) cor. soll. *corr.* soll. cor. 2. s) stuporē tant. 2. t) perniciam 4. u) Albiensi, *superscr.* g 2. v) Qui 4. w) *sic* (ae) *h. l. et raro alibi* 2; indigne 4.

1) Beziers. 2) Vicecomes. 3) Claudian. de quarto cons. Honorii v. 302. 4) Iolantham.

1209. tes, semper et[a] ubique agninam faciem pretendebant, lupinam interius rabiem palliantes. Sed se ipsam non cohibens interioris veneni malicia diu latere non potuit. Nam cum nostros, utpote incautos et[a] simplices, sibi credere et ab eorum malicia sibi minime conspicerent precavere, per castella clanculo discurrentes, subripere munitiones festinant et[a] tam milites quam servientes ad castrorum custodiam derelictos captivant alios, alios necant, quam plures etiam aurium et narium cum labro superiori vel aliorum membrorum detruncatione deformant. Eos autem qui munitiones obtinebant machinationibus huiusmodi deludebant: Boves et oves seu quelibet animalia saccosque stramine repletos et paleis in strata publica ante oppida deponentes, insidiabantur in abscondito quasi leo in spelunca sua, ut, si forte horum concupiscentia abstracti[b] et illecti egredi presumpsissent, sedentes in insidiis incautos diriperent et occiderent innocentes. Sane quante sint[c] crudelitatis et quod parcant nemini nec religioni deferant nec etati, ex his que perstringimus satis liquet. Cum quidam Cisterciensis ordinis abbas[1] provecte etatis, mire simplicitatis, cum suo monacho et converso pro quibusdam negociis iter ageret, casu incidit in insidias impiorum, in quem continuo lupina[d] rabie debachantes, quinque letalibus inflictis vulneribus, mortuum abiecerunt. Converso quoque eius variis cruciatibus interempto, monachum diversis macerantes vulneribus et proprio sanguine volutatum in arena media reliquerunt, mortuum estimantes; vivus tamen per Dei gratiam inventus[e] et delatus Carcassonam, tandem sanatus est, abbate et converso in maiore ecclesia civitatis eiusdem honore quo decuit tumulatis. Sane vitam abbatis et[f] meritum ostendit latens ad carnem cilicium in obitu patefactum. Porro in quodam oppido[2] erant preter indigenas capellanus unus, milites sex multa prediti probitate cum servientibus quinquaginta. Erat ei[g] vicinus quidam de indigenis potens nimis Giraudus de Pipio, qui nostris dextras dederat, ab eis in familiaritatem receptus. Hic ipsa domi-
Dec. 26. nice nativitatis die postera tanquam proditor et periurus[h] cum armata multitudine repente irruit in incautos. Cumque non posset eos ad libitum obtinere, blandis promissionibus de munitione arcis, in qua continebantur, eos extrahere procuravit, iuramento se obligans, quod cum armis et equitaturis totisque mobilibus liberos abire permitteret et usque ad suos secure conduceret. Eadem nocte ad mensam eos propriam recepit, sed post mensam Iudam[i] illis alterum[k] se ostendit. Nam cunctis, tam militibus quam servientibus, capellano etiam[l] primo rebus omnibus spoliatis, in turris[m] imo deposuit universos; postmodum autem eductis militibus, ceteris ibi capellano et servientibus derelictis, ignem et paleas lignaque quam plurima superiecit, desuper clamantibus eius ministris et beate Marie crebrius exprobrantibus in hunc modum: 'Ah meretrix domina sancta Maria'. Post paululum iterum super turriculam ascendentes, explorant, utrum miseri animas exalassent; quos cum necdum mortuos invenissent, ignem iterum cum lignis et paleis iniecerunt, beatam virginem iteratis blasphemiis impugnantes. Hii[n] itaque huiusmodi ludibria experti et tormenta, in vinculis et carcere triduo permanserunt, ignis quidem attacti incendio, sed non usti[o]. Nam
cf Luc. 1,35. cf Es. 4,6. virtus Altissimi obumbravit illis, et beate Marie virginis castitas fuit illis in velamento diei et in umbraculo caloris ab estu. De servientibus quidem sic. Porro milites, quos ad explendam seviciam reservarant, captivos adducunt, duos ex illis ceteris preminentes eductos extra castra penis et iniuriis Christum dominum fidemque catholicam abnegare compellunt. Tandem persistentes in fide pollicibus propriis exoculant, auriculas radicitus amputant, nares insuper et labium superius detruncantes, semineces reliquerunt[3]; quorum altero nimietate doloris extincto, alter vivus repertus est. Denique Fussensis[4] comes[5], non princeps, sed proditor perfidus et periurus, rupto federe, quod nostris fecerat, filioque proprio[6], quem unicum[7] habebat, obside derelicto, reversus est ad vomitum, hereticam pravitatem catholice preferens puritati. Castrum quoddam fortissimum[p, 8], quod quorundam puerorum

a) etiam 3? *ed.* b) astracti 4. c) *post* crudel. *alia manu superscr.* 2. d) lupana 4. e) est *post add.* 4. f) ost. et mer. 4. g) eis 3. *ed.* h) periurius 4. i) viduam 4. k) *deest* 4. l) et 4. m) *in marg. post corr.* carceris 4. n) Hii *corr.* Hi 2. o) adusti 4. p) munitissimum 2.

1) Elnensis abbatiae; cf. Petrum de Valle Sarnaii c. 30, SS. rerum Gall. XIX, p. 27. 2) Podio-Soriguer (Puisserguier prope Beziers); cf. Petrum c. 27; ex cuius Albigensium infestissimi narratione probatur, haec omnia esse supra modum invidiosis catholicorum mendaciis depravata. 3) Minime; sed Geraldo a castro fugiente, ab adveniente comite Montis-fortis illaesi reperti sunt. 4) Foix. 5) Raimundus Rogerii. 6) Aimerico. 7) Minime. Maiorem natu habebat Rogerium Bernardum II. 8) Pressanum; Petrus c. 32.

nobilium fuerat custodie mancipatum, invasione clandestina, indigenis[a] eum recipientibus, 1209.
subintravit. Pueros autem, qui municiones arcis obtinebant, primo blandiciis attentans extrahere, sed non valens, tandem inedia compellente obtinuit, prius tamen prestito sacramento[b], quod eos cum omnibus suis usque ad suos conduci faceret liberos ac securos. Sed proh dolor! cum[c] eius presentie fuissent oblati, precepit eos ilico iugulari. Cabaretum[d.1] preterea castrum inexpugnabile, non procul a Carcassona[e] situm, ubi plures[f] ex his quos perfectos vocant confluxerant, nostris erat invisum penitus et infestum. Tot et tantis obsitus angustiis princeps virtutis Simon de Monte-forti, fide munitus et armis, viriliter agebat in omnibus, fideles fovens et[c] protegens et fidei inimicos omnimodis execrans et insectans.

Anno Domini 1210. grandis iterum fit motio nostrorum tam episcoporum quam procerum et vulgarium. Erat enim peregrinatio ista celebris et votiva, tum propter zelum fidei fidelium animis accensum adversus fidei corruptores, tum propter penitentiarum remissionem a sede apostolica repromissam. Accedentes igitur adunato exercitu, Minerbiam obsident, castrum munitissimum non longe a Carcassona[e] situm et nostris infestum. Obsessi denique ad dedicionem se offerunt; cumque daretur omnibus optio, ut qui ab heresi resipiscerent immunes evaderent, reperti sunt usque ad 180 circiter[2], qui maluerunt incendio concremari quam ab heretica pravitate converti. Obstupuerunt videntes tam irrevocabilem miserorum pervicaciam, qui rationis obturbato iudicio, nec[g] monitis salutaribus cederent, sed ad supplicium spontanei festinarent. Nec est ulli fidelium ullatenus ambigendum, quin tales diaboli martires post temporalem flammam statim transeant ad eternam. Ad aliud deinde castrum obsidendum accedunt, quod Terminos vel[h] Termas[3] vocant, accessu difficile, in rupe prominenti superiectum[4], et quod vel petrariis vel aliquibus vix posset machinis expugnari[i]. Illic ergo multis diebus detenti sunt. Signum quod interim accidit non debet sileri. Cum enim ad implenda fossata contenderent, peregrinus quidam ramalia collo deferens, in fossatum proiecit; unus de balistariis castri hoc intuens, intorquet spiculum de balista, peregrinum ferit ubi signum crucis gerebat in pectore, spiculum tamquam in saxum percuciens longius resilit repercussum. Peregrinus pre stupore concidit, sed consurgens nullam in se conspicit vel diruptionem vestis vel corporis lesionem. Accurrunt et mirantur omnes videntes incolumem, quem estimaverant prostratum ad mortem. Fuit hoc signum eo cercius[5], quo celebrius. Multa quidem et signa alia celitus contigerunt, que tamen nos preterimus, dum brevitati studemus. Predicti castri habitatores, longe[k] obsidionis pertesi, noctu[l] temptantes fugere, sed a nostris excubantibus comperti, intercipiuntur, et quotquot reperti sunt gladiis obtruncantur[m]. Otto imperator Innocentium papam, quia se excommunicaverat, omnimodis inquietat, castra eius pervadit et diripit et ad regnum quoque Siculum pervadendum contendit, et sic invicem eventu vario et longa concertatione confligunt. Henricus Constantinopolitanus imperator, exercitu congregato, Grecias pervagatur, resistentes[n] sibi subicit, subiecta pacificat et dicionis sue terminos circumquaque dilatat. Erant per idem tempus quidam scioli litterarum in Francia, sed pestilentis doctrine, clanculo discurrentes et vana quedam et impia dogmata fideique omnino contraria latenter plurimis susurrantes, et nisi prevenisset eos virorum prudentium cauta sagacitas, plures in baratrum perfidie demersissent[o]. Nam de communi episcoporum consilio missi sunt qui actus eorum sagaciter explorarent; per quos comperti et detecti captique et adducti Parisius, custodie mancipantur. Erant autem numero 14, quorum erant aliqui sacerdotes curam animarum habentes, quibus fecerat favorem ad populum fucata[p] speties honestatis et vite gravitas[q] superducta. Congregato igitur episcoporum concilio, assidentibus magistris Parisiensibus[r] propalantur eorum ineptie, omniumque iudicio reprobantur et iudicati heretici exponuntur publice potestati. Ex quibus decem traduntur incendio, reliqui quatuor murali[s] reclusione dampnantur[6]. Affuit tali spectaculo innumerabilis hominum multitudo; nec sine fructu hoc

a) genis *alia manu scr.* 2. b) eum *ins. sed del.* 2. c) *deest* 4. d) et baretum 4. e) Carcasona 4. f) pluries *corr.* plures 2. g) non 4. h) non 3. *ed.* i) impugnari 4. k) pert. l. obs. 2. l) nocte 2. m) excubantur 4. n) insist. 4. o) dimers. 4. p) fuscata 4. q) gratia *corr.* gravitas 3. r) Parisieñ 2; Parisiensis 3; Parisiensis *post corr.* Parisiensibus 4. s) mirabili 4.

1) La Cabarette. 2) 140 *vel amplius* Petrus c. 37. 3) Termes prope Carcassonne. 4) Eisdem ferme verbis Petrus c. 41. castrum describit. 5) Non verum est. Petrus l. l. narrat duo alia miracula, scilicet quod duo obsidentium milites balistis occisi sint. 6) Cf. Caesar. Heisterbac. Dial. Mirac. V, 22. ed. Strange I, p. 304; Guill. Britt. ad a. 1209, SS. rerum Gall. XVII, p. 83 sq.

1210. actum est, quia inde et area Domini mundata est eventilando zizania[a], ne[b] fidelium fruges corrumperent, et plerisque timor incussus est et repressa temeritas, ne novis adinventionibus inhererent. Habuit autem initium hec adinventio profana verborum a quodam nomine Amaurico[c], quem non longe ante defunctum iudicaverunt anathemate percellendum, feceruntque corpus ipsius a tumulo erui et velud hostem fidei extra[d] locum fidelium procul poni. Librorum quoque Aristotilis qui de naturali phylosophya inscripti sunt, et ante paucos annos Parisius ceperant lectitari, interdicta est lectio tribus annis, quia ex ipsis errorum semina viderentur exorta.

Anno Domini 1211. maiorum et minorum de Francia fit iterum grandis profectio[e] adversus hereticos Albigenses, et coacto in unum exercitu, Lavallis[1] oppidum obsident, omni genere[f] munimenti firmissimum, sed heretica impietate omnimodis depravatum. Nusquam sic evidens a fide discessio, nusquam sic ritus catholicus videbatur abolitus. Hic ergo nostri contra fidei hostes vehementer assultant eosque fortiter impetunt et cohartant. Sed interim dum in hac obsidione morantur, nostrorum numerosa caterva iuxta castrum quod[g] Monsgaudii[2] dicitur transiens intercipitur[d], et pro fide decertans, ab hostibus fidei trucidatur. Ad declarandum eorum meritum lux celestis emicuit, et globus ignis super corpora prostratorum visus est descendere, videntibus hoc plurimis et herentibus[h] pre stupore. Advenerunt episcopi, abbates et clerici ordinum diversorum ibique cimiterium dedicant, et defunctorum fidelium corpora officiosissime curantes, ea qua decuit pietate sepeliunt. Hiis ita gestis, habitatores Lavallis, dum nostrorum impetum[i] ferre non sustinent[k], ad eorum libitum sese dedunt. Nostri castro potiti, cunctis arma detrahunt et in loco reponunt tutissimo. Reperti sunt circiter 74 milites, qui omnes suspendio periere vel gladio. Rogus ingens extruitur, datur omnibus optio, aut ab errore resipiscere, aut incendio deperire. Repertus est multus eorum numerus, quos erroris pervicatia sic tenebat, ut mallent comburi quam fidem catholicam profiteri. Qui omnes se mutuo cohortantes, rogum accensum ultronei subierunt. Domina castri Girauda nomine, que de fratre vel filio se concepisse dicebat[3], proiecta est in puteum, et acervus lapidum superiectus. Victualium et opulentiarum quarumlibet immensa illic copia reperta est. Eodem anno apud urbem Lemovicas[l] matrona quedam nobilis virum habens, gravi infirmitate decumbens, occubuit, et peractis obsequiis, sudario involuta, iuxta morem fidelium servabatur, cum ecce subito de morte resurgens, stuporem ingerit universis, dicens, beatam sibi apparuisse[m] Mariam Magdalenam sibique tetigisse labia, seque ita spiritum resumpsisse. Quocirca, ut gratias referret, in festo eiusdem sancte Vizeliacum veniens cum plurimo comitatu, sudarium, quo fuerat obvoluta, detulit ad altare, secum adductis testibus plurimis tam sue resurrectionis quam mortis. Reimundus[n] Tholosanus comes, cognito quod faveret[o] et foveret hereticos, cunctis ad diripiendum exponitur tanquam refuga fidei et publicus hostis ecclesie iudicatus.

Hucusque[p] perduxit chronica[q] sua frater Robertus, vir[r] in hystoriarum noticia singularis.

CONTINUATIO I.

codd. 1. (2)[4]. 3.

Anno[s] Domini 1214. Philippus rex Francorum expugnat Othonem imperatorem Alemannorum, Ferrandum comitem Flandriarum, Renaldum comitem Bononiensem et multos comites ac principes. Intercipit dictos comites cum aliis multis, dicto Othone sibi consu-
Iul. 27. lente per fugam, inter Tornacum et pontem Bovinum[t] dominica die post festum beate Magdalene[u]. Ipsa[v] die consecratus est Willelmus, filius Walterii[w] camerarii, in episcopum

a) et ziz. 2. b) nec 3. c) Amaurrico 2; Amauricio 3. d) *deest* 4. e) pfeccio 4. f) genery 4. g) *e corr.* 2; q̄ (que) 4. h) *in loco raso alio atram.* 2. i) impeturus nostr. 4. k) sustinerent 3. *ed.* l) Lemovicam 4. m) *post* Magdal. *superscr.* 2, *ubi* apparuisse *et alia quaedam in marg. erasa.* n) Raim. 3. *ed.* o) f. et *des.* 4. p) *haec des.* 3. q) cronicam suam 4. r) vir — singularis *des. ed.* s) *haec continuatio post secundam scripta est* 3; Anno — Magdalene *in* 2 *non leguntur.* t) Boviñ 1; Bovinarum 3. u) Marie Magd. 3. v) Eodem 2, *ubi haec* — Meldensem *inserta sunt cont. II. infra p.* 280. w) Galterii 2.

1) Lavaur super Agout fl., distr. Tarn; a Petro c. 50. Vaurum dictum. 2) Montgey prope Puy-Laurens. Cf. Guill. Tudel. v. 1580 sqq. ed. P. Meyer II, p. 87; 'Hist. de la guerre des Albigeois' c. 20, SS. rerum Gall. XIX, p. 138 sq. Erat caterva Alemannorum. 3) Nibil mali nisi *heretica pessima* de ea dicit Petrus c. 52, sed eam necatam esse, ut noster tradit, confirmat. 4) In cod. 2 omnia fere quae in hac continuatione leguntur continuationi II. inserta sunt, omissis tantum iis, quae ibidem iam aliis verbis narrata erant.

Meldensem. Ipsa[a] die villa que dicitur Pons-super-Icaonam[b. 1] igne fulmineo consumitur. [Airardus[c] de Rameruco[2] duxit[d] uxorem[e] Philippam, filiam Henrici regis Iherosolimitani et comitis Trecensis].

Anno[f] Domini 1215. Innocentius papa celebrat concilium generale in ecclesia Salvatoris que appellatur Constantiniana mense Novembri. Obit magister Lotherus archiepiscopus[g] Pisanus.

Anno Domini 1216. [grave[c] incendium vastat forum Autisiodorense cum ecclesiis sancti
Eusebii et sancti Amatoris die Mercurii post penthecosten]. Innocentius[f] papa moritur Iun 1.
Perusinum[h] dominica precedente festum beate Magdalene[i]; sepultus est in ecclesia sancti Iul. 17.
Laurentii Perusinum[h]. [Moritur[c] Iohannes rex Anglie, Henricus imperator Constantinopolitanus, Guido dominus Borbon.[k]]. Centhius[l] Sanctorum Iohannis et Pauli presbiter
cardinalis fit papa et Honorius appellatur. In quindena pasche sequentis idem papa coro- 1217.
nat Petrum comitem Altisiodorensem et Yolen, uxorem eius, ad imperium Constantinopolis Apr. 9.
in ecclesia sancti Laurentii extra muros[3]. [Turres[c. 4] ecclesie sancti Stephani Autisiodorensis miraculose sine alicuius hominis lesione corruerunt[m] hora nona dominica adven-
tum dominicum precedente[n]. Ipso anno fit ventus vehemens per totum regnum Francie[o] Nov. 26.
diruens ecclesias, domos, eradicans[p] arbores infinitas]. Moriuntur[f] ipso anno Philippus Belvacensis et Renaldus[q] Carnotensis episcopi.

Anno[f] sequenti moriuntur Otto imperator, Hugo dux Burgundie, Simon[r] comes Mon- 1218.
tis-fordensis[s], Giraudus archiepiscopus Bituricensis. Willelmus[t] Bituricensis quomdam archiepiscopus sanctorum cathalogo associatur. Rex Hungarie[5], dux Austrie[6] et multi potentes morantur[u] in partibus transmarinis, ubi nimis modicum[v] hactenus[w] profecerunt. Herveus[x] comes Nivernensis, Petrus Parisiensis et Walterus Eduensis[7] episcopi et multi prelati et nobiles mare intrant Iherosolimam profecturi. Gravis[y] dissensio est inter dictum Airardum[8] et Blancham comitissam Trecensem[9]. Aurelianis[z] graviter conflagratur. Stephanus archiepiscopus Cantuariensis in Angliam redit cum gratia apostolica et recipitur cum honore. Robertus episcopus Aniciensis[a] exulat apud Pontigniacum[b]. Iterius dominus Tociaci[10] Iherosolimam pergit et Ansericus, germanus eius, cum eo.

ADDITAMENTUM

codd. 1. 3.

Anno[c] Domini 1223. factum est diluvium in territorio Altissiodorensi apud villam que dicitur Iranci[11], quod domos diruit[d], homines et peccora et ecciam mulieres cum pueris suis in cunabulis ad refugium super torcularia fugientes cum ipsis torcularibus cursu rapidissimo[e].

a) Ipsa — consumitur *in 2 non leguntur.* b) Icaoniam 3. c) *uncis inclusa eadem manu in marg. scripta* 1, *in* 2 *cont. II. infra addita sunt; in contextu* 3. d) ducit 2. e) in u. 2. 3. f) *in* 2 *haec infra cont. II. inserta.* g) archi *eadem manu superscr.* 1. h) *ita* 2; Perusiñ 1. 3. i) Marie Magd. 2. k) Borboñ *codd.* l) Chintius 2, *ubi haec* — extra muros *cont. II. addita, ibidem deleta et iterum in marg sequentis folii scripta sunt; v. p.* 281 *n.* k. m) corruunt 2. n) precedentis 3. o) Franc̃ 1. p) et er. 2. q) Reignaldus 2. r) S. c. M. f. *non leguntur in* 2. s) fordeñ 1; fortis 3. — Giraldus 2. t) Willelmus — associatur *non leguntur in* 2, *post* profecerunt *scripta* 3. u) redeunt et (?) *corr. eadem manu* morantur in 1; rantur *post. manu in loco raso* 2. v) modice 3. w) *eadem manu superscr.* 1. x) Herveus — profecturi *non leguntur in* 2, *sed vide p.* 283 *n.* k. y) Grandis 3, *ubi haec* — Trecensem *ante* Herveus *leguntur; haec usque ad finem in* 2 *cont. II. infra p.* 283. *n.* d. *inserta sunt.* z) Aurelianus 2. a) Annic. ep. 2. b) Pontign 1; Pontiñ 2. c) *haec manu G p.* 326. *scripta* 1; *eadem manu* 3. d) di *erasum* 1. e) abduxit *add. ed ; hic desinit* 3; *in* 1 *variis manibus quatuor notae additae sunt, quas vide ap. Lebeuf, 'Mém. d'Auxerre' II, 'preuves' p.* 261 *sq.*

1) Pont-sur-Yonne, infra Senones. 2) Rameru prope Arcis-sur-Aube. 3) Sic fere in catalogo pont. et imp. Hugonis a S. Victore continuato supra p. 224 n. 1. 4) Cf. Gesta episc. Autis., Duru I, p. 475. 5) Andreas II. 6) Leopoldus VI. 7) Augustudunensis. 8) de Brienne, dominum de Rameruco. 9) Uxorem Theobaldi III. comitis Campaniae, quae pro filio comitatum regebat. 10) Toucy, praef. Auxerre. Cf. Oliv. Hist. Damiat. c. 10 (ed. Eccard). 11) Irancy ab Autissiodoro versus meridiem et orientem.

CONTINUATIO II.

codd. 2. 3. 4. 4[a].

1211. Currente adhuc anno Domini 1211. moritur virgo venerabilis Alpais de Cudo, de qua[a] quoniam[b] superius[1] multa dicta sunt, hic eius obitum tetigisse sufficiat. In[2] Hyspania quidam presbiter nocte dominice nativitatis mulierem incurrit; cumque missam primam nec contritus nec confessus celebrare presumpsisset et peracto sacramento orationem dominicam decantasset, subito columba cum impetu advolans, rostro misso in calicem, quod inerat totum absorbuit, et hostiam de manibus presbiteri rapiens, evolavit. Simile et in secunda missa contigit. Tunc demum presbiter ad cor suum reversus[e], quendam discretum adiit sacerdotem, cui crimen quod commiserat devote confessus, accepta penitentia, reversus est. In tercia igitur missa post orationem dominicam tercio columba rediit, et rostro misso in calicem, quicquid inde tulerat totum refudit, ac duas hostias ad pedem calicis deponens, protinus evolavit. Hinc aperte colligitur, quanti meriti sit apud Deum devota confessio. cf Chr. Laud. Ferrandus alienigena ex partibus Portugalensibus accipit uxorem Iohannam[d] iam nubilem, cui, mortuo patre suo Balduino, quem supra diximus imperatorem fuisse Grecorum, hereditario iure Flandrensis comitatus obvenerat. Hoc autem apud regem Francorum matertera[3] Ferrandi per pecunias, ut dicitur, procuravit, que quondam in coniugium venerat Phylippi illustris comitis Flandriarum.

Chr. Laud. De[c] victoria Hyspanie. Anno Domini 1212, mense Iulio habita est in Hyspania miraculosa victoria de paganis. Convenerat enim cum rege Carthaginis multitudo maxima paganorum adversum regem Castelle Alphunsum[f], qui illustres reges, Arragonum scilicet et Navarre, in auxilium secum habens[g], totam illam Sarracenorum multitudinem in virtute christiane fidei disconfecit. Significavit ergo per litteras isdem Alphunsus domino Innocentio pape belli tocius eventum et victorie veritatem, asserens, quod vix inventi sunt cecidisse viginti quinque homines aut ad plus triginta de exercitu christiano, cum ex parte adversa ceciderint plus quam centum milia paganorum. Asseruit etiam[h] idem rex, quod, cum post bellum in castris gentilium moraretur cum suis, ad omnia que coquenda erant non aliis lignis usi sunt christiani quam sagittis tantum[i] et lanceis paganorum, et earum[k] in illis usibus non plus quam medietas est consumpta. Cumque exercitus Dei in victualibus et aliis fere deficeret propter longam moram factam in locis desertis, ibidem tantam invenerunt ciborum, armorum, dextrariorum et aliorum iumentorum copiam, quod accipientes singuli pro sua ex his omnibus voluntate, plus reliquerunt ex magna habundantia quam ceperunt. Fuerat enim numerus Sarracenorum, qui venerant in prelium, centum octoginta quinque milia equitum, peditum vero non erat numerus, prout ex vera relatione ipsorum qui capti fuerant est compertum. Post[l] paucos dies in captione Ybede, que est civitas magna, munita et fortis, perierunt 60 milia paganorum, quorum quidam occisi sunt, quidam vivi retenti in obsequium christianorum et monasteriorum, que fuerant in Marchia reparanda. Hoc anno nimia fuit siccitas, nec tamen caristia fuit panis aut vini seu fructuum. De[c] fratre Roberto. Eodem anno moritur felicis memorie frater Robertus, horum[m] actor egregius cronicorum. Hic egregie litteratus, sed eloquens erat impense et in hystoriarum[n] noticia nulli temporis sui secundus. Sacram vero scripturam mirum in modum in promptu habebat, paratus semper omni poscenti reddere rationem, ita quod mirabantur omnes de his que procedebant de ore eius. Gratiosus et amabilis intuentium oculis apparebat, in ipso exteriori vultu preferens interioris hominis puritatem. Metiebatur ex sua simplicitate alios, et tocius suspicionis expers, contra pessimum illud vicium sepius opponebat, quod Seneca dicit[4]: *Amicum fidelem, si credideris, facies.* Nam quidam docuerunt fallere, dum timent falli, et illi ius peccandi suspicando fecerunt. Zelo iusticie fervens, peccati genus quodlibet[o] perfecto odio abhorrebat, sapientis[p] consilio Eccl. 17,23 acquiescens dicentis: *Nimis odito execrationem,* id est peccatum, quod est opus execrabile. Verumtamen peccatorem conversum, quantumvis enormiter deliquisset, miro diligebat affectu et affatu mitissimo refovebat, sciens nimirum, quod vera iusticia compassionem habet, falsa vero dedignationem. Erat enim valde compatiens et super penitentes seu quolibet casu afflictos pia gestans viscera. Satagebat per omnia servare unitatem spiritus in vinculo pacis et discordie incentores persequi non cessabat, non ignorans, quod iuxta Salo- Prov 6, 16 19 monis sententiam illum Dei anima detestatur, qui seminat inter fratres discordias. Erat preterea verax et constans in verbis, strenuus in divinis officiis, parcus et temperans in sumendis necessariis[q], in consilio circumspectus, discretus in penitentiis iniungendis. Denique cum tot bonis moribus eniteret, admirandus tamen et imitandus extitit maxime in duobus, videlicet in humilitate mentis et corporis castitate; nam supra modum pre nimia humi-

a) quo 3. b) quam 4. c) revertens 4. d) Iohannem 3. e) *sic rubro in marg.* 2. f) Alphymsum *post corr.* Alfonsum 2. g) *deest* 3; h. s. 4. h) *deest* 4. — isdem 4. i) *deest* 3. k) eorum 4; *deest* 3. l) Per 4. m) horum — cronic. *erasa* 3. n) erat *add.* 4. o) quolibet 3. p) c. s. 2. q) beneficiis 4.

1) p. 243 sq. 2) Haec etiam apud Bald. Ninov., SS. XXV, p. 539, leguntur. 3) Mathildis. 4) Epist. ad Luc. 3.

1212. litate corporis sui negligens extitit et contemptor et, divina se protegente gratia, virgo creditur obiisse. cf. Chr. Laud. In diebus illis suscitavit Dominus inimicum Othoni, qui dudum ob multiplices suos excessus ab Innocentio papa sentenciam depositionis exceperat. In tempore enim illo, anno scilicet quinto decimo post mortem imperatoris Henrici, venit latenter in Theutoniam[a] Fredericus Appulus adolescens, filius ipsius Henrici et Constancie regine Appulie. Hic igitur Fredericus ab Innocentio papa missus est ad archiepiscopum Magontinum[1], a quo et a quibusdam aliis tam episcopis quam principibus venerabiliter est susceptus. Cumque postmodum venisset apud Vallem-coloris, quod est castrum Lotharingie super fluvium[b] Mosam situm, rex Francorum Phylippus misit illuc cum multis regni sui heredem et filium Ludovicum, ut mutuam hinc inde confederationem inirent in depressionem Othonis. Firmata est igitur iuramento confederatio inter eos. Cumque recessissent ab invicem, Fredericus apud Magonciam coronam regni Theutonie in festo beati Nicholai[2] suscepit. Dec. 6.

Anno Domini 1213, 7. Idus Aprilis[3] Phylippus rex, convocata apud Suessionem multitudine procerum regni sui, habuit tractatum cum eis de exercitu ducendo in Angliam. cf. ib. Apr. 7. De[c] navibus regis abductis. Advocaverant enim eum proceres Anglicani, ut veniens pugnaret bella Domini, ultionem sumpturus de rege eorum facinoroso Iohanne, qui preter impuritates et tyrannides[d] multas, quas fecerat, per quinque annos et eo amplius et se excommunicari et regnum suum permiserat interdici ob causam superius[e,4] memoratam. Apr. 14. Chr. Laud. Post pascha autem cum rex Francorum et principes sui magnam multitudinem navium preparatam armis et aliis victui necessariis onerassent, prevenientes quidam docti ad navale prelium, missi a rege Anglie, sine multo conflictu multitudinem illam navium fere totam, nunc multas, nunc plures, tandem septingentas insimul abduxerunt; precipuus vero actor et dux eorum in navibus abducendis fuit Reignaudus[f] comes Bolonie. Hic a facie regis Francorum fugiens, tunc cum rege Anglie morabatur, sed post cum Ferrando comite in Flandriam navigavit. Paucas autem naves, que remanserant apud Dam, qui est portus Flandrie, unde abducte fuerant septingente, iussit rex in ira et indignatione comburi. Sed et villam ipsam, que in portu est, distans a Brugis per leugam, iussit tradi incendio, eo quod incole loci ipsius comperti sunt irruentes Anglos ad hoc nutibus et signis et opertis[g] consiliis adiuvisse, ut tenerentur et Franci, qui apud[h] eos pro custodiendis navibus morabantur. Rex igitur, proposito navigandi in Angliam intermisso, et acceptis ex civibus Flandriarum obsidibus, remeavit in sua. Porro Ferrandus, perditis duobus castris, Sancto scilicet Audomaro et Aria, que filius regis occupaverat Ludovicus, perdita etiam benivolentia regis, eo quod a rege Anglorum donaria sibi missa receperat, fugit in Angliam, et confederatus eidem, reversus totam fere Flandriam sine multo labore recepit, licet rex in sua remeans ex ea, ut diximus, secum obsides abduxisset. Facta est igitur magna concertatio inter regem et ipsum, fovente eum rege Anglie, qui ei in usus guerre[i] procurabat expensas. Per idem vero tempus, quo disponebat rex navigare in Angliam, cf. ib. recepit in gratiam et in coniugales affectus legitimam suam Ingelburgem[k] reginam, que per annos 19 repulsa, multo tempore apud Stampas in tenui victu et arta custodia transegerat dies suos. Paucis postea evolutis diebus, in ipsa scilicet estate, Stephanus Cantuariensis archi- ib. episcopus permissus est venire in Angliam[l] et fungi in omnibus sibi debita dignitate. Vexatio namque dederat regi Anglie intellectum, ut intelligeret tandem, quod odio esset omnibus, tum propter vitam impuram, qua se ipsum polluerat, tum propter seviciam multam, quam exercuerat in subiectos, tum propter excommunicationis et interdicti sententiam, quam per quinque annos passus fuerat et se et[m] regnum suum involvi. Vidit enim, quod ad suggestionem suorum parata esset milicia Gallicana, ut ad punienda[n] scelera, que committere non expavit, faceret irruptionem in Angliam, et[o] eum a dignitate regia et a regno tanquam infidelem, flagiciosum et impium exturbarent[p]. Timuit ergo timore magno, videns se omnibus auxiliis destitutum. Cernens igitur manifeste, quod iam erat in periculo honor suus, universis quos leserat satisfecit. ib Placavit sibi papam muneribus, principes mansuetudine, archiepiscopum indulgentia revertendi. Obtinuit a papa a vinculo excommunicationis absolvi, recognoscens et accipiens regnum suum ab eo, ei[q] mille marchas[r] in recognitionem annis singulis soluturus, septingentas scilicet ex Anglia, trecentas vero[q] ex Hybernia, quam sibi excommunicationis sue tempore subiugavit. Facte sunt igitur due insule, Anglia scilicet

a) Theut(h)onicam 3. 4. b) M. fl. 2. c) *sic minio in marg.* 2. d) tyrannidis 4. e) superioris *post in marg. corr.* superius 4. f) Reginaudus 4. g) et o. *des.* 3; opertis *post corr. in marg.* oportunis 4. h) a. e. *des.* 4. i) genere *eadem manu in marg. corr.* guerre 2. k) Inbelburgem 3. l) *in loco raso* 2. m) se regnumque 3; in *post corr.* et in se et in r. 4. n) puniendum *eadem manu corr.* punienda 2. o) ut 4. p) *ita* 2. 3; exturbaret 4. q) *deest* 3. r) argenti *add.* 2; *quod nec in Chron. Laud. legitur.*

1) Sigefridum II. 2) Potius die Dec. 9. 3) *in ramis palmarum* Chr. Laud., quae fuerunt ipso die Apr. 7. 4) A. 1207, p. 271.

Chr. Laud. 1213. et Hybernia, de feodo[a] sancti Petri. Porro pridie[b] Idus Septembris sequentis, feria scilicet quinta infra De[c] morte regis Arragoni[d]. octabas nativitatis beate Marie, commissum est bellum inter hereticos et fideles apud Murellum, quod est castrum non longe a civitate Tholosa[e]. Faverant autem Tholosani hereticis, habentes secum Petrum regem Arragonum, qui venerat in adiutorium sororii sui, scilicet comitis Tholosani. Displicuit igitur Domino via eius, eo quod hereticis preberet auxilium et eorum protectori[f] amicicia iungeretur. Unde cum in[g] ipso conflictu bellico multi hereticorum occumberent, et ipse occubuit inter multos; et cum eorum qui ex parte infidelium ceciderunt[h] multitudo fuerit magna valde, ex parte fidelium unus[h] tantum miles repertus est cum paucis aliis cecidisse. Eodem anno venit rex Iohannes ab Anglia et applicuit cum multitudine copiosa in partes Pictavie; contra quem Phylippus rex misit filium suum Ludovicum cum multis, ipse vero collectis viribus comiti Flandriarum Ferrando et eius fautoribus resistebat.

Iul. 6. Anno Domini 1214, pridie Nonas Iulii die dominica laxatum est interdictum, cui subiecta fuerat[i] Anglia per sex annos et menses tres. Anno etenim precedenti cum rex ab excommunicationis vinculo obtinuisset absolvi, non permisit clerus interdictum laxari, donec de ablatis sibi omnibus quadrans ultimus redderetur. Sed rex a sede apostolica impetravit, quod infra quinque annos singulis annis quandam certam summam De[c] victoria Flandrie. peccuniae restitueret spoliatis, donec ablata omnia solverentur. Eodem tempore, scilicet quarto Nonas Iulii, venit Valentianas in auxilium Ferrandi Otho, qui pridem fuerat imperator. Commiserunt igitur bellum cum rege Iul. 27. Francorum Phylippo die dominica 6. Kal. Augusti non longe a civitate Tornaco iuxta villam quam Bovinas appellant. Sed victoria cessit[h] regi Francorum, dicto Othone per fugam elapso[k], et captis in conflictu bellico viris centum et 40[l] nobilibus, inter quos erant 4[m] comites, ipse scilicet precipuus actor belli Ferrandus Flandrensis, Reignaudus[n] Boloniensis, Guillelmus Salesberiensis, et quidam alius, qui stipendia sequens venerat cum Othone. Ipsa die prope Senonis villa que dicitur Pons-super-Icaunam[o] fulmineo[p] igne consumitur[q]. Rex[1] igitur in sua remeans, Reignaudum[n] comitem Boloniensem reliquit Perone in arta custodia compeditum, Ferrandum cum aliis secum ducens Parisius, ubi exceptus est cum triumpho. Indeque[r] in Pictaviam properans contra regem Anglorum, in brevi revertitur, firmatis treugis[s] usque in quinquennium inter eos. Porro rex Sicilie Fredericus Appulus, de quo supra, qui in partibus Suavie morabatur, audiens, quod emulus suus Otho a partibus Flandriarum sine victoria remeasset, venit et obsedit cum multo exercitu Aquisgranum, ut cum capto castro coronam regni Germanici gestasset ibidem, inde Romam properans imperiale susciperet diadema. Sed cum multis diebus sedisset ibidem, nec posset frequentes incursus aut famem ulterius sustinere, cum multo exercitus sui dampno vix in propria se recepit[t].

Anno Domini 1215.[u] insurrexerunt in regem Anglie proceres regni sui, qui eum pro quibusdam consuetudinibus, quas observari volebat, gravem sibi et inportabilem perhibe- cf. ib. bant. Favit autem magnatibus plebs pedestris, manus scilicet rusticana, sed et plurime civi- ib. tates. Siquidem propter victoriam Othoni apud Bovinas a Domino denegatam defecerunt interim ab eius auxilio viri multi; unde factum est, ut fortune cedens, terra Sauxonum[v], patrimonio scilicet suo, contentus[w] degeret ibidem privatus. Illo igitur sic cedente, emulus suus Fredericus Appulus Aquisgranum rever- Iul. 25. tens, unde[x] ipso anno negocio infecto recesserat, castrum sine multa difficultate obtinuit. Ubi octavo Kal. Augusti in regem Germanie sublimatus, mox, ne[y] de honore percepto Deo ingratus existeret, signum crucis assumpsit, in subsidium Terre Sancte cum aliis profecturus. Porro mense Septembri passi naufragium submersi sunt viri multi nobiles tam Brabancii quam Flandrenses[z] volentes transire in Angliam in auxilium regis, qui profusa stipendia venientibus promittebat. Letati sunt adversarii regis super interitu submersorum et ad rebellandum vehementius animati, asserentes nimirum, quod esset manifeste manus Domini contra regem. Timentes tamen, ne possent ei usque in finem resistere, Ludovicum, primogenitum regis Francorum, de ferendo sibi auxilio per internuntios convenerunt, promittentes ei, expulso rege, tocius Anglie monarchiam. Qui, acceptis obsidibus ab cf. ib. eisdem, militum eis multitudinem destinavit. Eodem anno Robertus Sancti Stephani in monte Celio presbiter cardinalis, cum iam fere per biennium ob negocium crucis Franciam peragrasset et propter temeritatem suam omnibus se fecisset exosum, tandem concilium[a] apud Bituricas convocavit. Tunc episcopi Francie appellarunt[b], viri improbi impetum formidantes; quem postea Rome in generali concilio vehementissime reddidere confusum, adeo quod dominus papa multiplices dicti cardinalis excessus a prelatis Francie sibi petiit relaxari.

ib. De[c] concilio generali. Ipso anno mense Novembri presidente domno Innocentio papa III, pontificatus eius anno 18, celebrata est sancta et universalis synodus Rome in ecclesia Salvatoris que Constantiniana vocatur. In qua synodo[d] fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Iherosolimitanus; Antiochenus gravi langore[e] detentus venire non potuit, sed misit pro se vicarium Anderadensem[f] episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem et metropolitani 71, ceterum[g] abbates et priores ultra octingentos. Archiepiscoporum vero, episcoporum, abbatum, priorum et

a) feodi 4. b) pri9 4. c) *sic rubro in marg.* 2. d) *post corr.* Arragoñ 2. e) Tholosana 4. f) protectiori *in loco raso* 2. g) *deest* 3. h) *deest* 4. i) A. f. 3. k) lapso 4. l) LX. 2. 4. m) milites *ins.* 4. n) Reginaud. 4. o) Icaonam *post corr.* Icaunam 2. p) flammineo 3. 4. q) *hic add.* 2 *ex Cont. I:* Eodem die consecratus est Willelmus — Meldensem, *et:* Airardus — Trecensis. r) Inde quia 3? *ed.* s) streugis 2. t) recipit 4. u) *hic add.* 2 *ex Cont. I:* Innocentius papa celebrat — Pisanus. Eodem anno. v) *ita* 2; Sauxonum 3; Saxonum 4. — patrocinio 4. w) conventus 4. x) *ita* 4. *ed.;* ut de 2. 3. y) *deest* 2. z) Frandr. 3. a) *in loco raso* 2. b) appellaverunt 4. c) *sic rubro in marg.* 2. d) sinod. *h. l.* 2. e) languore 4. f) Andandensem 3; Anderand. 4. g) ceteri 4.

1) Cf. Cont. I. supra p. 277.

capitulorum absentium, nec[a] fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Sicilie in Romanorum imperatorem [Chr. Laud 1215.] electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Iherosolimitani, regis Francie, regis Cypri, regis Arragonie[b], regis Anglie, regis Ungarie necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum aliorumque locorum ingens affuit multitudo. Porro in ipso concilio multam invenerunt gratiam apud dominum papam abbates ordinis nostri[c] Premonstratensis maxime[d]. Primum fuit, quod dominus papa contulit ordini nostro[c] ecclesiam sancti Quirici, que est in diocesi Reatina, amotis inde monachis, qui male vivendo in usus extraordinarios dilapidaverant[e] bona loci. Secundum, quod idem papa quitavit ordinem nostrum[f] a vicesima, quam in subsidium Terre Sancte usque ad tres annos annuatim solvendam a ceteris ecclesiis collegiatis sive conventualibus exigebat. Sane mense Decembri circa octabas beati Andree venerunt Lun- [Dec. 7.] donias milites missi a Ludovico in auxilium eorum qui in Anglia[g] coniuraverant contra regem. Preoccupaverant etenim civitatem[h] conspiratores predicti, cum adhuc pateret civitas universis[i] nec ex precepto regio adversantibus clausa esset. Unde factum est, ut suos in ea fautores reciperent et exinde suos circa se terminos dilatarent.

Anno Domini 1216.[k] venit circa Kal. Maii Parisius vir illustris Symon comes Montis-fortis, qui infra octo [ib] annos ita favente Domino prevaluerat adversus hereticos in provincia Narbonensi, ut, debellatis illis, ipse se scriberet in litteris suis vicecomitem Carcassone et Biterris[l] et ducem etiam[m] Narbonensem. Veniens vero per singulas civitates vel castella cum mira devocione tam cleri quam populi necnon et sollempni processione susceptus est. Venit autem[n] contra Arragones[o] auxilium petiturus, a quibus propter necem Petri regis Arragonum graves[p] sustinebat insultus. Venit etiam de re hereditaria ac familiari disponere, pro eo quod in fata concesserat Amicia, mater sua. Igitur infra paucos[q] dies reversus[q] est, circiter centum viginti milites ex Francia secum ducens. Eodem tempore et eisdem diebus venit Parisius Galo Sancti Martini presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, qui diligenter monuit tam Ludovicum, ut a sua presumptione desisteret, quam patrem suum regem Francorum, ut filio transitum dissuaderet, denuntians eis[r] excommunicationis sententiam, que iam in concilio lata fuerat in omnes regi Anglie adversantes. Cumque nichil proficeret, licet dictus comes Montis-fortis pro bono pacis laboraret medius inter eos, navigavit in Angliam, conpositurus, si fieri posset, inter regem et principes. Igitur navigatione parata[s], feria 6, in crastino ascensionis dominice, 13. Kal. Iunii circa horam nonam a portu Flandrie quem[t] [Mai 20.] Calais dicimus[u] aggressus est navigium Ludovicus anno etatis sue 29, regni vero patris sui 37. Recreatus autem in insula Thaneth post egrotationes plurium et labores, sequenti feria[v] secunda apud Sanduiz[w], portum scilicet austra- [Mai 23.] lem, nemine sibi resistente, Angliam est ingressus. Disparuit etenim rex Anglorum, qui prope portum consistens cum multitudine copiosa videbatur paratus terra et mari occurrere classi ac milicie Gallicane. Ludovicus vero ab hiis qui eum advocaverant iocunde et reverenter exceptus, ab eis hominium et fidelitatem accepit. Rex autem inter mala omnia, qui- [cf. ib] bus undique premebatur, enerviter se agebat; cuius vice et loco cardinalis predictus pugnavit ut potuit, gladium Petri, quem solum habuit, evaginans. Omnium enim qui adheserant Ludovico subiecit et interdicto terras et excommunicationi personas. Porro 3. Idus Iunii [Iun. 11.] apud Thessalonicam moritur Constantinopolitanus imperator Henricus, imperii sui duodecimum agens annum; et Petrus comes Autissiodorensis, defuncti imperatoris sororius, vir fide et armis strenuus, in imperatorem eligitur. Porro 17. Kal. Augusti moritur apud [Iul. 16.] Perusinum[x] Tuscie civitatem Innocentius papa tercius, literatura[y] clarissimus et facundie[z] singularis; sedit autem in episcopatu annis 18, mensibus 5, diebus 4; successit autem ei infra paucos dies Honorius papa III, ibidem electus et promotus in papam, qui prius Sanctorum Iohannis et Pauli presbiter cardinalis suo nomine Chincius[a] dicebatur[1]. Sed et rex Anglorum Iohannes 15. Kal. Novembris moritur; cui successit filius suus[b] Henricus, puer [Oct. 18.] decennis. Currente adhuc anno Domini 1216, circa intrantem Marcium reversus est in [1217. Mart.] Franciam Ludovicus, passus tamen sed et ultus Anglorum insidias in recessu.

Anno igitur[c] Domini 1217, congregata multitudine tam peccuniarum quam militum preter turbas pedestres, que[c] eum ob stipendia sequebantur, post pascha remeavit in [Mart. 26.] Angliam. Reversus ergo obsistentibus sibi graviter imminebat, egre nimirum sustinens et indigne, quod ex nobilioribus[d] quidam in absentia sua, relicto eo, in partem regis transierant. Honorius[e] papa III. consecrat Petrum comitem Autissiodorensem in imperatorem Constantinopolitanum et Yolem, uxorem eius, in imperatricem dominica qua cantatur *Misericordia* [Apr. 9.]

a) non 3. *ed.; deest* 4. b) Arragone 2; Aragonie 4. c) *alio atramento in loco raso* 2. d) *deest* 3. 4. *ed.* e) delapidaverunt 4. f) *post del. et in marg. post. manu:* Premonstratensem 2. g) Angliam 3. h) *superscr.* 2. i) *deest* 4. k) *hic add.* 2 *ex Cont. I:* grave incendium — dominus Borbon. *Tum:* Chintius — extra muros, *sed haec rubro atramento deleta in superiore marg. sequentis folii iterum scripta sunt. Sequitur ex eadem Cont.:* Turres ecclesie — Carnotensis episcopi. Eodem anno. l) Biternis 4. m) *deest* 3. *ed.* n) ergo 4. o) Arrog. p. a. 4. p) gravis *ead. manu corr.* graves 2. q) r. e. *des.* 3. *ed.* r) ei *post corr.* eis 2. s) peracta 3. *ed.* t) q̃ 4. u) *del., post superscr.* dicitur 4. v) s. f. 3. w) Sandiū 4. x) *sic* 2. 4. y) litterarum 4. z) facondie 3. a) Chinchius 3. 4. b) eius 2. c) qui 4. d) nobilibus 4. e) Honorius — extra muros *des.* 2, *pro quibus huc referuntur signo apposito* Chintius — extra muros *in superiore marg. folii scripta; v. supra n.* k.

1) Cf. Cont. I, supra p. 277.

1217. Apr. 17. *Domini* in monasterio Sancti Laurentii extra muros[1]. Nona die consecrationis recedit imperator ab Urbe cum uxore et 4 filiabus, ducens secum[a] milites circiter 160, servientes tam equites quam pedites quinque milia et quingentos; et omnis illa multitudo incedit, secundum quod exterior predicat habitus, annis, armis et animis ad pugnam elegantissime preparata. Imperator cum suis, Iohannes de Columpna presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus in Romaniam, et Veneti conveniunt apud Brondusium[b]; statimque mari transito, urbem Dirachium obsidet imperator. Promiserat autem Venetis et litteras inde confecerat ob quasdam interpositas pactiones, quod dictam urbem, quam sibi querebantur olim violentia ducis ablatam, eisdem protinus resignaret, si sibi capiendi eam[a] a Domino copia prestaretur. Igitur multis diebus inutiliter in obsidione consumptis, non sine suorum dispendio
Ps. 35, 7. obsidionem deserit imperator. Post hec nutu Dei, cuius iudicia abyssus multa, terram cum suis ingreditur tyranni cuiusdam qui Theodorus Communio[c] vocabatur et dux erat dicte civitatis Dirachii. Post aliquot vero dies inter montes nemorosos et fluvios ad meandum difficiles constituti, copia victualium et eorum accessu indigenarum malicia iam excluso, considerantes quasi mortem in ianuis, decernunt finaliter congredi cum Theodoro et suis, qui eos cominus insequuntur. Theodorus ergo videns imminere tempus, quo concepta impietas in animo in partum prodire poterat actionis, loquitur secretius cum legato, pacem affectare se simulat, pollicetur imperatori et suis securum conductum et competens forum victualium, dummodo eorum arma[a] penitus deponantur. Firmata igitur pactione, per simulatorium iuramentum et per alterum osculum Iude, suadente[d] legato, qui rem verius agi credebat quam concipi simulate, arma deposita hostibus committuntur. Paulo post servientibus paululum segregatis, imperator et milites universi, legatus, archiepiscopus Saloncensis[e], Willelmus comes Sacri-cesaris et alii nobiles per diversa loca carceribus recluduntur, servientes velud oves gregatim ducuntur ad loca devia, et nudati vestibus atque omnibus bonis, soli fortune miserabiliter exponuntur. Circa hos dies accidit apud Lincorniam[f] Anglie civitatem, ut illustris adolescens Thomas comes Perticensis Anglorum gladio cum multis aliis occumberet. Quo Ludovicus audito et tactus dolore cordis intrinsecus, incensis machinis apud Dovoram, quam in diebus illis obsederat, transtulit Lundoniam se et suos.
Mai 11. Cumque pluries attemptassent[g] plurimi, ut ei ex Francia subvenirent, tandem circa octabas assumptionis quidam magni et honorati viri in auxilium cum manu valida[a] venientes, quosdam ex Anglis[h] in mari obvios habuerunt; consertoque navali prelio, capti sunt nobiles,
De[k] reditu Ludovici ab Anglia. Sept. 14. reliquis omnibus interfectis ibidem preter[i] paucos, qui se fuge presidio salvaverunt. Denique in exaltatione sancte crucis vel ea[l] circiter, cum iam cepisset Lundoniarum civitas famis[m] incommodo laborare, habito diligenti tractatu de pace, circa quam predictus cardinalis[2] efficaciter satagebat, concessum est Ludovico cum suis omnibus remeare; prius tamen prestito iuramento, quod staret mandato ecclesie[3], et quibusdam aliis condicionibus[n] interpositis, quarum misterium revertentes[o] necdum curaverunt omnibus revelare. Parata ergo
Sept. 28. navigatione pro reditu, feria 5[p], 4. scilicet Kal. Octobris, est reversus in Franciam, currente iam anno etatis sue 31. Circa dies illos venit in Franciam uxor[4] illustris comitis Symonis Montis-fortis contra hereticos auxilium petitura. Ita enim artaverant virum suum comes Tholosanus[5] et ultores mortis regis Arragonum, qui in manu valida venerant contra eum, ut, perditis quibusdam castris cum ipsa urbe Tholosa, quam potenter possederat, vix spem[q] haberet de reliquo detinendo[r], nisi succursus ei celeriter prestaretur. Turres[s, 6] ecclesie sancti Stephani Autissiodorensis miraculose sine alicuius hominis lesione corruunt[t] hora
Nov. 26. nona dominica adventum dominicum precedente. Ipso anno fit ventus vehementissimus, qui[u] multas ecclesias et domos evertit et arbores infinitas evulsit.

Anno Domini 1218. Symon comes Montis-fortis[v], dum Tholosam obsidet, ictu petrarie percussus moritur, vir fide et armis strenuissimus ac perpeti dignus memoria. Hic ex eo

a) *deest* 4. b) Brondos. *eadem manu corr.* Brondus. 2; Brundus. 3. 4. c) *i. e.* Comnenus; communiter 3. *ed.* d) s. l. *des.* 4. e) Salocensis 4. f) ut a. Linconiam A. c. ut 4. g) templarent 3. 4; pl. att. 2. h) Anglie 4. i) peter 2. k) *sic rubro in marg.* 2. l) eo 4, *ubi* o *e corr.*; *deest* 3. *ed.* m) *superscr.* 2. n) edicionibus 4. o) reverentes 3. *ed.* — nedum 4. p) VI. 3 (?). *ed.*; r. Francorum 4. sc. 4. q) vixpem *post corr.* 2. r) retin. 3. *ed.* s) Turres — evulsit *in* 2 *iam supra (p.* 281 *n.* k) *exhibita hic des.* t) corruerunt 4. u) ventus *add.* 4. v) fortis *post superscr.* 2.

1) Cf. supra p. 277, Cont. I. 2) Galo. 3) Cf. Chron. Laudun. 4) Alix. 5) Raimundus VI. 6) Haec iisdem verbis in Cont. I. leguntur, et sub a. 1216. iam supra in cod. 2 ex eadem repetita sunt; sed accidisse illa a. 1217, Nov. 26, testantur Gesta episc. Autiss., Duru I, p. 475, ubi fusiorem narrationem legas.

tempore, quo primum ceperunt Franci in partes Albigensium[a] proficisci, ad exterminandam 1218.
heresim, qua infecta fuerat Narbonensis provincia, numquam preter semel in Franciam est reversus. Senper[b] enim satagebat impuram heresim exstirpare et christiane fidei terminos dilatare, licet aliis revertentibus ipse ibi cum multo labore et periculo moraretur. Fuit autem Dominus cum eo, qui[c] omnia eius opera dirigebat, per manum ipsius hereticos exturbando. Misit enim Dominus singulis annis tam ex Francia quam ex aliis terris in adiutorium eius multos, qui ex devocione propria assuerunt[d] sibi in pectore signum crucis, ut venientes starent cum eo contra hostes fidei ad minus 40 diebus propter indulgentiam a sede apostolica eis[e] factam. Willelmus quondam Bituricensis archiepiscopus, cum iam diu miraculorum gloria claruisset, canonizatur a papa Honorio et sanctorum cathalogo sociatur[1]. Eodem anno de diversis mundi partibus tam episcopi quam barones, militum et vulgarium[f] numerus infinitus, cruce signati Iherosolimitanum iter arripiunt. Mense Octobri vinee et infinite arbores gelu licet modico ita exuste sunt, quod exustionem eiusmodi nemo tunc vivens se vidisse vel[g] audisse assereret[h]. Herveus[i] comes Nivernensis[k], mari transito cum multo nobilium comitatu, circa festum apostolorum Symonis et Iude applicat[m] Oct.28
Damietam[2]. Est autem Damietha[l] civitas secus ripam Nili situ valde commodo posita et inter metropoles Egypti nobilis[n] plurimum et antiqua. Sane Iohannes rex Iherusalem et vir potens, strenuus ac fidelis dux Austrie[3] ad hanc singulariter oppugnandam cum valido exercitu mense Maio accesserant[4], ceteris paganorum urbibus pretermissis. Dicebant enim omnes ex sententia, quod, si dicta civitas capi posset, facilis[o] foret tocius[p] Terre Sancte subiectio[q]. Deo autem favente res eo usque devenerat, quod nostri, licet cum nimio labore nec sine strage[r] multorum, turrem iam ceperant[n] in alveo fluminis sitam, erectam[s] singulariter et ad sui presidium quibusque necessariis sufficienter munitam. Porro quia multi de[t] Oliv. c. 11.
populo placuerunt Domino, premisso triduano ieiunio, quod clerus in pane et aqua servavit, et multis processionibus factis, temptari meruerunt. Nam in vigilia sancti Andree apostoli intumuerunt fluctus maris crescentes et excursus Nov. 29.
facientes usque ad castra fidelium, ab alia parte fluvius inundans illos occupavit incautos, unde navium et victualium dampna non modica pertulerunt. Duravit autem hec tempestas per triduum continuum. Invasit preterea dolor repentinus[u] quorundam pedes et crura, et coniunctim caro corrupta gingivas[v] et dentes obduxit, masticandi potentiam auferens, tybias horribilis nigredo fuscavit; et sic longo tractu[w] doloris afflicti, cum multa pacientia migraverunt ad Dominum. Plurimi siquidem usque ad tempus vernale durantes, beneficio caloris evaserunt liberati. Sane in festo sancte Agathe virginis pater misericordiarum et Deus tocius consolationis nostris in obsi- 1219.
dione positis conferre dignatus est victoriam gloriosam. Cum enim parati essent nostri, ut flu- Febr. 5.
vium transirent causa[x] obsidendi undique civitatem, soldanus et sui, qui cum multo exercitu supra marginem fluvii fixerant castra sua, divino[y] terrore perterriti, ante lucis auroram in fugam conversi sunt, castra sua relinquentes; quod quidam apostata, qui cum soldano diu militaverat, nostris insinuavit. Summo igitur diliculo, cum inchoatum esset officium diei[z] festi per oratoria[a] christianorum *Gaudeamus omnes in Domino*, gaudio plenum a Domino factum miraculum regi, legato et aliis nunciatur. Itaque fugientibus Egyptiis, nostri certatim et alacriter fluvium transeunt, nemine resistente castra fugientium occupant, spolia eorum diripientes. Nocte subsequenti[b] multi bellatores territi propter inopinatum transitum fugierunt de Damietha[c], et sic per girum in crastino a nostris firmiter est obsessa[d].

Eodem tempore mense Februario[e] Phylippus rex Francie fecit constitutionem hanc de Iudeis potestatis sue[5]: *Nullus Iudeus ab octabis purificationis beate Marie inantea mutuo tradet* Febr. 9.
christiano[f] pecuniam, qui propriis manibus laboret, sicuti est agricola, sutor, pelliparius, carpentarius et huiusmodi, qui non habent hereditates vel mobilia, unde vivant, nisi laborent propriis manibus; nec debitum curret ultra annum a mutuo facto, et libra non lucrabitur per septimanam nisi[g] duos denarios. Item nullus Iudeus tradet mutuo monacho vel canonico regulari nisi de assensu abbatis et capituli sui cum litteris patentibus. Item nullus Iudeus accipiet in vadium ornamentum ecclesiae aut vestimentum sanguinolentum aut madidum aut ferrum carruce aut bladum non ventilatum. Eodem anno in die palmarum Sarraceni, collecto terribili et innumera- Oliv. c. 13.
bili exercitu, irruerunt super nostros, prelioque commisso, ceciderunt hinc inde mortui et vulnerati multi; tandem Mart. 31.
fatigati retraxerunt se hostes cum maximo dampno. Per idem tempus regina[h] civitatum Iherosolima, que videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Coradino, filio Sephadini, foris et intus; muri eius[i] cum turribus redacti sunt

a) Albigencium 2. b) Sperans *corr.* Senper 2. c) quia 3? *ed.* d) asuerunt 2. e) ei 3. *ed.* f) m. militariumque n. 4. — num. *superscr.* 2. g) et 3. *ed.* h) *hic add.* 2 *ex Cont. I:* Eodem anno moriuntur Otho — hactenus profecerunt. i) He'riicus 4. k) *hic add.* 2 *ex Cont. I:* Petrus Parisiensis et Galterus Eduensis episcopi. l) Damieta *saepe* 3. 4. m) *post virgula superscr. corr.* applicāt 2. n) *deest* 4. o) facile 4. p) *superscr.* 2. q) subicio 4. r) *deest* 4, *ubi* periculo *post in marg. suppl.* s) eructam 4. t) de p. *des.* 4. u) q. r. 4. v) ivas *post corr.* 2. w) tactu 4. x) cū 4. y) divino — castra sua *in marg. eadem manu suppl.* 2, *signo recte ante* relinquentes *posito; sed hoc signo eraso post. m. signum male ante* fixerant *scripsit.* z) dei 4. a) oratorem 4. b) sequenti 3. 4. *ed.* c) Damiheta *h. l.* 3. d) *in loco raso* 2, *ubi hic add. ex Cont. I:* Eodem anno gravis dissensio — germanus eius cum eo. e) Februarii 4. f) christiani 4. g) ubi, *post corr. in marg.* preter 4. h) civitatum (um *e corr.*) reg. 2. i) *deest* 4.

1) Cf. Cont. I, supra p. 277. 2) Cf. Oliv. Hist. Damiat. c. 10. 3) Leopoldus VI. 4) Cf. Oliv. c. 7. 5) Saepius impressa est, ut Ordonn. reg. I, p. 129 (Delisle, 'Catal. des actes' nr. 1873).

[Oliv. 1219.] in acervos lapidum preter templum Domini et turrim David. De sepulchro autem glorioso destruendo consilium habuerunt Sarraceni, sed huic temeritati nemo presumpsit manus apponere propter reverentiam loci. Sicut enim in Alcorano libro legis eorum scriptum habent, credunt dominum Iesum Christum de Maria virgine conceptum et natum, sine peccato vixisse, prophetam et plus quam prophetam, leprosos[a] curasse, cecos illuminasse ac mortuos suscitasse et ad[b] celos ascendisse firmiter asseverant[c]. Unde, quando tempore treugarum sapientes ipsorum Iherosolimam ascendebant, codices euangeliorum sibi exiberi postulabant et osculabantur et venerabantur propter mundiciam legis, quam Christus docuit, [Luc. 1, 26.] et maxime propter euangelium Luce: *Missus est Gabriel angelus*, quod litterati inter eos sepe repetunt et retractant. Lex autem eorum, quam, diabolo dictante, ministerio Selgi[d] monachi et apostate ac heretici Mahumetus[e] Sarracenis dedit Arabice scriptum[f], a gladio cepit, per gladium tenetur et in gladio terminabitur.

Anno Domini 1219. Ludovicus, filius regis Francorum, cum copioso exercitu crucesignatorum de cunctis Gallie partibus iter movet adversus hereticos Tholosanos, primumque castrum Millemandat[1] ab hereticis munitum obsidet, impugnat et[g] expugnat. Deinde Tholosam tendit eamque obsidet, sed prodicione, ut dicitur, interveniente, inefficax redit. Post cuius reditum nostri a Tholosanis hereticis solito audacioribus factis multas molestias paciuntur, nonnulla castra amittentes, que prodicione quorundam heretici in suam redigunt potestatem. Eodem anno mense Augusto Herveus comes Nivernensis a partibus rediit transmarinis. Nostri vero in obsidione Damiethe positi tota estate captioni civitatis per ingeniorum erectionem et frequentem per terram et aquam insultum vacaverunt. Et cum predictis nostri operam darent, Sarraceni, agminibus factis et bellis ordinatis, in manu potenti eos impugnabant, et ita violenter, quod semel eorum licias[h] intraverunt; quos milicia [cf. Oliv. c. 14.] Templi, que in toto negocio Damiethe fidelis dignoscitur extitisse, inde[i] potenter eiecit. A proposito[k] etiam, quod quandoque proximum[l] fuit effectui, nostros Sarraceni revocabant. Considerato itaque, quod sine bello esset difficile tantum opus perficere, de communi con- [cf. ib.] silio maiorum et minorum cum navali et terrestri exercitu equitum et peditum die decolla- [Aug. 29.] tionis sancti Iohannis babtiste nostri exeunt ad pugnandum contra soldanum. Verum quia tanquam nichil timentes, sed in fortitudine sua confidentes, non proposuerunt Deum ante conspectum suum, nec cum lacrimis et devocione, sed cum pompa et elatione, multi etiam propter lucrum et commodum temporale id agere presumpserunt, propterea traditi sunt[m] in manus [Ps. 105, 41.] gentium, et dominati sunt eorum qui oderunt eos. Nam Sarraceni, qui prius fugiendo cesserant[n], videntes quosdam ex nostris, Romanos videlicet, estum solis ferre non valentes, terga vertere et mirum in modum non fugatos fugere, statim illos persequendo subsequuntur; et [Oliv.] facto hinc inde congressu, multi de nostris cadunt, non tamen sine dampno precipue milicie inimicorum. Tunc ex nostris capti fuerunt viri nobiles electus Belvacensis[2], Galterus[o] camerarius regis Francie et quidam alii de Francia potentes ac titulis milicie gloriosi. Die illa Iohannes rex Iherusalem viriliter se habuit; erat enim armis strenuus, fide devotus, prudentia clarus, in toto Damiethe negocio fidelissimum se exibens servum Christi, quem Dominus die illa de manibus inimicorum [Oliv.] crucis eripuit, igne tamen Greco fere combustus fuit[p]. Milicia autem Templi, que prima fuit in congressu, ultima fuit in regressu. Sic nostrorum superbiam Dominus oppressit. Preterea[q] nostris invitis vel ignorantibus quandoque ex parte terre quandoque sub aquis per fluvium multi civitatem ingredientes, non modicum his qui in civitate erant conferebant solatium. Nostri vero rethe magnum ex transverso fluminis protendentes[r], facti piscatores hominum, transeuntes Sarracenos capiebant. Iam vero omnibus fere attemptatis[s], quid amplius nostri facerent, vix excogitare valebant[t]; longe enim forcior erat civitas tunc quam in principio obsidionis. Dominus autem victoriam sibi soli reservabat, meritum autem nostrorum laboribus non negabat. His diebus Hyolis imperatrix Constantinopolis obit. Per idem tempus apud Viennensem provinciam accidit res dolenda. Elapsis namque duodecim vel eo amplius annis in territorio Gratianopolitano quidam rivus aquarum[u] cursu concito decurrens inter duos montes habebat transitum angustum, qui abluvione aque ad pedem excavati se invicem concluserant, nimia aquarum multitudine inclusa; que aquarum inclusio[v] Sancti Laurentii stagnum vocabatur, eo quod monasterium quoddam Sancti Laurentii cum villa adiacente sui inundatione submerserat. Prefato autem anno mense Septembri vi[w] aquarum sublatus est obex montium, unde aqua, solito cursu recuperato, tanto cepit impetu cum sonitu terribili effluere,

a) item l. 4; dicitur l. 3. *ed.* b) *deest* 2. c) assenciant 4. d) *corr.* Sergi 4. e) Maumetus 3. 4, *post corr.* Mahm. f) *ita codd.* g) et e. *des.* 3. *ed.* h) lucias 4. i) non 3? *ed.* k) Apposito 3? *ed.* l) proemium 4. m) *deest* 3. *ed.* n) cessant *post corr.* cesserant 4. o) Galterius 4. p) est 4. q) Propterea 3. *ed.* r) pertend. 4. s) atempt. 2; aptentatis 3. t) valebent *corr.* valebant 2. u) quondam *add.* 4. v) conclusio 4. w) in 2.

1) Marmande super Garumnam fl. infra Agen. Marmanda vocatur ab aliis scriptoribus. Cf. 'Chanson de la crois. des Albigeois' ed. P. Meyer v. 8954 sqq., I, p. 360 sq., et SS. R. Gall. XIX, p. 187. 2) Milo.

ut tam audientibus quam videntibus terrorem incuteret et[a] horrorem pariter. Celebraban- 1219.
tur[b] tunc temporis apud Gratianopolim[c] nundine, unde multi mercatores, qui ad eas con-
venerant, rapacitate aque perierunt[d] preoccupati. Nec solum illa civitas, sed et alia quam
plurima tam ville quam oppida gravissimam inde incurrere[e] iacturam. Nam predicta aqua
Hysare[1] fluvio rapacissimo adiuncta, dum se in Rodanum fluvium[f] precipitare nititur, pontes
diruit, arbores evellit, castella ac villas subvertit, homines et iumenta ac queque sibi ob-
viantia cursu rapacissimo secum trahens. Nostrorum autem exercitum circa Damietham
in tribulatione positum post miserabilem iacturam, quam in die decollationis sancti Iohannis Aug. 29.
babtiste receperant, Dominus, qui non obliviscitur misereri nec continet in ira misericordias suas, qui etiam in Oliv.
tribulatione peccata dimittit, dignatus est consolari, luctum eorum convertens in gaudium et merorem in leticiam.
Nam cum pluries eos impugnassent Sarraceni et nichil profecissent, ad solita sue pravitatis
arma recurrentes[g], verbis fictis et fallacibus nostros decipere temptaverunt. Nam soldanus Babi- ib. c. 16.
lonie ob amorem Damiethe retinende hanc formam pacis nostris obtulit, ut crucem sanctam cum civitate et omnibus
captivis, qui per regnum Babilonis et Damasci possent vivi repperiri, sumptus etiam ad reparandos muros Iherusalem redderet
et regnum Iherusalem totaliter restitueret preter Cracum[h] et Montem-regalem, que sunt duo castra civitati Ihe-
rusalem vicina, septem munitiones firmissimas habentia, per que negociatores Sarracenorum et peregrini ipsorum
Mecham tendentes vel ab ea revertentes transire solent. Hanc compositionem cum quidam acceptarent et alii
renuerent, legatus cum patriarcha, archiepiscopis, episcopis[i] et omnibus Italie capitaneis huic tractatui se opposuit,
racionabiliter ostendens, ante omnia Damietham fore capiendam. Crucem vero sanctam nullo modo eos nostri
credebant habere, cum Salaadinus et alii Sarraceni, recuperata a nostris Achon civitate,
quesissent eam diligentissime, ut captivos suos liberarent, et non potuerunt invenire. Videns
igitur soldanus in laqueo, quem[k] nostris tetendit, se non posse proficere, novos[l] in civitate clan- ib.
culo misit pugnatores, ex quibus nonnulli a nostris capti sunt et occisi. Proxima igitur secunda feria Nov. 4.
post festum omnium sanctorum de consilio Spiritus sancti et sollercia legati media nocte
ad quandam portam civitatis missi sunt viri strenui, ut de gestu inclusorum explorarent.
Et cum neminem vigilem comperissent, scalis appositis muros ascendentes, portas succen-
derunt; et quia paucos invenerunt resistentes, impune civitatem occupaverunt. Sic Dominus
miraculose nostris tradens civitatem, gloriam suam alteri non dedit, quosdam ex nostris,
qui propriam gloriam querebant et ideo contenciose[m] inter se agebant super spoliis et parti-
cipatione civitatis, hac gloria more suo privavit. Capta est igitur[n] Damietha Nonas Novembris absque Nov. 5.
dedicione, sine defensione, sine violenta depredatione in oculis regis Babilonis, qui more solito non fuit ausus Christi ib. c. 17.
milites per fossatum aggredi; ut soli Deo ascribatur evidenter[o] victoria; et ut manifesto[p] divini favoris nostri
letarentur et confortarentur indicio, cum timerent, ne, ipsis intrantibus civitatem, circum-
stans Sarracenorum exercitus castra invaderet eorundem, fluvius divino nutu subito adeo cf. ib.
inundavit, ut inaccessibilia reddiderit castra ipsa, et manifeste patuerit, quod pro christi-
colis contra insensatos ipsa elementa pugnabant. Videns autem soldanus captam esse civi-
tatem, ingenti terrore concussus, cum dolore nimio et merore fugiens, castra sua combussit. Ingre- ib c. 21.
dientibus autem nostris portas Damiethe occurrit fetor intolerabilis, aspectus miserabilis, mortui vivos interfecerunt,
vir et uxor, pater et filius, dominus et servus se mutuis fetoribus interemerunt; infantes ad ubera matrum pendentes
inter amplexus morientium oscitabant, delicati divites inter acervos tritici perierunt. Plurimi autem ex illis aorisia[q] ib. c. 15.
percussi, apertis oculis nichil videre dicebantur; Dominus enim evaginaverat gladium suum post eos et cf. Ezech. 12, 14.
interfecerat eos manu[r] eius, adeo quod a tempore quo perfecta est obsidio infra novem menses Oliv. c. 22.
septuaginta[2] milia Sarracenorum perierunt in civitate, exceptis tribus milibus, quos vivos reppererunt, inter quos
vix centum sani remanserant, qui possent defendere civitatem; ex quibus quadringentos[s] nobi-
liores et ditiores utriusque sexus ad redemptionem captivorum suorum reservaverunt, alios vero christianis cf ib. c. 18.
vendiderunt, exceptis parvulis, quos Acconensis episcopus[3] baptizavit, quos etiam propriis
expensis fecit[t] reservari. Facta est autem divisio civitatis et rerum in ea inventarum uni-
cuique secundum quod eum decebat, iusta[u] providentiam et sapientiam discretorum de com-
muni consilio ad hoc electorum. Inventa autem sunt in civitate victualia, aurum, argentum, panni serici, ib. c. 18.
vestes preciose et alia multa supellectilis[v] in habundantia. De consensu autem peregrinorum legatus ib. c. 23.
dominium civitatis cum eius pertinenciis ad ampliationem regni Iherosolimitani regi Iherusalem contulit
in perpetuum possidendum. Hec civitas a Latinis et Grecis primo fuit obsessa, qui ab ea defecerunt; deinde a Latinis c. 17.
sub Amaurico[w] rege Iherosolimitano, qui non profecerunt. Hec triplici est cincta muro, turribus latericiis multis et

a) p. et h. 2. b) Celebrantur 4. c) Gratianopolis 2; Gracianopol' 4. d) *corr.* preoc. per. 2; preoccupatu 4. e) currere 3. *ed.* f) *deest* 3. 4. g) revertentes 4. h) Etatum 4. i) *deest* 4. k) quam 2. l) nonos 3. m) contempciose (*post corr.* contempciones) i. se habebant 4. n) *deest* 2. o) v. e. 4. p) manifeste 4. q) o *e corr. post. m.* 2; auristia 4. r) manus 4. *ed.* s) *deest* 4; 300. *Oliv. ed.* t) r. f. 2. u) *ita* 2. 3; iuxta 4. v) superlectilis 2; suplectul' *post corr.* supellectul' 4. w) Aumaur. 3.

1) Isère. 2) *Octoginta milia* Oliv. 3 Iacobus de Vitriaco.

Oliv. c. 24. 1219. magnis firmissime firmata, clavis et antemurale tocius Egypti. Non solum autem illam, sed et civitatem Thaneos cum castro adiacente, octo[1] turres inexpugnabiles habente, non minori, ut dicitur, miraculo in festo sancti Nov. 23. Clementis Dominus nostris subiecit. Nam missi sunt exploratores in naviculis per stagnum, quod a Damietha protenditur usque ad memoratum castrum, ut statum loci diligenter explorarent. Qui prope castrum accedentes, cum nullos in eius turribus et muris defensores viderent, ipsum castrum intraverunt, neminem intus repperientes. Habitatores eius audita captione Damiethe nimio terrore per- ib. cussi, fugerunt, relicto forciori castro de toto mundo; distat autem a Damietha per unam dietam. Purgata autem civitate Damietha, legatus et patriarcha cum clero et populo, accensis can- 1220. Febr. 2. delis et luminaribus, cum hymnis et canticis in die purificationis beate Marie processionaliter[a] ingressi sunt civitatem. Fecerat autem legatus maximam preparari basilicam, quam in honore beate Marie virginis consecravit, in qua eadem die missarum sollempnia cum lacrimis et magna devocione populi celebravit; in qua etiam sedem episcopalem instituit[b].

Anno Domini 1220. Robertus Anniciensis episcopus a quodam milite pro iniuriis ecclesie[c] irrogatis ab ipso episcopo vinculo anathematis innodato occiditur. Quod populus Anniciensis grave[d] tulit. Unde et statim insurrexerunt in parentes ipsius, quedam ipsorum castella diruentes. Erat enim idem antistes nobilis genere, sed nobilior[e] moribus; nam et corporis virginitatem usque ad vite exitum creditur custodisse, quod in eo valde laudabile fuit, cum esset pre multis hominibus forma speciosus. Claruit autem nonnullis virtutibus. Eodem anno corpus beati Thome martiris a Stephano Cantuariensi archiepiscopo mense Iulio elevatur et in loculo deaurato ac mirabili operum varietate celato reponitur anno ab eius transitu quinquagesimo. Per idem tempus mortuo apud Damietam Parisiensi episcopo[2], ortaque dissensione inter canonicos maioris ecclesie super episcopi electione, Willelmus[f] Autissiodorensis episcopus, vir religiosus ac prudens et in hostes ecclesie rigidus executor iusticie, iussu Honorii pape ad episcopatum transmigrat Parisiensem; cui in regimine Autissiodorensis ecclesie succedit Henricus, eiusdem ecclesie cantor. Hoc anno Willelmus Parisiensis episcopus[g] ab ecclesia beati Antonii Parisiensis conventum sanctimonialium Cisterciensium Autissiodorum in locum qui dicitur Celle[3] adduxit. Per hos dies dum Amauricus[h], filius Symonis defuncti[i] comitis Montis-fortis, in obsidione cuiusdam castri[4] ab hereticis muniti moratur, frater eius Guido comes Bigorriensis[k] ab hereticis captus, a filio[5] comitis Sancti Egydii occiditur. Quod ad cumulum doloris universis[l] christianis in partibus illis commorantibus accessit. Erat enim armis strenuus, fide devotus ac pulcher aspectu. Cuius morte cognita, frater eius Amalricus[m], tactus dolore cordis intrinsecus, promisit se ab obsidione illius castri non discessurum, donec illud[n] aut vi aut dedicione in suam redigeret potestatem. Qui tamen postea suorum auxilio destitutus, infecto negocio inde discedit; quem ipso anno tristia auspicia prosecuntur[o]. Nam fere omnia castra, que prius tenuerat, hoc anno ab hereticis recuperantur. Hoc anno apud Damietham inter Iohannem regem Iherusalem et legatum[6] orta est dissensio, pro eo quod legatus universi exercitus dominium usurpabat, ad hoc, ut dicebatur, laborans, ut totum Damiethe negocium per eum videretur[p] esse factum; et ob hoc rex a Damietha[q] ad tempus discessit[r].

ADDITAMENTUM

cod. 2.

Nostris innotescat successoribus, quod Balduinus, vir in armis strenuus, in subsidium Terre Sancte peregre est profectus, et postea Constantinopolitanum adeptus imperium, sicut relatum est a pluribus, in conflictu bellico post facta insignia ibidem est peremptus; et fere 20 annis post mortem ipsius elapsis, anno Domini 1225, regnante in Francia rege Ludovico, res quedam admiratione digna contigit in Flandrensi provincia, quia quidam girovagus, et non tantum girovagus, immo ribaldus, sub spetie peregrini venit in Flandrias, et in tantam prorupit audaciam, quod se esse Balduinum prefatum comitem fraudulenter simulavit.

a) processio *del.* 4. b) constituit 2. c) ecclesia 2. d) gravi, *ubi* i *e corr.* 2. e) nobili 4. f) Wuillelmus 3; Willermus 4. g) *deest* 2. h) Aumaur. 3. i) *deest* 4. k) Bigorreñ 4. l) universalis 3. m) Amarus 3; Amauricus 4; Amaurus *ed.* n) illuc aut in ded. 4. o) persec. 4. p) f. e. v. 2. q) Damiethe 4. r) *hic desinunt* 4. 4[a].

1) *septem* Oliv. 2) Petro. 3) Notre Dame de Celles prope Auxerre. Cf. G. epp. Autiss., Duru I, p. 474. 4) Castelnaudary (dép. Aude). Cf. Albr., SS. XXIII, p. 910. 5) Raimundo. 6) Pelagium.

1225.

Cuius industria et inestimabili versucia Flandrenses[a] tam nobiles quam ignobiles sunt decepti, et ipsum tamquam proprium dominum honorifice receperunt et sine mandato regis Ludovici, sub cuius dicione Flandrensis provincia erat constituta, municiones civitatum et oppidorum eidem libere tradiderunt. Quod factum cum ad regis noticiam pervenisset, cum suis baronibus super hoc habito consilio, per certos nuntios a latere suo destinatos eidem mandavit, quod de suo multum gaudebat adventu, ita tamen, si esset ille Balduinus quondam comes Flandriarum et postea imperator Constantinopolis; tamen, ut per certa signa vel indicia super hoc posset certificari, et ut presentialiter cum eo posset loqui, mandavit ei, ut apud Peroniam in presentia ipsius compareret, et si verum erat, quod de ipso dictum fuerat, ipsum tamquam comitem et imperatorem honoraret et etiam adiuvaret. Ad quem locum ille perfidus cum magno comitatu Flandrensium sollempniter accessit, more imperatoris signum sancte crucis ante se faciens deferri[b]. Et dum in presentia regis compareret, inter multa alia a rege fuit requisitus, ubi uxorem suam desponsaverat, et ubi factus miles fuerat; sed ad hec omnia nec ad alia sibi interrogata nichil certum voluit respondere, sed sub pretextu infirmitatis se volens defendere, quasdam pretendebat excusationes frivolas et inanes. Propter quod fraudem ipsius rex percipiens, eidem minando precepit, ut a sua terra cito recederet, ne secundum merita sua graviter puniretur. Ille autem pseudocomes et imperator dictus ad hec verba regia timuit, et propter suam perfidiam indignationem regiam se sentiens incurrisse, quam cicius potuit inde recessit. Et qui cum superbo apparatu venerat, cum paucis comitibus viliter et latenter abfugit.

a) Flandrences *corr.* Flandrenses *c.* b) defferri *corr.* deferri *c.*

EX RIGORDI GESTIS PHILIPPI II. AUGUSTI.

EDIDIT A. MOLINIER.

Quae de vita Rigordi[1] scriptoris Gestorum Philippi II. Augusti scimus perpauca sunt eaque sola, quae ipse memoriae tradidit. Natione Gothus erat, quippe qui ex parte orientali provinciae Occitanae, quae antiquitus Gothiae nomen tulit, originem traxerit, artem callebat medicinae[2], historiographi regis Franciae honore decoratus erat. Cum anno 1205. *se iam senilem aetatem ingressum esse scripserit[3], inter a.* 1145. *et* 1150. *illum natum fuisse coniicere possumus. Re iusto minus cum praeditus esset, ad victum quaerendum varia ei negotia subeunda erant, quae a bonis litteris aliena sunt. Multo post tempore monachis S. Dionysii adscriptus est, in quo celeberrimo monasterio procul dubio historiam Philippi regis scribendam suscepit, optime eruditus, etsi superiorem ecclesiae ordinem numquam assecutus est.*

Quo tempore scripserit, non certo certius affirmare possumus. Nam cum in prooemio, quod circa a. 1202. *confectum esse putamus, integrum decennium in historia componenda se degisse commemoret, sunt quae suadeant, iam ante praefationem conditam opus editum fuisse, ita ut dubitari possit, ipso a.* 1192. *Gesta scribenda coeperit anteane. Dicavit enim librum Ludovico principi, quem 'puer inclyte, aetatem namque superat sensus' alloquitur. Is a.* 1187. *natus, a.* 1202. *iam quindecim annorum erat. Huc accedunt alia argumenta, ex quibus apparet, duas historiae a Rigordo conscriptae partes distinguendas esse, quae favorem studiaque scriptoris diversa prae se ferunt. Postquam enim regem virtutibus praeditum et praesertim 'continentia coniugali' praeclarum laudavit, id quod Agnetis amatori male convenit, ad a.* 1199. *progressus vitam illius improbat, facilitatem atque imbecillitatem episcoporum Franciae indignatur. Qua re probatur, priorem operis partem ante a.* 1199. *scriptam atque Ludovico dicatam fuisse, priusquam Rigordus vitam regiam tam acerbe castigaverit.*

Res gestas quas scripsit alias ipse vidit, alias ex illis qui iis interfuerant audivit. Arti medicinae addictus[4], cum viris clarissimis palatii consuetudinem fecit; monasterii S. Dionysii socio ditissima bibliotheca, scrinia diplomatibus epistolisque conferta patebant. Etsi historiam omnino accurate conscripsit, non sine studio Philippi regnum tractavit, praecipue in priore libri parte, ubi adversarios regis ut Richardum Angliae regem plus iusto detrectat. Ceterum

1) Ita nomen in cod. Parisiensi, de quo infra, scribitur; Rignotum vel Rigotum, Rinotum eum Willelmi Brittonis codices dicunt; infra p. 296. 2) Physicum se ipsum in praefatione profitetur. 3) *fere iam senio existens* Gesta. 4) Rigordum medicum regium fuisse, dicunt qui hoc munus Philippo rege etiam defuisse ignorant.

satis credulus miraculis admodum favet. Res quas narravit maxima ex parte in septentrionali Gallia gestae sunt, quamquam nonnulla sparsit, quae ad meridiem, Flandriam, Germaniam spectant. Litteris, si temporis ratio habetur, optime instructus erat, quippe qui Horatio Vergilioque studuerit; Latine non sine cultu ac nitore scripsit, quamvis Willelmum Brittonem continuatorem non aequaverit.

In unico libro mss., qui integer servatus est, Willelmus Rigordum sine ulla intermissione excipit, ita ut, ubi hic finem, ille initium posuerit, non satis manifestum sit. Quod Willelmus in praefatione Gestorum scripsit, Rigordum ad a. 28. *regni Philippi progressum fuisse, D. Brial hanc temporis notam cum a.* 1208. *ex. convenire opinatus est. Sed F. Delaborde ('Etude sur la chronique en prose de Guillaume le Breton'. Paris.* 1881, *p.* 31—39*) vetusto chronico a.* 1270. *in monasterio S. Dionysii*[1] *composito usus, probare studuit*[2], *Rigordi historiam iam a.* 1207. *defecisse (ibid. p.* 35—37*). Ipso anno scriptorem diem obiisse coniiciendum est, et quidem* 15. *Kal. Dec., si Necrologio S. Dionysii fides habenda est.*

Codex qui integrum opus continet est

1) *Parisiensis nr.* 5925, *membr. saec. XIV, ubi varia opera ad historiam Francorum spectantia coniuncta sunt, fol.* 248 *sqq. (cf. 'Arch.' XI, p.* 317; *'N. Arch.' V, p.* 108; *VI, p.* 123*).*

2) *Vaticanus Christ. nr.* 88, *membr. s. XIII/XIV, post Roberti Autissiodorensis chronicon (supra p.* 225*) aliaque scripta ('Arch.' XII, p.* 267*) Rigordi fragmentum solum praebet, cuius lectiones enotavit V. Cl. Ewald.*

Epitomen Rigordi Willelmus Britto libro suo de Gestis Philippi II. Augusti praemisit, ex qua pauca quae adiecit vel mutavit subiecimus, unum locum maiorem post cum ipsius libro edituri. *A. M.*

Gesta secundi anni regni[a] Philippi Augusti Francorum regis.

Anno dominice incarnationis 1180, quarto[b] Kalendas Iunii, ea die qua dominus noster 1180. Ihesus Christus baiulis nubibus celos ascendit, in ecclesia beati Dyonisii, ad suggestionem Mai 29. et consilium cuiusdam boni viri, qui zelum Dei videbatur habere, idem rex Philippus secundo imposuit sibi diadema, et tunc inuncta fuit Elisabeth[c], uxor eius, venerabilis regina, filia Baldoini[d] illustris comitis Haenuensis[e], neptis Philippi magni comitis Flandrensium, qui ea die, prout moris est, ensem ante dominum regem honorifice portavit. . . . . . .

Gesta quarti anni regni Philippi Augusti Francorum regis.

Incidentia. — Eodem tempore combusti sunt multi heretici in Flandriam a Guilelmo[f] reverendo Remensium archiepiscopo, tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, apostolice sedis legato et a Philippo illustri comite Flandrensium[3]. . . . . . . 1183.

Gesta quinti anni regni Philippi Augusti Francorum regis.

Anno dominice incarnationis 1184, regni Philippi Augusti anno 5, etatis ipsius anno vicesimo, orta est dissensio, que in novis rebus accidere solet, inter christianissimum Philippum* regem Francorum et Philippum Flandrensium comitem pro quadam terra, que usitato vocabulo Viromandia dicitur. Asserebat enim rex, totam Viromandiam cum castellis, vicis et villis titulo successorio ad reges Francorum iure hereditario pertinere, et hoc totum per clericos et laicos, videlicet archiepiscopos, episcopos, comites, vicecomites aliosque principes se proba- 1184.

*) *Willelmus haec aliter narrat, cuius locum infra exhibemus.*

a) *deest* 2. b) quarto *post corr.* primo 1 *(corrector de a.* 1181. *cogitavit).* c) Helysabeth 2. d) Balduini 2. e) Hainellorum *Guill. ed.* f) Guillemo 2.

1) Codex ms. Paris. bibl. nat. lat. 5949 A. istud chronicon continet, in quo Rigordi opus exscriptum est. 2) Cf. tamen quae monui 'Gött. Gel. Anz.' 1881, nr. 30. G. W. 3) Cf. Sigeberti cont. Aquicinctinam, SS. VI, p. 421.

turum allegabat. Comes autem Flandrie e contrario respondebat, terram predictam, vivente christianissimo beate memorie rege Ludovico, diu tenuisse et per multa tempora sine omni inquietudine in pace possedisse, et quamdiu viveret se numquam dimissurum firmissime proponebat. Videbatur enim comiti, quod de facili animum regis, quia puer erat, multis promissionibus et blandis allocutionibus a tali incepto posset revocare. Manus equidem principum tunc, ut dicebatur, cum eo erat. Sed, ut dici solet in proverbio, 'ventum conceperunt et telas aranee
1184. texuerunt'. Tandem de consilio principum et baronum Philippus Augustus apud Karnopolim, castrum pulcherrimum, quod vulgo Compennium dicitur, omnes principes terre sue convocavit, et communicato cum eis consilio, infinite multitudinis collegit exercitum versus civitatem que Ambianis vocatur. Comes vero Flandrie adventum regis audiens, exaltatum est cor eius, et collecto adversus regem exercitu, contra ipsum regem dominum suum movit arma et iuravit in brachio fortitudinis sue, quod defenderet se de omnibus[1].

[De[a] eodem].

Igitur anno 5. regni Philippi Augusti et etatis ipsius anno 20. egressus est rex cum
cf. Iud. 2,11. exercitu ad omnem terram illam, et operuerunt faciem terre sicut locuste. Videns autem comes Flandrie exercitum regis magnum valde et fortem, conterritus est spiritus eius, et
cf. Ios. 7, 5. liquefactum est cor populi sui, fuge presidium querentes. Tunc comes, habito consilio cum suis, per internuntios principem milicie regis, Teobaldum[b] comitem Blesensium, Francie senescallum, vocavit et G[uillelmum] Remensem archiepiscopum, ipsius regis avunculos, quibus sicut regis fidelibus cura rerum gerendarum eo tempore commissa fuerat. Istis mediantibus, comes Flandrie in hunc modum regem allocutus est: 'Desinat indignatio tua, domine, circa nos; veni nobis pacificus et utere servicio nostro, sicut placuerit tibi. Terram quam queris, scilicet Viromandiam, cum omnibus castellis et villis ad eam pertinentibus libere et sine omni procrastinatione tibi, domine mi rex, in integrum restituo. Tamen, si vestre regie maiestati placet, castrum Sancti Quintini et castrum quod Peirona[c.2] vocatur dono regio quamdiu vixero michi dimitti postulo, et post decessum meum ad vos vel ad heredes vestros, successores videlicet regni Francorum, sine aliqua contradictione devolvantur'.

[De[a] reformatione pacis inter regem et comitem].

Quod audiens Philippus christianissimus Francorum rex, convocavit omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, comites, vicecomites et omnes barones, qui ad domandam feritatem illius et superbiam frangendam unanimiter convenerant. Et habito consilio[d] cum illis, omnes quasi uno ore respondentes, hoc quod comes Flandrie regi offerebat faciendum esse, laudaverunt. His peractis, comes Flandrie introductus est; qui coram omnibus principibus et universa multitudine ibidem collecta terram predictam, scilicet Viromandiam, quam iniuste longo tempore possederat, iuste regi Philippo restituit, et statim coram omnibus terra reddita, in possessionem misit. Preterea iuramentum regi prestitit, quod omnia dampna, que Baldoino[e] comiti Haenuensi[f] et aliis amicis regis intulerat, secundum voluntatem regis et mandatum cuncta in integrum et sine mora restitueret. Et sic pax inter regem et comitem quasi per miraculum est reformata, quia sine humani sanguinis effusione est finem consecuta. Quod videntes universi populi, nimio gaudio repleti, laudantes benedixerunt Deum,
cf. Iud. 13, 17. qui salvat sperantes in se[3]. . . . . . .
1050. . . . . Iste Henricus[4] rex[g], auditis rumoribus, quod in Alemannia[h], in civitate[i] Ratispona*, in abbatia Sancti Hermentranni martiris inventum fuerat quoddam corpus, quod dicebant esse Dyonisii Ariopagite, misit nuncios suos ad Henricum imperatorem cum litteris suis, ut diem elevationis illius corporis protelaret, quousque per certos nuncios, utrum corpus

*) id est Rainabroc *supra lineam add. manus paulo posterior* 1; id est Ramaborc *add.* 2.

a) *ita* 2. b) Tibaldum 2. c) Perrona 2. d) cum illis consilio 2. e) Balduino 2. f) Haencensis 1. g) *deest* 2. h) Alemanniam 2. i) que dicitur *add.* 2.

1) De isto negotio v. Gervasium Dorobernensem, SS. R. Gall. XVII, p. 664, et Gislebertum Montensem, SS. XXI, p. 547. 2) Péronne (dép. Somme). 3) Longius de miraculo apud Bovas gesto refert, cuius rei narrationem infra p. 301. ex Willelmo recepimus. 4) Henricus scilicet rex Francorum, cuius paulo ante in genealogia regum Francorum mentionem Rigordus fecit. — Hanc beati Dionysii detectionem longius invenies enarratam in Historia dedicationis ecclesiae S. Remigii Remensis, auctore coaetaneo quodam Anselmo monacho, Bouquet XI, p. 469. Cf. quoque *De detectione corporum S. Dionysii* etc. opus tempore Rigordi compositum, ibid. p. 467.

ieromartiris Dyonisii Ariopagite Athenarum archiepiscopi, discipuli apostoli Pauli, in Franciam, in ecclesia, quam Dagobertus rex fundaverat, esset vel non, plenissime certificaretur. Quo audito, imperator misit magnos viros et sapientes in Franciam, ut plene rei veritatem cognoscerent[a]. Visis nunciis imperatoris, Henricus rex convocavit archiepiscopos, episcopos et barones tocius regni et cum Odone, karissimo fratre suo, ad ecclesiam beatissimi martiris Dyonisii misit. Facta autem oratione, allata sunt tria vasa argentea, Dyonisii, Rustici et Eleutherii, coram omni populo, diligentissime sigillata. Et aperto vase beati martiris Dyonisii, totum corpus ipsius cum capite inventum est, exceptis duobus ossibus de collo, que sunt in ecclesia Vergiacensi, et os quoddam de brachio, quod Stephanus papa III. secum ad Romanam portavit ecclesiam et posuit in ecclesia que hodie Scola Grecorum vocatur. Hoc videntes universi populi, cum lacrimis et suspiriis puras manus levantes ad Dominum, Deo et beate[b] virgini et sanctis martiribus se commendantes, cum gaudio recesserunt. Tunc nuntii qui missi fuerant ad imperatorem citissime revertentes, super[c] his que viderant et audierant imperatorem plenissime certificaverunt. Hoc fuit[d] factum tempore Leonis pape noni, anno Domini 1050. . . . . . .

De frequenti transitu summorum pontificum.

Eodem anno [1187], in festo sancti Luce, mense Octobri, Urbanus papa III. migravit 1187.
ad Dominum, qui sedit anno et dimidio. Cui successit Gregorius VIII, qui sedit* mense et Oct. 17.
dimidio. Cui eodem anno successit Clemens III. natione Romanus[1]. Et nota, quod tam frequens mutatio summorum pontificum nulla ratione fieri potuit, nisi ex culpa ipsorum et inobediencia subditorum, per gratiam Dei redire nolentium. De Babilone enim, id est de confusione peccatorum, nemo suis viribus aut sciencia revertitur, nisi exeundi gratia desuper ei largiatur. Senescit enim ipse mundus, senescit et omnis regiminis usus et declinat in senium et tamquam iterato relabitur in puerum, ut effluat in omne voluntatis sue profluvium. . . . . . .

Eodem anno 1189, regni Philippi decimo, Idus Marcii obiit Elysabeth regina, uxor Philippi Francorum regis, que sepulta est in ecclesia beatissime virginis Marie Parisius . . . . . .

Anno Domini 1190 . . . . Philippus rex . . . . feria quarta post octavas sancti Iohannis 1190.
baptiste cum rege Anglie Ricardo apud Vizeliacum venit. . . . . Et paucis evolutis Iul. 4.
diebus, apud Ianuam** venit, ubi naves et ea que erant victui necessaria cum armamentis[e] diligentissime parari fecit. Ricardus autem rex Anglie apud Massiliam cum omnibus suis mare intravit. Et sic iam dicti catholici reges pro sancta christianitate defendenda et propter amorem domini nostri Ihesu Christi ventis et mari se committentes, cum multis et magnis periculis apud Messanam*** venerunt[f, 2]. . . . . . . Quando rex Philippus apud Messanam venit mense Augusto, honorifice receptus est in palatio regis Tancredi, et de victualibus suis habundanter ei donavit, et infinitam auri summam ei dedisset, si unam de filiabus suis ei aut filio suo Ludovico desponsasset. Sed rex Philippus propter amiciciam, quam erga Henricum imperatorem habebat, utrilibet desponsationi supersedit. Postmodum contentio quedam, quam rex Anglie pro dotalicio sororis sue cum rege Tancredo habebat, interventu et labore regis Philippi hoc modo terminata est: Rex Anglie habuit a rege Tancredo 40 milia uncias auri, de quibus rex Philippus habuit terciam partem, cum medietatem habere deberet, sed pro bono pacis tercia fuit contentus. Iuraverunt etiam ex parte regis Anglie quidam viri nobiles unam de filiabus regis Tancredi Arturo futuro duci Britannie. Rex
vero Francorum Philippus apud Messanam natale Domini tunc celebravit et militibus terre 1190.
sue pauperibus, qui res suas orta tempestate in mari perdiderant, multa dona dedit et magna: Dec. 25.
duci Burgundie[3] mille marcas, comiti Nivernensi[4] 600, Guillelmo de Barris 400 marcas,

*) *Will.:* sedit per octo hebdomadas dierum.
**) civitatem Italie *add. Will.*
***) Mechinam sive Messanam Sicilie civitatem *Will.*

a) agnoscerent 2. *ed.* b) Marie v. 2. *ed.* c) qui s. 2. d) factum fuit 2. e) armentis 2. f) *desinit* 2.

1) Non die festo sancti Lucae, id est Oct. 17, sed die 20. eiusdem mensis mortuus est Urbanus III; Gregorius autem VIII. 1187, Dec. 17. obiit, et Clemens III. mense Martio, anno 1191. 2) Cf. Radulphum de Diceto, SS. R. Gall. XVII, p. 637 sqq. 3) Hugoni III. 4) Petro de Cortiniaco (Courtenay); cf. Phil. X, v. 416 sqq.

G[uillelmo] de Merloto[1] 400 uncias auri, episcopo Carnotensi[2] 300, M[atheo] de Monte-Morenciaco 300, Drogoni[3] 200 et multis aliis 200, quorum nomina longum esset hic ponere. Quecumque eo tempore venalia ibi inveniebantur, carissima erant. Sextarius frumenti valebat 24 sol. Andegavensium, ordei 18 sol., vini 15 sol., gallina 12 denar. Hac de causa Philippus rex misit ad regem et reginam Ungarie, ut sibi subvenirent in victualibus. Postmodum misit ad imperatorem Constantinopolitanum pro succursum Terre Sancte faciendo, et si rex, Deo volente, per terram imperatoris rediret, quod imperator ei prestaret securum transitum, et rex prestaret ei bonam securitatem de pacifico ingressu et egressu. . . . . . . Rex autem Francorum Philippus cum summo desiderio volens iter perficere quod inceperat, Marcio
1191. Apr. 13. mense mare intravit et, revolutis paucis diebus, prosperis ventis cum omnibus rebus suis vigilia pasche Acon[a] applicuit. . . . . . .

1190. Eodem anno Fredericus Romanorum et Teutonicorum imperator christianissimus cum filio suo duce Boemie[4] et universo exercitu suo[*] veniens in transmarinis partibus, inter Niceam Bithinie civitatem et Antiochiam, non minimam christianis relinquens mesticiam, viam universe carnis ingressus est, filio suo duci Boemie universum exercitum suum relinquens. Qui cum paucis de terra Turcorum[b] evasit et cum illis apud Accium venit, ubi breviter
1191. lege naturali vitam finivit. Frederico imperatori successit filius eius Henricus, strenuus in agendis et acer in hostes, omnibus ad eum accedentibus largus et munificus.

Apr. 17. Anno Domini 1191, 15. Kalendas Maii obiit Clemens papa, qui sedit duobus annis et quinque mensibus[5]. Cui successit Celestinus, natione Romanus. . . . . . .

1192. Eodem anno episcopus Leodicensis[6], a facie Henrici imperatoris fugiens, Remis aliquantulam fecit moram, a Guillelmo reverendo Remensi archiepiscopo[7] honorifice receptus et in propria domo, paratis sufficienter necessariis, collocatus. Sed revolutis paucis diebus, instigante diabolo missi sunt ab imperatore quidam milites, immo condicti Sathane satellites, ad predictum Leodicensem episcopum[**]. Episcopus autem, sicut vir mansuetus et pius, eos honorifice recepit et in mensa sua quasi amicos et domesticos collocavit. Dicebant enim sese
cf. Ps 11, 3. Iob 15, 35 ab imperatore iniuste exheredatos, callide et dolose in corde et corde loquentes. Conceperant enim dolorem et in proximo perpetrati sunt iniquitatem. Nam, effluxis aliquot diebus, causa spaciandi educentes episcopum extra civitatem, evaginatis gladiis christum Domini vilissime interfecerunt, quia canonice electus et consecratus fuerat contra voluntatem imperatoris, et fugam arripientes, cursu rapidissimo ad imperatorem reversi sunt.

1191. Eodem anno comes Tibaldus[8] pius et misericors, regis Francorum senescallus, comes Clari-montis[9], comes Perticensis[10], dux Burgundie et Philippus comes Flandrie in obsidione Accii, Domino vocante, viam universe carnis ingressi sunt. Terra vero comitis Flandrie, quia alium non habebant[c] heredem, ad Baldoinum, nepotem suum, filium comitis Henoensis, est devoluta; qui postea factus est imperator Constantinopolis. . . . . . .

Gravabatur enim rex tunc morbo gravissimo et ex alia parte regem Anglie valde suspectum habebat, quia rege celato frequenter nuntios ad Salahadinum mittebat et mutua dona ab eo accipiebat. Qua de causa habito cum principibus suis familiari consilio, ordinato suo exercitu acceptaque a suis licencia cum fletu et lacrimis, ventis et mari se committens, cum tribus tantum galeis, quas Rufus de Volta Ianuensis ei paraverat, ad partes Apulie Deo volente transvectus est. Ubi, recuperata quantulacumque sanitate, satis debilis cum paucis iter arripuit, et transitum faciens per Romanam civitatem, visitatis apostolorum

a) Acharon *Will.* b) virorum *ed.* c) quae (qui) . . . habebat *ed.*

*) cum infinita multitudine Theutonicorum et aliorum in obsequium sancte crucis similiter proficiscens *Will.*

**) Remis metropoli Francorum occiditur sanctissimus Leodiensis episcopus, missis apparitoribus ab Henrico imperatore, qui *etc. Will.*

1) de Mello. 2) Petro I. 3) Drogoni de Merloto (Mello), cuius fratrem Guillelmum supra memoravit Rigordus, postea Lochiarum domino et Franciae comestabulo. 4) Hic errat Rigordus, qui de Friderico duce Sueviae, imperatoris filio, sine dubio loquitur. 5) Errat Rig.; electus est a. 1187, Dec. 19, coronatus Dec. 20, decessit a. 1191, Mart. 20. 6) Albertus I; cuius Gesta v. SS. XXV, p. 163. 7) Guillelmo I. de Campania. 8) Theobaldus V. comes Blesensis. 9) Radulphus comes Clarimontis in Belvacensi territorio. Obiit ante mensem Iulium anni 1191. 10) Rotrodus.

liminibus, et accepta benedictione a Romano pontifice Celestino *, in Franciam rediit circa 1191.
nativitatem Domini[1].

Rex vero Anglie in transmarinis partibus remanens, ... ducis Austrie vexillum circa Achon cuidam principi abstulit et in cloacam profundam in obprobrium ducis et dedecus vilissime confractum deiecit. . . . . . .

Rex vero Anglie ad terram suam redire disponens, comiti Henrico[2], nepoti suo, excel- 1192.
lentissimo iuveni, totam terram transmarinam, quam christiani eo tempore tenebant, dimisit
et exercitum suum eidem tradidit. Et mare ingressus[3], orta tempestate, accidit, ut ventus, rapta[a] Epist.
navi in qua ipse erat, duceret eam versus partes Hystrie ad locum qui est inter Aquileiam et Venecias. Ubi idem[b] rex Dei permissione passus naufragium, cum paucis evasit. Quidam itaque[c] comes Mainardus de Guorze[d] et populus regionis illius, audito quod in terra erat, et considerato diligentius, qualem nominatus rex in Terra Promissionis seditionem[e] in perditionis sue cumulum exercuerat, insequti[f] sunt eum, intendentes ipsum[g] captivare contra morem omnium peregrinorum per quascumque terras christianorum secure transeuntium. Ipso autem rege in fugam verso[h], ceperunt de suis 8 milites. Postmodum rex fecit[i] transitum ad burgum, qui est in archiepiscopatu Salezburgensi, qui vocatur Frisacum; ubi Fridericus de Sancta Sowe[k,4], rege cum tribus tantum versus Austriam noctu[l] properante, sex milites de suis cepit. Limpoldus[m] autem dux Austrie, imperatoris consanguineus, observata strata et[n] positis ubique custodibus, sepe dictum regem iuxta Viennam[o] in villa viciniori in domo despecta inventum captivavit et omnibus bonis suis expoliavit. Sequenti vero mense Decembri Henrico imperatori tradidit; a quo iniuste fere per annum et dimidium carcere detentus et multis expensis et variis exactionibus gravatus, tandem datis 200 milibus marcarum argenti pro redemptione imperatori, per mare traiectus est in Angliam. Timebat enim, ne iterum a rege Francorum caperetur, quem valde offensum habebat, si per terram suam transitum faceret[5]. . . . . . .

Anno Domini 1194. . . . . . . Eodem anno Henricus imperator totam Apuliam et 1194.
Calabriam et Siciliam, que iure hereditario ex parte uxoris eum contingebant, suo subiugavit imperio. . . . . . .

Anno Domini 1196. . . . . . . Eodem anno, mense Iunio Baldoinus comes Flandrie 1196.
fecit hominium[6] regi Philippo apud Compennium, astantibus Guillelmo Remensi archiepiscopo et M[aria][7] Campanie comitissa et multis aliis.

Eodem anno et eodem mense Philippus rex duxit uxorem nomine Mariam[8], filiam ducis Meranie[p] et Boemie[9] marchionisque Hystrie. . . . . . .

Anno Domini 1197. Baldoinus comes Flandrensis a fidelitate regis Francorum mani- 1197.
feste recedens **, regi Anglie Ricardo confederatus est. Regem etiam Francorum et terram ipsius graviter persecutus est. Similiter et Rainaldus, filius comitis Domni-Martini, regi Anglie confederatus est. Cui et maximo amore et familiaritate *** comitissam Bolonie cum suo comitatu in uxorem dederat rex Francorum. Sed, instigante diabolo, spreto hominio, ruptis pactionibus et iuramentis, dominum suum regem Francorum bello aggressus est, et adiunctis sibi Cotarellis et aliis regni Francorum inimicis, terras vastavit et predas duxit et multa mala regno Francorum intulit. . . . . . .

Eodem anno Henricus Romanorum imperator obiit; qui eo tempore per tyrannidem suam Siciliam sibi subiugaverat et multos viros magnos et nobiles ibidem perhemerat et contra religionem christianam archiepiscopos et episcopos trucidaverat. Contra ecclesiam Romanam, sicut et predecessores sui, semper tyrannidem exercuerat. Qua de causa Innocentius papa III. in promotione Philippi, fratris sui, adversarius fuit et omnes fautores eius

*) cognato suo *add. Will.*
**) spreto hominio suo et fidelitate qua tenebatur Philippo regi *Will.*
***) tamquam dilecto et fideli suo *Will.*

a) rupta navi sua *Epist.* b) ipse *Ep.* c) fidelis noster *add. Ep.* d) Gorze *Ep.* e) proditionem et traditionem ad *Ep.* f) eum ins. sunt *Ep.* g) eum *Ep.* h) converso *Ep.* i) processit rex *Ep.* k) *ita Rig. corrupit vocem* Botesowe *Ep.* l) prop. noctu *Ep.* m) Dilectus autem cons. noster Limp. d. Austr. *Ep.* n) impos. *Ep., ubi* et *deest.* o) Wenam *Ep.* p) Moraviae *Will. ed.*

1) Rex Philippus 31. die Iulii mensis mare intravit; mense Decembri Lorriaci (Lorris, dép. Loiret, arr. Montargis) morabatur. Cf. Delisle, 'Catalogue', p. 84. 2) Id est Henrico comiti Campaniae, cuius ipsa mater Maria matrem habuerat Alienordim, Aquitaniae ducissam et uxorem Henrici II. regis Anglorum. 3) Quae sequuntur sumta sunt ex Epist. Henrici imp. ad Philippum Francorum regem, quae legitur ap. Rogerum de Hoveden. PANNENB. 4) Botesowe = Petowe, nunc Pettau. Cf. Toeche, 'Kaiser Heinrich VI', p. 562. P. 5) Cf. Cont. Aquicinct., SS. VI, p. 430. et Radulphum de Diceto, SS. R. Gall. XVII, p. 644 sq. 6) Istius homagii instrumenta indicat Delisle, 'Catal.' p. 118. 7) Uxor Henrici I. comitis Campaniae iam defuncti. 8) Hanc alii scriptores et acta publica appellant Agnetem. Cf. Delisle, 'Catal.' p. 698—711; Roger. de Hov. a. 1195, qui hoc matrimonium sub hoc anno collocat. 9) Nota auctoris errorem.

excommunicavit et Othoni, filio ducis Saxonie, viriliter adhesit et Aquisgrani in regem Germanie coronari fecit. . . . . . .

1198. Ian 8. Eodem anno, 6. Idus Ianuarii Celestinus papa III. migravit ad Dominum. Cui successit natione Romanus Innocentius III, qui prius Lotharius vocabatur. . . . . . .

Anno Domini 1198. . . . . . . Philippus dux Suevie, frater imperatoris Henrici[*], maximam partem imperii optinuit. Contra quem Otto, ducis Saxonie filius, habens coadiutorem regem Anglie Ricardum, avunculum suum, comitemque Flandrensem et archiepiscopum Coloniensem[**], Aquisgrani in regem Germanie coronatus est[a]. Rex autem Francorum Philippus iam[b] dicto Philippo regi Alemannie ducique Suevie confederatus est[1], sperans per eum comitem Flandrie sibi subicere et regi Anglie facilius posse resistere. . . . . . .

Gesta 19. anni Philippi Francorum regis.

1199. Anno Domini 1199. . . . . . . Philippus comes Namurii, frater comitis Flandrensis, captus est a Roberto de Belesio et ab Eustachio de Nova-villa cum duodecim militibus[***] mense Maio iuxta castrum quod Lentium[2] vocant[†] et regi Philippo traditus cum Petro de Doaio clerico, qui multa mala regi machinatus fuerat. Electus vero Cameracensis captus fuerat ab Hugone d'Amelencort; pro quo Petrus iam dictus[3] sancte Romane ecclesie legatus totam Franciam sub interdicto posuit. Sed revolutis tribus mensibus, habito rex saniori consilio ecclesie sancte Petrum predictum liberum reddidit. . . . . . . Mense autem Octobri treuge sub iuramento firmate sunt inter duos reges usque ad sequens festum sancti Iohannis. Similiter inter comitem Flandrie Baldoinum et regem Francorum Philippum. . . . . . . Sequenti vero, videlicet mense Novembri, Michael Senonensis archiepiscopus, vir theologus et Deo plenus[c], migravit ad Dominum. Cui successit Petrus de Corbolio, quondam Innocentii pape didascalus[4]. Per cuius manum et auctoritatem primo Cameracensem episcopatum, secundo Senonensem meruit optinere. . . . . . .

1201. Apr. Anno Domini 1201. . . . . . . Eodem anno . . . . . . Maria superinducta[5], Domino vocante, viam universe carnis ingressa est. De qua rex Francorum susceperat filium nomine Philippum et filiam nomine Iohannam. Quinque enim annis contra legem et Dei decretum eam habuit et tenuit. Post mortem vero ipsius Marie ad petitionem regis Francorum Innocencius papa III. infantes predictos legitimos heredes esse mandavit et postmodum litteris suis confirmavit[6]. Quod factum eo tempore pluribus desplicuit[d]. . . . . . .

In hoc loco dignum duximus inserendum facta memorabilia, que barones Francorum, videlicet Baldoinus comes Flandrie, Ludovicus comes Blesensis, Stephanus Perticensis, marchisius de Monte-ferrato et alii quam plures magni viri et strenui bellatores[††], qui mortuo inclite recordationis rege Anglie Ricardo pro liberatione Sancte Terre cruces assumpserant, apud Constantinopolim egerunt, ascito sibi duce Veneciarum sub iuramento cum suis Venetianis et stolio. . . . . . .

Anno Domini 1208. . . . . . . Eodem anno quidam comes palatinus, qui lingua eorum landagrava vocabatur, id est comes palatii, Philippum Romanorum imperatorem interfecit. Quo mortuo, Otto, filius ducis Saxonie, per industriam et auctoritatem Innocentii pape imperium optinere nitebatur. . . . . . .

*) consilio et auxilio regis Francorum innixus *add. Will.*
**) non minorem eo partem imperii evincit . . . Quorum uterque coronatus est in regem super Germaniam contentione, et multa inter se prelia commiserunt. *Will.*
***) militibus electis *Will.*
†) in patria Nerviorum que Flandria nunc vocatur *add. Will.*
††) Interea Flandrensis, Blesensis, Perticensis comites et alii proceres, qui Philippo regi domino suo defecerant, videntes se per mortem Richardi regis auxilio et consilio destitutos *etc. Will.*

a) coronaverunt 1. b) tam 1. c) placens *ed.* d) *ita* 1.

1) Instrumentum huius confoederationis exstat SS R. Gall. XVII, p. 49. 2) Lens. 3) Capuensis, Sanctae Mariae in Via-lata diaconus cardinalis, legatus ab Innocentio III. in Franciam missus. 4) De Petro de Corbolio cf. Gesta Innocentii III. papae, Muratori SS. III, p. 505. 5) V. supra p. 293 n. 7; Ingeburgi dicitur superinducta. 6) Huius legitimationis acta in archivio Franciae generali nunc asservantur. Cf. Delisle, 'Catal.' p. 162—163, et Teulet, 'Layettes du Trésor des Chartes' I, p. 231—233. Omnia inchoante mense Ianuario, anno 1202, conscripta sunt.

EX
WILLELMI BRITTONIS OPERIBUS.
EDIDERUNT
A. MOLINIER, A. PANNENBORG, G. WAITZ.

De Willelmi[1] Brittonis sive Armorici vita et scriptis, postquam fragmenta in hoc scriptorum volumine edenda selegerat et cum codicibus Parisinis contulerat V. Cl. A. Molinier, diligenter et fusius egerunt A. Pannenborg, qui praesertim magnum eius carmen summa solertia perquisivit et hanc nostram editionem absolvit eamque annotationibus bonae frugis plenis illustravit, dissertatione separatim edita ('Zur Kritik der Philipis. Aurich' 1880*), et Delaborde, qui similem curam Gestis Philippi pedestri sermone conscriptis adhibuit ('Etude sur la chronique en prose de Guillaume le Breton'. Par.* 1881*). Qui in vita Willelmi exponenda tum inter se tum cum iis quae iam antea V. Cl. Molinier conscripserat conveniunt, ita ut haec, annotationibus paucis subiectis, nunc proponere liceat:*

'Ex qua provincia oriundus fuerit, solo cognomine cognoscendum est, cum ipse multis locis se natione Armoricum[2], Britigenium, Brittonem nominet. Nec in qua Brittanniae parte primos egerit annos, nobis plane certum est; nec quo anno in lucem venerit, nobis diserte indicat, sed tantum in quodam sui poematis loco[3] se undenum lustrum iam attigisse fatetur; cum autem hoc opus circa annum 1220. *condiderit, eum fere aequalem regis Philippi, anno* 1165. *nati, existimamus[4]. Ad duodecimum aetatis suae annum iam progressus, Meduntam[5] haud procul a Parisiis, adductus est, ubi primum liberalibus artibus se dedit, nec multo post Lutetiam veniens, ibi cum illis eximiis viris, quibus tunc nascens Universitas gloriabatur, maximam amicitiam contraxit. Inter quos praecipue Guarinum, postea Silvanectensem episcopum, magno amore prosecutus fuisse videtur, qui quandam praebendam in ecclesia sua cathedrali ei, qui presbyteri ordines acceperat, condonavit[6]. Nec minima familiaritate cum Aegidio Parisiensi usus fuit, qui iam anno* 1200. *in suo Carolino nostro Willelmo amicissimum se profitetur. In istius enim poematis libro quinto optimos suae aetatis viros recensens Aegidius dulcissime nostro auctori exprobrat, quod saepius Romae quam Lutetiae commoretur, dicens:*

Tu quoque, qui non es noster non esse fatendus,
Vir meritis accepte tuis, si dicere fas est,
A raro sessu Romaque frequente recursu,
Regalis, Willelme, domus famose sodalis,
Mecum olim in studiis, nunc maior doctor adauges

1) Hanc nominis formam praeferendam duxi, quippe qua Guarinus episcopus Silvanectensis in diplomate de praebenda Willelmo concessa usus sit; v. infra. Willelmus Brito Armoricus, si Chesnii editioni fides habenda (ap. Brial legitur: Guillelmus) Philipidis initio scribitur. Guilelmum Britannicum eum dicit Albricus 1179, SS. XXIII, p. 256. 2) Gestor. prol., infra p. 297. 3) III, v. 376. 4) Cf. Pannenborg p. 11, qui locum illum a. 1221. scriptum, Willelmum c. a. 1166. natum putat. 5) Mantes. Cf. supra. 6) Anno 1219. Guarinus ei quam antea donaverat aliam substituit, Gall. christ. X, inst. c. 449. — Praeterea etiam canonicus ecclesiae Leonensis (St. Pol. de Leon) fuisse videtur, ibique a. 1198. praesens fuit. V. Delaborde p. 26.

Hos vatum titulos, et dum in sublimia scandis,
Parisii magno cives extollis alumpno[1].

Nec tantum longiorem absentiam amico exprobrat, verum etiam illa ardua ac parum honesta negotia, quorum curam susceperit; quae de divortio inter Philippum regem ac reginam Ingeburgam a papa confirmando intelligenda videntur esse.

Ex his Aegidii dictis perspicimus, quem locum inter Parisienses viros iam tunc tenuerit Willelmus, et quantam ipsi fiduciam tribuerit Philippus, qui tam cara, tam intima negotia illi tractanda commiserit. Ecce iam regiae domus sodalis ac regis capellanus, quo titulo se ipsum ornat anno 1214[2], *dominum ubique comitatur; anno* 1203. *Castelli-Gaillardi, fortissimi in Normannia oppidi, expugnationi interest*[3]; *anno* 1213. *cum Francorum exercitu Flandriam intrat, in portu Damensi Gallicae classis ruinam visurus*[4]. *Anno vero sequenti post crudelissimam Insulae eversionem Bovinensi adest pugnae, divinum favorem implorans. Aliquot autem ante annis Karlotum, naturalem Philippi Augusti filium, cui postea Philipidem direxit, educandum susceperat. Quo vero anno obierit, parum nobis liquet, hoc tantum constat, eum regi supervixisse, quippe cuius mortem et exequias in suo poemate narraverit. Ex quibusdam huius operis versibus, illum annum* 1225. *attigisse, comperimus*[5].

Haud parvi sunt momenti Willelmi opera ad texendam huius temporis historiam. Quippe qui nulla fere retulerit, nisi quae vel viderit vel ab ipsis actoribus acceperit. Cum omnibus pene sive potentia sive scientia eminentibus viris magnam familiaritatem videtur habuisse, unus ex regis intimis et qui forte merito principis conscientiam consiliis regeret. Nec tamen obliviscendum, quod Philippum tanto prosecutus est amore, ut nonnumquam nimis eius partibus faveret, quae mala egerit praetermittendo, quae bona in melius efferendo. Nec pauci sunt loci, ubi talia animadvertis: semper enim regis adversarios, Iohannem Ottonemque maximis opprobriis lacessit, in illis nihil nisi vitia esse contendens, tantusque in illo ardor, ut saepe falsa pro veris proponat. Quippe qui Iohanni exprobret, quod suum fratrem, comitem scilicet Salisberiensem, in carcere remanere patiatur, cum non multo post Bovinensem pugnam iste rex de ipsius redemptione cum rege Philippo tractare voluerit[6]. *Nec his contentus, Philippum ubique ecclesiae Dei ac pauperum defensorem effingit, nec meminit, quam longas, quam acerbas cum summo pontifice discordias habuerit rex, cum suam legitimam diuque cupitam uxorem pro quadam concubina deseruisset, se ipsum suumque regnum excommunicationis interdictique vinculis innodando. Quin etiam semper mente eadem ductus, papae Innocentio vix mortuo durissime exprobrat, quod domino ipsius Angliam invasuro restiterit*[7]'.

Haec Molinier. De duobus Willelmi vero libris, qui nostram viderunt aetatem, altero carmine, quod 'Karlotis' dictum erat, perdito, haec nobis dicenda sunt.

Primum Gesta Philippi regis a Rigordo incepta continuanda suscepit, ut ipse in praefatione profitetur:

Gesta Francorum regis Philippi[a] magnanimi, que ipse preclare gessit a[b] primo anno inunctionis sue usque ad 28. annum regni sui in archivis ecclesie beati Dionysii ieromartyris habentur a magistro Rignoto[c] eiusdem ecclesie clerico satis luculente elegantis stili

a) Philipi *A* 3. b) *deest C.* c) Rigoto *A* 2; Rinoto *C, et ita post.*

1) SS. R. Gall. XVII, p. 298. 2) Gesta, infra p. 309. 3) Phil. VII, 598. 782. 4) Ibid. IX, 487 sqq. 5) Cf. Daunou, 'Hist. litt.' XVII, p. 339; Pannenborg p. 12. Ludovici VIII. mortem (8. Nov. 1226) nusquam memorat auctor. 6) Cf. infra et SS. R. Gall. XVII, p. 100. n. 7) Cf. infra a. 1215—1216.

officio perhenni memorie commendata. Quoniam autem sequentia eius[a] opera non minori[b] laude, immo multo excellentiore[c] preconio digna sunt, ego Willelmus[d], natione Armoricus[d*], officio presbiter, qui pro maxima parte non solum hiis, sed et[e] precedentibus eiusdem regis operibus interfui et ea propriis oculis aspexi, eadem gesta plano quidem et usuali eloquio[f] litteris commendavi, non ut inde[g] laudis aliquid videar mendicare[h] aut chronographus[i] sive[k] historiographus vocari merear, sed ne tanti viri tam[l] preclara gesta aliter quam veritas se habet a magnis et sapientibus doctoribus describi contingat. Et quoniam libellus ille magistri Rignoti a paucis habetur et multitudini[m] adhuc non communicatur, omnia que in eo plenarie continentur summatim tetigi et[n] prout oculis propriis vidi[o] et intellexi huic libello meo proposui[p], quedam adiciens breviter pretermissa ab ipso, et ita precedentia et subsequentia virtuosi regis opera sub uno breviloquo[q] libello conclusi. Legant ergo viri litterati, quibus est fecundior[r] ingenii vena, et intelligant hystorie veritatem et sine falsitatis[s] admixtione stilo altiori et veridico carmine regis christianissimi et strenuissimi viri preconia extollant. Actus enim magnifici sibi sufficiunt, si fuerint veraciter[t] et simpliciter enarrati, et stilum tantum veridicum sibi volunt, cum ad sui extollentiam nullo indigeant amminiculo[u] falsitatis. Sepe enim fit, ut scriptor, dum placere querit, gestorum seriem partis mendacio decoloret. Quod in enarrandis tam preclari viri gestis modis omnibus censui devitandum.

Pergit auctor dicens, se de Francorum origine quaedam praemisisse, et laudat chronica Eusebii, Hidacii, Gregorii Turonici, compilationem Fredegarii nomine nunc inscriptam intelligens; sed etiam de Brittonibus Normannisque breviter retulit, postea quaedam de rebus in Britannia, Flandria gestis inseruit*[1], *anno* 1203. *castri Gaillardi obsidionem, cui ipse interfuit, fuse descripsit, inde ab a.* 1209. *proprio marte Philippi gesta narravit, in eis codicibus, quibus praefatio illa est praemissa, ad a. usque* 1219. *deducta. Opus ita conceptum 'Gesta Francorum'*[2] *inscripsisse et separatim edidisse videtur; sed etiam aliis libris de historia regum Francorum in monasterio S. Dionysii collectis adiectum*[3] *est. Hic vero exstat libri recensio non ultra anni* 1215. *initium deducta in codice*

A 1) *Parisiensi nr.* 5925[4], *membr. s. XIII, qui magnam operum historicorum in hoc coenobio factam collectionem continet, de quo v. supra p.* 289. *Rigordi libro, nulla alius auctoris indicatione facta, historia annorum* 1209—1215. *subiecta est, paucis de huius anni rebus et de morte Philippi a.* 1223. *additis*[5], *quae Willelmo vix tribuas. Certe quae ipse post de his annis con-*

*) *Ex his locum exscribere iuvat:* De cuius[v] Roberti[6] genere Hunfredus[w] septimus ab eo Apuliam conquisivit[x]. Robertus, filius eius, cognomine Guiscardus, addidit[y] Calabriam. Illa tamen tota conquisitio[x] ascribitur soli Guiscardo. Buamundus[z] Siciliam adiecit. Sed et Rogerus dux, qui postea[a] diadema sibi imposuit, Affricam[b] superadiecit. Unde et in scuto eius versus iste litteris aureis scriptus erat:

Appulus et Calaber[c], *Siculus mihi servit et Affer*[7].

a) *corr. m.* 2*:* eiusdem regis *A* 2. b) minore *corr.* minori *A* 3. c) *corr.* excellentiori *B, et ita A* 2. d) Guillelmus *B;* Guillm⁹ *A* 2. *C.* d*) Amoruc⁹ū *C.* e) etiam *C.* f) obsequio *B.* g) mihi *C.* h) mendare *corr.* mendicare *B;* vendicare *A* 2. *ed.* i) cron. *A* 2. 3. *C.* k) aut hystoriogr. *C.* l) *deest C.* m) a. m. *A* 2. 3. n) *deest B (1 vel 2 litt. erasis). C.* o) et v. *C.* p) prep. *A* 2. *C.* q) b. l. *corr.* l. b. *B;* uno compendio c. *C.* r) fecondior *B.* s) adm. aliqua falsitatis *C, ubi* stilo — a. falsitatis *des.* t) s. et v. *B.* u) adm. *A* 2; amin. *B.* v) eiusdem *A* 2. 3. *C.* w) Humfr. *A* 2; Hūfr. *A* 3; Hunfradus *corr.* Hunfredus *B.* x) acq. *A* 3. y) adiit *C.* z) Quadnundus *C.* a) q. s. p. d. i. *C.* b) Afric. *A* 3. c) Caleber *corr.* Calaber *C.*

1) Delaborde p. 44. non omnes Willelmi additiones recenset. 2) Ita codex A 3. Alii libri manuscripti titulo carere videntur. 3) Ita Albricus librum laudat, p. 856: *que habentur in cronica ecclesie beati Dyonisii annotata secundum magistrum Rignotum et secundum Guilelmum Britannicum.* Postea modo 'historiam regum Francorum' modo 'historiam regis Philippi', vel 'historiam regum', 'historiam regis' affert. 4) Apographum a. 1587, olim Caroli Labbaei, est cod. Vaticanus Christ. nr. 1758; Delaborde p. 11. 5) Ita recte Brial, SS. R. Gall. XVII, p. 114; Delaborde, p. 18. 6) Qui et Rollo, primus Normanniae dux. 7) Haec erroribus plena esse, vix est quod moneam. De versu, quem alii alii tribuerunt, cf. supra p. 201.

scripsit ab his plane sunt diversa. Ea vero post addita, non uno tempore scripta et in codice 1 *casu quodam omissa esse, ut statuamus multa sunt quae suadeant. Iam aliis verbis de Ottone imperatore pugna Bovinensi victo loquitur*[1]. *Longius in rebus minutioribus, pluviis, inundationibus aliisque calamitatibus enarrandis immoratur, ut fieri solet, si eo ipso tempore vel paullo post notae historicae chartae inferantur. Quare quin revera mox post pugnam illam, quam Willelmus magnis laudibus celebrat, ab ipso opus inceptum et in codice A* 1 *prima annorum* 1209—1215. *forma servata sit, non est quod dubitemus. Neque tamen video, cur coniiciendum sit*[2], *eam operis partem qua initia regni Francorum traduntur et Gestorum Rigordi excerpta exhibentur, post demum esse additam; hanc enim a monachis Sancti Dionysii, qui codicem illum nr.* 5925. *composuerunt, ex consilio collectionis suae omissam esse, valde est probabile; ne Willelmi quidem nomen servaverunt, sed totam Philippi regis historiam, tribus, ut vidimus, partibus constantem, Rigordi praefatione praemissa, huic quodammodo tribuerunt.*

Continuationem annorum 1215—1219. *ceteri codices omnes continent, annorum* 1220—1222. *unus praebet. Illam ipsi Willelmo tribuendam esse, omnes consentiunt; de hac fortasse dubitari potest. Auctor, nisi singulis annis*[3], *certe non multo post res gestas tabulis intulisse videtur; nam eum post Philipidem ad hunc pedestri sermone conscriptum librum rediisse et ultimis vitae annis haec addidisse et morte abreptum imperfecta reliquisse*[4], *nullo modo concesserim. Sed iterum iterumque his annis auctor librum recensuisse putandus est, cum codices non parum inter se differant.*

Cum A 1 *ad a. usque* 1215. *ubique fere conveniunt:*

A 2) *codex Bruxellensis nr.* 18401, *a.* 1840. *Gandavi emptus, membr. s. XIV, foliis constans* 62. *Paucis tantum locis ad codices B accedit.*

A 2*) *codex Parisiensis nr.* 10914 *(Suppl. Lat.* 270*) chart. s. XVI, ex Bruxellensi, ut videtur, descriptus*[5].

Eiusdem recensionis, sed ad aliud exemplar referendus est

A 3) *codex Vaticanus Ottobon. nr.* 1472, *membr. s. XIII, qui compluria continet opera*[6], *f.* 30—48. *Willelmi librum ita inscriptum:* Incipiunt gesta Francorum. *In fine nota quaedam de latrone Anglico addita est; ipsa narratio praesertim eo conspicua, quod Otto imperator semper fere verbo 'depositus', semel 'depositus et fugitivus' notatur, vel imperatoris titulus omittitur. Quod quamvis eodem, ut apparet, animo quo in continuatione 'reprobus' dicitur, scriptum sit, num ipsi Willelmo tribuam, dubius haereo. — Excerpta Rigordi inde ab a.* 1205. *usque ad finem in* 2 *et* 3 *omissa esse, Delaborde monuit*[7]; *alia vero addita, quae*[8] *in A* 1 *et B frustra quaeras.*

Ab his longe recedit:

B) codex Vaticanus Christ. nr. 619[9], *membr. s. XIII, olim Petavii, a librario imperito negligentissime exaratus, cuius menda manus coaeva tollere conata est, sed multa intacta reliquit. Nihilominus librum auctoris aetati sup-*

1) His demum annis 'reprobus' dicitur. 2) Ita Delaborde p. 28 sqq. Cf. quae contra hanc sententiam dixi 'Gött. G. Anz.' 1881, nr. 30. 3) Ita ne statuamus, vetat quod nonnumquam ad sequentem provocat annum; v. p. 112, ubi de hieme a. 1218. referens, etiam de Martio et Maio a. 1219. loquitur. Quae vero p. 113. de pluvia a. 1219. mensibus Martio, Aprili et Maio et paullo post mense Augusto narrat, vix uno calamo scripta sunt. 4) Ita Delaborde p. 29. 5) Semel (a. 1213) verba omissa sunt, quibus auctor de se ipso loquitur. De A 2 mihi hoc loco non satis constat. In A 3 ea leguntur. 6) V. Delaborde p. 6—8. 7) p. 7. 9. 14 -16. 8) Delaborde minus recte haec recensioni B inserta esse dicit, neque video, cur post Willelmi demum mortem ab alio quodam, quamvis ex notis ab illo relictis, ea adiecta esse putet. 9) Recens apographum, quo Chesnius ad editionem parandam usus est, exstat in eadem bibliotheca nr. 930; ibid. p. 5.

parem putaverim, qui fortasse tam male litteras pinxit, ut qui libri exemplar fecit verborum sensum enucleare haud potuerit. Multa enim quae a codicibus A recedunt, sive addita sive mutata, auctoris manum certe ostendunt, qui secundis curis librum pertractasse, fortasse ipsius autographon emendationibus et additionibus obruisse et ita lectu difficile reddidisse censendus est. — Cum A 3 *numquam fere convenit, neque omnia additamenta codicum A* 2 *et* 3 *exhibet*[1].

Tertiam vero recensionem praebet

C) codex Londiniensis musei Britannici Cotton. Vespasian. D 4, *membr. s. XIII, qui f.* 2. *ita incipit:* Hic est numerus annorum a creatione primi hominis usque ad presens tempus. Ab Adam usque ad Abraham *etc. Sequuntur breves annales inde a Christo nato, quos nota de passione beati Dionysii, de chronicis Hieronimi, Gennadii et Idacii finit, eadem quae alibi etiam in B legitur*[2]. *Hos excipit Willelmi opus, idque usque ad a.* 1269. *continuatum, sed ita, ut inde ab a.* 1223. *excerpta tantum ex Vincentii Speculo historiali post annales Parisiis, ut videtur, scriptos addita sint. Quae ad annos* 1220—1222. *spectant (SS. R. Gall. XVII, p.* 774. 775*) ab ipso Willelmo adiecta esse, non negaverim*[3], *cum res eo vivo gestas tradant, partim easdem quas etiam in ultimo Philipidis libro tractat, uno saltem loco de bello in Leonia Britanniae parte referant*[4], *ubi ipsum canonici dignitate ornatum fuisse constat. Sed integrum librum iterum recensitum et mutatum hic habemus. Ubi B ab A recedit, ubique quidem cum illo facit C, sed verba saepius sunt transposita, alia cum aliis permutata, quaedam quae glossarum speciem habent inserta; quod eo consilio factum videtur, ut sermo planior fieret, narratio lucidius procederet. Haec quin ipsi Willelmo vindicem, eo impedior, quod simili modo mutatos etiam Vincentii locos codex praebet, praesertim vero, quod aliquot loci, quibus auctor de se ipso loquitur, sunt omissi*[5]. *Quare in re incerta ubi A et B consentiunt eorum lectionem, utpote Willelmi calamo certissime tribuendam, retinui, codicis C varietatem subnotavi. Ceterum monendum est, in singulis verbis exprimendis C nonnumquam cum A contra B convenire, ideoque a B diversam recensionem, eamque ut videtur continuatione illa brevi auctam, a codicis C compilatore esse adhibitam. Willelmum igitur in libro hoc emendando et augendo per plures annos occupatum fuisse, iam satis constat.*

Codices A 1 *et A* 2* *V. Cl. A. Molinier cum editis contulit, qui etiam adnotationes plerasque subiecit; A* 3 *et B* 1 *V. Cl. Mau, A* 2 *V. Cl. Franz, C ipse exscripsi*[6] *necnon A* 1 *et A* 2* *iterum evolvi.*

Willelmi liber per medium aevum praesertim a Vincentio, ex quo alii multi hauserunt (SS. XXIV, p. 155*), et Albrico*[7] *(SS. XXIII, p.* 660*), lectus et excerptus est. Integrum fere in Gallicam linguam transtulerunt, qui magnum illud opus 'Grandes chroniques de France' in S. Dionysii monasterio composuerunt*[8].

Codex A 1 *impressus est inter Scriptores undecim historiae Francicae a Pithoeo collectos (Francof.* 1596*), Willelmi nomine suppresso; hoc restituit et*

1) Cf. de loco a. 1213. p. 305; neque ultima cod. A 3 nota hic legitur.
2) Duchesne V, p. 87; Delaborde p. 5. Ab hac diversum est, quod in cod. Ottobon. Willelmi Gestis praemittitur, ibid. p. 6.
3) Contrariam sententiam defendit Delaborde p. 16. Willelmo haec tribuit Pannenborg.
4) De eo hoc loco breviter egit, in Philipide fuse exposuit; quod quare vetet, ne utrumque locum eidem tribuamus scriptori, non video.
5) De iis dico, quae in narratione pugnae Bovinensis leguntur. Alios non contuli.
6) De singulis locis codicum A 2 et C post V. Cl. Vogel retulit.
7) Scheffer-Boichorst p. 661. et Delaborde p. 47. utraque Willelmi recensione Albricum usum esse censent. Sed ubique fere cum B convenit, neque in hac versus deest falso Iuvenali tributus, quem Delaborde ex alia recensione petitum censet (p. 48 n. 2). De altero vero loco saltem dubitare licet, cum eum ex cod. B 1 ediderit Duchesne (V, p. 71) neque Brial in C eum omissum esse notaverit. Certe vero alium recensionis B codicem, eumque fortasse nonnullis locis uberiorem, ad manus habuit Albricus.
8) Cf. Delaborde p. 44 sqq.

priorem libri partem primus edidit Fr. Duchesne (Hist. Franc. SS. V, p. 68) ex B 1, adhibito ut videtur etiam A 2; tertiam editionem paravit Brial (SS. R. Gall. XVII, p. 62), hoc usus codice, necnon supplementa ex C adiecit (p. 769).*

Dum Willelmus in Gestis continuandis erat occupatus, alterum suscepit opus, altioris, ut sibi videbatur, consilii, quod iam antea animo conceperat, sed viribus diffidens aliis demandaverat, 'quibus est foecundior ingenii vena', 'carmine regis christianissimi et strenuissimi viri praeconia celebrare'. In hoc quinque annos se consumsisse, ipse profitetur[1]*, tres in scribendo, duos in emendando carmine, quod 12 libris absolutum est. Philippo rege vivo inceptum, nec vero finitum, sub Ludovico VIII. demum prodiit*[2]*, eique cum epilogo transmissum, quem non ante a. 1225. scriptum esse, res ibi memoratae probant. Inter annos igitur 1220—1225. librum hunc Willelmus confecit. Sed eum quoque secundis curis retractavit et bis saltem luci dedit. Primam recensionem praebet*

A) codex Vaticanus reginae Christ. nr. 1383, s. XIII; alteram

B 1) codex Londiniensis musei Britannici nr. 21212, a. 1856. Parisiis emtus, s. XIII, fol. 5—103[3]*. et*

B 2) codex Parisiensis nr. 5952 (olim 9555. 2. 2), s. XIII ex. duabus columnis exaratus, ex B 1, ut videtur, descriptus.

Codices cum editis contulerunt VV. Cll. Ewald, Liebermann et Molinier. B 1 quam plurimis conspicuus est glossis super lineis adiectis, quas nunc a V. Cl. Liebermann descriptas edimus. Aliae etiam in B 2, paucae in A leguntur. — Codicem recensionis A Brugis invenit Iacobus de Meyere, qui primus lib. IX, 139— XII, 247. prelo subiecit. — Ex B 2 integrum librum edidit Pithoeus (Rer. Francicarum scriptores XI, p. 1596), quem C. Barthius a. 1657. secutus carmen amplo commentario illustravit. Iam antea vero (a. 1649) Duchesne etiam carmen scriptorum historiae Francorum collectioni inseruit (V, p. 94), duobus adiutus codicibus tunc Petavii et Alexandri Loyaulté, iisdem fortasse qui supra A et B 1 dicuntur. Brial denique B 2 adhibuit (SS. R. Gall. XVII, p. 118).

Willelmus etiam hoc carmine a primordiis historiae Francorum orditur, mox vero ad regem Philippum transit et ad annum usque 1215. copiosa sane narratione res eius canit, posteriora tempora vero breviter tangit, denique in fine libri XII. post addito de morte et sepultura agit. Materiem ubique fere Gesta antea scripta praebuerunt, quam ampliare et exornare poetae studium fuit; nonnulla tamen adiecit ex certa rerum cognitione, quae etiam historiae illustrandae conducunt; ut unum saltem afferam, Flandriae descriptionem a. 1184. insertam. Praecipuas laudes vero Willelmus inter medii aevi poetas sibi paravit; excellit sermone satis puro et eleganti, versu bene composito, locutione uberrima et vere poetica. Carmina tam auctorum classicorum quam coaevorum scriptorum bene novit eaque feliciter imitatus est, ut V. Cl. Pannenborg dissertatione supra laudata[4] *et notis uberrimis nostrae editioni adiectis luculenter ostendit. Praesertim Vergilium ducem habuit, ex quo tam carminis dispositionem quam singulos versus vel versuum partes mutuatus est; praeterea Ovidium, Lucanum, Statium, Horatium, Iuvenalem, Persium, Plautum, Terentium, Dionysium Catonem, Claudianum alios prae oculis habuit, inter medii aevi carmina vero*

1) Ipsa Philipis loquitur:
Annis scripta fui tribus, emendata duobus.

2) Pannenborg p. 10. 11.

3) Fol. 4. carmen legitur Franco-Gallica lingua scriptum, quod nuper edidit P. Meyer, 'Romania' VI, p. 494, post mortem Ludovici VII (1226) scriptum, de quo ita dicitur:

Quar tant soffri a Avignon
Por son saint nom et par sa foi
De mal, de paine, que ge croi
Sans doute qu'il an ceste vie
A la corone desservie.

Auctor et ipse gesta Philippi celebrare sibi proposuerat Gallica lingua, sed pedestri sermone. Quod opus nunc perditum esse videtur.

4) p. 14 sqq.

praesertim Gualteri Alexandreidem[1] *imitatus est, sed etiam Aegidii Parisiensis sibi amicissimi*[2], *Petri Rigae*[3], *fortasse Guntheri Parisiensis, Petri de Ebulo carmina nota ipsi fuerunt. Rerum scriptores Caesarem, Sallustium, Livium, praeterea Ciceronem, Senecam, Martianum Capellam, Boethium, iuris Romani libros, ut de Sacrae Scripturae et patrum libris taceamus, legerat*[4]. *Ad Merlinum vatem ipse provocat. Ut alii medii aevi poetae mythologica figmenta iis immiscet quae ex christiana fide et doctrina ecclesiastica manant*[5]; *libenter rebus miraculose factis immoratur; sed etiam rerum causas indagare et explicare studet.*

Patriae amori et magno tam Francorum quam regis gloriae celebrandae studio, quae iam in Gestis probaverat, carmine hoc etiam magis indulget. Quae regem eiusque filios offendere poterant tacuit, ita ut potius panegyricum quam historiam Philipidem iure dicas. 'Clericum fidelem', inquit V. Cl. Molinier, 'dedecuisset in tali opere regni haeredi dedicato, longas Ingeburgis miserias enarrare regemque excommunicatum summoque pontifici infensum atque regnum universum unius pro culpa interdicto subiacens ostentare[6], *nec magis Franciae amantissimi erat Philippi ambitionem insidiasque, eiusdem apud Acharon inertiam et erga Angliae regem captivum perfidiam in lucem trahere'. Nihilominus Philipidem non solum inter carmina medii aevi praecipuum sibi vindicare locum, sed etiam historiae esse fontem non parvae auctoritatis*[7], *omnes concedent et fore, ut plena et omnibus numeris absoluta editio a popularibus paretur, nobiscum sperabunt. Excerpta quae hic luci damus V. Cl. Pannenborg recensuit et annotationibus bonae frugis plenis illustravit.* *G. W.*

EX WILLELMI GESTIS FRANCORUM (PHILIPPI II. AUGUSTI).

Anno ab[a] incarnatione Domini 1184. fuit orta dissensio[b] inter Philippum magnanimum[c] et Philippum comitem Rig Flandrie, patruum[d] suum, qui nolebat ei[e] reddere Viromanniam, que sua erat de iure. Unde et idem comes in magna superbia duxit cursum suum cum immenso exercitu per terram regis, cremando et depredando eam usque fere[f] civitatem Silvanectis[g], et obsedit Bestisiacum[8]. Sed superveniente rege statim recessit, et obsedit Corbeiam[h] oppidum florentissimum et extremum eius vallum fregit. Rex autem, collecto exercitu[i] apud Compendium, festinavit succurrere obsessis. Quo audito, inde recessit comes. Rex autem obsedit castrum quod Bovas appellant. Comes autem metatus est castra e regione contra regis[k] exercitum, sed infra paucos dies mediantibus bonis viris pacificatus est regi, Viromanniam ei restituens et eius voluntati iuramento prestito per omnia se committens[1]. Tempus erat quo[m] messis iam in Rig culmum prodierat et in spicas; exercitus autem[n] regis occupabat agrorum quatuor milia[o] in circuitu. Messis vero fuit[p] partim conculcata, partim[q] falcibus resecata. Cum autem postea messionis[r] tempus adesset, superhabundavit ibi[s] messis in maiori quantitate quam prius et in uberiori fertilitate quam in aliis locis. In loco autem

a) ab incarn. *des. C.* b) discensio *A 3* c) m̄ *A 3.* d) paluum *A 3*; patrium *B.* e) eidem *C* f) ad *superscr. B.* g) Silvanecten *A 2* *C* h) Corbeyam opid. *A 3. C.* i) suo *add. C.* k) e. r. *C.* l) supponens *C.* m) quod mensis *C.* n) *deest C.* o) mulia, *add. in marg. manu sec.* miliaria *B.* p) erat *A 3.* q) et p. *C.* r) temp. mess. *C.* s) ibidem *A 2. 3. C.*

1) Praef. ad Ludovicum:
Gesta ducis Macedum celebri describere versu
Si licuit, Galtere, tibi, etc.

2) V. supra p. 296. 3) Quem etiam praefatione laudat. 4) Pannenborg p. 24. 5) Ibid. p. 13. 32 sqq. 6) Cf. Pannenborg p. 40: *Sein lebhaftes Französisches National- und monarchisches Staatsgefühl wird durch seine Stellung in der römischen Hierarchie, der er in Glaubenssachen unbedingt ergeben ist, nicht wesentlich beeinträchtigt.* 7) Idem l. l.: *Was nach Abstreifung des poetischen Fucus übrig bleibt, ist immer noch als Ergänzung der prosaischen Gesta Philipi, welche die Grundlage des Werkes bilden, und der sonstigen gleichartigen Nachrichten von grossem Werth für den Geschichtsforscher, aber nie darf er es ohne genaue Prüfung des Einzelnen verwerthen. Für Geographie, Sprachforschung und Culturgeschichte bietet die Philipis eine reiche Ausbeute.* 8) Béthisy.

castrorum Flandrensium nulla spica potuit inveniri. [Quidam[a] canonici ecclesie Ambianensis cum viderent messem omnino vastatam, ut dictum est, per regis exercitum in terra de qua decimas expectabant, supplicaverunt aliis concanonicis suis, ut dampnum illud saltem in parte eis de aliis decimis misericorditer resarcirent. Illi autem consuluerunt, ut tempus messionis expectaretur, et si quidem Dominus eos inspiceret, bonum esset, sin autem, petitioni eorum equanimiter assentirent[a*]. Adveniente autem messionis tempore, divino, ut dictum est, miraculo nullam passi sunt annone consuete iacturam]. . . . . . .

1209. Anno ab incarnatione Domini 1210.[1] Innocentius[b] papa III. contra voluntatem Philippi regis[c], et contradicentibus pro[d] maxima parte Romanis, immo[e] et multis de magnatibus imperii non assentientibus, coronavit Rome imperatorem[f] Othonem[g], filium ducis Saxonie[2]. Cuius pater, scilicet idem[h] dux Saxonie, de crimine lese maiestatis convictus, a Frederico[i] imperatore et universo baronum imperii[k] iudicio dampnatus et a ducatu[l] in perpetuum fuerat eiectus[3]. Exegit tamen papa[m] ab eo in ipsa coronatione iusiurandum de patrimonio et iure beati Petri indempniter ei et ecclesie[n] Romane in pace dimittendo et contra[o] quoslibet deffendendo. Recepto[p] itaque iureiurando, et instrumentis publicis super hoc confectis et imperiali karactere confirmatis, eodem[q] die quo coronam suscepit contra iuramentum temere veniens, significavit pape[r], se non[s] posse ei dimittere castra, que ab antecessoribus suis aliquibus temporibus fuerant possessa. Propter hoc et propter quasdam expensas, quas Romani ab imperatore ex debito petebant, et propter quasdam iniurias, quas Romanis Theuthonici[t] irrogabant, orta fuit inter[u] eos discordia, et conflixerunt Romani cum eis, et multi de Theuthonicis[v] occisi sunt et plurimi[w] dampnificati, adeo ut, cum de dampnis sibi resarciendis ageret postea imperator cum Romanis, diceret[x], se in illo bello mille centum equos [dextrarios[y]] amisisse preter homines occisos et alia dampna. Rediens[z] inde imperator, sicut dudum in animo conceperat, occupavit castra et munitiones, que erant iuris beati Petri[a], Aquapendens[4], Radicofonum[5], Sanctum Quiricum[b.6], Montem-flasconis[c 7] et fere totam Romaniam[d], et inde transiens in Apuliam[e], oppugnavit terram Frederici, filii Henrici imperatoris, et cepit civitates multas et castella in regno Apulie, quod totum est de patrimonio et feodo[f] beati Petri. Missis itaque hinc[g] inde mutuis legationibus, cum nullo modo vellet imperator ea que occupaverat[h] resignare, immo et[i] Romipetas[k] faciebat a suis vispilionibus[l], quos in castris posuerat, spoliari, dominus papa, communicato fratrum consilio, ex-
1210. communicationis in[m] ipsum sententiam promulgavit[8]; et cum nec sic resipiscere voluisset, immo magis ac magis res ecclesie[n] occuparet et iter Romipetarum[o] impediret, cum[p], crescente contumacia, crescere debeat et pena, absolvit papa omnes subditos eius ab ipsius fidelitate, sub interminatione[q] anathematis inhibens[r], ne quis eum haberet vel nominaret[s] imperatorem. Et[t] ita recesserunt ab eo landegravius[u] Turingie[v.9] et Maguntinus archiepiscopus[w.10] et Treverensis archiepiscopus[11], dux Austrie[12], dux[x] Frigie[y.13], dux Baverie[z.14] et rex Boemie[15], et multi alii, tam seculares quam[a] ecclesiastice persone.

Anno igitur[b] ab incarnatione Domini 1211. idem[c] barones Alemannie[d], mediante consilio Philippi regis Francorum[e], elegerunt Fredericum, filium[f] Henrici imperatoris, rogantes

a) *haec des. B. C.* a*) cons. *A* 3. b) Eodem anno Inn. *C, aliis praemissis.* c) Francorum *add. A* 3; Franc̄. *add. B.* d) proxima p. *B.* e) R. ac m. *C.* f) in imp. *A* 3. g) Ottonem *A* 2 *constanter.* h) *deest A* 1, ipse idem A 3. i) Frid. *A* 3 *semper*; Fed. *C semper fere.* k) *deest A* 3. l) adducatu *C.* m) ab eo p. *C.* n) R. e. *C.* o) et ecclesias quaslibet *A* 3; p) Accepto *C.* q) ipse *add. A* 2. 2*. r) domino p. *C.* s) ei n. p. *C.* t) Theutonici *A* 1. *C*; Theonici *superscr.* to *A* 3. u) d. i. e. *C.* v) Theuton. *A* 1; Teuthon. *A* 2. 2*; Theoton. *A* 3, *et ita post.* w) et plurimum *A* 1; et pl. *des. A* 2 *(rec. m. suppl.).* 3; et adeo d. ut *A* 3; sunt plures *C.* x) dicebat *C.* y) *add. A* 2. 3 (destr.). z) Rediensque *C.* a) scilicet *add. C.* b) Quircum *A* 1; Quirit *B*; Quiritum *A* 3. c) Montemflasconensem *A* 2* *e corr.*; Montemflaconis *A* 3; Montemflatonis *C.* d) Romanam *C.* e) Anpuliam *B*; Appul. *C constanter.* f) de f. *A* 3. *B.* g) *ita B*; hinc inde *des A* 1; nunciis in leg. *A* 2. *C*; hinc nunciis mutuis leg. *A* 3. h) occuparat *C.* i) etiam *C.* k) Rumipetas *A* 1. l) vispill. *B*; vispol *C.* m) s. in ipsum *A* 2; cōicato s. pr. in i. *A* 3. n) ecclesiasticas *A* 3. o) Romipetis *A* 2. p) et *add. A* 2. 3. q) incriminacione *A* 2. r) *deest C.* s) eum *add. A* 1. t) Ut *B.* u) lantguauius *A* 2*. v) Thurungie *A* 1; Turungie *A* 3. *B*; Thuringie *A* 2; Turgie *C.* w) *deest A* 3. x) d. Fr. d. B. *des. A* 1. y) Firingie *A* 2. 3; Strigie *B.* z) Bawarie *A* 2; Bavarie *C.* a) clerici et *add. C.* b) *deest B.* c) hiidem *C*; omnes *A* 2*; *deest A* 3. d) Alemañ *A* 1. e) Franc̄ *A* 1. *B.* f) q u o n d a m H. i. *C.*

1) 1209, Oct. 4. 2) Cf. Chron. reg., SS. XVII, p. 824—825, et Ottonem de S. Blasio, SS. XX, p. 833 834. 3) Cf. LL. II, p. 163. 4) Acquapendente. 5) Radicofani. 6) San-Cirico. 7) Montefiascone. 8) Cf. Ryccard. de Sancto Germano, SS. XIX, p. 334. 9) Herimannus I. 10) Sigefridus II. 11) Iohannes I. 12) Leopoldus VI. 13) Willelmus I. comes Hollandiae et Frisiae. 14) Ludovicus I. 15) Premislaus I.

papam, ut electionem eius[a] confirmaret. Qui licet hoc bene vellet, tamen dissimulavit, quia Romana ecclesia semper gravitatem observare et nova nonnisi cum difficultate et maturitate concedere consuevit, et quia progeniem[b] illam non amabat. Idem[c] itaque Fredericus, de consilio regis Francorum[d] vocatus a baronibus, navigio venit Romam[e] et honorifice receptus est a summo pontifice et[f] a Romanis. Inde discedens, per mare venit Ianuam, et ibidem cum maximo[g] gaudio et honore receptus, adiuvantibus Bonifatio[h] marchione Montisferrati et civibus Papiensibus[i] et Cremonensibus et fere omnibus civitatibus Lumbardie[k] et pre- 1212.
cipue Estensi[l] marchione[m, 1], per[n] Cumas[o] transivit[p] Alpes et intravit Alemanniam et[q] venit Constancias[r]. Digna res memoria, quod omnis qui intendit ecclesiam Dei deprimere[s] in brevi deicitur[t].

Eadem[u] die venturus erat Otho in eadem civitate[v], et iam premiserat[w] famulos[x] suos et coquos[y], qui iam cibos paraverant; nec distabat[z] a civitate per tres leucas[a], quando[b] Fredericus cum 60[c] militibus intravit[2]. Quem Otho cum ducentis militibus, eius adventum sciens, sequebatur; sed, Frederico recepto, clausa est Othoni ianua, et ipse cum suis viliter[d] est repulsus. Dicunt[e], quod, si Fredericus moram fecisset per tres horas, nunquam intravisset[f] Alemanniam[g]. Otho itaque, a Constanciis cum vituperio sic expulsus, accessit Brisac; a quo etiam, quia Theuthonici cives illius opidi contumeliis et iniuriis afficiebant[h] et eorum filias[i] et uxores[k] constuprabant[l], non minori dedecore quam a Constanciis est propulsus. Fredericus autem tam ab ipsis quam ab[m] aliis imperii baronibus cum gaudio et honorificentia est receptus.

Eodem anno celebratum est colloquium inter eundem Fredericum et Philippum magnanimum[n] regem Francorum[o] apud Vallem-coloris, Methensi[p, 3] episcopo mediante; cui tamen[m] non interfuit ipse rex, sed Ludovicus, filius eius primogenitus, cum magnatibus regni, et percusserunt[q] fedus inter se et renovaverunt amicitias perpetuas, sicut fuerant[r] inter eorum predecessores[4]. . . . . . .

Anno ab incarnatione Domini 1212, regnante, ut[s] dictum est, christianissimo rege[t] Francorum Philippo magnanimo*, Reginaldus[u] de Domno-Martino[v] comes Bolonie diruit quandam fortericiam novam, quam Philippus Belvacensis episcopus, cognatus regis[w], erexerat in pago Belvacensi[x], pro eo quod videbatur posse dampna facere terre comitisse Clarimontis[y, 5], que erat cognata eiusdem comitis. Propter quod idem episcopus diruit quandam aliam municiunculam, fundatam de novo a dicto comite in foresta de Halmes[6]. Unde orta est[z] discordia inter ipsum comitem ex una parte et predictum episcopum[a] et nepotes suos, filios[a] Roberti comitis[b, 7], ex altera. Et[c] cum idem comes Bolonie[d] suspectus esset regi, non propter hanc guerram tantum, sed quia castrum quoddam inexpugnabile, quod Moretonium[e, 8] vocatur, in confinio minoris Britannie[f] et Neustrie situm muniverat victualibus et hominibus armatis, et quia nuntios suos in regni et regis preiudicium ad Othonem regem[g] et ad Iohannem regem [Anglie[h]] mittere dicebatur, petiit rex ab eo, ut ei traderet munitiones suas[i]; quas cum ei[k] contra ius et consuetudinem[l] patrie denegasset[9], rex, congregato exercitu,

*) filio sanctissimi regis Ludovici Pii *add.* *A* 1. 2.

a) ipsius *C.* b) i. p. *C.* c) Vel *A* 2. d) Philippi *add.* *C.* e) Rome *C.* f) *deest* *C.* g) magno *C.* h) Bonefacio *A* 1. *B.* — mathione *A* 1. i) Papiensis et Cremonensis *A* 2*; Papieneñ *A* 3. k) Lomb. *A* 1. 2; Lumbrad. *B.* l) Esteneñ *A* 1?; Estensis *A* 2*. m) martione *A* 1. n) transivit p. *A* 1. o) Cimas *A* 1; turmas *C*; *legendum forte* Cinias, *quo nomine intelligendus esset* Cinius mons. *BR.* p) transsiit *C saepius.* q) intravitque *C.* r) Constanciam *A* 1. s) oppr. *C.* t) deiectur *B.* u) Eodem *A* 1. *C.* v) eandem civitatem *A* 1. 3; eadem (*corr.* eandem) civitatem *B.* w) prom. *C.* x) nuncios *C.* y) cocos *A* 2*. z) distabant *A* 1. a) leugas *A* 1. b) *deest* *A* 2*. c) 40 *C.* d) viriliter *corr.* viliter *A* 2*; viliter *post corr.* viriliter *A* 3. e) Dicunt quidam *C.* f) intrasset *A* 1. g) Aleīumā i. *C.* h) afficiebantur *C.* i) filia *C.* k) uxorem *B.* l) constuprabat *C.* m) *deest* *C.* n) mag̃ *A* 3; *deest* *C.* o) Franō *B.* p) Metensi *A* 2*; Meceñ *A* 3. q) fecerunt *A* 3; inierunt *C.* r) prius f. *C.* s) prout *A* 3. t) regn. Philippo rege Fr. m. *ceteris omissis* *C*; Ph. m. *des.* *A* 3. u) Reginardus *A* 2. 3; Regilnaldus *C.* v) *ita* *A* 1. *B*; Donomartini *A* 2; Domnomartini *A* 3. *C.* w) r. Francie *C.* x) Balv. *C.* y) Clarismontis *C.* z) dissensio et *add.* *C.* a) *deest* *B.* b) Robertis ex *C.* c) Est *C.* d) Bolonieñ *A* 3. e) Moretonum *B.* f) Brittannie *A* 1. g) imperatorem *A* 1. 3. h) *deest* *A* 2. 3. *B*; ad r. Angl. I. *A* 1. i) *deest* *A* 1. k) *deest* *A* 2*. l) et regni c. tradere d. *C.*

1) Cf. Sicardi Cremonensis hist., Muratori SS. VII, p. 623. 2) V. Otton. de S. Blasio, SS. XX, p. 334. 3) Bertrando. 4) Cuius foederis instrumentum v. SS. R. Gall. XVII, p. 85. et LL. II, p. 223. 5) Clermont-en-Beauvaisis (dép. Oise). 6) Foresta prope abbatiam Frigidi-montis, in dioecesi Belvacensi. 7) Robertus Drocensis comes. 8) Mortain (s. pr. Manche). 9) Traditionem comitis Boloniae a. 1211. patratam fuisse, non 1212, ut ait Willelmus noster, patet ex plurimis instrumentis, quae collegit Delisle in suo Philippi Augusti actorum regesto. Cf. ibid. p. CXI—CXII.

1211. accessit ad predictum castrum, quod tam naturali situ quam artificiali[a] opere inexpugnabile videbatur, et ipsum preter spem infra triduum expugnavit et quarto[b] die per vim cepit, et castro suis fidelibus munito, direxit inde[c] acies in partes Bolonie. Comes vero videns regis fortitudinem, cui resistere non poterat[d], totum comitatum Bolonie et omnia castella[e] dimisit Ludovico[f], Philippi regis primogenito, a[g] quo id[h] totum feodaliter tenebat[i]. Rex autem iam occupaverat[k] totum Moretonii comitatum et comitatum Domni-Martini[l], comitatum[m] Albemarne, Insulam-Bonam, Domfrontem[n.1] et omnia eis[o] appendentia[p], que omnia idem comes tam[q] dono quam regis patientia possidebat, et sic comes a toto regno recedens[r], accessit ad comitem Barri[s], cognatum suum, et mansit apud eum[2].

In eodem comite multa erant laudabilia et plura laudi contraria. Ecclesias[t] Dei deprimebat, unde et[h] fere semper excommunicatus erat[u]; pauperes, orphanos [et[v]] viduas depauperabat; vicinos suos nobiles persequebatur[w] odio et eorum municipia, impetrata regis licentia, qui eum multum solebat[x] diligere, destruebat. Et licet uxorem haberet nobilissimam[3], cuius gratia comitatum Bolonie optinebat, et cuius filia[y] nupta erat domino Philippo[z], regis[a] filio, spretis eius amplexibus, cum[b] aliis mulieribus scortabatur et concubinas publice circumducebat. Cum igitur excommunicatus esset, transtulit se ad excommunicatos et confederatus est Othoni imperatori[c] et Iohanni regi Anglorum, quorum uterque ab ore summi pontificis excommunicatus erat: Otho, pro eo quod patrimonium beati Petri occupabat[d], Iohannes, eo quod Stephanum, sancte opinionis virum, Cantuariensem archipresulem[e] a summo pontifice consecratum, ad suam cathedram accedere non sinebat[f], immo omnes episcopos a regno suo eiecerat et omnes res ecclesiarum[g] et clericorum et monachorum, Nigrorum et etiam[h] Alborum, beneficia[i] fisco applicuerat et[k] in usus proprios[l] iam[m] per septennium converterat. Idem autem sanctus archipresul et alii episcopi a Philippo[n] rege liberaliter recepti, in regno Francie exulabant.

1212. Ante tamen quam[o] comes[p] confederatus esset dictis regibus, missis[q] nuntiis instanter petebat restitutionem terre sue et castrorum. Rex autem offerebat ei[q] restitutionem, si vellet stare iudicio regalis aule et baronum regni. At[r] ipse, absolute petens restitutionem, iudicium repellebat, et quia rex[q] nonnisi cum[s] conditione volebat eum restituere, transtulit[t]
1213. se, ut diximus, primo ad Othonem et post per Flandriam[u] ad Iohannem regem et fedus cum utroque percussit[4].

Eodem anno convocavit Philippus rex[v] concilium in civitate Suessionis[w], in crastino
Apr. 8. dominice palmarum, cui interfuerunt omnes proceres regni et dux Brabancie[x.5], cui ibidem[y] rex Philippus desponsavit Mariam, filiam suam iuvenculam, relictam Philippi comitis Ne-
Apr. 21. murcii[z]; quam idem dux statim post octabas[a] instantis pasche sollempniter duxit in[b] uxorem. Ibidem[c] igitur tractatum fuit de transfretando[d] in Angliam, et placuit sermo[e] iste baronibus universis, et spoponderunt auxilium, et[b] quod etiam personaliter transfretarent cum illo[f]. Solus autem comes Flandrie Ferrandus[g] suum regi negavit auxilium, nisi prius ei redderet duo castella, videlicet Sanctum Homerum[h.6] et Ariam[i], que Ludovicus[k], regis

a) artificali *C.* b) quarta *C.* c) in die *A 2.* d) valebat *C.* e) castra *C.* f) Lud. filio Ph. r. pr. *A 3.* g) de *A 1.* h) *deest C.* i) tenebant *A 2.* k) occupasset *A 1*; t. o. c. Mor. *C.* l) Domnomartini *A 2*.* m) et c. *C.* n) Dumfrontem *A 2. 3*; Donis fr. *C.* o) eius *A 2*.* p) appendicia *C.* q) vel d. vel r. *A 3.* r) disc. *C.* s) Barii *B.* t) Dei e oppr. *C.* u) *deest A 2*.* v) *deest A 1. 3. B.* w) prosequebatur *A 2*.* x) solebant *C*; dil. sol. *A 3.* y) *spatium vacat A 2.* z) Ludovico *A 3.* a) f. r. *C.* b) c. a. m. *des. C.* c) imp. deposito *A 3*; quondam imp. *C*, *post* imp. *spatium vacat A 2.* d) occupaverat *A 3.* e) archiepiscopum *C.* f) signabat *B.* g) cl. et eccl. *C.* h) *deest A 2*; m. tam N. quam A. *C* i) *deest C.* k) *deest A 2.* l) propriis *B.* m) c. i. p. s. *A 1.* n) r. Ph. *A 3.* o) Antequam tamen *A 2. C.* p) Reginaldus c. *A 2*; Regnardus c. *A 3.* q) *deest C.* r) ac *C.* s) sub *C.* t) se ut d. p. tr. *C.* u) veniens *add. C.* v) magnus *add. C.* w) Suessionensi *A 1*; Suessioñ *C.* x) Brabantie *B.* y) idem *C.* z) *ita A 1. 3. et Phil.*; Namurcii *A 2. C*, Nemurici *B.* a) *ita A 1. 3. B*; octavas *A 2**; oct. p. i. *C.* b) *deest C.* c) Ibi tr. *C.* d) transseundo *C.* e) i. s. *A 3.* f) ipso *A 1.* g) Ferr. Fl. c. r. s. *C.* h) Audomarum *A.* i) Arriam *C.* k) ipsius r. *C.*

1) Id est comitatus 'de Mortagne, de Dammartin et d'Aumale' locaque sequentia Lillebonne (dép. Seine Inférieure), Domfront (dép. Orne). 2) Cf. de ista comitis Boloniensis proditione Continuat. Roberti de Monte, SS. R. Gall. XVIII, p. 345. 3) Ida, Matthaei de Alsatia filia comitatusque Boloniensis haeres. 4) Cuius foederis textum publici iuris fecerunt Rymer, ed. altera, I, 50, Brial, SS. R. Gall. XVII, p. 87, et Hardy, Rot. chart. Turris Lond. I, p. 186. 5) Henricus. Hanc filiam ex Agnete de Merania genuerat Philippus Augustus. Matrimonii conventiones editae SS. R. Gall. XVIII, p. 657 n. 6) St.-Omer; Aire (dép. Pas de Calais).

primogenitus, tenebat. Rex vero optulit ei[a] excambium[b] ad estimationem iustam eorundem castrorum. Ferrandus autem, hac acceptilatione[c] non recepta, recessit, quia iam, ut post apparuit, confederatus erat[1] Iohanni[d] regi comite[f] Bolonie mediante.

Eodem* anno factum est bellum in Liguria in territorio Cremonensi[2]. Cum enim anno 1212—1213. precedenti secundo Papienses cives[g] producerent Fredericum electum Romanorum usque Cremonam[h], Mediolanite, positis insidiis, pugnaverunt cum eis iuxta Laudam, civitatem novam, fundatam 53 annis elapsis a Frederico imperatore Magno, avo[i] istius Frederici; sed non sunt ausi aggredi[k] eos, dum esset presens cum eis ipse Fredericus. Unde et[l] ipso apud Cremonam relicto, cum iam[m] redirent Papiani, prosilierunt[n] de latibulis Mediolanite et adorti sunt eos ex inproviso [et[o] multum dampnificaverunt eos]. Unde tam ipsi Papiani quam[m] Cremonenses conceperunt rancorem[p] et odium immortale contra[q] Mediolanitas, sed vindictam distulerunt, quousque oportunitas se offerret. Mediolanite vero, qui immortali odio semper persequti sunt totum genus Frederici Magni, qui eos [bis[r]] bello conficiens olim, Papianis auxiliantibus, omnes eorum turres explanaverat, non expectaverunt, ultionem sibi inferri, immo exercitu maximo[s] congregato, aggressi sunt fines Cremonensium, sed et Cremonenses, eductis[t] copiis multo[u] minoribus, iureiurando interposito, statuerunt[v], ut, si congressus fieret, nullus eorum vacaret prede sive homini capiendo, sed, agmine conserto et indissoluto, hostium cuneos penetrarent. Cum autem esset sanctus[w] dies pentecostes, supplicaverunt Mai. 13. Cremonenses, ut propter diem sanctum differretur pugna saltem[x] usque in crastinum. Quod cum negaretur eis a Mediolanitis[y], qui semper dies sanctos odio consueverunt habere et hereticos confovere, et maxime quia timebant, ne vires eorum illo intervallo, licet brevissimo[z], augerentur, congressi sunt eis[a] Cremonite[b], sicut proposuerant[c], et breviter[d] triumpharunt de illis[e]. Item[f] Mediolanite non multo tempore[g] post, viribus recollectis, intraverunt fines[h] Papianorum et obsederunt quoddam castrum[i] in territorio Papianorum[k]. Papiani[l] autem, eductis[m] copiis suis[n], aggressi sunt eos, et licet idem Mediolanite[o] ad retardandum impetum eorum ignem domibus et castris imposuissent, ipsi tamen per medios ignes cum furore transeuntes, pugnaverunt cum eis et eos ab obsidione penitus fugaverunt, multos ex eis interficientes et multos capientes, papiliones et omnia utensilia, que erant in castris, demum post victoriam rapientes. Et sic bis[p] eodem anno victi sunt Mediolanite, Domino vindicante in eis variarum heresum crimen et favorem illicitum, quem ipsi contra Dei voluntatem Othoni deposito[q] impendebant.

Eodem[r] anno venit rex[s] Philippus magnanimus[t] cum inmenso excercitu Bolonie[u], et 1213. ibi per dies aliquot[v] naves suas et homines suos[w] de[x] diversis partibus venientes exspectans, transivit usque Gravalingas[y, 3], villam opulentam[z] in finibus Flandrie[a] supra mare Anglicum sitam, [in[b] vigilia ascensionis], ad quam[c] tota classis eius secuta est eum. Ibi ex[d] condicto Mai. 23. debebat comes Ferrandus venire ad regem et ei[e] satisfacere de omnibus iniuriis; qui in hoc sicut et[f] in aliis fidem non servans, per diem integrum[g] expectatus, nec venit nec in aliquo satisfecit, licet ad eius petitionem dies ille ad satisfaciendum de omnibus retroactis ei[e] a rege assignatus fuisset[h].

*) *Sequentibus omissis, C breviter annotat:* Eodem anno bis victi fuerunt in bello Mediolanite una vice a Cremonensibus et altera vice a Papianis.

a) *deest B.* b) esc. ad valorem ipsorum *C.* c) acceptatione *A 3.* d) *deest A 3*; ut iam post *A 2*.* e) *deest B*; r. I. *A.* f) m. c. B. *C.* g) *deest A 3.* h) Cremonem *B.* i) anno *B.* k) agredi *A 1.* l) Verum i. *A 2. 3.* m) *deest B.* n) prodierunt *A 3.* o) *haec des. A 1*; dāgnif. eos m. *A 3.* p) hod. inm. et ranc. *A 3.* q) *deest A 2*.* r) *ita A 3. B*; de *A 1*; *deest A 2.* s) magno *A 1.* t) electis *B.* u) *deest B.* v) firmaverunt *A 1.* w) d. s. *A 1.* x) p. u. i. cr. s. *A 1*; s. u. i. cr. p. *B.* y) Mediolanis *A 2. B.* z) brevissime *B.* a) eos *A 2*; *deest B.* b) Papiani *in loco vacuo eadem manu post, ut videtur, suppl. A 1.* c) proposuerunt *B.* d) bre triumpharunt *B.* e) eis *A 1. 2?* f) Iidem *A 2**; Idem *A 3.* g) *deest A 3*; non m. temp. *des. B.* h) fine *B.* i) castrorum *post corr.* castrum *A 1.* k) Papiano *A 2. 3.* l) Papiā *A 1.* m) eductus *B.* n) *deest A 1.* o) Mediolani *A 1. 2. B*; Medyotani *corr. manu 2* Medyotanite *A 3.* p) *deest A 2*.* q) et reprobo *add. A 3.* r) *pergit C.* s) Ph. rex *C.* t) *deest C.* u) Boloniam *A 1. 3.* v) aliquos *A 3.* w) *deest A 1.* x) *deest B.* y) Gravaringas *A 1. 2. 3*; Gravelingas *C.* z) opulantam *B*; opulentissimam *C.* a) Fland *B*; Flandren. *C.* b) in v. a. *des. A*; *supra post* Graval. *ponit B.* c) villa *add. C.* d) per conductum *A 3.* e) *deest C.* f) *deest A 1.* g) integram *B.* h) esset *B.*

1) Errat Willelmus. Cf. Winkelmann, 'Phil. v. Schwaben', II, p. 360, n. 4. 2) Hoc idem bellum longius enarrat Sicardus Cremonensis, Muratori VII, p. 623; cf. Annales Cremonenses, SS. XVIII, p. 806. 3) Gravelines (dép. Nord).

1213. Communicato[a] itaque baronum consilio, qui de Francia[b], de Britannia[c], de Burgundia[d], de[e] Normannia, de Aquitania et de omni[f] provincia regni convenerant, rex Philippus magnanimus[g], dimisso proposito eundi in Angliam, cum universo exercitu suo divertit in Flandriam[h] et cepit Casellum[i, 1], Ypram et totam terram usque Brugias. Classis autem ista[k], quam Gravalingis[l] dimiserat, secuta est eum per mare usque in[m] portum famosissimum qui dicitur Dam[2], distantem a Brugiis[n] duobus miliaribus tantum. Facta ergo voluntate sua de Brugiis[n], profectus est ad opidum opulentissimum[o] cui nomen erat[p] Gandavum[q], dimissis[r] paucis militibus et[s] satellitibus ad custodiam navium; propositum enim eius erat, Gandavo[t] acquisito, in Angliam transfretare.

Cum[u] autem esset rex[v] in obsidione Gandavi, venerunt de Anglia Reginaldus[w] comes Bolonie[x], Guillelmus[y] comes Saleberiensis[z] qui cognominatus est Longa-spata[a], Hugo de Boves et multi alii; quibus occurrerunt[b] Ferrandus comes cum Ysangrinis[c] et Bloetinis[d] et Flandrensibus, utpote qui bene prenoverant[e] adventum[f] eorum, et ita subito in navibus cursoriis irruentes, occupaverunt naves nostras, que disperse erant per littora, quia portus[g], licet esset mire amplitudinis, eas capere non poterat[h], cum essent numero mille septingente[i], et abduxerunt[k] omnes naves extra[l] portum inventas et in crastino obsederunt portum[m] et villam. Nos[n] autem, prout potuimus, munivimus portum, naves[o] et villam. Quo audito, rex, dimissa[p] obsidione Gandavi, [premisso* Petro duce Britannie cum 800[q] militibus] reversus est cum universo[r] exercitu ad obsessos et solvit obsidionem et fugavit eos usque ad naves suas, multis occisis et submersis usque fere duo milia, et multos probos et strenuos captos abduxit[s], et cum victoria Dam[t] revertens[u], tota regione in[v] circuitu incendio commendata, residuas naves fecit victualibus et aliis[w] rebus evacuari, et igne inmisso, universas naves illas et villam totam in cinerem[x] redegit, et iterum[y] profectus est Gandavum. Receptisque[z] obsidibus de Gandavo, Ypra[a], Brugiis[b], Insula et Duaco, in Franciam est reversus. Et retinens in manu sua Insulam, Duacum[c] et Casellum[d], obsides[e] suos eis[f] absolutos remisit; Gandavi vero, Ypre[g] et Brugiarum[h] obsides pro triginta milibus marcharum argenti in pace reddidit, Insulam vero non[i] multo post propter maliciam inhabitantium[k] in ea funditus evertit. [Nam** Insulani, proditione[l] facta, servientes regis eiecerant, Ferrando recepto; sed rex, collecto exercitu, eam obsedit et cepit et destruxit], Casellum semidirutum[m] dereliquit[n], Duacum in manu sua retinens[3]. . . . .

1214. Anno ab incarnatione Domini 1214.[o] . . . . . . In diebus illis Ludovicus, primogenitus regis Philippi magnanimi, patre suo per confinia Flandrie et Viromandie cum militibus armatis diversa vicissim municipia visitante et ab hostium incursibus defensante, congregavit exercitum . . . . . . Hanc victoriam Ludovici[4] secuta est, modico tempore interiecto, victoria Philippi regis, ita quod infra unius mensis spacium filius in Pictonia[p] de rege Anglie et Pictonibus[q] sine conflictu, pater in Flandria[r] de Othone et Flandrensibus, bello quidem[s] difficili sed victorioso, protecti dextera summi Regis, glorioso certamine triumpharunt. . . . . Nunc ad prelibatam victoriam, prout[t] poterimus, describendam, adiuvante Domino procedamus. . . . . . .

*) premisso — militibus *des. A*; pr. ei Petro comite — militibus *C*.
**) Nam — destruxit *des. A*.

a) Collecto *C*. b) et *addit A 2**. c) Brittannia *A 1*; de Br. *des. B*. d) Burgondia *C*. e) *deest B*; de Aq. de N. *C*. f) de toto regno *C*. g) mag⁹ *A 3*; *deest C*. h) Flandria *B*. i) Castellum *A 2**; Capsellum Ypriam *C*; Ipram *A 1. 2*. k) sua *A 1*. l) Gravaringis *A 1. 2. B*; Grauaring... *corr.* Grauaringuas *A 3*; Gravel. *C*. m) ad *A 3*. n) Brugis *C*; duob. mil. — Brugiis *des. B*. o) opitulentissimum *A 1*. p) est *A*. q) Gadav. *corr.* Gandav. *B*; Gaudaũ *C*. r) ibi *add. A 1*. s) et s. *des. C*. t) Gaudano *C const.* u) Dum *A*. v) *deest A 2. 3*; r. in o. G. e. *C*. w) Regnaldus *A 3*. x) et *add. A*. y) Wll's *B*; Gull'm⁹ *A 3*. z) Salib. *A 3*; Salab. *B*. a) spada *A 1. 2*. b) occurrit *A 1*. c) Isangr. *A*. d) Blotinis *A 2*; Bletinis *C*; B'lotinis *A 3*. e) prenominaverant *C*. f) e. a. *A*. g) pontus *B*. h) poterant *A 1. 3. B*. i) septingenta *A 1*. k) addux. *A 3. B*; secum duxerunt *C*. l) e. p. i. *des. C*. m) et p et *C*. n) Nos autem — villam *des. A 2**. o) *deest C*. p) dimissos *B*. q) *ita B*; *vacat C*; 500 *Philip.* r) *deest A 1*; toto *C*. s) adduxit *A 3. B*. t) nã *A 3*. u) revertans *B*. v) in c. *des. A 3*. w) r. a. *C*. x) cineribus *A 2**. y) item *B*. z) *deest A 1*. a) Upra *A*, *alibi* Ypr.; Ipra *A 1. 2*. b) Brugis *A 1. C*; Brug̃ *B*. c) Doacum *C*. d) Castellum *A 2**; Capsellum *C semper*. e) et o. *C*. f) ei *A 1*; abs. eis *A 3*; e. a. *des. B*. g) Ypre et *des. B*. h) Brug̃ *A 1*; Brugiacum *C*. i) n. m. p. *des. A*. k) inhabitantiam *C*. l) perd. *B*. m) semidiruptum *C*. n) derelinquit *A 3*; rel. *C*. o) 1213. *B*. p) *ita A 3. B*; *post corr.* Pictavia *A 1*; *et ita A 2. C*. q) Pictavensibus *C*. r) Flandia *post corr.* Flandria *A 1*. s) quodam *C*. t) p. p. *des. B*.

1) Cassel (dép. Nord) et Ypres. 2) Hodie Damme. 3) De destructione Insulae fusius agit ipse auctor in Philipide sua, l. IX, v. 618—691. Vide infra. 4) Apud La Roche-aux-Moines.

Anno ab incarnatione[a] Domini 1214, Iohanne rege[b] in partibus Andegavicis[c], ut supra[d] 1214.
scriptum est, debacante, Otho imperator, illectus[e] ab ipso Iohanne[f] rege pecunia mediante,
congregavit exercitum[g] in comitatu Henonie[h], in oppido cui[i] est vocabulum Valentienes[k],
in terra Ferrandi comitis, et[l] fuerunt cum eo missi a Iohanne rege[m] ad stipendia sua comes
Bolonie et[m] comes Saleberie[n] et ipse Ferrandus, dux de Lamburo[o, 1], dux[p] Brabancie,
cuius filiam idem Otho duxerat in uxorem, et multi[q] alii tam proceres[r] quam comites de
Alemannia[s], de Henonia, de Brabancia et de Flandria[2]. Eodem tempore Philippus rex, licet
filius eius[t] haberet maiorem partem militie sue in Pictavia, congregavit exercitum, et movit
in crastino festi[u] beate Marie Magdalene de castro quod[v] Perona[w] vocatur, et intravit in Iul. 23.
manu forti terram Ferrandi[x], et transivit per eam, omnia a dextris et a sinistris incendiis[y]
devastando et regaliter[z] depredando, et sic venit usque Tornacum civitatem, quam Flandrenses anno preterito fraudulenter ceperant et multum dampnificaverant, sed idem rex
eam[a] recuperaverat[b] sine mora, misso exercitu cum fratre Garino[c] hospitalario[d], suo secretario[e], et comite Sancti Pauli[3]. Otho vero cum exercitu suo venit ad castrum quod Moretania[4] nuncupatur, distans a Tornaco per sex miliaria, quod a predicto regis exercitu anno[f]
preterito, recuperata civitate Tornaco, vi captum fuerat et eversum. Sabbato proximo post Iul. 26.
festum sanctorum[g] Iacobi apostoli et Christofori martiris proposuit rex invadere illos; sed
dissuaserunt barones; non enim patebat aditus ad illos[h] nisi artus et difficilis. Inde[i] propositum mutaverunt, scilicet ut inde redirent et per aliam viam planiorem[k] Henonie[l] fines invaderent et penitus devastarent. Die ergo crastina, scilicet 6. Kalendas Augusti, movit rex de Iul. 27.
Tornaco, ut iret ad castrum quod Insula nuncupatur, ubi proposuerat quiescere cum suo[m]
exercitu nocte illa. Eodem mane movit Otho cum suo[m] exercitu de Moretannia[n]. Rex autem
nesciebat[o] nec credere sustinebat, quod ipsi venirent[p] post ipsum. Vicecomes itaque Meleduni[q, 5] divertit ab exercitu regis cum quibusdam levis armature equitibus et perrexit versus
partes illas unde Otho veniebat; quem persecutus[r] est vir[s] strenuissimus, prudens[t] et[u]
admirabilis consilii et ad ea que contingere possunt provisor discretissimus[v], Garinus[w]
Silvanectensis[x] electus, quem[y] superius fratrem G. nominavi; erat enim frater professus
hospitalis Ierosolimitani[z], tunc[*] autem electus[z*] ad cathedram Silvanectensis ecclesie, nichilominus habitum religionis semper portans in pectore sicut prius. Profecti sunt ergo procul[a]
ab exercitu regis[b] plus quam tria miliaria, quousque venerunt in quendam[c] locum eminentem, unde potuerunt manifeste videre acies[d] properantes et dispositas[e] ad pugnam. Vicecomite itaque[f] ibidem aliquantulum demorante[g], electus properavit ad regem et dixit ei,
quod hostes veniebant dispositi et ad bellum parati, et dixit[h], quod viderat equos militum
coopertos[i] et satellites pedites precedentes, quod erat evidentissimum future pugne signum.
Rex itaque iussit acies[k] stare, et convocatis proceribus, consuluit illos, quidnam esset agendum; qui non multum suadebant[l] pugnandum[m] esse, sed pocius procedendum. Cum ergo
hostes venissent ad quendam[n] rivulum, quo non patebat facilis meatus, transierunt paulatim
et finxerunt, ut videbatur quibusdam de nostris, quod vellent[o] proficisci Tornacum. Exiit
ergo sermo iste[p] inter milites nostros, quod ipsi hostes declinabant Tornacum. Electus autem
in contrarium sentiebat, assertissime[q] proclamans, vel pugnandum esse de necessitate, vel

*) et deferens habitum hospital., licet esset electus, *celeris omissis*, C.

a) incarnatio *post corr.* incarnatione *A* 1. b) r. Anglie *C.* c) Andegavitis *B*; Andegavensibus *C.* d) *deest B*; u. s. s. est *des. C.* e) electus *C.* f) *deest B.* g) e. suum *C.* h) Han. *C.* i) est nomen *C*; nomen est v. *A* 2*. k) Valent(c)iene *A*; *corr.* Valentienes *B.* l) fueruntque *C.* m) *deest C.* n) *ita A* 1. *Albr.*; Salab. *A* 2*; Saliberie *A* 3; Falbernie *B*; Salesb. *C.* o) Lamburg *A* 2*; Lamboro *C*, *qui* et d. de L. *infra post* uxorem *ponit.* p) duxque *C.* q) multa *C.* r) tam c. q. pr. *C.* s) Alemannia, Brabancia, Hanonia et Fl. *C.* t) Lud. *add. C.* u) *deest C. Albr.* v) que *A* 1. w) Persona *corr. m.* 2. Perona *B.* x) F. comitis *C.* y) incendio *C.* z) *deest A* 2; et reg. *des. A* 3. a) iam *A* 2*. b) repaverat *B.* c) Guarino *A* 3. d) h. s. s. *des. A.* e) secr. suo *C.* f) a. pr. *des. A.* g) sancti *A* 1; beati *C.* h) eos *C.* i) Unde *C.* k) *deest C.* l) Henodie *A* 2; Henddie *B*; Han. *C.* m) e. s. *C.* n) Moretania *A* 2*. o) nesciebant *B.* p) veniret *C.* q) Melduni *B. Albr.*; Melemiduni *corr.* Meleduni *A* 3; Maleduni *C.* r) prosecutus *A* 1. s) fortissimus v. *C.* t) prudentis *A.* u) *deest C.* v) dissertissimus *A. B.* w) G. *(sic) A* 1. 2. 3. *B.* x) Silvanecten *A* 3. *B.* — episcopus *A* 2, *corr.* electus *A* 3. y) q. s. f. G. n. *des. C.* z) Ierlm *C.* z*) *deest B.* a) *deest A* 1. b) regis Ph. *C.* c) quoddam *A* 2*. d) a. hostium *C.* e) ad p. d. *A* 1. f) siquidem *C.* g) commorante *A* 3. h) dixerat *B*; *deest C.* i) cooperatos *A* 2. k) alios *C.* l) suadebat *B.* m) e. p. *C.* n) quoddam r. quod *A* 2*; quem *A* 3; quandam *B.* o) vallent *C.* p) i. s. int. n. m. q. h. i. *C.* q) *deest B*; constantissime *C.*

1) Henricus III. dux Limburgii et Henricus dux Brabantiae, de quo supra. 2) Quorum nomina diligentius retulit ipse auctor in Philipide sua. 3) Galchero de Castellione. 4) Mortagne (dép. Nord). 5) Adam.

1214. cum[a] confusione et dampno recedendum. Prevaluit tamen clamor et opinio[b] plurimorum. Processimus itaque ad pontem quendam[c] Bovinum[d, 1] nomine, qui est inter locum qui Sanguineus dicitur et villam que vocatur Cesona[e]; et iam maior pars exercitus transierat pontem, et ipse rex[f] exarmaverat se, sed nondum transierat pontem, sicut hostes putabant, quorum intentio erat, si rex pontem transisset, eos quos citra pontem invenirent aut penitus interimere aut de eis pro sue voluntatis arbitrio triumphare. Dum itaque rex, armis[g] aliquantulum et itinere fatigatus, ibidem sub umbra cuiusdam fraxini iuxta quandam ecclesiam in honore[h] beati[i] Petri fundatam modice quieti vacaret, ecce nuntii missi ab illis qui stabant in postrema acie, cursu nimio[k] properantes, cum clamore maximo[l] hostes referunt adventare et [cum[m]] postremis aciebus fere iam confligere, vicecomitem[n, 2] et arcubalistarios et levis armature equites [et[o] militiam Campanie] et satellites [qui* postremas acies die illo tutabantur] eorum incursum cum maxima difficultate et periculo sustentare[p] et vix posse eorum[q] furorem et audaciam diutius[n] retardare. Quo audito, rex intravit ecclesiam, et breviter orans ad Dominum, egressus iterum arma[r] induitur[s], et alacri vultu, nec minori letitia, quam si ad nuptias vocaretur, equum[t] insilit. Clamatur ubique per campos: 'Arma[u], arma, viri'; clangunt tube, revertuntur cohortes, que iam pontem transierant. Revocatur[v] vexillum beati Dyonisii, quod omnes precedere in bella[w] debebat, nec[x] satis propere revertitur, unde nec expectatur. Immo rex cursu[y] rapido revertitur et ponit se in prima fronte belli, ubi nullus inter ipsum et hostes imminebat.

Hostes[z] itaque[a] videntes regem retrogradum et preter spem suam reversum, quasi stupore et, ut arbitror, quodam horrore percussi, diverterunt ad dexteram partem itineris quo gradiebantur, et protenderunt se quasi ad occidentem, et occupaverunt eminentiorem[b] partem campi, et steterunt a parte septentrionali, solem, qui die illo[c] solito ferventius incaluerat, ante oculos habentes. Rex etiam[d] alas suas nichilominus extendit e[e] regione contra illos, et stetit a parte australi cum exercitu suo per spacia campi non[f] parva linealiter[g] protenso, solem[h] habens in humeris; et ita steterunt hinc[i] inde utreque acies equali dimensione protense, modico[k] campi spacio a se invicem distantes[l]. In medio huius dispositionis in prima[m] fronte erat Philippus rex, cui[n] lateratim adherebant[o] Willelmus[p] Barrensis[q, 3], flos militum, Bartholomeus de Roia[r], vir provecte[s] etatis et sapiens, et[t] Galterus iuvenis, vir[u] prudens [et[v] probus] et maturi consilii, Petrus Malevicinus[w], Gerardus[x] Scropha[y], Stephanus[z] de Longo-campo, Willelmus[a] de Mortuo-mari, Iohannes de Roboreto, Willelmus de Gallanda[b], Henricus[c] comes Barri[d], iuvenis etate, animo senex, vir[e] virtute et forma venustus, qui, patri[f] suo, regis consobrino, nuper defuncto, successerat in[g] honore et honere comitatus, et alii quam plures, quorum nomina longum esset[h] enumerare, viri virtute spectabiles et in armis semper exercitati et ideo ad ipsius[i] regis custodiam specialiter[k] in illo prelio deputati. Ab opposita parte stabat Otho in medio agminis consertissimi[l], qui sibi pro[m] vexillo erexerat aquilam deauratam super draconem, pendentem in pertica oblonga[n], erecta in quadriga. Rex autem[o] antequam congrederetur hac brevi et humili oratione suos fuit[p] milites allocutus: 'In Deo tota spes[q] et fiducia nostra[r] est posita. Rex[s] Otho

*) qui — tutabantur *des. A.*

a) *deest A* 1. b) assercio *A* 1. c) quoddam *A* 2*; q. p. *C.* d) Boninum *post corr.* Bovinum *A* 1; Boviñ *A* 3. e) Cysonium *Albr.* f) *deest B.* g) al. arm. *A* 3. h) honorem *A* 2*. i) *deest C; superscr. m.* 1. *A* 3. k) rapido *C.* l) nimio *C.* m) *post add. A* 1; *deest A* 3. *B. C, ubi* postremas acies. n) *deest B.* o) *haec solus B.* p) sustantare *B.* q) f. e. *C.* r) armis *C. Albr.* s) induitur *corr.* induit *A* 3. t) equm *A* 3. *B, saepius.* u) ad arma, ad arma v. *C. Albr.* v) Revocantur *C.* w) bello *C.* x) hoc *B, ubi* prope *corr.* propere. y) r. c. *C.* z) *nulla capitis distinctio A* 1. a) vero *C.* b) eminentionem *B.* c) illa *C.* d) *deest B.* e) et *B.* f) *deest C.* g) leneariter *A* 2. 3; lineant *B.* h) solēs *C.* — habentes *A* 2*; h. et h. *B.* i) u. a. h. i. *C.* k) medico *B.* l) distante *C.* m) media *C.* n) *deest A* 1. o) adherebat *A* 3. *C;* adherebatis *B;* adh. — Galterus *des. A* 2. p) Guil. *C. Albr. semper fere.* q) Barens. *C;* Banensis *B;* de Barris *Albr.* r) Roya *C.* s) provide *A* 3. t) *deest C. Albr.* u) scilicet *add. A* 2*. v) et pr. *des. B. C. Albr.* w) Malusvicinus *Albr.* x) Gir. *C.* y) Stropha *Albr.* z) Guill'mus de M. St. de L. *A* 3. a) Guielmus *A* 2*; Guil. *C semper.* b) Garlanda *A;* Garlande *Albr.;* Gallandia *C.* c) Herrīcus *A* 3. d) Barii *B.* e) *deest B. Albr.* f) patre *C.* g) et in *B;* in — comitatus *des. A* 2. 3. h) est *A* 2. 3; l. en. e. *A* 1. i) *deest A* 3. k) in i. (ipso 1) p. sp. *A* 1. 2. l) *ita auctor hic et aliis locis scripsisse videtur;* confertissimi *Albr.* m) e. aq. p. v. *C.* n) longa *C. Albr. cod.* 2. o) Ph. *add. C.* p) s. sic a. est *C.* q) sp. nostra et f. n. *C.* r) *deest B.* s) Otho vero et *A* 3.

1) Bouvines iuxta rivulum qui dicitur la Marque, le Bas-Sainghain, in altera eiusdem rivi ripa et Cisoing. 2) Meledunensem, de quo supra. 3) Haec sunt illorum baronum gallico idiomate nomina: Guillaume des Barres, Barthélemi de Roye, Gautier de Nemours, Pierre Mauvoisin, Gérard Scropha (sive la Truie), Etienne de Longchamp, Guillaume de Mortemer, Jean du Rouvray, Guillaume de Garlande, fere omnes e Parisiensi pago oriundi.

et exercitus suus excommunicati[a] sunt a domino papa, quia[b] sunt inimici et destructores 1214.
rerum sancte ecclesie, et pecunia, qua eis stipendia ministrantur, de lacrimis pauperum et
de rapina ecclesiarum Dei et clericorum acquisita est. Nos autem christiani sumus[c] et
communione[d] et pace sancte ecclesie fruimur, et quamvis peccatores simus[e], tamen eccle-
sie[f] Dei consentimus et cleri pro posse nostro defendimus libertates. Unde presumere
fiducialiter debemus de * Dei misericordia, qui nobis, licet peccatoribus, dabit de nostris et[g]
de suis hostibus triumphare'. His dictis, petierunt milites[h,**] a rege benedictionem; [ipse[i,***]
autem manu elevata oravit eis[k] benedictionem a[l] Deo], et statim insonuerunt[m] tube, et fece-
runt insultum viriliter in[n] hostes et audacissime et strenuissime conflixerunt. In ipsa[o] hora
stabant retro regem non procul ab ipso capellanus qui scripsit hec et quidam clericus[p]; qui,
audito tubarum clangore[q], alta voce cecinerunt psalmum: *Benedictus dominus Deus*[r] *meus,* Ps. 143
qui docet et[s] cetera usque in finem, et post: *Exurgat Deus*[t] usque in finem, et[u]: *Domine, in virtute* Ps 67. Ps 20.
tua letabitur[v] *rex* usque in finem, prout potuerunt propter irrumpentes lacrimas et singultus[w]
inmixtos, et cum pura devotione coram Deo reducebant ad memoriam honorem et libertatem,
qua Dei ecclesia gaudet[x] in potestate regis[y] Philippi, et dedecus et opprobria, que patitur et
passa est per Othonem et per regem Iohannem[z], cuius muneribus omnes illi hostes provocati,
contra regem[a] in regno suo et contra dominum suum presumebant pugnare. Primus tamen
pugne congressus non fuit ibi ubi rex erat, quia iam, antequam ipse congrederetur, conflige-
batur contra Ferrandum et contra suos in dextro cornu, a[b] dextris videlicet regis, ipso rege, ut
arbitror, ignorante. Prima quidem frons pugnatorum protensa erat, ut diximus, directe, et
occupabat campi spacium mille quadraginta passuum. Erat enim ibi electus, non ut[c] qui-
dem pugnaret; sed armatos[d] exhortabatur et animabat[e] ad honorem Dei et regni et regis
et ad defensionem[f] salutis[g] proprie, videlicet [principaliter[h]] Odonem nobilissimum ducem
Burgundie[i], Gaucherum[k] comitem Sancti Pauli — qui quibusdam suspectus erat, tanquam
aliquando[l] favisset hostibus; unde et ipse dixit electo se die illo futurum bonum prodito-
rem[m] —, Matheum de Monte-morentii[n], militem probissimum, Iohannem[o] comitem Belli-mon-
tis et multos alios strenuos milites, et preterea[p] milites Campanie 180[q] numero. Omnes
isti[r] erant in una acie, electo sic disponente, qui quosdam alios precedentes retro posuit,
quos formidolosos[s] et tepidos[t] noverat. Istos[u] autem de quorum probitate et fervore[v]
certus erat in una et prima acie posuit et dixit illis: 'Campus amplus[w] est; extendite vos[x]
per campum directe, ne hostes vos[y] intercludant. Non decet[z], ut unus miles[a] scutum sibi[b]
de alio milite faciat, sed sic stetis[c], ut omnes quasi una fronte possitis pugnare'. His dic-
tis, premisit idem electus de consilio comitis[d] Sancti Pauli 150 satellites in[e] equis ad in-
choandum bellum, ea intentione, ut predicti milites egregii invenirent hostes aliquantulum[f]
motos et turbatos. Indignati sunt Flandrenses, qui erant ferventissimi ad pugnam, quod
non a militibus, sed a[g] satellitibus primo invadebantur, nec se moverunt[h] de loco quo sta-
bant, sed eos ibidem[i] expectantes acriter receperunt, et equos eorum fere omnium inter-
fecerunt[k], et eos[l] multis vulneribus affecerunt, neminem tamen[m] eorum[n] nisi duos tantum[n]
letaliter vulneraverunt[o]. Erant enim satellites illi probissimi de valle Suessionis[p], nec minus
pugnabant sine equis quam in equis. Galterus autem de Guistella et Buridanus[q], qui, cum
esset[r] admirande virtutis et quasi imperterritus[s], reducebat militibus[t] suarum[u] memoriam

*) *C add.:* de orationibus ecclesie, que pro nobis orat et.
) *C add.:* et populus. *) ipse — Deo et *des. A* 1. 2.

a) a d. p. exc. s. *A* 1. 2. b) qui *A* 1. c) christianissimus et *C.* d) communicatione *A* 2*; c. pacis *A* 3. e) sumus *B.* f) D. e. *C.* g) de s. et de n. *A* 1; et de suis *des. A* 2. 3; de n. et s. *B.* h) milite *B. C.* i) ipse vero *C;* Qui manu *A* 3. k) pro eis a D. ben. *A* 3. l) a Deo — insultum *post del. B.* m) son. *C.* n) in h. v. *C;* in h. *des. B.* o) ista h. prelii stabat r. iuxta r. *C.* p) cum eo *add. A* 2. 3. q) clangorem *A* 2*. r) Deus meus *des. B.* s) d. manus meas totum usque *C.* t) *deest B.* u) et post *C.* v) l. r. *des. C.* w) singlatus *B.* x) gauderet *A* 1. y) Ph. r. *C.* z) Ioh. r. *A* 3; r. Anglie *C.* a) r. Francie *C.* b) de *B.* c) q. ut *A* 2. d) armatus *A* 1. e) admunabat *B.* f) defensiosionem *B;* deffensiones *C.* g) *deest A* 3; d. p. s. *C;* d. patrie v. *A* 2. h) *deest A* 1. *C.* i) Brugundie *B;* Burgondie *C.* k) Gautheris *A* 2*; Gautherum *B;* Galther. *Albr.* l) f. h. a. *C.* m) prodictorem *A* 3. n) Montemorenciaco *C;* Montmorencei *Albr.* o) *deest A* 1. p) et postea *A* 2; et pr. m. *des. A* 3; pr. et *C.* q) cīīī. *C.* r) ista *B; deest C.* s) formodolosos *A* 1; forte dolosos *C.* t) pidos *post add.* cu *A* 1. u) illos *C.* v) seniore *B.* w) amplius *A* 2. *C.* x) nos *B. C.* y) nos *B.* z) dicet *A* 3. a) milles *C.* b) s. f. sc. de a. m. *C.* c) sitis *C.* d) *deest B. Albr. cod.* 2. e) in e. *des. C.* f) m. al. *C.* g) ad *B.* h) moverent *A* 2*; moventes *C.* i) expectates ib. *C.* k) occiderunt *C.* l) et m. eos *C.* m) *deest A.* n) *deest C.* o) vulnerarunt *C.* p) Suessioñ *A* 1. q) Buridaridus *B;* Buridandus *C.* r) essent — imperterriti — reducebant *A* 2. *C.* s) perterritus *A* 3. t) m. suis *C.* u) m. s. a. *A* 2; m. suorum amicorum *A* 1.

1214. amicarum, non aliter quam si tirocinio[a] luderet[b], cum[c,*] quosdam de ipsis satellitibus in terram prostravissent[d], declinaverunt[e] ab eis et prodierunt[f] in campo[g] aperto, volentes congredi militibus. Quibus congressi sunt[h] quidam[i] milites de acie Campanensium non minori virtute quam ipsi. Fractis[k] itaque utrorumque lanceis et evaginatis gladiis, ictus ingeminant; sed superveniente Petro de Remi[l] et illis qui in eadem acie erant, Galterus de Guistella et Buridanus[m] per vim capti ducti[n] sunt. Quibus adherebat quidam miles Eustachius nomine de Maquelinis[o], cum magna superbia vociferans[p]: 'Ad[q] mortem Francorum'. Quem circumdederunt Franci, ita quod unus eorum amplexatus[r] est illum[s], et capud eius inter cubitum et pectus suum premens, galeam evellit[t] de capite illius[**], alius cultellum[u] inter[v] mentum et loricam per guttur [et[w]] pectus usque ad vitalia[x] immittens, mortem, quam Francis minabatur cum clamore, subire fecit cum horrore. Et ita[y] eo mortuo, Galtero[z] et Buridano captis, crevit Francorum audacia, et quasi certi de victoria, omni timore abiecto, totis viribus usi sunt.

Satellites[a], ut diximus, ab electo premissos[b] secutus est non minori levitate, quam si[c] aquila volaret[d] in columbas, Gaucherus comes Sancti Pauli cum suis militibus electis ab ipso optimis[e], et[f] perforavit eos, per[g] medium eorum mira velocitate transiens, multos feriens et a multis percussus, equos et homines indifferenter occidens et prosternens et nullum capiens, et ita reversus est per aliam[h] partem hostium, multitudinem eorum[i] quam maximam intercludens quasi in sinu quodam. Prosequitur illum[k] non minori audacia comes Belli-montis, Matheus de Monte-morencii[l] cum suis, et ipse dux Burgundie[m], multis bonis militibus stipatus[n], et pugna Campanensium. Facta[***] est ibi admirabilis pugna[o] ex utraque parte[p]. Dux Burgundie, qui erat valde carnosus et fleumatice[q] complexionis[r], prosternitur in terram, equo[s] suo ab hostibus occiso; densantur[t] itaque circa illum[u] cunei Burgundiorum[v], circumvallantur[w] eum[x]; adducitur alius equus; dux[y] de terra suorum manibus elevatur[z], equo sistitur[a], gladium vibrat in dextra, dicit[b] se velle ulcisci lapsum suum, et invadit hostes cum iracundia, nec discernit cui obviet, sed in omnibus sibi[c] obviantibus casum suum ulciscitur, non aliter quam si equum ipsius[d] eorum quilibet[e] occidisset. Ibidem pugnabat vicecomes Meleduni[f], qui mirabiliter preliabatur, habens in acie sua probissimos milites; qui eodem modo quo et[g] comes Sancti Pauli invasit hostes in[g] alia parte, et perforavit eos, et reversus est ex[h] alia parte per medios hostes. Ibi percussus fuit in illa[i] acie Michael de[k] Harmes[1] a quodam Flandrensi lancea per scutum, loricam et femur, et consutus[l] fuit alveo[m] selle et equo, et ita[n] tam ipse quam equus corruerunt in terram. Hugo de Maloauneio[o,2] prostratus in terram, et multi alii, equis occisis, prostrati et viriliter resurgentes, non minus acriter pugnabant super pedes suos quam super equos.

Comes Sancti Pauli ab illa cede paululum digressus[p], ut, qui ictibus innumeris tam[q] sibi quam a se illatis fatigatus erat, aliquantulum repausaret[r], facie sua ad hostes versa, vidit unum de militibus [suis[s,†]] circumvallatum[t] ab hostibus[u]; ad quem[v] liberan-

*) cum — acie erant *des. C, qui pergit:* Idem tamen Galterus et Buribundus a nostris.
**) *C ita:* eius aliusque cultellum in pectore usque ad vitalia per guttur sub lorica immittens.
***) Facta — parte *des. C.* †) nostris *C.*

a) turoc. *A* 1; in t. *C.* b) luderetur *A* 2. 3. c) *deest A* 2. 3. d) prostrenuissent *corr.* prostravissent *A* 1; prosternissent *corr.* prostravissent *A* 2*. e) sed decl. *A* 3. f) perdiderunt *A* 2*; prodiderunt *A* 3. g) campum apertum *B.* h) *deest A* 3. i) quidem *A* 3. k) fracti *B.* l) Remis *A* 3. m) Buridand. *Albr.* n) *deest A* 3. o) Marqualinis *A* 2*; Maquelines *C.* p) vociferens *C.* q) ad mortem Francorum *bis A* 1. *Albr.* r) amplexus *A* 2. s) eum *A* 1. t) evellet *A* 1. u) cutellum *A* 3 *saepius.* v) intra *A* 1. w) in *A* 3; *deest A* 1. *B.* x) viscera *A* 3; uitabilia *B;* victualia *C.* y) sic *C.* z) altero et Burcidendo *C.* a) Satellites *post suppl. A* 2; S. autem *C.* b) premisso *A* 2*. c) quasi *A* 2*. d) uoseret in columbasi Gautherus *B.* e) *deest C.* f) *deest A* 3. g) et per *A* 3. h) aciem *A* 2. i) illorum mult. *A* 3. k) eum *C.* l) Montemorenciaco *C.* m) Brugundie *B;* Burgondie *C semper.* n) constip. *C.* o) ex utr. pugna *A* 3. p) parte — complexionis *des. A* 2. 3. q) flegmat. *Albr.* r) campl. *B.* s) e. *post* suo *superscr. B.* t) densatur *A* 1. u) ullum *B.* v) Bourgundorum *A* 3; Burgundionum *Albr.* w) circumvalleantes *B;* circumvallantum *C.* x) illum *A* 1. y) *deest A* 1. z) levatur *A* 3. a) sedet et gl. v. *C.* b) et asserit *C.* c) *deest C.* d) suum *C.* e) quislibet *A* 3. f) Melduni *B. Albr.;* Meleduñ *C.* g) ex *A* 3. h) per aliam partem *A;* r. est alta parte *B.* i) In illa acie p. f. *C.* k) et *B.* l) consecutus *A* 2*; c. est *C.* m) alvee *A* 1. 2 *et B m.* 1; alve *A* 3. — felle *C.* n) ita quod equus et ipse c. *C.* o) Maloanneio *A* 2; Malo aymeio *A* 3; Maloalucio *C.* p) disgr. *C.* q) quam *A* 2. 3. r) repausavit *A* 1; repũsaret *C.* s) *deest A* 2. *B;* militem suum *Albr.* t) circumallatum *B.* u) suis *add. A* 2. 3. *B.* v) quam *B.*

1) Corrigendum videtur esse 'de Harnes'. 2) Malannoi.

dum cum nullus ei pateret aditus, licet nondum spiritum resumpsisset, ut per insertissimum hostium cuneum cum[a] minori periculo transire posset, incurvavit se super collum equi, ipsum collum utroque brachio complectens[b] et equum calcaribus urgens, cuneum hostium irrupit[c] [et[d] per medium eorum ad suum militem usque pervenit]; ibi[e] se erigens, gladio exerto[f], omnes circumastantes hostes mirabiliter dissipavit, et sic audacia admirabili seu temeritate cum ingenti[g] sui periculo suo milite[h] a morte incolumi[i] liberato, de manibus hostium evadens, in suorum agmine se recepit. Testati[k] enim sunt qui affuerunt, quod ipse in tanto ibidem[l] periculo fuit, quod 12 lanceis uno eodemque momento[m] impellebatur; non tamen ipsum vel[n] equum prosternere aut[n] illum ab equo evellere potuerunt. Spiritu itaque parumper resumpto, iterum cum suis militibus, qui interim respiraverant[o], in medios hostes[i] infertur. 1214.

Victoria itaque ibidem dubiis[p] alis aliquandiu[q] circumvolante, cum iam pugna ferventissima spacio trium horarum duravisset, tandem totum pondus belli versum est in Ferrandum et in suos. Nam et ipse, multis[r] confossus[s] vulneribus, prostratus[s] in terram et[t] captus ductus est, et plurimi de militibus suis[u] cum eo. Ipse quidem[v] fere exanimis diuturnitate[w] pugnandi Hugoni de Mareil[x, 1] et Iohanni[*], fratri eius, specialiter se dedidit[y]. Alii omnes, qui in ea parte campi pugnabant, aut interfecti aut capti aut turpi fuga, Francis insequentibus, sunt salvati.

Interea adveniunt[z] legiones communiarum[a], que fere usque ad hospicia[b] processerant[b], et vexillum[c] beati Dyonisii, et accurrunt quantocius[d] ad[e] aciem regis[f], ubi videbant signum regale, vexillum videlicet floribus lilii distinctum[g], quod ferebat die illo Galo de Montigniaco[h, 2], miles fortissimus, sed non dives. Supervenientes[i] communie specialiter Corbeii[k], Ambianis[l], Belvaci[m] et Compendii, Attrabate[n], penetraverunt cuneos militum et posuerunt se ante ipsum regem. Sed[o] illi qui erant in acie Othonis, viri bellicosi et[p] audacissimi, ipsos in continenti repulerunt usque ad regem, et[q] ipsis paululum[r] dissipatis, fere pervenerunt ad regem. Quo viso, milites supra[s] nominati, qui erant in acie regis, processerunt[t], rege cui[u] timebant aliquantulum post se relicto, et[v] opposuerunt se Othoni et suis furore Theuthonico[w] solum[x] regem querentibus. Eis[y] itaque precedentibus[z] et furorem militum[a] Theuthonicorum[b] virtute admirabili impedientibus, pedites Theuthonici[c] circumvallaverunt regem et ab equo uncinis[d] et[e] lanceis gracilibus in terram[f] provolverunt[g], et nisi dextera[h] superna et incomparabili armatura protegeretur[h], eum penitus occidissent. Pauci autem[i] milites, qui cum eo remanserant, et supradictus Galo, qui vexillo sepius[k] inclinato[l] auxilium vocabat, et specialiter Petrus Tristanides[m, 3], qui sponte ab equo[n] descendens se[o] pro rege ictibus exponebat[p], eosdem pedites prosternunt, dissipant et occidunt[q]. Sed[r] ipse rex spe[s] citius a terra surgens, inopinata[t] levitate equum ascendit. Pugnatur ergo ibi ab utraque parte virtute[u] admirabili, et cadunt multi[v], ibique ante oculos ipsius regis occiditur Stephanus de Longo-campo, miles probus et fidei[w] integre, cultello[x] recepto in capite per ocularium galee. Hostes enim[y] quodam genere armorum utebantur

*) de Marueil *add. C.*

a) non *C.* b) amplectens *A* 1. *C.* c) irruperit *A.* d) et per medium — pervenit *des. A* 1; et m. eorum cuneum ad s. m. u. p. *A* 2; u. ad s. m. *B.* e) ibique *C.* f) extracto *C.* g) magno *C.* h) m. s. *C.* i) *deest C.* k) Testari ei s. *C.* l) ibi *C.* m) movimento *A* 2*. n) aut — vel *C.* o) resputaverant *C.* p) duabus *C.* q) aliquando dici *B*; c. a. *C.* r) *deest spatio relicto B.* s) confossis — prostratis *A* 2. t) *deest A* 3. u) eius *A* 1. v) quidam *B*; *deest A* 3. w) diurnitate *A* 2*; *deest spatio relicto B.* x) Maruel *A* 2. 3; Maroll *B*; Marueil *C.* y) reddidit *A* 1. *Albr.* z) advenerunt *A* 2*. a) communitatum *A* 2*. b) a picia *A* 2. 3. — iam pr. *C*; precesserant *A* 2. c) vexilum *B*; et vex. sancti D. secum portantes acc. *A* 3; et cum vexillo *C.* d) quanto acius *corr.* quantocius *A* 3; e) usque ad *C.* f) *deest B.* g) districtum *A* 2. 3. h) Montiniaco *A* 2. 3. i) S. itaque *C.* k) Corbiei *corr.* Corbei *B.* l) Ambianensis *A* 1. m) Belvacii *B*; B. C. et A. *C.* n) Atrabade *B.* o) Et *A* 1. p) in *C.* q) et ipsis — regem *des. B.* r) paulatim *A* 1. s) superius n. *C*; prenom. *A* 1. 3. t) precesserunt *A* 2*. u) de quo *C.* v) *deest A* 3. w) Theton. *B* 1. x) q. s. r. *C.* y) Et *A* 2*. z) querentibus *A* 1. a) *deest A.* b) Thetoricorum *B* 1. c) Theutonici *C*; *deest A.* d) clavis *A* 3. e) et a l. *C.* f) ab equo *iterum add. A. B.* g) pervolverunt *A* 2*. h) s. d. et a. i. tegeretur *C*; incomparabilis a. protegerentur *A* 2; protexissent *A* 3. i) vero *C.* k) superius *B. Albr.* l) invoc. *C.* m) Tritam *C*; Tristandus *Albr.* n) equis descendentes *A* 3. o) et *add. A* 1. p) exponebant *A.* q) eodem in ped. Sed *A* 3; prosternunt — occidunt *ante:* Petrus Tristanides *ponunt A* 2. 3. r) et *add. C*; *post del. A* 1. s) spe *deest*, *ante* cicius *del.* s *B*; spe *add. m.* 2. *A* 3. t) inoppin. *A* 1. 2. u) a. v. *C.* v) *deest C*; et *add. sed del. B.* w) i. f. *C.* x) percussus cult. recepto per oclar. *C*; cult. in c. percussus longo *Albr.* y) *deest C.*

1) Gallice de Mareuil. 2) Montigni-le-Roi (dép. Seine et Oise, arr. Pontoise). 3) Cambellanus regis Philippi, cuius saepius in huius aetatis instrumentis nomen occurrit.

1214. admirabili et hactenus inaudito; habebant enim cultellos longos, graciles[a], triacumines[b], quolibet acumine indifferenter secantes[c] a[d] cuspide usque ad manubrium, quibus[e] utebantur pro gladiis. Sed per Dei adiutorium prevaluerunt gladii Francorum et virtus eorum indefessa[f]. Repulerunt itaque totam aciem[g] Othonis, et pervenerunt usque ad eum, adeo ut Petrus Malevicinus[h], miles quidem plus armis, quibus alios precellebat, quam seculari prudentia pollens, ipsum Othonem per frenum apprehenderet[i]; sed cum non posset ipsum a turba, qua consertus erat, extrahere[k], Girardus Scropha[l] cultellum, quem[m] nudum in[n] manu habebat, dedit in pectus eius[o]; sed ipsum propter armorum densitatem, quibus[*] milites nostri temporis impenetrabiliter muniuntur, ledere non valens, ictum reiterat[p]. Sed ictui[q] secundo obviavit capud equi, quod erat arduum et erectum[r]. Descendit ergo cultellus mira fortitudine impulsus in cerebrum[s] equi per oculum receptus. Equus itaque letaliter vulneratus se giravit et flexit in[t] partem capud suum [versus[u] illam partem] qua venerat, et ita[v] imperator ostendit militibus nostris[w] dorsum et[x] a campo recessit, aquila cum carro[y] dimissa et prede exposita. Quo viso, rex ait suis: 'Hodie non videbitis amplius faciem ipsius[z]'. Cum igitur paululum processisset, labitur equus[a], et statim adducitur alius equus[b] recens. In quem cum ascendisset, fuge velociter[c] se mandavit; iam enim non poterat nostrorum militum [ulterius[d]] sustinere virtutem. Nam et[e] ipse Barrensis[f] bis[g] ipsum per collum tenuerat, sed equi velocitate et suorum[h] militum densitate prereptus est ei. Qui, dum imperator[i] fugeret, mirabiliter preliabantur[k], adeo[**] ut ipsum Barrensem, qui processerat[l] plus quam alii, prosternerent in terram. Galterus enim iunior et Willelmus[m] de Gallanda[n], lanceis suis fractis et gladiis sanguinolentis, et Bartholomeus de Roia[o], cum essent, ut dictum est, prudentes viri, et alii qui cum illis[p] erant non iudicabant bonum esse, regem, qui plano gressu sequebatur[q], procul a se dimittere. Unde[r] non fuerant progressi quantum[s] et ipse Barrensis[t], qui cum pedes esset equo occiso, circumvallatus hostibus[u] se mira virtute[v] more suo defendebat; tamen, quia[w] unus[x] contra multitudinem optinere non potest, captus aut[y] interfectus fuisset, nisi supervenisset Thomas de Sancto Valerico[z.1], vir quidem strenuus, potens in armis, cum equitatu suo, in[a] quo erant 50 equites et duo milia peditum[b], et ita[c] ipsum Barrensem[d] a[e] manibus hostium liberavit, sicut[***] michi ille qui interfuit enarravit. Reviviscit ibidem prelium; preliabantur[f] enim, dum imperator[g] fugeret, Bernardus de Hostemale[h.2], miles fortissimus, comes[†] Otho de Tinquenebure[i.3], comes Corradus[k] de Tremognia[l.4] et Girardus de Randerodes[m.5] cum aliis viris fortissimis, quos specialiter delegerat[n] imperator[o] propter eminentem militie virtutem, ut essent prope se in prelio. Isti pugnabant et sternebant et[p] vulnerabant nostros. Tamen prevaluerunt nostri; nam ibidem capti sunt duo[q] prefati comites[r] cum ipso[s] Bernardo et Girardo[t]; carrus[u] discerpitur, draco frangitur, aquila alis evulsis et confractis ad regem[v] Philippum defertur.

Comes vero Bolonie ab ipso pugne initio numquam pugnare cessavit, nec poterat ab[w] aliquo superari. Iste comes Bolonie arte quadam mirabili usus erat. Fecerat enim sibi quasi

*) quibus — muniuntur *des. C.* **) adeo — terram *des. C.* ***) sicut — enarravit *des. C.* †) c. O. de Ti. *des. C.*

a) et gr. *C.* b) trialumines (q. *deest B*) — alumine *A* 1 *prima m. A* 3. *B;* trialamines qalumine viderentur s. *A* 2*; tercio alumies indiff. s. *C.* c) sectantes *A* 1. d) ac. *des. C.* e) quilibet *A* 2. 3; — p. g. u. *C;* utebatur *A* 2. f) indeffessa *B;* indeffensa *C.* g) eciam *C.* h) Malusvic. *Albr.* i) apprehendit *C.* k) attrahere *A* 3. l) Scrofa *A* 2. *B.* m) quod *A* 2*; n. qu. *A* 3. n) h. in m. *C.* o) ipsius *C.* p) rectat' *B.* q) ictu *A* 2. *C.* r) rectum *C.* s) eq. c. r. p. o. *C.* t) in p. *des. A;* capud *deest B;* suum *deest A* 3; suam *B.* u) *haec des. B. C;* v. p. ill. *A* 3. v) sic *C.* — Otho imp. depositus *A* 3. w) *deest C;* m. n. ost. d. *A* 3. x) d. recedens a c., aq. *C.* y) caro d. et pede *B.* z) eius *C.* a) eius *add. C.* b) *deest C.* c) se v. commend. *C.* d) ultimus *A* 2*; *deest B. C. Albr.* e) *deest A.* f) Barenus *A* 2. g) i. b. *C.* h) m. s. *C.* i) imp. depositus *A* 3. k) preliabatur *C.* l) precesserat *A* 2*. m) W. *A* 1; Guielmus *A* 2*; Guill. *C.* n) Garlanda *h. l. A. B. Albr.* o) Roya *C.* p) eis *A* 1. q) eos a se longe d. *C.* r) quare *C.* s) quoniam *A* 2*. t) Barenus *A* 2*; Gull'mus B. *A* 3. u) ab h. *C.* v) se modo suo et mira v. deff. *C.* w) *deest A* 2*. x) u. non potest supra m. obt. *C.* y) aut *C.* z) Valerio *A* 1; Walerico *C. Albr.* a) *deest C.* b) pedatum *C.* c) sic *C.* d) Barenum *A* 2*. e) de *A* 2. *C.* f) preliabatur nisi d. *A* 2*. g) Otho *A* 3. h) Horstem. *Albr.* i) Tinqueriebure *B;* Tinkeneburch *Albr.* k) Conradus *A* 1. 2; Coradus *B;* Corardus *A* 2*; Corraldus *C.* l) *ita A* 1. *B. Albr.;* Tremonia *A* 2; comes de Cremonia *A* 3. m) Bander. *C;* Randenr. *Albr.* n) elegerat *A* 1; delegaverat *C.* o) Otho imp. depositus *A* 3. p) ac *C.* q) pr. d. *C.* r) milites *B.* s) dicto *A* 2*; c. i. *des. A* 3. t) Gerardo *A* 2. 3. *B.* u) carius *B;* currus disserp. *A* 3. v) ipsum r. *A* 1. w) *deest A* 2*.

1) Saint-Valéri (dép. Somme, arr. Abbeville). 2) Horstmar. 3) Teklenburg. 4) Dortmund. 5) Randerath.

vallum quoddam de satellitibus armatis et confertissimis[a] duplici[b] serie ad[c] modum rote, ad[d] instar castri obsessi[e], ubi patebat aditus quidam[f], quasi porta qua recipiebatur, quociens vel spiritum volebat resumere vel[g] ab hostibus urgebatur, et sic sepissime[h] faciebat. 1214.

Iste comes et Ferrandus et imperator ipse[i], sicut postea didicimus a captivis, iuraverant, quod in[k] aciem regis Philippi, aliis[l] omnibus neglectis, progrederentur, et quousque ad[m] ipsum pervenirent, non retorquerent habenas, et ipsum occiderent; ea videlicet intentione, quia, si rex, quod[n] Deus avertat! occisus fuisset, de reliquo exercitu facillime se[o] posse triumphare sperabant. Et propter hoc iusiurandum Otbo et sua acies non pugnavit nisi cum rege et acie sua.

Ferrandus voluit et incepit venire ad ipsum, sed non potuit, quia, ut[p] dictum est, interclusa fuit via[q] eius a Campanensibus. Reginaldus[r] comes Bolonie, omnibus aliis omissis[s], ad ipsum regem in ipso pugne initio pervenit, sed cum prope regem esset, dominum suum, ut arbitror, reveritus, ab[t] ipso declinavit et congressus est Roberto[u] comiti Drocarum, qui non procul a[v] rege stabat in acie valde densa[w]. Sed et Petrus comes Altisiodori[x, 1], cognatus regis, viriliter pugnabat pro rege, licet, proh dolor! Philippus, filius eius[y], cognatus uxoris Ferrandi ex parte matris[z], staret ab opposito contra regem. Adeo enim excecati[a] erant oculi adversariorum, quod multi eorum, licet haberent fratres, privignos[b], vitricos[c] et cognatos ex parte nostra, nichilominus tamen, reverentia[d] domini secularis spreta et timore Dei abiecto, bello iniusto eos[e], quos revereri et diligere saltem naturali iure tenebantur, lacessere presumebant[f].

Iste comes Bolonie, licet ita strenue preliaretur, multum dissuaserat[g] pugnandum esse, sciens audaciam[h] et probitatem Francorum. Unde imperator[i] et sui ipsum pro[k] proditore habebant, et nisi prelio consensisset, ipsum vinculis mancipassent[l]. Cum igitur pugna pre manibus haberetur, ipse dixisse[m] dicitur Hugoni de Boves[1]: 'Ecce pugna, quam tu suadebas, ego autem dissuadebam. Tu fugies tanquam[n] formidolosus, ego autem sub periculo mei capitis pugnabo et remanebo vel[o] captus vel interfectus'. Et hiis dictis, accessit ad locum pugne sibi destinatum[p], et pugnavit[q], ut dictum est, diutius et fortius quam aliquis* qui eidem prelio interesset.

Interea rarescunt[r] acies ex parte Othonis[s], ipso[t] inter primos fugiente. Dux Lovanie[2], dux de Lamburi[u, 3], Hugo de Boves** et alii*** per centenarios[v], per quinquagenarios et per diversi numeri turbas se iam mandaverant turpi fuge. Comes tamen Bolonie adhuc[w] pugnans evelli non poterat a campo, adiutus tamen[x] sex militibus, qui eum nolentes dimittere, cum eo pugnabant, donec satelles[y] quidam, Petrus scilicet de Turella[z, 4], qui, cum probissimus esset et equus suus occisus esset[a] ab hostibus, pedes pugnabat, accessit[b] ad ipsum comitem, et elevata equi tectura, mucronem usque ad capulum in ventrem[c] equi eius inmisit. Quod cum quidam miles ipsius comitis vidisset[d], freno apprehenso, ipsum a conflictu retrahebat invitum. Insecuntur illos duo[e] fratres milites[f] strenui, Queno[g] et Iohannes de Conduno[h, 5], et ipsum militem prosternunt in terram, et statim[i] ibidem labitur[k] equus comitis, et ipse

*) quam alius qui ex parte eius esset *C.* **) de quo supra dictum est *add. C.* ***) de parte Othonis *add. C.*

a) *ita h. l. A* 1. 3. *B.* b) dupplici *A* 1. *B;* duplice *A* 2*. c) in *A.* d) ad i. *bis scr. C.* e) oboessi *A* 3. f) *deest C;* q. ad. *A* 1. 2. g) v. ab h. *bis scr., sed corr. B.* h) sepiissime *B.* i) *deest C;* imp. depositus *A* 3. k) ad *A.* l) o. a. *C.* m) p. ad. i. *C;* perven. — et ipsum *des. B.* n) quem D. averterat *B.* — advertat *A* 3. o) *deest A.* p) *post add. A* 1. q) ei via e. C. *C.* r) Reginardus *A* 2. 3. s) obm. *A* 3. *C.* t) d. ab i. *C.* u) *post corr.* cum R. comite *A* 1; cum *add. C.* v) a rege *des. A* 2. 3. w) *spatium aliquot litterarum vacat A* 2. x) Altissiodori *A* 2. 3. y) *deest A* 2. 3. z) nostra *A* 2. a) er. eorum o. exc., scilicet adv. *C.* b) privigenos *A* 2*; privinos *A* 3. *B.* c) victricos *A* 1. 3. *B.*; nutricios *A* 2*. d) sp. r. d. s. et (*deest A* 2*) D. t. a. *C.* e) et *A* 3; *deest A* 2*. f) presumebat *B.* g) d. adversariis e. p. *C.* h) sc. Fr. a. et p. *C.* i) imp. depositus et fugitivus *A* 3. k) p. suo pr. *C.* l) mancipasset *B.* m) dic. dix. *A* 1. n) t. f. fug. *C.* o) *deest A* 1. *B.* p) dist. *C.* q) pugnatum *A* 2; pugnatum est *A* 3. r) decrescunt *C.* s) O. depositi *A* 3. t) ipsos *C.* u) *ita B;* Lambroc *A* 1; Lamburc *A* 2. 3; Lamborc *C; cf. supra p.* 307 *n.* o. v) centenarias — quinquagenarias *C.* w) et a. *B.* x) cum *C;* tantum set m. *B.* y) satellites *A* 3. *B;* satellite *C.* z) *ita A* 1. 3. *B. et Phil.;* Torrella *A* 2; Tutella *C;* Turnella *Albr.* a) e. occ. *A* 3; fuisset *C.* b) et a. *C.* c) vertorem *corr.* vectorem *B.* d) comperisset *C.* e) duos *B.* f) str. m. *A* 3. g) Cuno *A* 3; Cono *Albr.* h) Couduno *A* 1; Condeio *Albr.* i) *e corr. B.* k) l. et cadit mortuus eq. ipsius *C.*

1) Boves (dép. Somme, arr. Amiens). 2) Henricus. 3) Henricus III. 4) Iste forte est Petrus *de la Tournelle,* quem indicat Delisle, 'Catal.' a. 1207, p. 235. 5) Coudun (dép. Oise, arr. Compiègne).

1214. comes ita iacuit supinus, femur dextrum habens sub collo equi iam[a] mortui, unde vix[b] extrahi potuit. Supervenerunt Hugo et Galterus[1] de Fontibus et Iohannes de Roboreto[c]; qui cum contenderent[d] inter se, cui eorum[e] ascriberetur captio comitis, supervenit Iohannes* de Nigella[2] cum suis militibus, miles quidem[f] procerus[g] corpore et forme venustissime, sed virtus animi venustati corporis in[h] eo minime respondebat, unde et in prelio illo nundum[i] cum aliquo[k] conflixerat die tota. Rixabatur tamen cum aliis qui ibi detinebant[l] comitem, volens sibi ex eius detentione[m] laudis[n] aliquid mendicare[o], et prevaluisset, nisi[p] supervenisset electus[q]; quem cum cognovisset comes, se illi reddidit[r] et rogavit, ut soli vite[s] illius[t] faceret misereri. Garcio[u] quidam, fortis scilicet[v] corpore et virtutis integre, Cornutus[w] nomine, cum staret ibi, ferro[x] exerto[y], abstulerat iam ipsi comiti galeam et vulnus impresserat maximum in facie[z] ipsius, et militibus, ut dictum est, inter se concertantibus[a], voluit ab inferiori[b] parte inmittere[c] cultellum; sed cum ocree consute essent pannis lorice, viam vulneris non potuit invenire. Cogitur itaque comes surgere de terra, sed cum vidisset non procul inde Arnulphum[d] de Audenarda, militem probissimum, cum aliquot[e] equitibus ad eius auxilium properantem, finxit se[f] non posse pedibus stare, et in terram sponte prolapsus, adiutorium expectabat. Sed qui astabant ictus plurimos ingeminantes, velit nolit, compellunt illum[g] ascendere in roncinum[h]. Sed et[i] ipse Arnulphus et qui cum eo erant capiuntur.

Omnibus itaque fere[k] equitibus aut fuga de campo ereptis aut[l] captis aut interfectis[m], cum** iam Othonite[n] utroque bello latera denudassent, stabant adhuc in[o] medio campi satellites pedites fortissimi, Brabanciones[p] et alii, quos[q] pars adversa quasi vallum ante[r] se posuerant, numero septingenti [et[s] eo amplius]. Quos cum vidisset ipse rex magnanimus[t] adhuc stare, misit Thomam de Sancto Valerico[u], virum nobilem, virtute commendabilem et aliquantulum litteratum, contra illos; qui cum esset armis[v] bene munitus, licet iam aliquantulum fatigatus pugnando, habens secum de terra sua ibidem[w] fideles viros, equites quinquaginta et pedites duo milia, irruit cum magno furore in eos et omnes penitus trucidavit. Mirabile[x] dictu, cum idem Thomas post victoriam recenseret[y] numerum suorum, non invenit de toto numero suo deesse nisi unum solum, qui statim inter occisos quesitus et inventus et ad[z] castra delatus, infra paucos dies, vulneribus per medicos sanatis, incolumis est effectus. Nec[a] voluit rex, quod sui[b] sequerentur[c] fugientes hostes nisi tantum per unum miliare propter loca incognita et noctis vicinitatem[d], et ne casu aliquo viri magni, qui capti tenebantur, evaderent vel de custodum manibus raperentur; qui[e] timor illum[f] maxime coarctabat. Dato itaque signo tubis[g] clangentibus revocantur acies et[h] ad castra cum magno gaudio revertuntur.

O[i] mira principis clementia et inaudita a seculo novitas pietatis! Eodem vespere, cum adducti fuissent ante conspectum regis proceres qui capti fuerant, quinque videlicet comites et 25 alii, qui tante erant nobilitatis, ut quilibet[k] eorum vexilli[l] gauderet insignibus, preter[m] alios quam plurimos inferioris dignitatis, licet omnes de regno suo, qui[n] in mortem ipsius conspiraverant et pro posse suo ipsum[o] occidere procuraverant, secundum leges[p] et secundum terre illius[q] consuetudinem tanquam rei lese maiestatis capitibus [essent[r]] plectendi[s], ipse tamen tanquam mitis[t] et misericors vitam omnibus condonavit. Quanta enim fervebat in

*) I. d. N. c. s. m. *des. C.* **) cum — denudassent *des. C.*

a) iam m. *des. C.* b) vix exinde *C.* c) Borreto *C.* d) contenderunt *A* 2*; contendissent *A* 3; i. s. c. *C.* e) *deest C.* f) quidam *A* 2. *C.* g) proternus *C.* h) c. m. r. in illo *C.* i) *ita A* 2. 3. *B. C.* k) al. d. illa tota confl. *A* 3. l) c. d. *C.* m) intentione *B.* n) a. l. *C.* o) *ita A* 1. *B. Albr.;* vendicare *A* 2. 3; acquirere *C.* p) n. sup. *des. B.* q) Silvanectensis *post add. A* 3; Garinus el. *C.* r) dedit *A* 2*; dedidit *A* 3. *B.* s) iure *B.* t) eius *C.* u) Gartio *A* 2. *B.* v) *deest A* 3. *C.* w) Comotus *A* 1; n. Corn. *A* 3. x) fratre *A* 2*. y) extracto *C.* z) faciem *A* 2*. a) cert. *C.* b) inferioribus *B.* — parte *deest A* 1. c) c. i. *C.* d) Arnulfum *B;* Alnulphum *A* 3, *et ita post.* — A. Dadenarde *Albr.* e) *deest A* 2. 3. f) f. et non posset *B.* g) ipsum *A* 3. h) *ita A* 3. *B. C;* runc. *A* 1. 2. i) et *post add. A* 1; *et ita C.* k) e. f. *C.* l) aut campis captis *B.* m) eiectis *C.* n) Ottonite *A* 2*. o) in c. m. *A* 3, *corr.* in m. c. *B.* p) Brambantiones *A* 2*; Brabantiones *B.* q) quod *B.* r) anteposuerat *C.* s) *ita B; des. A. C.* t) magnus *C.* u) Wallerico *A* 2.; Valerio *A* 1; Walerico *B. Albr.* v) *deest A* 1, *sed infra post* iam *legitur;* b. armis *C;* annis b. *B.* w) *deest C.* x) Mirabili *B.* — dictum *A* 1; ei (*l.* est) d. *C.* y) *ita A* 1. 2; rec. *deest A* 3, *ubi post* n. s. *superscr.* quereret; recenserit *corr. manu* 2. recesserit n. s. *B;* v. revertisset non *C.* z) in *A* 1. a) Ne *C.* b) milites sui *C.* c) h. f s. *C.* d) in civitatem *B. C.* e) qui *corr. m.* 2. quia *B.* f) dictum regem *C.* g) tublis sonantibus *C.* h) *deest C.* i) *deest A* 2. k) e. q. *A.* l) vesilli *C.* m) pater *C.* n) qui — posse suo *des. C.* o) *deest A* 2. 3. p) legis *B.* q) ipsius *A* 2. 3. r) *deest A* 1. 2. *C.* s) plectandi *C.* t) mittis *C.*

1) Forte Hugo de Fontenellis, ex pago Bituricensi oriundus. Cf. Delisle p. 268. 2) Nesles (dép. Seine et Marne, arr. Coulommiers).

eo contra rebelles rigoris severitas, tanta, immo[a] duplo maior semper vigebat in eodem clementia in subiectos, cuius summa intentio semper erat 1214

'parcere subiectis et debellare superbos'. Verg. Aen. VI, 853

Omnes tamen ergastulis[b] mancipavit. Eis itaque incathenatis[c] et quadrigis impositis, iter Parisius direxit.

Cum autem esset Bapalmis[d. 1], intimatum est ei, quod comes Reginaldus[e] Bolonie[f] nuntium post prelium miserat ad Othonem, suggerens ei, ut Gandavum accederet et vires recolligens auxilio Gandavorum et aliorum[g] Flandrensium[h] bellum renovaret. Quo audito, sive veridico auctore[i] sive non, rex admodum[k] perturbatus[k], ascendit in turrim, ubi positi erant, usque* in sequens mane servandi, duo maiores comites, Ferrandus videlicet et Reginaldus[l], et ira dictante, improperavit[m] ei [scilicet[n] Reginaldo], quod cum esset[o] homo[p] suus legittimus[q], fecerat eum novum militem, cum esset pauper, fecerat eum divitem; ipse vero[r] pro bonis mala retribuens, una cum comite Alberico[s], patre suo, ad Henricum[t] quondam[u] regem Anglie in regis et regni[v] perniciem se transtulerat[2]; et postmodum resipiscens, in magnam ipsius[w] amicitiam est receptus, et preter comitatum Domno-Martini[x], qui, Alberico comite, patre[y] eius, in partibus Neustrie in servitio regis Anglie[z] defuncto, ad eum fuerat iure hereditario[a] devolutus, addiderat ei comitatum Bolonie; ipse vero postmodum, culpam[b] culpe adiciens, ad regem Anglie Ricardum[c] transiens[d], quamdiu idem Ricardus[e] vixit, contra ipsum ei semper adhesit[3]; defuncto vero[f] rege Ricardo, ipsum iterum in[g] suam recipiens amicitiam, cum duobus comitatibus[h] predictis addiderat ei tres comitatus, Moretonii[i], Albemarne et Warenarum[k]; hiis omnibus beneficiis oblivioni traditis, sine causa commovit[l] contra ipsum universam Angliam, Theuthonicam[m], Flandriam, Henoniam[n] et[o] Brabanciam; naves etiam eius apud Dan[p] portum[q] anno preterito cum aliis diripuerat; nuper cum[r] reliquis eius mortem iuraverat, contra ipsum corporaliter pugnaverat, post pugnam, post[s] vitam ei[t] misericorditer condonatam, missis nuntiis, Othonem[u] et alios, qui de bello evaserant, ad bellum iterum[v] procuraverat incitare. 'Hec omnia', inquid[w], 'michi fecisti; vitam tamen tibi non adimam; sed, donec hec omnia lueris, ergastulum non evades'. Et cum hec[x] dixisset, inde fecit eum Peronam[y] adduci et ibidem[z] in turrim munitissimam includi et cautissime custodiri, ligatum compedibus[a] mira subtilitate perplexis et[b] fere indissolubilibus, coniunctis invicem cathena tante brevitatis, quod[c] vix passum[d] efficiat semiplenum[e]; eiusdem** cathene medio inserta erat et[f] alia cathena longitudinis 10 pedum, infixa capud alterum cuidam trunco mobili, quod duo homines vix movere poterant, quociens comes iturus erat ad secreta nature. Ferrandum vero Parisius devectum, in turri nova extra muros inclusum, arcte custodie mancipavit. Comes vero Saleberiensis[g] ipso die pugne traditus est a rege comiti Roberto, ea[h] intentione, ut rex Anglie, cuius frater idem Saleberiensis[i] erat[4], filium eiusdem comitis[k] Roberti, quem captum tenebat, sicut supra commemoravimus, commutaret pro eo. Sed idem rex, tanquam nature contrarius, carnem et sanguinem suum semper odio[l] habens — qui nepotem[m] suum Arturum, cui[n], cum esset filius Gaufridi, fratris eius pri-

*) usque — servandi *des. A.* **) eiusdem — nature *des. C.*

a) imo dupplo *A 1*; uno d. *B.* b) argastulis *A 2**. — mansip. *A 1.* c) inchat. *C.* d) Bepalmis *A 2. 3*; Balpamis *B*, Bappanus *C*; Batpalmes *Albr.* e) Reginardus *A 2*; Renaldus *A 3. Albr.*; Regilnaldus *C.* f) Bolonensis *A 2. Albr.*; Bolon̄ *A 3.* g) alium *B.* h) *deest A 1. 2.* i) *deest C.* k) r. ultra modum conturbatus asc. *A 3*; r. turbatus quam plurimum *C.* l) Reginardus *A 2*; Renaldus *A 3.* m) imperavit *A 2*; rex *add. C.* n) *ita B*; eidem R. *A 3*; sc. R. *des. A 1. 2. C.* o) esset *corr.* dudum esset *B.* p) vasallus suus et h. *C.* q) legius *Albr.* r) R. *add. A 3.* s) p. s. Alb. *C.* t) Herricum *A 3.* u) *deest C.* v) regem *B*; Francorum *add. C.* w) eius *C.* x) Domuimartini *C*; Domino Martini *B*; Domni Martini *A 3. Albr.* y) quondam p. sue *C.* z) Anglice *B*; *deest A 3.* a) hereditarie *A 1.* b) culpe culpam *A 3.* c) Richard. *C*; *deest A 2. 3.* d) *deest A 2. C.* e) rex vixerat c. i. s. adh. *C*; s. c. i. *A.* f) etiam rege Rich. *C.* g) r. in s. a. *C.* h) comitatoribus *B*; p. c. *C.* i) scilicet *add. C.* k) Warennarum *C.* l) cum movit *A 3.* m) Teuthoniam *A 1*; Theuton. *C.* n) Henolliam *A 1. 2. B*; Hanoniam *C*; Haynalliam *Albr.* o) *deest C.* p) *ita A 1. B C*; Dam *A 2*; e. ad quedam *A 3.* q) partim *A 1.* r) cum *add. m. 2. B.* s) prius *A 2*; post *eras. A 3.* t) m. ei don. *C.* u) ad O. et ad alios *A 3.* v) unde pr. *A 2*; it. ipsos pr. *A 3*; b. contra ipsum, regem *C.* w) rex Ph. *add. A 3.* x) hoc *A 2. 3. B.* y) Perona *A 2**; Peroniam *C.* z) ibi *A 1.* a) cum pedibus *B.* b) et f. i. *des. C.* c) que *A 2**. d) passuum *B.* e) semipenum *A 2.* f) in *B.* g) Salesb. *C semper*; *Albr. h. l.* h) videlicet *add. A 3.* i) Saleberienus *A 2**. k) R. c. *C.* l) h. o. *C.* m) non potum *C.* n) qui *A 3.*

1) Bapaume (dép. Pas-de-Calais, arr. Arras). 2) Vide Philipidem, l. III, v. 90 sqq. 3) Anno scilicet 1198; cf. Rogerii de Hoveden annales h. a. 4) Scilicet filius naturalis Henrici regis et Rosamundae de Clifford.

1214. mogeniti, iure primogeniture debebatur regnum[a], manu propria occiderat et[b] Elienordim, sororem eiusdem Arturi, virginem, neptem[c] suam, iam[d] fere per annos 20 incarceratam tenebat — extraneum, quem tenebat, pro fratre suo naturali[e] sive carnali noluit commutare. Vere ipse est linx[f] typica Merlini, de qua idem Merlinus[1] de patre eius, quem[g] leoni comparaverat, loquens: *Ex eo*, inquit, *procedet linx penetrans*[h] *omnia, que ruine proprie gentis imminebit*[i]. *Per illam namque utramque*[k] *insulam amittet, Neustria*[l] *et*[m] *pristina dignitate spoliabitur*[n]. Alii vero prisones in duobus castelletis[o], in capitibus[p] utriusque[q] pontis sitis Parisius, et in aliis munitionibus[r] per diversa regni[s] loca carceribus mancipantur. O[t] quam[u] iusta, quam recta et inreprehensibilia[v] sunt iudicia tua, Domine, qui dissipas consilia principum et reprobas cogitationes populorum, qui malos toleras[w], ut exerceas[x] bonos, qui vindictam ad[y] tempus differs, ut mali[z] interim[a] convertantur, qui* expectatos frustra ad penitenciam tandem digne permittis, citra[b] tamen merita, flagellari, qui quod mali ad exterminium[c] bonorum temere disponunt semper in contrarium convertis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum! Ecce! non solum isti qui[d] fuerunt in hoc bello confecti conspiraverant contra regem, immo donis et promissis illecti comes[e] Herveus[2] Nivernensium et omnes proceres trans Ligerim et Cenomannie et[f] Andegavie[g] et** Neustrie, excepto solo Willelmo de Rupibus, senescallo*** Andegavie, [Iuthello[h],† Medionartha[3] vicecomite Sancte Susanne[4]] et paucis[i] aliis, iam regi Anglorum suum sposponderant[k] favorem, occulte tamen propter metum regis sua vota tegentes[l], quousque certi essent, quis[m] esset pugne exitus futurus[n, 5]; iam[o] quasi de victoria presumentes, regnum diviserant universum, Viromanniam cum Perona Reginaldo[p] comiti[q], Parisius Ferrando quasi funiculo distributionis et†† aliis alia oppida Othone distributore[r] temere parcientes. Et ita Ferrandus et Reginaldus[q] id, quod pro honore suo, ut putabant, petierant, pro sue confusionis ignominia habuerunt, Deo sic iustissime ordinante. Hec††† supradicta de eorum presumptionibus et proditionibus[s] a certis relatoribus et ipsorum consiliorum participibus post victoriam ad aures regis delata sunt. Absit enim, ut de eis, licet hostibus, aliquid contra nostram[t] conscienciam confingamus, sed tantum id quod scimus et verum esse credimus referamus.

Sicut enim[u] fame loquacitate cognovimus, ipsa vetula comitissa Flandrie[6], Hyspana genere, matertera ipsius Ferrandi, filia regis Portigalensis[v], unde et regina[w] comitissa[x] appellabatur, prestigiis et sortilegiis eventus belli, [sicut*† multa alia inquirere consueverat], secundum[y] morem Hyspanorum scire desiderans ab angelis[z], qui huiusmodi[a] artibus presunt, tale meruerat habuisse[b] responsum: 'Pugnabitur, et in[c] ipsa pugna rex prosternetur in terram et equorum pedibus conculcabitur et carebit[d] sepultura. Ferrandus post victoriam cum maxima[e] pompa a Parisianis recipietur'. Hec[f] omnia recte intelligenti[g] possunt interpretari in verum; consuetudo[h] enim demonis est semper talibus qui eum colunt amphibologice[i] loqui, eorum desideria palliata veritate involvens, ut suos semper[k] cultores decipiat,

*) qui — bonorum *des. C.* **) et N. *des. B. C. Albr.* ***) s. And. *des. C. Albr.*
†) Iuth. — Susanne *des. B. C. Albr.* ††) et a. a. o. *des. C.* †††) Hec — referamus *des. C.*
*†) *Haec des. A 1. C.*

a) Anglie *add. C.* b) *deest C.* c) neptam *A 3.* d) *deest A 3.* e) n. s. c. *des. C. Albr.* f) lex linx *B;* lux *C, et ita infra.* g) quod *A 2*.* h) perpetrans *A 2. 3. B;* ppetrans *C.* i) imminebat *A 2. 3. B. C.* k) *deest C.* l) Neustriam *A 2. C. Albr.* m) *deest A 2.* n) spiliabitur *A 1;* spoliatur *A 2. 3.* o) castellis *C;* castellens *B.* p) capite *A 2*.* q) virtusque *B.* r) iniunct. *C.* s) *deest B 1;* l. r. *A 3. B.* t) *deest A 2. 3;* A. *corr.* O. *B.* u) q. i. *des. C;* q. r. q. i. *A. Albr.* v) inconpreh. *C.* w) tolerans *B.* x) exarceas *A 3;* b. e. *C.* y) diff. ad t. *A 3.* z) maligni *A 3.* a) iterum *A 2*.* b) cura *A 2. 3.* c) exterminum *B.* d) *deest A 2.* e) H. c. Nivernen. *C;* Nivernensis *Albr.* f) *deest A 2. 3. B.* g) Aud. *C.* h) Iuchello de Mediana, *spatio quatuor vel quinque litterarum vacuo A 1; simile spatium vacat A 2.* i) et al. quam paucis *A.* k) auxilium et f. *C.* l) regentes *A 1. B? C?* m) q. e. *des. A 3;* qui e. *B.* n) future *A 2; deest A 3.* o) et iam *C.* p) Reginard. *A 2 semper;* Renaldo *A 3 (post* Re.). q) Bolon. *add. C.* r) distributo *A 2.* s) predictionibus *A 2;* ceditionibus *A 3.* t) matrem c. *A 2.* u) etiam *A 1. 2.* v) Portugalie *C.* w) regia *A 2*.* x) et c. *C.* y) s. m. H. *hoc loco des. A, ubi infra post* presunt *leguntur.* z) *eadem manu post corr.* anguab. . . (?) *A 3.* a) huius *A 2? B.* b) habere *A 3.* c) *deest B.* d) curreb. *C.* e) p. m. *C.* f) Hec enim o. *C.* g) intelligi *B.* h) consuedo *C.* i) amphibolice *A 2. 3.* k) *deest A 2;* v. semper inv. ut suos cult. *A 3.*

1) Cf. Galfridum Monemuthensem de vita Merlini, ed. Franc. Michel et Thomas Wright, Paris. 1837, p. 67. 2) de Donziaco. 3) de Mayenne. 4) Radulpho. 5) De ista regni Franciae inter confoederatos partitione cf. infra Philipidem l. X, v. 563 sqq. 6) Theresa, sive alio nomine Mathildis, Alfonsi regis Portugalensis filia, quae Philippo Flandrensium comiti primo nupserat.

et ut ipsi de se bona [semper[a]] credant[b] dici, que Deus ad eorum confusionem et aliorum 1214.
honorem fieri disponit. Unde[*] illud

Cresus[c] perdet Halim[d] transgressus maxima regna;

et Iuvenalis[e, 1]:

. . . . *ambiguo[f] deceptus[f] Apolline[g] Cresus.*

Quis autem[h] verbis explicare, quis corde cogitare, quis calamo, carta[i] aut tabulis exarare[k] posset gratulabundos[l] plausus, hymnos[m] triumphales, innumera tripudiorum genera populorum[n], mellifluos clericorum cantus, dulcisonas[o] in ecclesiis classicorum[p] pulsationes, ornatus ecclesiarum intus et extra sollempnes, vicos[q], domos, vias per universa oppida et[r] civitates cortinis et pannis sericis intextas, floribus, herbis et[n] viridibus arborum ramis ubique stratas; omnes[s] autem cuiusque generis, sexus et etatis[t] homines ad tanti triumphi[u] spectacula concursantes, rusticos et messores, intermissis operibus, falcibus, rastris et[v] tribulis in collo suspensis — erat enim messionis tempus —, ad vias catervatim ruentes, cernere cupientes Ferrandum in vinculis, quem modo[w] formidabant in armis; nec verecundabantur illudere[x] ei rustici, vetule et pueri[y], nacta occasione ab equivocatione nominis[z], qua nomen eius tam equo quam[a] homini equivocum erat, et casu mirabili duo equi eius[b] coloris, qui hoc nomen equis imponit, ipsum in lectica vehebant. Unde et ei improperabant, quod[c] modo[d] erat ferratus Ferrandus, [et[e]] quod[f] recalcitrare non poterat[g], qui[h] prius impinguatus[i] et[k] dilatatus recalcitravit et calcaneum in dominum[l] suum elevavit. Hec omnia ubique fiebant, quousque perventum est Parisius. Parisiani vero cives, et universa scolarium[m] multitudo incomparabiliter omnibus aliis, clerus et populus cum himnis[n] et canticis ipsi regi obviam procedentes, quanta esset in animo leticia, gestis[o] exterioribus[p] declarabant. Nec sufficiebat eis de die taliter exultare, immo de nocte, immo[q] 7 noctibus continuis, innumerosis[r] luminibus, adeo ut nox sicut dies illuminari videretur, maxime scolares, cum magno quidem sumptu, convivia, choros[s], tripudia, cantus indefesse[t] agere non cessabant. . . . . . .

. . . . Induciis itaque ex utraque parte firmatis, rex magnanimus[u] revertitur Parisius, ubi inito cum uxore Ferrandi et Flandrensibus colloquio[2], sexto decimo Kalendas Novembris, contra spem et voluntatem fere[v] omnium, de consulta mansuetudine sua concessit, ut, Godefrido[w], filio ducis Brabancie quinquenni, in[x] obsidem sibi dato, et omnibus munitionibus Flandrie et Henonie[y] eorundem[z] sumptibus omnino destructis, tam ipsum Ferrandum quam alios proceres, reddita pro unoquoque legitima[a] redemptione tanto[b] delicto debita[c], ad propria remitteret carcere liberatos. Comiti vero Herveo et aliis quos suspectos habebat, licet eos de maiestate[d] lesa potuisset dampnare, nullam aliam penam inflixit, nisi quod de fidelitate erga ipsum saltem in posterum observanda ab eis iusiurandum exegit. . . . . . .

ADDITAMENTUM

codicis A 1.

Eo tempore quo Philippus rex Francorum, sicut predictum est, pugnabat contra Othonem 1215.
imperatorem et Flandrenses in Flandria, rebellabat Ludovicus, primogenitus eius, contra

*) Unde — Cresus *des. C.*

a) *deest B. C.* b) d. c. *C.* c) Cressus *B.* d) Alim *A* 1. 3. *B. Albr.*; Halym *A* 2. e) Et si me mal' *A* 2; et semel *A* 2*; Iuuensal *post corr.* sc. Iuvenal *A* 3. f) *deest B.* g) App. *B.* — Cressus *A* 2. h) ante *B.* i) certa *B*; *deest A* 3. k) scribere aut inserere *C.* l) gratulabandos *A* 1; gratulabondos *C.* m) hyennos *C.* n) *deest C.* o) dulcissonas *C.* p) dassicorum *A* 3. q) et v. *C.* r) et per *B.* s) omnis *B.* t) estatis *corr.* status *A* 2, *et ita A* 2*. u) triumphali *A* 1. — spectaculum concurrentes *C.* v) et t. *des. B* 1. w) ante *C.* x) ei ill. r. *A* 3; rust. i. e. *C.* y) v. ipsum *A* 2. z) sui n. quod eq. est t. h. q. e. *C.* a) tam *A* 3. b) eiusdem *A* 3. c) quomodo *A* 3. d) m. ipse erat *A. B*; Ferrandus *deest A* 1. *B*; e. vinculatus F. *A* 2. 3. *C*; modo bene ferratus est Fernandus et bene vinculatus *Albr.*; vinculatus *glossam esse superscriptam putarim.* e) *deest A. B.* f) quidem *A* 2*. g) potuit *A* 2. 3. h) erat qui (quasi *A* 2*) prius *A* 2. 3. i) impinguastus *B.* k) *deest A*; et d. r. *des. B.* l) s. d. *C.* m) scolarum *B.* n) hympnis *C.* o) *ita B. C*; gentis *A.* p) exercioribus *B.* q) uno *B*; et *C.* r) numerosis *A* 1. 3 (l. n.). s) choreas *A* 2. t) indeffesse *B*; indeffense *C.* u) Philippus *C.* v) *deest B.* w) Godefredo *C.* x) et in *B.* y) Henoldie *A* 1. *B*; Henodie *A* 2, *corr.* Henonie *A* 3; Hacnie *B* 1. z) eorum *C.* a) r. l. *C*; summa r. *A* 2*. b) tanta dilecto *B.* c) dedita *A* 3. d) (potestate *del.*) lesa maiestate *A* 3.

1) Hic versus frustra apud Iuvenalem quaesitus legitur in Gualteri Alex. II, p. 529. PANN. 2) Huius pacis instrumentum in archivio Franciae generali adhuc extat; datum fuit die 24. mensis Octobris. Cf. Delisle, 'Catal.' nr. 1509.

Iohannem regem Anglie in Andegavia et eum fugavit viriliter de obsidione quam fecerat ad Rupem-Monachi. Quia vero pater et filius de tam magnis adversariis eodem tempore triumphare meruerunt, in eiusdem triumphi memoriam rex Philippus edificari fecit abbaciam de ordine Sancti Victoris Parisiensis iuxta Silvanectenum que appellatur Victoria[1].

EX CONTINUATIONE

codd. A 2. 3. B. C.

1215. Apr. 19. Eodem anno in pascha cives[a] Colonienses pacti sunt[b] pecuniam Othoni reprobo, ut recederet ab eis, et[b] absolverunt eum ab omni debito quod eis debebat et dederunt ei insuper sexcentas marchas argenti; et ipse post pascha clam recessit. Et post eius recessum uxor eius[c], filia ducis Brabancie, sub specie viri peregrini[d] similiter recessit a Colonia et secuta est virum suum.

Interea Fredericus rex obsederat castrum munitissimum nomine Werdam[e, 2], in quo propter loci munitionem Otho reprobus posuerat prisones[f] suos, videlicet duodecim obsides, quos habebat a civibus Aquigranis[g], et episcopum Monasteriensem, quem ante biennium ceperat in quadam ecclesia[h], et duos comites et multos alios; quos omnes rex[i] Fredericus, oppugnato per septem ebdomadas opido et demum capto, liberavit[k] et liberos ad propria remisit. Inde[l] obsedit Estrivellam[m, 3] et cepit. Et[n] Aquigranis[o] accedens, honorifice est receptus et dyademate totius Theuthonie[p] coronatus. Consumptis ibidem[q] aliquot diebus cum gaudio tante sollempnitati debito, equitavit Coloniam et[r] imposuit sibi[s] ibidem[t] iterum[u] coronam propter loci et civitatis[v] et civium reverentiam et amorem[w, 4].

A[x] tempore quo Theuthonici[y] obtinuerunt dinastiam[z] imperii hec semper apud eos consuetudo quasi quedam lex inviolabiliter observatur, quod electus imperator nunquam coronatur a papa [Romano[a]], nisi prius fuerit rex[b] coronatus Aquigranis[c]; et postquam ibidem semel tulerit coronam, nichil restat[b*], nisi ut[c] in imperatorem Rome a summo pontifice coronetur; et hoc fit propter reverentiam et maiestatem Karoli Magni, cuius corpus requiescit ibidem. Eodem die quo[d] rex Fredericus coronatus fuit ibidem[e] crucem assumpsit, terre Ierosolimitane viriliter[f] succursurus.

Interea[g] Reginaldus comes Bolonie[h] servatur in carcere in turre nova Perone, nec est qui intercedat pro eo. Sed et comes Ferrandus non potest regi efficere quod spopondit. Nam cives[i] Valentianenses servili presumptione malunt dominum suum diutius in[k] carcere sic squalere[l] quam videre ruinam[m] turrium aut murorum suorum, nec[n] volunt[o] pati, quod ville sue municipia[p] in aliquo minuantur[q]. . . . . . .

1216. Dum[r] hec aguntur in Francia, ipse papa de transitu Ludovici[s] in Angliam certioratus, inconsolabiliter dicitur doluisse, et volens se ad vindictam armare, fecit sermonem ad clerum

Ezech. 21, 28. et populum, sumpto[t] hoc theumate[u] a prophetia: *Mucro*[v], *mucro, evagina te et lima te, ut interficias et splendeas.* Et in ipso sermone sollempnizavit excommunicationem[w] in Ludovicum et in suos, et vocatis notariis, cepit dictare sententias duras et intolerabiles contra Philippum regem et contra regnum suum. Talia[x] eo cogitante, dominus Deus[y], qui in omni articulo ipso[z] Philippo regi consuevit adesse, mucronem, quem[a] in alios evaginari et limari fuerat exhortatus, in ipsum convertit. Nam primo tercianam passus[b] et in brevi curatus, medicis ignorantibus, Deo, sicut credimus, disponente, incidit[c] in acutam. Quam cum multis diebus fovisset[d], nec a cibis, quibus in magna quantitate ex consuetudine vescebatur, utpote illius egritudinis ignarus minime abstineret, demum paralisi[e] percussus, et ad ultimum in

a) p. Tholosani *C.* b) *deest C.* c) sua *C.* d) perigrini *A 2**. e) Werden *A 2*; Verdam *C.* f) prisiones *C.* g) Aquisgrani *A 2*; Aquisgravis *C.* h) ecclesiam *B.* i) *deest A 3.* k) liberatos l. *A 3. B.* l) deinde *C.* m) Estrivellam *B*; Esteivalem *C.* n) Inde *A 2. 3.* o) Aquisgran. *A 2. 3.* p) Theutonice *A 2*, Theothonice *A 3.* q) igitur *A 3.* r) *deest A 2.* s) eis *A 2.* t) idem *B.* u) c. i. *C.* v) c. et *des. A 2. 3.* w) honorem *C.* x) *deest B.* y) Theoth. *A 3.* z) sive dignitatem *add. C, quod glossema videtur esse.* a) *deest A 2. 3.* b) c. r. *C.* b*) r. n. *des. C.* c) quod imperator Romanus *C*; Rom *B.* d) quos F. *C.* — Ferdericus *B.* e) ibi *A 2*; statim *add. B.* f) *deest A 3.* g) Interea — minuantur *des. A 3.* h) *deest C.* i) Valencianenses *A 2*; c. de Valencienes *C.* k) *deest B.* l) scalere *C*; equalere *B.* m) uunam turrum *B.* n) nec — minuantur *des. A 2.* o) ulilunt *B.* p) munitio *B.* q) munianlur *C*, munuatur *B.* r) Cum *A 2.* — hoc *C.* s) Lodovici *B.* t) super h. th. *C.* u) *ita B. C*; themate *A.* v) *deest A 2. C*; iuncto m. *e corr. A 2.* w) excommunicationes *A 2.* x) vero *add. C.* y) *deest A 2. B.* z) ipsi *B*; *deest C.* a) quod *A 2.* b) p. est *C.* c) decidit *B.* d) sustinuisset *C.* e) paralipsi *C.*

1) La Victoire (dép. Oise, arr. Senlis). 2) Kaiserswerth. Eodem die urbs tradita est quo Fridericus Aquisgrani coronatus. 3) Trifels; cf. Chron. Sampetr. ed. Stübel p. 57. 4) Cf. Chron. reg. Colon., SS. XVII, p. 827 sqq., et Reineri Leod. Ann., SS. XVI, p. 673.

letargiam[a] prolapsus, vitam finivit. Cuius finis, quia in multis negotiis rigorem nimium quam maxime attendere videbatur, leticiam potius quam tristiciam generavit subiectis. Anime tamen eius propitietur ille, cuius vice inter homines fungebatur! Sedit autem octodecim[b] annis et mensibus sex. Obiit autem 5. Idus Iulii[c, 1]. Cui successit Cincius, natione Romanus, qui in ipsa[d] consecratione[e] vocatus est Honorius. 1216.

Eodem anno obiit Otho reprobus imperator in castro Brunsvic[f], prius restitutis omnibus que occupaverat de ecclesie[g] et imperii rebus, absolutione nichilominus impetrata, qua[h] per multos annos fuerat innodatus[2]. 1218.

EX CONTINUATIONE

cod. C.

[1220 . . . . Eodem anno coronatus est in imperatorem Romanum Federicus rex Appulie et Suavie[i] in festo omnium sanctorum ab Honorio[k] papa tercio]. 1220. Nov. 1.

EX CONTINUATIONE

cod. A 1.

Post hec tempora Innocencius papa celebravit Rome concilium, vir clari ingenii, magne probitatis et sapiencie, cui nullus secundus tempore suo; fecit enim mirabilia in vita sua. Eo anno quo concilium factum est, mortuus est idem Innocencius apud Perusium. . . . . . . 1215.

a) littargiam est *C.* b) octavo decimo annis *A* 3. c) Iunii *A* 2. d) c. sua *C.* e) consectatione v. e. (Honorius *infra suppl.*) *B.* f) Brunswych *A* 2; Brunusic *C;* Brumsic *B;* Brunisio *A* 3. g) ecclesia *C.* h) quam *B.* i) Suave *c.* k) Honorie *c.*

EX WILLELMI PHILIPIDE.

EX CATHALOGO MATERIE LIBRI SECUNDI[a].

Subiugat Atrabati comitem[3] Flandrosque secundus.
Victus lite comes ciet arma ruitque cremando
Per patriam, sed rex citus advolat et fugat illum.
Bobis[4] vi fractis, regi comes omnia reddit. . . . . . .

SECUNDUS[b] LIBER INCIPIT.

Hactenus acta levi cecinisti regia plectro[5],
Que pubertatis inito vix tempore gessit;
Nunc[6] memorare velis, Polimnia[c], Flandria quanto
Iam pubescentem motu irritaverit illum,
Qua virtute animi puer[d, 7] illi restiterit rex
Iuraque restitui sua fecerit[e] integra fisco.
Nec taceas, quibus hec causis[8] atque Anglia post hanc
Magnanimi offensam meruere incurrere regis;
Scis[9] etenim, tibi nec[f] dedit hoc oblivio nomen.
Octavus decimus[10] regi virtutibus aucto
Annus agebatur, sensuque vigebat et actu.
Flandrensis comes interea, vir magnus et acer
Consilio, generis illustris, nominis alti,
Qui regem sacro* puerum de fonte levarat, *puerum sacro *A.*

a) Cathalogus materie secundi libri *B; des. A.* b) *des. A; cf. l. IV.* c) Polimia *A. B* 2. d) *deest B* 2; simul *ed.;* puer *in marg. Ch. Cf. infra v.* 23. e) fecerat *B* 2. f) *deest B;* nam *ed.*

1) Dies non recte indicatur. 2) Cf. Chron. reg. Colon., SS. XVII, p. 833. 3) Philippum; cf. II, 12. 4) Boves (dép. Somme). 5) Ovid. Met. X, 150 (cf. XI, 154): *Cecini plectro graviore gigantas . . . Nunc opus est leviore lyra.* 6) Cf. Ovid. Met. XV, 622 sq.; Pind. Theb., ed. Lucian. Müller, 'Ueber den Auszug aus der Ilias, den sog. Pindarus Thebanus', II, 161 sq. 7) 'Ex iure canonico pueritia ad aetatis annum 25. adducitur, teste Gratiani decr. P. 1, D. 77, c. 7'; Jaffé, Mon. Greg. p. 633 n. 6. 8) Cf. Verg. Aen. I, 8; Lucan. Phars. I, 67 sqq. 9) Ovid. Met. XV, 623: *Scitis enim* (Musae), *nec vos fallit spaciosa vetustas;* Verg. VII, 645: *Et meministis enim, divae, et memorare potestis.* 10) Cf. ad Rigord. 1184 n. 2.

Unde suum nomen, sicut mos[a] exigit, illi
Indiderat, quo* nunc exultat Francia victrix[1],
* felix quo nunc quoque Francia gaudet *A.* *Cf. Phil. II,* 421. *X,* 346.
Plurima que regis debebant esse tenebat.
Nam Desiderii-mons[2], Roia[b], Nigella, Perona
Cumque suburbanis urbs Ambia sub ditione
Eius erant et, quod plus est, Viromannia tota
Nullo iure, nisi quod rex ad tempus habenda[c]
Hec eadem senior* dederat Ludovicus[d] eidem[e],
* ded. sen. *A.*
Et puer acta patris rex confirmaverat illi
De facili. Quid enim non impetraret[f] ab illo,
Cuius erat tutor, didascalus atque patrinus?
  Rex super hoc semel ac* iterum convenit eundem[g],
* et iterum convenerat illum *A.*
Ut sibi restituat ea que spectare sciuntur
Ad fiscum proprie, nec regni iura minoret,
Que debent magis augeri de iure per illum,
Qui datus est doctor* illi custosque fidelis.
* illi doctor *A.*
Et ne deterius ob idem contingere possit[h],
Flectere temptabat vivis racionibus illum,
Ut que non sua sunt sine vi, sine lite resignet,
Pacificisque minas verbis regaliter[i] addit[3];
Nam fore se nulli manifeste clamat amicum,
Quem re velle sua fiscum privare videret.
  At comes hec contra dabat allegamina regi[k]:
'Hec michi donavit genitor tuus, hec meministi
Te michi regali iam confirmasse sigillo.
Hiis vere titulis michi ius acquiritur[l] in re
Quam repetis; regni nolis turbare quietem,
Ne fiant hostes tibi qui parere tenentur.
Non decet, ut tanti[m] sit frivola* pactio regis,
* p. f. *A.*
Non decet, ut regis fiat* revocabile verbum[4].
* pactum revocabile fiat *A.*
Esto quod nullum michi ius sit rebus in istis,
Ut loquar absque mee preiudicio racionis:
Possideo tamen hec per teque tuumque parentem,
Iusque michi deffendit in hiis possessio[5] sola;
Nam possessorem compelli dicere, quo rem
Possideat titulo, nimis incivile videtur.
Nec tamen hec nobis erat allegare necesse,
Cum res a dominis licite data sit michi veris;
Sic bona nempe fides, titulus sic iustus ab omni
Excusat culpa nostri fundamina iuris.
Nec tibi ius nescire licet, quia nemo sibi rem
Iuste collatam sine culpa amittere debet'[6].
  Sic allegabat pro se comes; ocius illi
Rex ita respondet[n]: 'Paucis tibi, si queo, verbis
Moliar auxilio iuris concludere multa:
Quod meus ad tempus genitor tibi cessit habendum,

a) mox *B* 2. b) Rora *A.* c) habebat *corr.* habenda *A.* d) Lodov. *B* 2. e) eridem *B* 1; eridem *corr.* eidem *B* 2. f) impetrasset *A.* g) *hunc versum rep. fol.* 14, *l.* 1. *sed del. B* 1. h) posset *A.* i) regalibus *B* 2. k) allemania rei *A.* l) adquiritur *A.* m) tanta *A.* n) respondit *A.*

1) Gualth. Alex. I, 3: *quo principe Graecia victrix Risit.* Cf. Phil. X, 346: *exultat Francia.* 2) Montdidier, Roye, Nesle, Péronne, Amiens. 3) Ovid. Met. II, 397: (Juppiter) *precibusque minas regaliter addit.* Cf. Phil. VI, 150: *scriptoque minas regaliter addit.* 4) Cf. Lig. III, 515: *Sancta et plena suo sunt regia pondere verba, Dicta semel nullum patiuntur iure recursum.* 5) Cf. l. 1. § 6. D. 43, 17; l. 2. ibid.: *qualiscunque enim possessor hoc ipso quod possessor est plus iuris habet quam ille qui non possidet.* 6) Cf. § 9 sq. Inst. 2, 6. de usu cap. et longi temporis praescriptionibus.

Perpetuare nequit prescripcio[1] tam brevis; et quod
Hec tibi me iactas iam confirmasse, vigorem
Que datur a puero[2] possessio non habet ullum[a].
Hec michi sufficiunt; possum tamen addere pauca:
Quidam nuper erat, qui te censore paternum[b]
Restitui sibi iusticia mediante petebat;
Cui reus aiebat: "Tibi competit actio nulla,
Frater, in hoc casu, quia quam tibi nunc petis a me
Res concessa michi fuit a te, dum puer esses.
[Nunc* quia crevisti repetis quod sponte dedisti, *v. 70. 71. 72. des. A.
Quod iam possedi te coram pluribus annis?
Absit ut effectus tam frivola verba sequatur"!].
Te, comes, oblitum[c] nondum[d] reor esse, quid illi
Dixeris, aut tua que fuerit sententia, quando
Dixisti, pueri[e] donum nil iuris habere,
Omnibus hoc ipsum[f] pariter dicentibus. Et sic
Ille sua re te censore potitus abivit.
Vis aliis[g] aliud, aliud tibi dicere iuris?
Absit! Quam tuleris legem patiaris oportet.
Desine plura[3] loqui, quia, si michi predia fisci
Reddere distuleris ultra, quid iusta[h] petenti
Vis cum iure queat domino conferre videbis'.
Verba ferens graviter comes ista repatriat; inde
Convocat auxilium; ruit agmine multiplicato
Lecta manus iuvenum[4], nec oportet cogere quemquam,
Cum sua quemque trahat[5] in regis dampna voluntas.
Fervet amor belli; communia Gandaviorum,
Turritis domibus, gazis et gente superba,
Instructas armis[6] acies, bis milia dena
Et plures propriis expensis donat eidem
Auxilium bello. Sequitur non impare fastu
Ipra[i], colorandis gens prudentissima lanis,
Execranda iuvans legionibus arma duabus.
Atrabatumque[k] potens urbs antiquissima[7], plena
Divitiis, inhians lucris et fenore gaudens[8],
Auxilium comiti tanto studiosius addit,
Quo caput et princeps Flandrensis et unica regni
Sedes existit, tenuit quam tempore in illo
Comius[9] Atrabates[l], quo Iulius intulit arma
Gallorum populis. Nec Brugia defuit illi
In strepitu* tanto, quin pluribus adiuvet illum *tanto str. A.
Milibus, in* bellum fortissima corpora[10] mittens; *ad A.
Brugia, que caligis obnubit[m] crura potentum,
Frugibus et pratis dives portuque propinquo.

a) illum *B 2.* b) patris rem *corrigendum censet Barth. Nihil mutandum.* c) obliquum *corr.* oblitum *B 2.* d) nundū *B 1*; mund' *corr.* nund' *B 2.* e) primum *A (?). B 2. ed.* f) *ita A;* ipsum hoc *B 1*; et primum hoc *B 2*; omnibus ergo unum hoc *corr. Barth;* in unum *corr. Brial.* g) alius *A.* h) iura *A.* i) Ypra *A.* k) Attr. *B 2.* l) Atreb. *A;* Attrab. *B 2.* m) abnubat *B 2*; obnubat *ed.*

1) In 'carta de regalibus Cathalaunensibus' (c. 1202), Delisle, 'Catal.' p. 503, inter rationes, quibus demonstratur vicedominum Cathalaunensem nihil habere iuris in regalibus, occurrunt haec: *Ius etiam scriptum, in quo dicitur, quod fiscalia non prescribuntur tempore, similiter contra ipsum faciebat.* 2) Cf. l. 9. D. 26, 8; l. 11. D. 41, 1. 3) Verg. Ecl. V, 19: *Sed tu desine plura puer*; cf. Aen. IV, 360; VI, 376. 4) Verg. Aen. X, 294: *lecta manus*; X, 498: *Caesa manus iuvenum foede*; V, 729: *lectos iuvenes.* 5) Verg. Ecl. II, 65: *trahit sua quemque voluptas.* 6) Verg. Aen. III, 471: *socios simul instruit armis.* 7) Verg. Aen. I, 12: *Urbs antiqua fuit ... Dives opum. — Urbs antiquissima, plena divitiis* libro I. de Augustoduno. 8) *Inh. lucro,* Sen. rhet.; cf. Hor. Sat. I, 1, 70. 71, et Sat. I, 2, 13. 9) Cf. Caesar. de b. Gall. IV, 35; VII, 78; VIII, 42. 48. 10) Verg. Aen. I, 101: *et fortia corpora volvit.*

Dan quoque villa nocens, Dan vere nomine, Dan re,
Dan olim nostris dampnosa futura carinis,
Adiuvit nostros bello pro viribus hostes.
Insula post illos nichilominus exerit[a] arma
Hostica, non paucas armans in* bella[1] phalanges, *ad A.
Insula, villa placens, gens callida lucra sequendo,
Insula, que nitidis se mercatoribus ornans
Regna coloratis illuminat extera pannis,
Unde reportantur solidi, quibus illa superbit;
Insula magnanimo male fida futura Philipo
Prodicione[b] sua; tamen in sua dampna ruerunt[2],
Dum pro Ferrando sua menia versa recepto
Turritasque domos viderunt incineratas,
Seque capi perimique simul sub milite Franco.
Nec minus et sancti populus venerator Homeri[3]
In comitis partes iuratus milia multa[4]
Mittit ei, iuvenes clara virtute choruscos.
Cum quibus Hedinum, Gravelinga, Bapalma, Duacum[5],
Dives et armipotens et claro cive refertum[c],
Indignata capi numero dant agmina bellis.
Sed nec Ysangrinos cum Belgis[d] et Bloetinos[6]
Rixa vetusta tenet[e] intestinique furores,
Se quibus infestant alternatimque lacessunt[f],
Quin iurata ruant[g] in prelia, Francigenisque
Dum pugnant, veteres iuvat intermittere pugnas.
Quid moror[7] hec referens per singula[8]? Flandria tota
Ultro belligeros[h] in prelia trudit* alumpnos, *mittit A.
Utpote qui Francos odere latenter, et ipsos
Infensos regi comitis nova fecerat ira*.
Flandria, gens opibus variis et rebus habundans,
Gens intestinis sibimet dampnosa ruinis,
Parca cibis, facilis expensa, sobria potu,
Veste nitens, membris procera, venusta decore,
Splendida cesarie, vultu rubra, candida carne,
Innumeris piscosa vadis, et flumine multo
Fossatisque[i] vias ita prepedientibus, ut vix
Introitus pateat venientibus hostibus; extra
Tuta satis, si bella sibi civilia desint;
Frumento quam ditat ager, navalia merce,
Lacte pecus, butyris armentum[k], piscibus equor,
Arida gleba foco siccis incisa marescis.
Raris silva locis facit umbram, vinea nusquam.
Indigenis potus Tethidi[l] miscetur avena,
Ut vice sit[m] vini multo[n] confecta labore.
Rebus et ornatu diversicolore[o] refulgent
Agmina, crispantur vexilla moventibus auris,

*) *In A sequitur versus:* Flandria marte potens armis exercita crebris.

a) exexit *B* 2. b) prodit. *B* 1. *Cf. IX*, 621. 624. c) refectum *B* 2. d) Bellgis *A*; Blegis *B* 2. e) venusta tenent *A*. f) lacescunt *A* g) ruunt *B* 2. h) belligerans *A*. i) fossatasque *A*. k) armento *A*. l) bethidi *B* 2. *Cf. II*, 539. m) sic *B*. n) *deest A*. o) diversa colore *B*.

1) Cf. Verg. Aen. VII, 335: *armare in proelia fratres.* 2) Cf. Ovid. Met. VI, 51: *In sua fata ruit.* 3) Audomari (St. Omer). 4) Aen. V, 806: *Milia multa daret leto.* 5) Hesdin (dép. Pas de Calais), Gravelines, Bapaume, Douai. 6) Hi sunt qui Furnensem pagum et maris littora inter Gravelingam et portum Dam incolebant; cf. IX, 350 sq. 442; X, 438—441. 7) Verg. Aen. IV, 325; VI, 528: *Quid moror?* 8) Ovid. Amor. I, 5, 23: *Singula quid referam?* Aen. VI, 888: *Quae postquam Anchises natum per singula duxit.* Cf. VIII, 618.

Arma repercusso duplicant sua lumina[1] Phebo.
Territat horrisonus aures hinnitus equorum,
Pulverulenta[2] terunt pedibus sola[a], pulvere densant
Aera, vix etiam pressis retinentur habenis[3],
Quin equites* rapiant cursu per inane rotato[b]. *rapiant equites A.
Ordine composito gradientibus undique turmis
Corde sub angusto vix iam sua gaudia claudens
Sevit atrox[c] in bella comes victorque videtur
Iam sibi; presumit tam multis milibus arma
In sua iuratis[4] bellumque volentibus ultro
Ipsum vel* facili regem iam vincere pugna *de facili regem vel vincere posse A.
Vel pro velle suo tali sibi pace ligare,
Quod rebus nichil amittat de litigiosis.
Iamque leonino rictu* bachatur in hostem[5], *cursu A.
Ardet et absenti iamiam* confligere regi. *bellum committere regi A.
Impete mox[6] vasto[d] Corbeie[7] menibus agmen
Applicat[e] et, primo fortuna dante favorem
Impetui, vallum, quod erat municio prima,
Vi capit et fractis muris* incendia miscet[8], *muris fractis A.
Omnia confundit, ire permittit habenas[9].
Diffugiunt cives et se secura receptant
In loca, consilium prudens[f] prudenter adepti;
Cedere nempe[g] docet currenti Naso[h] furori[10].
Opposuit* medium Summe natura fluentum, *Opp. Summe natura furantibus (?) annem A.
Qui burcum vallo disterminat[i] exteriori.
Hic obstat[k] comiti, ne vires transferat ultra,
Tam bona ne pereat sub eodem villa furore,
Cedat et indigno victoria tanta repente.
Tunc comitis votum spes intercepta[11] fefellit,
Et fortuna pedem retro dedit[12] obice parvo[13].
Civis enim cautus pontes[l] iam ruperat omnes,
Dampnis dampna cavens maiora minoribus, ut se
Castoreus[14] propriis ementulat unguibus ipse,
Ne perdat totum, malens amittere partem,
Ignoto nobis nature munere doctus,
Non instare sibi pro se venabula[m] nec se
Corpore pro toto venantibus esse petendum,
Sed pro parte sui, cui scit medicamen inesse.
Continuo fessi metantur castra sub ipso
Vespere per ripas lateque patentibus[15] arvis,
Obtatisque[n] cibis et sompno[o] corpora curant[16].
Sic* obsessa[p] fuit multis Corbeia diebus, *Sic Corbeia multis obsessa A.
Magnanimoque fit hec res denique nota Philipo.

a) sic *manu post. sup. lin. ins. B* 1, *addit B* 2. b) rorato *B.* c) atox *B* 1. d) irasto *B* 2; facto *corr. Br.* e) amplicat *A.* f) *deest A.* g) namque *A.* h) Nazo *A.* i) disterminant *A.* k) Hoc ostat *A.* l) potens *corr.* pontes *B* 2. m) venab'l'a *A.* n) oblatisque *B* 2. o) sompna corpore *B* 2; summo *A.* p) obcessa *corr.* obsessa *B* 2.

1) Cf. Verg. Aen. VIII, 22. 23; 1. Macc. 6, 19. 2) Cf. Verg. Aen. VII, 625; VIII, 596. 3) Verg. Aen. XI, 600: *pressis pugnat habenis.* 4) Ovid. Met. XIII, 50: *Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma.* 5) Gualth. Alex. VII, 538: *et rapido cursu bacchatur in hostem.* 6) Ovid. Met. III, 79 (cf. VIII, 359): *Impete nunc vasto.* 7) Corbie. 8) Verg. Aen. II, 329: *victorque Sinon incendia miscet.* 9) Verg. Aen. XII, 499: *irarumque omnis effundit habenas.* 10) Ovid. Remed. Amoris v. 119: *Cum furor in cursu est currenti cede furori.* 11) Ovid. Met. XV, 113: *spemque interceperit anni.* 12) Cf. Verg. Aen. III, 53. et infra v. 268: *dare vestigia retro.* 13) Gualth. Alex. IX, 94: *videsne . . . quam fluminis obice parvi Hereat et nutet invicti gloria regis?* Cf. Ovid. Met. XIV, 780. 14) Iuvenal. Sat. XII, 34: *imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno Testiculi: adeo medicatum intellegit inguen.* Cf. Plin. N. H. VIII, § 109. et Barth. Animadvers. in Phil. p. 96. 97. 15) Ovid. Met. VI, 218: *lateque patens prope moenia campus.* 16) Verg. Aen. III, 510: *passimque in litore sicco Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus.*

Dum parat ergo comes acies transferre per amnem[a],
Ut magnum turmis cingentibus undique burcum[b]
Inpiger obsideat, missis a rege maniplis
Ac equitum cuneis*, castrum munitur et armis
Et rebus, quibus obsessis audacia crescit[c, 1].
Exultant cives, comitisque furentibus extra
Agminibus, vires et bella frequentia miscent.
Nil ita proficiens comes et non absque pudore
Inde recessurus, equites, qui posteriora
Agmina conservent, ne prodeat hostis et ipsis
Vulnere dampnifico tanquam fugientibus instet,
Caute disponit ac precedentibus ipse
Addit[2] se socium* turmis cum milite multo,
In medio ponens fretos virtute minori
Cum plaustris et equis honeratis rebus et escis;
Tali quippe volunt distingui castra tenore.
Devastans igitur a dextris atque sinistris
Omnia[d], trans Ysaram[3] pernicibus[4] advolat* alis;
Non* cessat populos populari, ducere predas,
Incinerare domos, in vincula trudere captos,
Silvanectensem donec pervenit ad urbem.
Quam quia non potuit subito penetrare sub ictu,
Deffensam muris et gentibus, omne quod extra
Muros inventum est perimit, capit, abstrahit[e], urit,
Ut pars non maneat illesa dyocesis ulla.
Domni-Martini[5] comitem nil tale timentem,
Cuius erat nomen comes[f] Albericus[g], ab ipsa
Dum prandet mensa levat atque[h] ita terret, ut arto[i]
Postico fugiens vix se subduxerit illi.
Nobile castellum rebus spoliatur opimis,
Totaque planicies, que castro subiacet illi,
Tam speciosa bonis, tam dives, tam populosa,
Flandrorum libitu ferro vastatur et igni.
'Nil', ait, 'est actum[6], nisi Flandro milite portas
Parisius frango, nisi Parvo ponte[7] dracones
Aut medio vici vexillum pono[k] Chalauri[l]'.
Dissuadent proceres mentis concepta maligne,
Quippe timent regem, qui iam properabat et ipsis
Affectabat in hiis vires opponere planis.
Ergo ne comiti dampnosa superbia forte
Ista foret, lituis clangentibus undique cogunt
Agmina per patriam passim currentia totam,
Bestisiumque[8] petunt, obiter nichilominus omnes
Predando villas solitoque furore cremando.
Dum nova Bestisios perterritat undique muros
Obsidio votoque comes suspirat inani
Tempore tam parvo* tam forte retundere castrum,

*turmis *A*; al. turmis *Ch. in marg. Cf. Verg. Aen. V*, 560.

*socium multo cum milite turmis *A*.

*evolat *A*.

*Nec populos cessat *A*.

*modico *A*.

a) annem *A*. b) barcum *corr.* burcum *B* 2. c) crescat *A*. d) Agmine *A*. e) abstrait *B* 1; extrahit *B* 2. f) *deest A*. g) Albricus *B* 2. h) ac *B* 2. *ed.* i) acto *B*. k) põẽ *B* 2. l) calaurri *A*.

1) Ovid. Met. VIII, 82: *tenebrisque audacia crevit.* 2) Verg. Ecl. VI, 20: *Addit se sociam.* 3) l'Oise. 4) Verg. Aen. IV, 180: *pernicibus alis.* 5) Dammartin (dép. Seine et Marne, arr. Meaux). 6) Iuven. Sat. X, 155: *Actum*, *inquit* (sc. Hannibal), *nihil est nisi Poeno milite portas Frangimus et media vexillum pono Subura.* 7) Hodie le Petit-Pont, qui insulam vulgo 'la Cité' appellatam cum sinistra Sequanae ripa iungit, et 'rue de Calandre', iuxta Sanctam Capellam, in ipsa insula, qui vicus iam deletus est. 8) Béthisy (dép. Oise).

Silvanectensi rex agmina fundit ab urbe,
Ad[a] quam cum multis cursu properarat[b] hanelo[1],
Nil cupiens nisi quod comes expectaret et ipsi
Iudice Fortuna[2] bellum committere vellet.
At comes infecta festinus ab obsidione,
Pulveris indicio certus de rege propinquo,
Per Quisam[3] fugiens comitante pudore recessit.
Iamque fatigatis fugiendo per invia* turmis, *avia *A. Cf. Verg. Aen. IX*, 58.
Cum saltem modice foret indulgere quieti
Utilius fessosque cibis refovere quirites,
Choisiacas[c,4] ultor temerarius obsidet arces[d].
Mox tamen inde fugit, adventum regis abhorrens,
Speque sua vacuus Flandras secessit in horas.
Rex dolet ereptum[e] comitem sibi, frendit et ire
Occultare nequit tractos[f] sub pectore motus[f,5];
Nam rubor[6] in vultu duplicatus prodit aperte,
Quam gravis illustrem trahat indignatio mentem.
Qualiter[7] in Libicis spumante leunculo[g] rictu
Saltibus, ungue ferox et dentibus asper aduncis,
Fortis et horrisonus[h], anno iam pene secundo,
Cui venatoris venabula forte per armos
Descendere, levi stringentia vulnere corpus[8],
Colla rigens hirsuta iubis, desevit in hostem
Iam retrocedentem nec eum tetigisse volentem,
Cum nichil ex facto referat nisi dedecus illo;
Nec mora nec requies[9], quin iam deglutiat ipsum,
Ni prudens hostis pretenta cuspide, scuto
Unguibus obiecto, dum dat vestigia retro[10],
In loca se retrahat non irrumpenda leoni:
Sic puer[7] in comitem rex debachatur et ipsum
Subsequitur presso relegens vestigia gressu[11];
Quem quia sublatum fato sibi vidit iniquo[12],
Quem tutabatur totiens fuga tutior armis,
Propositum mutans, fines subit Ambianenses,
Ut comitis manibus tam claram liberet urbem,
Quam munire* comes contra presumpserat ipsum, *contra m. c. pres. *A.*
Multaque[i] castra, quibus urbs circumcluditur ipsa,
Ne quis de facili vires perducat ad illam,
Ni prius illa solo studeat prosternere castra.
Inter que castrum Bobarum nomen habebat
Clarius et titulis et gente situque decoro[k],
[Turribus* et muris, fossis valloque superbum], **v.* 282. *deest A.*
Cui preerat comitis iuratus in arma[13] Radulphus,

a) At *A.* b) properaret *B.* c) *ita A;* Chosiatas *B* 1; Chosiacas *B* 2. *ed.* d) arches *A.* e) arreptum *A.* f) fractos, *in marg.* rectos *Ch. Cf. Verg. Aen. IV,* 101. g) leuncio *A;* leuncula *Ch.* h) horrisonos *B.* i) que *deest B* 2. k) decorum *ed.*

1) Ovid. Met. XI, 347: *cursu festinus anhelo Advolat.* 2) Petron. Sat. CXXII, 174: *iudice Fortuna cadat alea.* 3) Guise (dép. Aisne). 4) Choisy-au-Bac (dép. Oise). 5) Cf. Verg. Aen. XII, 217: *vario misceri pectora motu.* 6) Gualth. Alex. I, 73: *Accusabat enim occultam rubor igneus iram;* cf. Ovid. Met. VII, 554: *flammaeque latentis Indicium rubor est;* Claudian. Nupt. Honor. v. 8: *quoties incanduit ore Confessus secreta rubor.* 7) Gualth. Alex. I, 49: *Qualiter Hyrcanis cum forte leunculus arvis . . . nec dentibus asper aduncis* (cf. Ovid. Met. X, 550) . . . *Sic puer effrenus totus bachatur in arma;* cf. Luc. Phars. I, 205—212; Stat. Theb. VIII, 573 sq. 8) Verg. Aen. X, 331: (tela) *deflexit partim stringentia corpus Alma Venus.* 9) Verg. Aen. V, 458: *Nec mora nec requies.* 10) Verg. Aen. IX, 392: *Simul et vestigia retro Observata legit.* 11) Ovid. Met. III, 17: *Subsequitur pressoque legit vestigia gressu.* 12) Ovid. Met. VII, 828: *se fati dixit iniqui.* 13) Ovid. Met. XIII, 50: *iuratus in arma;* supra v. 160.

Hugonis genitor, qui regi postea bellum
Cum reliquis movit, regni patrieque nefandus[a]
Proditor, ut digna premeretur denique morte,
Victus et a bello fugiens, quem misit humandum
Neptuno rabie ventorum[1] naufraga puppis[b].
  Certus erat Bobas[c] regem transire Radulphus,
Unde, tumens animis et spe[2] sublatus inani,
Castrum militibus multoque satellite tutum
Efficit* atque cibos superaggregat**[d] intus et arma, *Reddidit *A.* **super congesserat *A.*
Ausus ab ingressu primos arcere maniplos
Atque ipsi[e] portas venienti claudere regi.
Rex ubi Bobarum sibi menia nolle patere[f]
Audiit, exultat et se gaudere fatetur
Invenisse viam, qua vires exerat et rem
Preconcepta diu virtus producat in actum[3];
Que nisi se factis exerceat, arida marcet,
Nec se prodit, ubi presentem non habet hostem;
Si vero fuerit exercita, crescit et auget
Fructus ipsa suos, quos donat amantibus ipsam.
  Curritur ad vallum, pedites cum milite, quorum
Corpora tuta latent scutis protecta sinistris[4]
A iactu lapidum et[g] mortem preeunte[5] sagitta,
Ascia dum dextris, bis acuta securis et ensis
Fulgurat et lorica latus premunit utrumque[6].
Ac velut in silva lignorum protinus[h] ipsas
Excidere fores, vallum mox ocius omne
Deiecere solo fossataque summa tenebant,
Que sola[i] impediunt, ne muri suffodiantur.
Interea pluvie vel grandinis[7] instar ab intus
Infestant lapides et missile quodlibet[k] illos,
Quos incessanter hostes iaculantur ab alto.
  Francigenis nostris illis ignota[8] diebus
Res erat omnino, quid balistarius arcus[l],
Quid balista foret, nec habebat in agmine toto[m]
Rex quemquam, sciret armis qui talibus uti.
Unde magis promptus et ad arma paratior omnis
Miles habebatur, dum pugna fit[n] intus et extra.
Hic se defendit, hic eum[o] oppugnare*[p] laborat; *expugnare *A.*
Dedecus hic regis ulciscitur[q], ille tueri
Contendit patrie famam dominique suamque;
Sic neuter dubitat, hic ne vincatur, at[r] ille
Ut vincat pugna, totas effundere vires[9].
  Cratibus interea, pluteis et robore crudo
Murilegus struitur, sub quo secura lateret,

a) nephandus *A.* b) pupis *A.* c) Boƀ *B* 1; Bob[s] *B* 2. d) *ita B;* superaggerat *ed., in marg.* superaggregat *Ch.* e) Ac ipsi *A.* f) parere *B. ed. (Barth. corr.).* g) *deest A.* h) proptinus *B* 1. i) solam *corr.* sola *B* 2. k) qualibet *A.* l) archus *A.* m) tota *B* 2. n) sit *B.* o) enim *A (?). ed.* p) opug. *B* 1. q) ulcifertur *B.* r) et *A.*

1) Ovid. Met. V, 7: *Ventorum rabies.* 2) Pind. Theb. 708: *spe percussus inani;* cf. Verg. Aen. X, 648; Ovid. Met. VII, 336. 3) Galfr., Poetria Nova v. 1690: *Consilium scelerata manus produxit in actum;* cf. Gualth. Alex. I, 83: *Materiam virtutis habes, rem profer in actum.* 4) Verg. Aen. II, 443: *clipeosque ad tela sinistris Protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.* 5) 'Immo: inferente' Barth.; sed respicit Willelmus Gualtheri Alex. I, 260: *previa mortis arundo.* Cf. Phil. I, 604: *leti prenuncia tela.* 6) Gualth. Alex. IV, 413: *Eius utrumque latus.* 7) Cf. Ovid. Met. V, 158; Verg. Aen. IX, 669. 8) Richardum Angliae regem balistarum usum Francigenis tradidisse narrat Willelmus, Phil. V, 578:
Hac volo, non alia Richardum morte perire,
Ut, qui Francigenis baliste primitus usum
Tradidit, ipse sui rem primitus experiatur,
Quamque alios docuit in se vim sentiat artis.
9) Verg. Aen. V, 446: *Entellus vires in ventum effudit;* cf. Ovid. Met. XII, 107; I, 278.

Dum studet instanter fossas implere[1] iuventus.
Fossis iam plenis parmas ad menia miles
Appodiat, sub eisque secare[a] minarius instat
Celtibus et piccis[b] imi fundamina muri[2].
Et ne forte cadens super illos murus ab alto
Sternat et indigna concludat morte[3] cavantes,
Fulcitur brevibus truncis lignisque rotundis
Pendula pars muri, que desuper imminet[4] illis.
Sic ultra medium tutus cavat undique murum
Fossor, et ut vidit sibi iam satis esse cavatum,
Ignibus appositis prudens in castra refugit.
Sevit et absumpto penitus fulcimine murum
Vulcanus prosternit humi[5]; cum pulvere fumus
Eripiunt oculis solem; quo denique viso
Obsessi fugiunt, sed non indempniter omnes.
Nam iuvenum ferrata manus per fragmina muri,
Per fumum flammamque ruunt multosque trucidant[6]
Et multos capiunt; multos fuga salvat in arce,
Quam duplici muro* rupes facit ardua tutam. *rupes muro *A.*
Machina confestim vario fabricata paratu
Surgit et innumeris irritat iactibus arcem.
Nunc mangonellus Turchorum* more minora *Parthorum *A.*
Saxa rotat*[7], nunc vero minax petraria, verso *iacit *A.*
Vi iuvenum multa[8] procliviter[c] axe, rotatu[d]
Retrogrado, tractis ad terram funibus acta,
Dampnificos[e] funda fundit maiore molares
Incircumtusos* et magni ponderis, ut vix *incircumcisos *A.*
Tollatur manibus bis quatuor unus eorum:
Quali dextra Iovis iacit ira fulmen[9] in hostes
Terrigenas, si quando volunt diis bella movere.
Et iam rima patet[10] per muros plurima, iamque
Per loca plura tot ictibus arx illisa fatiscit[f],
Hoste fatigato dum se deffendit, et ultra
Nonnisi rarus erat, qui* muris staret in altis, *muris qui *A.*
Omnibus ad tutas fugientibus ultro garitas.
Dum rex magnanimus arcem confundere[g] summam
Taliter accelerat, dum vires viribus addit,
Ecce recollectis comes undique viribus: 'Assum',
Clamat, 'et oppono tibi me pro cive tuendo.
Vivere permittas obsessos; viribus aude
Te conferre meis! Que gloria vincere paucos?
Maior[11] erit multoque magis[h] speciosa tibi laus
Tot simul[i] in plano confligere[k]; cominus uno
Ictu fortune[12] litem fac terminet ensis:

a) set. *B* 1. b) *ita B;* pixis *P.* (*Barth. maluit:* pictis); picis *A (?). Br.* c) proclivit *A.* d) rotatur *B. ed.* e) dampnifico *A.* f) fatescit *A.* *Versus* 358. 359. *cum antecedentibus,* 360—362. *cum sequentibus falso coniungunt ed.* g) *Barth. maluit* contundere, *quod rec. Br.* h) *deest B* 2. i) si vis *B* 2 (*P.* sinis; *Barth. corr.* Si vis, *omisso* Tot). *Recte A. B* 1. *Ch. (Br.).* k) *ita distinguit B* 1; *post* cominus *dist. ed.*

1) Cf. Verg. Aen. IX, 503 sq.: *Adcelerant acta pariter testudine Volsci Et fossas implere parant ac vellere vallum.* 2) Cf. Phil. II, 565. 3) Verg. Aen. VI, 163: *vident indigna morte peremptum.* 4) Verg. Aen. I, 165: *Desuper . . . imminet;* cf. Aen. I, 419. 5) Ovid. Met. V, 197: *Et prosternite humi.* 6) Verg. Aen. II, 494: *primosque trucidant.* 7) Claudian. IV. cons. Hon. v. 330: *Saxa rotet;* cf. Verg. Aen. X, 362; Gualth. Alex. IX, 82. 8) Verg. Aen. I, 271: *multa vi.* 9) Gualth. Alex. VII, 122: *Talis in adversos Iovis irruit ira Gigantes, Fulmine quem dextram fingunt armasse poete, Cum iam* etc. Cf. Verg. Georg. I, 281 sq.; Ovid. Met. I, 154; V, 319 sq. 10) Ovid. Met. XI, 514: *Iamque . . . Rima patet;* Verg. Aen. I, 123: *rimisque fatiscunt.* 11) Cf. Gualth. Alex. IV, 563 sq. 12) Gualth. Alex. II, 285: *exponere bellis Uno velle simul fortune cuncta sub ictu.*

Cui fortuna dabit et virtus vincere vincat'.
Talia vociferans, Bobis expellere regem
Posse putans, levium verborum callidus astu[a],
Non procul a regis castris sua castra locare
Presumit. Verum rex indignatus apertis
Emicuit castris, correptis impiger armis,
Quam comes optulerat avidus committere pugnam[1].
Vespere iam sero[2], iam sole sub equore merso[3],
Ilico Guillermus[b, 4] volat archiepiscopus ille
Nobilis, egregia qui clarus origine clarum
Nobilitate genus animi[c] geminabat[5], eorum
Unus, apostolico quibus est a cardine nomen[6],
Regine frater et regis avunculus. Is se
Obicit ardenti bellique calore furenti
Ac[d] reliqui proceres, et precipue Theobaldus,
Presulis eiusdem frater, cui Belsia[e] tota,
Cui Blesense solum suberat Dunenseque castrum[7]
Et spaciosa nimis regio castellaque plura,
Urbs quoque Carnotum, quam civis tam numerosus
Tamque potens clerus et tam[f] predives opimant,
Ecclesieque decus, cui scemate, mole, decore
Iudicio par nulla meo reperitur* in orbe; *splendescit *A.*
Quam[8] quasi postpositis specialiter omnibus unam
Virgo beata docet Christi se mater amare
Innumerabilibus signis gratoque favore,
Carnoti dominam se dignans[g] sepe vocare;
Cuius et interulam cuncti venerantur ibidem,
Qua vestita fuit, cum* partu[h] protulit[10] agnum, *partu cum *A.*
Qui mundi peccata tulit[11], qui sanguine mundo[i]
Mundum[12] mundavit a primi labe parentis,
Qui thronum mundum sibi sanctificavit eandem,
Sic ut virgo manens matris gauderet honore:
Hii† duo pre cunctis zelo maiore benignis †Guillermus archiepiscopus et comes Theobaldus, *recentiore, ut videtur, manu in marg. B 2.*
Corripiunt monitis* et amico famine regem: [*dictis *A.*
'Inclite* rex, bellum tempus non exigit istud. *O bone *A.*
Non debet rex tam validus confligere cuiquam
Tempore sub noctis; prius est disponere turmas,
Militibus dare prepositos aliisque[k] maniplis,
Ut quem quisque locum teneat, quis quemque[l] sequatur,
Absque errore sciat, castrensis ut exigit ordo.
Rex bone, ne faxis, ita te[m] ne spreveris[n], ut qui
Innumeris solus preferris[o] milibus optes
Ordine[p] tam laxo[q] caput obiectare periclis[13].

a) hastu *A.* b) Willelmus *A;* Guill'mus *B.* c) animis *ed.* d) *ita B* 1; At *B* 2; Et *A.* e) Blesia *A.* f) quam *A.* g) dignam *B.* h) partū *B* 1; partum *B* 2. i) munda *A.* k) *Barth. corr.* aliosque. l) quēque *B* 1, *sed signum compendii superscriptum facile ad lineam priorem referre posses;* queque *B* 2. m) *post suppl. B* 2. n) sperneris *B* 1, *sed linea perducta del. et* spreveris *al. manu in marg.* o) preferri *A. Ch.* p) ordina *corr.* ordine *B* 2. q) lapso *B. Cf. Gualth. Alex. IV,* 529: ordinibus laxis.

1) Ovid. Met. V, 75: *avidi committere pugnam;* cf. Verg. Aen. V, 69. 2) Ovid. Met. IV, 415: *seroque trahunt a vespere nomen.* 3) Verg. Aen. VI, 342: *Quis te . . . medioque sub aequore mersit?* Ovid. Met. XIV, 548: *medioque sub aequore mergit.* Met. XIII, 878: *sub aequore mergor.* 4) Remensis. 5) Ovid., Ex Ponto I, 2, 2: *Et geminas animi nobilitate genus.* 6) Gualth. Alex. VII, 325: *sortiti a cardine nomen.* 7) La Beauce, le Blésois, Châteaudun. 8) De eadem ecclesia Phil. IV, 609: *Cui toto par nulla hodie splendescit in orbe.* 9) Verg. Aen. I, 11: *Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo.* Cf. quae de hac Carnotensi ecclesia Willelmus narrat Phil. IV, 600—614. 10) Prud. Hymnus ieiunantium, v. 2: *Quem partus alvi virginalis protulit.* 11) Cf. Ev. Ioann. 1, 29. 12) Cf. Eberh. Labor. III, 430: *Sordibus immundus Mundus non est mundus.* 13) Verg. Aen. II, 751: *rursus caput obiectare periclis.*

Cras potius pugnare decet sub tempore lucis, 1184
Quo quis ab hoste suum discernere possit amicum,
Non de fortune[1] temere confidere vultu[a],
Sed virtutis opus[2] certis presumere[†] signis[3].

[†] presumere[b], previdere cum deliberatione, prout hic ponitur, *B. gl. in marg.*

Absit ut incipiat hosti dare Francia causam
Leticie vel se dubiis committere fatis,
Que semper victrix[4] felicibus extitit actis[c],
Colla superborum calcans virtute potenti.
 Talibus alloquiis vix iram flectere[5] regis,
Vix retinere queunt et vix in castra reducunt[d].
Talis Alexander castigabatur[6] ab omni
Milite[e], cum medios muro se iniecit[f, *7] in hostes,

[*] misit *A. Cf. Alex. IX,* 368.

Unde fuit paucis vix succurrentibus hosti
Vi raptus, multo perfusus membra cruore[8].
 Postquam nota fuit tanta indignacio regis
Atrabate[g] comiti, metuit sibi castraque velli
Imperat, ut totus exercitus exeat ultra[h]
Amnis aquas. Parent Flandri, tentoria vellunt
Transque meant flumen, et ibi sua castra locantes,
A castris regis procul e[i] regione steterunt.
 Protinus eiusdem noctis sub tempore scriptis
Et prece sollicitat Guillermum[k] cum Theobaldo,
Ut prudenter ad hoc studeant inducere regem,
Quorum ductor[l] erat et avunculus eius uterque,
Quod concedat ei treugas saltem octo diebus;
Quas simul optinuit illis mediantibus. In se
Fastu deposito[9] tandem comes ipse reversus,
Armis proiectis[*] regem submissus adorat
Cunctaque restituit, que rex repetebat ab illo,

[*] depositis *A. Cf. Aen. XII,* 707: armaque deposuere humeris.

Utque suo domino fuit extunc subditus illi.
 Pace reformata, redeunt ad propria leti,
Ille quod optinuit fisco sua predia reddi,
Is[m] quia restitui meruit sibi regis amorem
Amissumque diu placita cum pace favorem,
Nec dampnum reputat ubi que non sunt sua perdit.
Sic regio quam[n] lata patet Viromannica[o] tota,
Ambianensis humus pariter cum Santeriensis[p, 10]
Ubertate soli regi cessere Philipo.
. . . .

CATHALOGUS MATERIE LIBRI QUARTI[q].

Quartus Richardo[r] confert patre sceptra sepulto;
Qui mox Iherusalem properat cum rege Philipo.
Trinacriis[s] hiemant[t] in finibus, unde simultas
Non simul ire sinit[u] ambos. Cedit Cyprus[v] Anglis,
Francigenis Acharon; Gaza, Ascalo, Iopen[w] utrisque.

a) motu *A.* b) est *add. B 2.* c) astis *corr.* acstis *B 2.* d) cunt *e corr. B 2.* e) *deest A.* f) *ita B;* incisit *Ch.;* vertit *P.;* versat *Br.* g) Attrab. *B.* h) exeat extra vel ultra *A.* i) et *A.* k) Willermum *A;* Guill'mum *B.* l) doctor *B.* m) Hiis *A.* n) qua *A. Ch.* o) Viromannia *A;* Viromanica *B. Cf. supra v.* 20. p) Santeriensi *A.* q) *om. A;* Cath. quarti libri *B 1;* Quarti libri cath. *B 2.* r) Ricardus *A.* s) Tynacriis *B.* t) hiemat *A.* u) non simul sinit ire *corr.* non s. i. sinit *B 2;* Non sinit ire simul *ed.* v) Ciprus *A.* w) Ascalonopen *B 2. Cf. IV,* 384.

1) Hor. Epist. I, 11, 20: *Dum licet ac voltum servat fortuna benignum;* Ovid. Trist. I, 5, 27: *Dum iuvat et vultu ridet fortuna sereno.* 2) Verg. Aen. X, 469: *Hoc virtutis opus.* 3) Verg. Georg. I, 351: *Atque haec ut certis possemus dicere signis.* 4) Cf. supra v. 16. 5) Cf. Ovid. Met. I, 378: *si flectitur ira deorum.* 6) Respicit poeta quae narrat Gualtherus Alex. IX, 340—452. 7) Verg. Aen. II, 408: *et sese medium iniecit periturus in agmen;* II, 377: *medios delapsus in hostes.* 8) Ovid. Met. II, 607: *Candida puniceo perfudit membra cruore;* cf. Verg. Aen. XII, 65; II, 221. 9) Ovid. Met. XIV, 762: *Pone precor fastus.* 10) Le Santerre, regio Pontivio contigua.

Egrotat repetitque solum natale Philipus.
[Richardus* rediens capitur; sed et inde redemptus
Francigenum bellis multa virtute resistit.
Francos obtruncat dampnosa fraude Iohannes].
Galterus renovat[a] amissa[b] cyrographa[c] fisci.

*Versus 7. 8. 9 des. A.

QUARTUS LIBER INCIPIT[d].

1189. Lege patrum veteri Richardum[e] patre sepulto[1]
Efficit Anglorum primogenitura monarcham;
Qui sublimatus[2] constans in amore Philipi[f]
Mansit, eum tanquam dominum reverenter habendo,
Nec fuit inter eos anno discordia pleno,
Pace ligante bona gemini commercia regni.
1190. Anxius interea rex[g] Christo reddere votum,
Proposito nuper sancto quod voverat illi,
Preparat et[h] vigili sibi providet omnia cura[3],
Tanti procinctus sibi que* desiderat usus,
Que sibi deposcit series tam longa viarum*.
Premunit[i] validis se pugnatoribus*, et tot
Quot† satis esse putat ad tanta negocia tota[k]
Delectos patria bellis et pace probatos[l].
Fruge, leguminibus, argento, carnibus, auro,
Rebus, equis, armis, biscocto pane meroque
Innumeras[m] honerat[n] naves et, classe[o] parata,
Propulsus Zephiri spiramine movit ab urbe
Ythalie, clarum posuit cui ianua nomen[4];
Ebdomadisque tribus Tirrena per equora[5] vectus,
Levus habens Romam, dexter Cartaginis arces*[6],
Post tempestates, post multa pericula, multas
Passus iacturas, Trinacribus appulit horis[7].
. . . .
Rex quoque Richardus[p], properans haut[8] segnius illo
In crucis obsequium — constrictus ad hoc tamen ipsum
Iure tenebatur iurando — movit ab urbe
Massilia[9], rebus ita premunitus[q] et armis
Electisque[r] viris, ut non minor ipse Philipo
Viribus[s] ac aliis, que presens postulat[10] usus,
Esse videretur. Hinc Tusca per[5] equora ductu
Velivolo raptus numerosa classe Sicanos
Ingreditur portus[11], nil passus in equore dampni,

*Que sibi procinctus tanti A.
*dierum A.
*bellatoribus A.
*urbem A.

†) Millenus centenus erat deciesque novenus,
Quo petiit Francus[t] rex regna marina Philippus.
ad v. 13. al. man. B 1, in summo marg. post suppl. al. man. B 2; ante v. 15. ins. ed.

a) revocat *A. Cf. IV,* 559: amissaque cuncta novari Imperat. b) auuisa *B* 2. c) cirographa *A.* d) *haec des. A.* e) Ricardum *A.* f) Philiphi *B* 1. g) vix *B* 2. *P. (corr. Barth.). Ch.* h) Properat et *B* 2; Dum properat vigili *ed.* i) Preminuit *B* 2. k) totas *B* 1. l) robustos *ed.;* probatos *in marg. Ch. Br.* m) Inimeras *corr.* Inumeras *B* 2. n) onerat *B.* o) classa *corr.* classe *B* 2. p) Ricardus *A.* q) premunitur *A.* r) Selectisque *A.* s) *hunc versum al. atram. in marg. ins. B* 1. t) Frōdus *corr.* fac *corr.* francus *B* 2.

1) Cf. Phil. III, 748. Obiit Henricus II. in Normannia a. 1189, Iul. 6; 'sepultus est apud Fontem Eboraudi in abbatia ibidem Deo servientium monialium', Gesta regis Henrici II, ed. Stubbs, vol. II, p. 71. 2) Consecratus d. Sept. 3, ibid. p. 79. 3) Ovid. Met. XV, 65: *Cumque animo et vigili perspexerat omnia cura;* cf. Verg. Georg. I, 167. 4) A. 1190, m. Aug. Cf. Itinerar. regis Ricardi, ed. Stubbs, p. 151. 5) Ovid. Met. XIV, 8: *Tyrrhena per aequora lapsus.* 6) Verg. Aen. I, 298 (IV, 347; Gualth. Alex. VII, 407): *Carthaginis arces.* 7) Verg. Aen. VII, 39: *Ausonis exercitus adpulit oris.* — Messanam pervenit rex Sept. 16. 8) Verg. Aen. IV, 149 (cf. VII, 383): *haut illo segnior ibat.* 9) Aug. 7; cf. Gesta Ric. l. c. p. 112. De regis itinere ibid. p. 113 sq. 10) Prudent. Psychom.: *supra quam postulet usus Debitus.* 11) i. e. Messanam, Sept. 23; cf. Itinerar. regis Ric. l. c. p. 156; Gesta Ric. l. c. p. 125. — Verg. Aen. V, 24: *portusque Sicanos.*

Gaudia Francorum renovans regisque Philipi, 1190
Qui tunc Mecherina[a] novus[1] hospes in urbe manebat.
Exultant Siculi, gaudet Trinacria[b] tota[2]
Hospitibus tantis, tot habentibus agmina secum;
Quos rex Tancredus magno suscepit[c] honore,
Ditia qui gentis Sicule[3] tunc frena regebat,
Insidiis mixta vi sceptra potenter adeptus.
Rex Guillelmus[d] erat nuper defunctus[4], et eius
Uxor Richardo[e] gaudebat fratre Iohanna[5],
Nec quo se* viduam consolaretur habebat, *se quo *A.*
Nec qui posset[f] erat heres succedere regi[6];
At soror eiusdem[7] Constantia, rege sepulto,
Iure volebat ei succedere prole carenti.
Tancredus, fuerat qui regis avunculus[8], illam
Non patiebatur patriis[g] accedere[h] sceptris,
Presumens nullo succedere iure nepoti
[Seque* novum regem spoliata nepte creare]. **v.* 83. *deest A.*
Illa tamen regis Henrici[i] cum foret uxor,
Qui fuit imperium Romanum tempore nactus
Post modico, facta est regina iuvante marito,
Que, simul imperii et regni diademate fulgens,
Restitui prorsus meruit sibi iura paterna;
Postea* que genuit Fredericum, qui modo regnat,
Theutonicos cum Romanis Siculisque gubernans.
Heu, quam mutari levis est affectio mentis
Humane, quam se diversis motibus[k] aptum
Exhibet humanum cor, suggestoris iniqui
Fraudibus illectum, qui, supplantator amoris,
Semper agens* odium, lites serit[l] inter amicos, *amans *A.*
Quosque videt iunctos aliqua discriminat arte,
Ut sibi subiciat disiunctos, quos[m] superare
Non valet, alterno dum consociantur amore,
Dum stant, dum temere non incurvantur, ut hosti
Sit via, cui nullos est[n] supplantare potestas
Preter eos, qui se incurvant, ut transeat ille*. *hostis *A.*
Nosque nimis faciles sumus illi cedere[o], qui nil
In nos iuris habet nisi quantum cedimus illi,
Immo[p] si volumus, quando[q] temptamur ab illo,
Unde resistamus satis intra nosmet habemus,
Quod nobis virtus[r, 9] prestat divina, nec ullus

*) Eius facta parens Frederici quo (*l.* qui) modo totam Italiam cum Theutonicis Siculisque gubernat *A.*

a) *ita A. B;* Mechina *et* Messina *ed.* b) Tin. *B* 1; Cinacria *B* 2. c) sucepit *B* 2. d) Wlls *A;* Guills *B* 1; Guill'mus *B* 2. e) Ricardo *A.* f) possit *B* 2. g) petriis *corr.* patriis *B* 2. h) succedere *B* 2. *ed.* i) Henricus *A.* k) mūtibus *A.* l) ferit *A.* m) *deest A.* n) esse *B* 2. o) cede *A.* p) Imo *B* 1. q) quantum *ed.* r) virtus p. virtus *B* 2.

1) Verg. Aen. IV, 10: *Quis novus his nostris successit sedibus hospes?* 2) Cf. Verg. Aen. V, 450. 3) De rebus Siciliae istorumque Tancredi ac Guillelmi origine et gestis cf. etiam Ryccardum de S. Germano, SS. XIX, p. 324 sq. 4) A. 1189, Nov. 15. 5) Ad v. 74. 75. cf. Itinerar. regis Ric. l. c. p. 154. 6) Fortasse hoc loco (cf. v. 77. et 79) poeta respicit Petr. de Ebulo, ed. Winkelmann, v. 35 sq.:

Post obitum formose (Will.) tuum, que sceptra gubernet
Et regat ex proprio sanguine prole cares.
Nec facis heredem nec qui succedat adoptas:
Ex intestato debita solvis humo . . .
Nam satis est iurasse semel, te prole carente,
Quod tuus in genero sceptra teneret avus.

Sed in verbis etiam consonat cum Ovidio, Met. XV, 1: *Quaeritur interea, qui . . . tantoque queat succedere regi.* 7) Errat Willelmus; Constantia soror erat Willelmi I, patris Willelmi II. 8) Minime; spurius Rogeri ducis Apuliae († 1149), qui fuerat patruus Guillelmi II. regis. 9) Cf. Prudent. Psychom. v. 11—17.

1190. Cogitur esse malus, nisi sponte receperit hostem.
Nam suggestori[a] subicit nos sola voluntas,
Que[1] si defuerit, peccatum nullus habebit.
Reges ecce duos amor[2] unus, spiritus idem,
Una fides unit et sic conglutinat, ut nil
Hic amet aut fugiat, nisi quod[b] fugit aut amat ille:
Tantus ad alterutrum ligat ardor amoris utrumque[c].
Sed durare diu dilectio tanta nequivit
Inter eos; Richardus enim[3] quod corde tegebat
Nactus oportunum tempus[4] detexit, et illum
Talibus alloquitur: 'Bone rex, cui Francia paret,
Cuius ego miles, cui sum iuratus in arma[5],
Cui tanquam domino fateor me iure teneri[*], [*] ligatum *A.*
Quem tremit Egyptus regioque Palestica, cuius
[d]Prestolatur opem Domini crux atque sepulcrum,
Audito cuius Saladinus nomine[6] pallet,
Iam sua, iam victi tendunt tibi brachia[7] Parthi[8],
Inclinatque tuis Acharon sua menia signis;
Neu[e] queso tibi displiceat quod detego verbum:
*Germanam[9] tibi reddo tuam, causamque latentem[10],
Qua compellor ad hoc, a me, rogo, querere noli[11].
Ipsa quidem nupsit michi per sponsalia tantum,
Nil ultra, nec eam novi carnaliter unquam.
Et iam iuncta thoro[12] est michi Berengaria, regis[13]
Filia Navarre[f], sacrum iam copula carnis
Consummavit opus, facti caro iam sumus una[14].
Nulla quidem causa est, quod eam dimittere possim,
Amodo cum michi sit et lege et carne iugata[15].
Sunt comites, sunt[16] barones, quorum soror uni,
Rex venerande, tua meliori federe nubet'.
Obstupet[g] et nimia rex obmutescit ab ira[17];
Post tamen hoc breviter sermone reconvenit illum:
'Si michi germanam reddis, nichilominus omne
Germane dotalicium michi reddere debes[h];
Que cum germana tibi sunt data[*] nomine dotis, [*] data cum (*l.* sunt) tibi *A.*
Nunc ad me debent redeunte sorore reverti.
Sed nichil ad presens queror aut peto, nolo minari.
Maius opus superest; sine lite quod instat agamus,

*) *Pro v. 126—129. in A leguntur hi:*
Nupsit Aelisis michi per sponsalia tamen (*l.* tantum)
Vestra soror, nec eam novi carnaliter unquam,
Unde illam nunc reddo tibi, causamque latentem,
Qua compellor *etc.*

a) sugestori *A.* b) que *ed.* c) utrinque *B 2. ed. praeter Barth.* d) Cui⁹ *ms. B 1, sed lin. rubra del.* e) Ne *B 2. ed.* f) Navarie *A.* g) Ostupet *B.* h) debent *A.*

1) Cf. Liv. I, 58: *et unde consilium afuerit, culpam abesse.* 2) Verg. Aen. IX, 182: *His amor unus erat.* Cf. Sall. Cat. c. 20: *idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.* 3) Multa quae ad rem pertinent omittit Willelmus; cf. Itiner. Ric. l. c. p. 159 sq.; Gesta Ric. l. c. p. 127 sq. 159 sq.; Toeche, 'K. Heinrich VI', p. 160 sq.; R. Röhricht, 'Hist. Zeitschr.' XXXIV, p. 45 sq. 58 sq. 4) A. 1191, m. Mart. 5) Ovid. Met. XIII, 50: *iuratus in arma;* cf. supra II, 280. 6) Claud.: *et audito pallescunt nomine reges;* Gualth. Alex. VI, 7: *Cuius inhorrescunt audito nomine reges.* 7) Ovid. Met. III, 723: *quae matri brachia tendat.* 8) i. e. Turci; cf. II, 349. 9) Alesiam. 10) Verg. Aen. III, 32: *causas . . . latentes.* 11) Cf. Phil. III, 631 sq. et Gesta regis Ric. l. c. p. 160. 12) Ovid. Met. I, 353: *(Quam mihi) Deinde torus iunxit.* 13) Sanchonis I. 14) Cf. Genes. 3, 24. 15) Talia Richardus Philippo dicere non poterat: Berengaria cum Alienore Messanam venit 'eodem die (1191, Mart. 30), quo rex Francie inde recessit'; in matrimonium eam duxit Richardus in insula Cypro 'apud Limozun' (Limasol) d. 12. Maii. Cf. Itinerar. Ric. l. c. p. 196. 16) Cf. Verg. Aen. XII, 24: *Sunt aliae innuptae Latio et Laurentibus arvis* etc. 17) Cf. Verg. Aen. I, 613. 614.

Servitioque crucis instemus et eius honori, 1190.
Qui mundi[1] peccata tulit, pro cuius amore
Taliter externis peregrini vivimus horis.
Salvas concedo treugas tibi, dum crucis arma
Servitio tuleris, dein[a] meque meosque timeto'.
Regis verba placent Richardo[b], nil petit ultra,
Treugarum talis concessio* sufficit illi. * conceptio *A.*
Non tamen exhibuit liquido se corde Philipo
Extunc* sive suis, nec vero Philipus eidem * Postea *A.*
Mente fuit placida[2]. Qui cum iam quinque fuissent
Mensibus hibernis Sicula in regione morati, 1191.
Anglorum regem monuit[c] rex noster, ut una
Aggrediatur[d] iter secum Dominique sepulcro[e]
Succursum prestet, sicut iuraverat illi.
Noluit ille tamen, Siculis sed mansit in horis[3],
Auxilium prestans Tancredo in prelia regi,
Infestabatur quibus undique. Proinde Philipus
Rex cum Francigenis zephiris dant carbasa primis
Vere novo[4], et leva Grecos a parte relinquens,
A dextra Pharios, Cretam Cyprumque[f] secundis
Preteriens velis Acharon illabitur urbi
Pasche* nocte sacra, quem sic celestis agebat * Nocte sacra pasche *A.* Apr. 13.
Gratia, quo firmis sacre sollempne diei
Exigeret plantis . . . .
. . . .
Tunc rex Richardus[g] multis infensus[h] ab illa 1192
Cogitat[5] egressu tacito discedere terra.
Dissimulat regem, paucisque[i] trieribus equor
Sulcat, et Yonio[k] progressum denique ponto
Adria suscepit[l] et[m] dextro remige litus
Misit in Illiricum[n], quo navibus ille relictis
Imperiale solum cultu Templarius[6] intrat,
Privato ut tectus habitu securior iret.
Ille quidem multos magnates leserat, unde,
Dum metuit multos, multis se[o] dissimulabat.
Dux tamen agnovit illum tuus, Austria, cuius
Partibus in Syrie[p] tentoria[q] ruperat atque
Indignis nimium probris affecerat illum.
Heu, quis fortuitos casus evadere possit,
Prospectumque* sibi fato vitare periclum! * Provisumque *A.*
Sepe fit insidiis peior vis obvia casus.
Fatorum serie contingit sepe, quod hostis
Plus improvisus solet explorante nocere.
Quid prodest[7] versare dapes, servire culine?

a) deinde *A. B* 2. b) Ricardo *A.* c) movit *A.* d) Agrediatur *A.* e) sepulcrum *A.* f) Ciprumque *A.* g) Ricardus *A.* h) infessus *B;* infestus *P. Ch. in margine, Barth. Br.* i) que *deest A.* k) Ionio *A;* Yonie *B. Cf. Verg. Aen. V,* 193; *Ovid. Met. XV,* 50. 700. l) sucepit *B* 2. m) a *B. ed.* n) Iliricum *B.* o) *deest A.* p) Sirie *A.* q) temptoria *A.*

1) Euang. Ioann. 1, 29. 2) Cf. Itinerar. reg. Ric. l. c. p. 170; Gesta regis Ric. l. c. p. 161. — Ovid. Met. XIII, 214: *longi taedia belli Mente ferant placida.* 3) Cf. Phil. IV, 197: *Nec mora detinuit Richardum longa Sicanis Finibus, immo Cypron adiit;* Gesta Ric. l. c. p. 162. 4) Ovid. Met. XV, 202: *puerique simillimus aevo Vere novo est.* 5) Cf. Phil. VII, 817: *At rex Anglorum* (Iohannes) *nimium confusus et exspes . . . Cogitat occulte Normannica linquere rura.* 6) Ita etiam Gervas. Dorobern., SS. R. Gall. XVII, p. 675; eum 'vestes et cetera omnia ad similitudinem gentis illius terre habuisse', narrat Rogerus de Hoveden 717. 7) Petrus de Ebulo, ed. Winkelmann, v. 1049: *Quid prodest versare dapes, servire culine?*

1192. [Quid* iuvat officio dominum vilescere servi?] *v. 344. deest A.
Quid flexisse viam[1], vestes[a] mutasse suoque
Se famulo regem finxisse minore[b] minorem?
Nil Minturnensi Mario latuisse palude[2]
Profuit, aut Thetidi[c] natum sub* veste pudenda[3] *Licomedis in aula A.
Virgineis miscere choris[d] Lichomedis* in aula. *sub veste pudenda A.
Nec rex celatur[4], nec mons absconditur, ipsa
Regia maiestas[e,5] numquam se passa latere,
Quicquid agat, regis* persona patebat ubique, *regum A.
Quesitasque negans sibi[f] caligare latebras[4],
Proditur et mediis tenebras non invenit umbris,
Dum quocumque[g] specu* proprio splendescit ab igne. *loco A.
Ecce latens capitur[6], et ab illo, quem metuebat
Ille[h] magis, quem plus vitare volebat, ab illo[i]
Ecce latens capitur, qui non querebat eundem,
De quo nulla sibi suberat spes inveniendo.
1190. Anno preterito[7] Magnus Fredericus[k], abhorrens
Tedia longa[l,8] maris, Cilicum per plana petebat[m]
Iherusalem, cruce signatus cum Theutonicorum[n]
Milibus innumeris. Qui cum properanter adiret
Niceam, pagis degressus ab Antiochenis,
Sole calens dum se medii[o] fervore diei[9]
Balneat incaute cuiusdam gurgite rivi,
Interceptus aquis fit mortis preda repente.
Quo subit imperium defuncto filius eius
Henricus, patrii iuris successor et heres[10].
Nec tantum promovit eum successio gentis,
Quam cleri et procerum super hoc electio iuvit.
Est etenim[11] talis dinastia[p,†] Theutonicorum[n], †dinastia est dignitas habendi vel eligendi regem gl. marg. B 2.
Ut nullus regnet super illos, ni prius illum
Eligat unanimis cleri* procerumque voluntas. *procerum clerique A.
Tali ergo Henricus successerat ordine patri,
1193. Tuncque moram Magontina[q] faciebat in urbe,
Cum regem Anglorum dux[12] obtulit* Austricus illi; *tradidit A.
Quem sic alloquitur: 'Tu, nuper regis amicus
Usurpativi, contra nos* bella movebas, *me A.
Impia Tancredi iuratus in* arma[13], meamque *sustentans A.
Uxorem patris solio privare volebas.
Nuper et in Syria, Saladini exenia palpans,

a) vestem *A.* b) timore *A.* c) Thethidi *A;* Theadi *B* 1 (*ubi in marg.:* Thethidi). 2; Thetidis *Br.* d) thoris *B* 2. *ed., in marg.* choris *Ch.* e) magestas *A.* f) sibi negans *corr.* n. s. *B* 1; s. n. *B* 2; caligasque negans *A.* g) quoque *A.* h) Ipse *A.* i) *qui in A sequebatur versus iam erasus idem fuisse videtur ac v.* 360. k) Frid. *B* 1. l) longua *A;* ferens *add. sed del. B* 2. m) patebat *A.* n) Theotonicorum *B* 2. o) medio *A.* p) dinastica *A.* q) Māgontina *B* 2; Moguntina *A.*

1) Cf. Verg. Aen. V, 28: *Flecte viam velis.* 2) Ovid., Ex Ponto IV, 3, 47: *In coeno latuit Marius cannaque palustri;* cf. Lucan. Phars. II, 70. 71; Iuv. Sat. X, 276: *Minturnarumque paludes.* 3) Cf. Stat. Achill. I, 652 sq.; Gualth. Alex. VIII, 236. 237. 4) Cf. Lig. IV, 377: *Nec princeps latebras nec sol desiderat umbras, Abscondat solem qui vult abscondere regem;* Alex. VIII, 235: *Sit michi respondit latebras quesisse pudori.* 5) Cf. Lig. V, 44 sq 6) A. 1192, Dec. 20. — Petr. de Ebulo v. 1051. 1052: *Rex sub veste latens . . . Captus defertur cesaris ante pedes.* 7) Profectus est Fridericus a. 1189, Mai. 11, decessit a. 1190, Iun. 10. 8) Cf. Ovid. Met. XIII, 213: *longi taedia belli.* 9) Gualth. Alex. III, 393: *arva Exurit Titan medie fervore diei.* 10) Lig. I, 56. de eodem Henrico: *qui iure paterno Virtutum regnique simul successor et heres.* 11) Cf. Otto Fris., Gesta II, 1, SS. XX, p. 391; Lig. I, 243 sq.; G. Waitz, 'D. VG.' VI, p. 128. 12) Multis omissis poeta respicit curiam Moguntinensem anni 1194, Febr. 4. Iam anno praeterito, a. 1193, mense Martio (23.—25.), in curia Spirensi imperatori regem tradiderat dux Austriae; cf. Toeche, 'K. Heinrich VI', p. 564, 2; ad v. 378 sq. vide Radulf. Coggeshal. 73; Petr. de Ebulo v. 1055 sq. 13) Cf. supra II, 283.

Christicolas Christi[a] crucis hostibus exposuisti,
Dum Gazam, Ioppen Ascalonemque sine armis
Et sine conflictu subverti sponte tulisti,
Imperiique mei proceres occidere quosdam
Et male tractare plures non erubuisti.
Immo tuum dominum, nostri[b] genitoris amicum
Et fratrem nostrum, voluisti tradere Parthis,
Ut mutilata suo lugeret Francia cornu[1],
Ne sua que retines iniuste iura reclamet'.
Non tulit ulterius[2], acsi resideret avito
Innixus solio[3] vel in aula Linconiensi[4]
Aut medio Cadomi[5], quasi cultus immemor, in quo
Captus habebatur, regaliter, ore diserto[c, *], — * modesto *A.*
Corde leonino vocem prorupit in istam:
'Prodeat in medium, qui me de proditione
Arguat, armatus veniat[6] subeatque duellum
Me contra, si me super hoc convincere possit.
Non tamen usque adeo virtus michi deficit, ut me
Fidentem de iure meo solitoque vigore
Vincere quis possit; fiat quod iure cavetur*, — * iubetur *A.*
Lex michi ni[d] parcat, mortem non deprecor[7] ultra[e].
Si pro germane pugnavi iure*[8], suumque — * dote *A.*
Denique ius per me Tancredus reddidit illi,
Imperium facto vestrum non lesimus isto.
Parce, precor[9], nostris erroribus atque labori,
Parce, precor, patrie, meus, heu[f]! quam depopulatur
Frater[10], Francigenum* in me qui movet impius[g] arma. — * Francorum *A.*
Dum moror hic captus, mea rex castella[11] Philipus
Diruit[h] ad libitum: Gisorti menia fregit[i],
Iam sibi Paciacum[k, 12], sibi iam subiecit Hibream[13],
Iam Bellum-montem[14] cepit castrumque Leonum[15].
Tu novus es princeps, instant tibi prelia, questu
Multiplici video multoque numismate valde* — * magnum *A.*
Nunc opus esse tibi, si vis superare tot hostes,
Quot modo* contendunt tibi se prestare rebelles. — * tibi contendunt modo *A.*
Mille dabo argenti marchas tibi centuplicatas[l],
Meque tibi sceptrumque meum subiecta fatebor.
Commoda nulla tibi confert mea[16] captio, nulla
Laus est armatum[m] palmis affligere[n] regem.
Iam nimis afflicto sine me succurrere regno'.
Annuit[17] hiis princeps dictis et mitior infit[o],
Claruit et paucis eius sententia verbis:

a) crucis Christi *corr.* Chr. cr. *B 1*; cr. Chr. *B 2.* b) nostrum *A.* c) deserto *corr.* diserto *B 2.* d) non *A*; ñ imparcat *in marg.* ni *B 1.* e) uttra *B 2.* f) heri *corr.* heu *B 2.* g) ipi⁹ *B 1*; ipsius *B 2.* h) Dirruit *B 2.* i) frangit *ed.* k) Paciatum *B 2.* l) centumpl. *B 1.* m) *ita A. B*; Laus exarmatum *corrigendum censet Barth. Nihil mutandum.* n) conflogere *(sic) in marg. Ch.* o) insit *B 2.*

1) Eundem fere versum legimus IV, 273: *Ne m. s. l. F. c.* Cf. Dan. c. 7, 24. 2) Ovid. Met. III, 487: *Non tulit ulterius*; cf. Prud. Psych. 715. 3) Verg. Aen. I, 505: *solioque alte subnixa resedit*; VII, 169: *et solio medius consedit avito*; Ovid. Met. VI, 650: *Ipse sedens solio Tereus sublimis avito.* 4) Lincoln. 5) Caen. 6) Apud Petrum de Ebulo, v. 1073 sq., Richardus imperatori respondet:

Sum reus, auctor abest nec adest, sed abesse necesse est;
Quisquis erit, vires regis et arma probet.
Salva pace tua veniat, qui pugnet et instet
Obiectis, faciens ensis utrique fidem.

7) Ovid. Fast. II, 103: *mortem non deprecor*; cf. Verg. Aen. XII, 931. 8) Petr. de Ebulo l. c. v. 1062: *iura sororis agens.* 9) Ovid. Met. II, 361: *Parce, precor, mater quaecunque est saucia clamat, Parce, precor, nostrum laniatur in arbore corpus.* 10) Iohannes. 11) Cf. Itinerar. reg. Ric. l. c. p. 443. 12) Pacy-sur-Eure. 13) Ivry-sur-Eure. 14) Beaumont-le-Roger (dép. Eure). 15) Lyons-la-Forêt (dép. Eure). 16) Cf. IX, 45. 17) Ovid. Met. XV, 683: *Annuit his* etc.

1194. 'Sicut dixisti facias et liber abito'[1].
Rex igitur dictum re firmat et inde recedit[2]
Liber, et Albidiam[3] post tempora longa revisit.
. . . .
Domni-Martini[a] comes interea Reginaldus,
Boloniam toto comitissam cum comitatu
Cui rex addiderat, et Baldoinus[4], honoris
Iure palatini clarus proavisque superbus,
Helisabeth frater regine, Henavius atque
Flandricus archicomes, Francorum rege relicto,
Regis ad Anglorum partes iam transtulerant se;
Multi preterea barones, eius amici
Occulte facti, tecta illi mente favebant,
Qui[b] magnos sibi quosque viros in amore ligabat
Cordaque Francigenum sibi venabatur avara
Muneribus crebris promissorumque lepore,
Argentum dum largus eis dispergit* et aurum, (* largitur *A.*)
Ornamenta, cibos, exenia, predia, villas;
Sed non Barrensem[5] potuit corrumpere donis.
. . . .

EX CATHALOGO MATERIE LIBRI QUINTI[c].

9.[d] Nemurci comitem capiunt.

EX LIBRO QUINTO.

1199. Elapso post hec non multo tempore frater
Flandrini comitis, et erat Nemurcius idem
Iure comes, patrio confinia Lensica multo* (* raro *A.*)
Milite dum lustrat, capitur sociique bis octo[7],
Qui comitabantur ipsum, quos regis amici,
Illas* dum partes ex eius parte tuentur, (* dum partes illas *A*)
Bello[e] confectos compellunt vincla subire.
. . . .

EX CATHALOGO MATERIE LIBRI[f] OCTAVI.

12. Romipetas servosque crucis ferus impedit Otho.

EX LIBRO OCTAVO.

1210. Nec minus[8] hac ipsa sub tempestate[g] Iohannis
Otho nepos regis Saxonicus, omine levo
Quem sors extulerat[9] ad summi culmen[10] honoris,
Fleret ut imperium sordere Nerone secundo,

a) Domini Martini *B* 2. b) Quis *A.* c) *deest A;* Materia quinti libri *B* 1; Mater. l. V. *B* 2. d) *v.* 8 *in cod. A, ubi omittitur v.* 5. e) Bella *corr.* Bello *B* 1; Bella *B* 2. f) *deest A;* M. l. o. *B.* g) *ita A;* penthecoste *B* 1; pentechoste *B* 2; pentecoste *ed.*

1) Cf. Petr. de Ebulo, v. 1085—1088:
Flectitur hac humili prece, quem non mille talenta
Nec summi potuit flectere carta patris.
Imperio postquam iurans se subdidit, inquit:
'Vivat in eternum lux mea, liber eo'.
Et ibid. v. 1057: *Parco tibi; iam liber eas in sanguinis haustum.* Walterus Rotomag. archiepiscopus, qui tunc Moguntiae erat, Radulfo scripsit: *Erat siquidem quod ei dominus imp. significavit, quod eum in custodia satis diu tenuerat, sed eum liberum dimittebat et absolutum, ut sui ipsius de cetero habeat potestatem: 'Liber et explicitus ad sua vota suus'*, Radulf. de Diceto 672 (SS. R. Gall. XVII, p. 645). 2) A. 1194, Febr. 4. — Met. III, 353: *Dicta Iovis firmat.* 3) Angliam. Cf. Itin. Ric. l. c. p. 446. 4) Foederis instrumentum, quod cum Richardo pepigit Balduinus, ediderunt Rymer I, p. 30. ed. 2, et Brial, SS. R. Gall. XVII, p. 46. 5) Guillelmum de Barris. 6) Lens (dép. Pas-de-Calais, arr. Béthune). 7) Ipse Willelmus in Gestis scripsit 12. 8) Cf. E. Winkelmann, 'Phil. v. Schwaben' II, p. 205 sq. 9) A. 1209, Oct. 4. 10) Gualth. Alex. II, 536: *quem summo culmine rerum Extulerat virtus;* Alex. VIII, 122: *adspirat ad summum culmen honoris.*

Urbis[a] Romulee fines et iura beati
Vastabat Petri, patrimonia propria[1] servi
Servorum Christi, que vere[b] noverat esse
Iuris apostolici[2], sibi vi rapiebat et armis.
Romipetas et qui Sancte succurrere Terre
Ibant ex voto, quos crux assumpta tueri
Et tutos prestare omni debebat ab hoste,
Supliciis animo variis subdebat amaro,
Hos spolians, illos occidens, membra quibusdam[c]
Amputat, obscuro multos in carcere claudit,
Extorquere queat ut plura numismata[d] clausis.
Si quem paupertas tutum iubet ire, flagellis
Ceditur, in patriam vestigia vertere iussus,
Sedis apostolice ne limina possit adire.
Obsidet introitus villarum, publica nulli
Strata patet, nullis aditus[3] dat semita tutos;
Armatus valles et confraga predo coronat[4],
Ne queat hac ullus aut illac ire viator.
Pontes et gladiis et vispillonibus[e] horrent,
Ut quotquot veniant spolient vi; nulla facultas
Visendi Romamve[4] datur Dominive sepulcrum.
De media plerosque via docet ire retrorsum
Rumor et infectis remeare[f] ad propria votis,
Ne sua cum nequeant indempnes solvere* vota, *reddere *A.*
Presumant certo sese obiectare periclo[5].
Propter enim votum nulli est in dampna ruendum,
Cum melius possit alio sub tempore solvi.
. . . .

CATHALOGUS MATERIE LIBRI NONI[g].

Scismaticos parat in nono delere Philipus.
Bolonides regnum turbat profugusque Iohanni
Othonique fidem, Ferrando complice, iurat.
Concilium celebrant cum rege Suessone Franci,
Quo se scismaticis statuunt communiter hostes;
Albidiamque forent cum iam transire parati,
Subicit Eneadis et se et sua sceptra Iohannes.
Dampnum Dan infert classi, totusque crematur
Cum regione locus*. Ferrandi proditionem *sinus *A.*
Flandria tota luit, Francorum perdita ferro,
Sed miserabilius perit omnibus Insula fallax.
Tornacum Flandri* septem[6] tenuere diebus. *capiunt Flandri et mox perdere lugent. *A.*

NONUS LIBER INCIPIT[h].

Rex ita dum sevit in Christi membra Iohannes,
Ecclesiamque pari ferus Otho furore molestat,
Hic[i] Anglos, hic Romipetas enormiter angens,
Audit et innata motus pietate Philipus[k]
Ecclesie dampnis cleri populique ruinis
Compatitur Christique dolet decrescere cultum;
Audit et ultorem Domini ecclesieque fidelem
Se fore* promittit, animoque in vota ligato *dare *A.*

a) urbs Romelee *A.* b) *post suppl. B 2.* c) quorumdam, *in marg. al. manu* quibusdam *B 2.* d) numismate *A.* e) vispilionibus *A.* f) ad pr. rem. *B 1 (corr.). 2.* g) *deest A;* Mat. n. l. *B.* h) *deest A. B 1 (ubi tamen proxima lin. littera rubra inc.). B 2. Cf. supra l. II.* i) Ille *A.* k) *ita plerumque A, nonnumquam B.*

1) Nomina v. supra in Gestis p. 302; Phil. X, 635 sq.
2) Errat Willelmus; cf. E. Winkelmann l. c. p. 239.
3) Cf. Verg. Aen. IX, 380: *omnemque aditum statione coronant.*
4) Cf. Chron. reg. Col., SS. XVII, p. 824; Emo, SS. XXIII, p. 471.
5) Cf. Aen. II, 751: *caput obiectare periclis.*
6) Cf. infra v. 702.

Contra scismaticos magno ciet* arma paratu[1], *parat *A.*
Communemque iuvat privata iniuria causam.
Bolonides etenim se iam subduxerat illi,
Othonis reprobi[a] partes Anglosque secutus,
Non veritus iam ter ignominiosus haberi,
Quo coram cunctis magis infamaret eundem[b]
Tercia proditio, triplicataque factio culpe
Proditionalis penis gravioribus illum
Afficiat* dignumque eterno[2] carcere reddat. *subiciens dignum diuturno *A.*
1212. Nescius ergo suum se procurare nocumen,
Nec pre corde videns, olim sibi quanta suisque
Presenti infelix pariat dispendia facto,
Transit ad Othonem; summo quem letus honore
Suscipit et nequam sibi federe colligat Otho[3].
Neve venenosas moveat dubitatio mentes,
Firmat amicicie iuratio fedus inique;
Se reliquo firmum tanquam sibi iurat* uterque, *spondet *A.*
Auxilia ut contra Francos sibi mutua prestent,
Inque Dei servos animo grassentur eodem,
Quos de Francorum regno propellere iurant,
Si modo se dederit illis fortuna benignam.
Inde per albicomas populos patriamque feracem,
Quam Scaldus[c] fecundat aquis Lidusque[4] profundis,
Flandrum litus adit, ubi pinum nactus, ad Anglum
Navigat et tali compellat famine regem[5]:
'Si factis condigna meis pensare, Iohannes,
Premia forte velis observatoque rigore
Iusticie tractare reum, pietate remota,
Non prius accipiet brevis hec oratio finem,
Quam tua me gladio iubeat censura feriri,
Occius ut facias caput hoc a corpore velli.
Me scio nempe tuum merito amisisse favorem*;
Nam tibi nil Franci, nil rex, nil bella tulissent
Gallica, ni clipeus inprimis noster adesset.
Unde nec ammiror, si me sic oderis, ut me
Tollere de medio tua quam cito cogitet ira.
Sed quoniam fructum[d] mea confert mors tibi nullum[6],
Vitaque nostra potest tibi commoda multa* referre, *plura *A.*
Vivere commodius tibi me[e] permitte, meoque,
Si sapis, a iugulo gladios procul esse iubeto.
Nam quod se michi rex manifeste prodidit hostem,
Quod caput exilio nostrum dampnavit et omni
Me sine iure mei iuris spoliavit honore,
Hoc procuratum* stabili fuit ordine fati *stabili proc. *A.*
Prospectumque Patris eterni examine iusto,
Ut me subtraheret Francis occasio iusta,
Insperata tuis addens solatia† fatis[7]. †Luc. *[Phars. II, 91]*: Solacia fati Cartago Mariusque[f] tulit. *in marg. B.*
Nam tibi polliceor et celi numina testor[8]:
Aut tibi restituet sine bello cuncta Philipus,

*) *In A sequitur versus:*
Me scio nempe tibi Normannica regna tulisse.

a) Oth. pro reprobi *A.* b) eumdem *A.* c) Scavius *A.* d) nullum m. c. m. t. fructum *A.* e) ne *B* 2. f) Marsque *B* 2.

1) Ovid. Met. VI, 451: *Venit magno dives Philomela paratu.* 2) Cf. infra XII, 133. 3) Cf. Chron. reg. Col. cont., SS. XXIV, p. 16. 4) Lys. 5) In Angliam pervenerat primis diebus mensis April., Winkelmann l. l. II, p. 351, n. 5. 6) Cf. IV, 420. 7) Cf. Ovid. Met. XI, 782. 8) Cf. Verg. Aen. XII, 201: *et numina testor.*

Aut tibi cervicem dabit hec mea dextra Philipi. 1212.
Nec labor iste gravis, faveat cum Flandria nobis
Ferrandusque comes et[a] cum Saxone† Lovannus† — †po[pulus] *ter gl. superscr. nominibus B 1.*
Et Pictavorum† manus invictissima bello,
Theutonicusque[b] furor[1] et laudatissimus armis
Otho, nepos vester, solus* qui presidet orbi, — *qui solus *A.*
Romanum imperium per bella potenter adeptus,
Qui Pictavensem comitatum tam bene rexit[2]
Saxonumque tenet* patria dicione[3] ducatum. — *regit *A*
Tu, bone rex, in pace sede tantumque ministra
Miliciam et censum, quorum tibi copia magna est.
Ast ego Guillermusque[c] comes Salebericus[4], olim
Quem tibi providit[d] nature gratia fratrem,
Post Ricardi[e] obitum ne prorsus fratre careres,
Cetera pervigili curabimus omnia mente*. — *cura *A.*
Ne qua autem[f] nostris lateat dubitatio* verbis, — *simulatio *A.*
Symone fratre meo* valletur sponsio nostra — *suo firmetur *A.*
Obside, cumque illo coniunx nichilominus eius
Addatur, comitis Pontivi filia, neptis
Francorum regis, cumque hiis nostra insuper uxor,
Rege sati Stephano que cum sit nata Mathei†,[5], — †*gl.* co[mitis] *B* 1.
Quarto iuncta gradu te sanguine tangit avito.
Omnis duplicitas abeat, sit pactio firma!'
  Accedit dictis atque addit pauca Iohannes:
'Immo ego Pictonesque mei Nannetica rura
Andegavimque omnem subitis terrebimus armis.
Vos et Ferrandus Viromannibus arma feretis;
Otho nepos noster Remis instabit et illis
Partibus armiferis[g], quas irrigat Alba fluentis† — †*gl.* fl[uvi]us Campanie *B* 1.
Et Materna† vago tendens per plana recursu. — †*gl.* fl[uvi]us *B* 1.
Herveusque[h] comes[6] nobis est iure[i] ligatus
Iurando, tamen[k] occulte, donec locus assit
Et tempus, quo cum reliquis sibi consociatis
In Gastinesios[l],[7] deseviat[m],* et Senonenses, — *et deseviat *A.*
Ut circumdetur hostilibus undique turmis,
Ne qua parte manus nostras evadere possit
Impius ille, tuo qui te spoliavit honore
Surripuitque patrum michi iura antiqua meorum
Robertosque[8] suos in te commovit, ut ipsi,
Et non ipse* magis te deiecisse putetur'. — *ille *A.*
  Dixit, et extensis comitem circumligat ulnis,
Atque comes regi strictis amplexibus[n] heret[9],
[Alternamque* fidem per mutua basia iungunt,] — **v.* 100. *deest A.*
Inque vicem[10] sibi se iurant fore corde fideles† — †*gl. in marg.* lis *B* 1.
Serviciumque Dei Francorum expellere regno,

a) *post add. B* 2. b) Teuthonicusque *A.* c) Will's *A;* Guilli̶s *B* 1; Guill'musque *B* 2. d) previdit *A.* e) Richardi *B.* f) aut *B* 2. g) armiferis *cum* fluentis *coniungit Barth., putans habilem hoc loco fluvium dici ad classem armatarum navium vehendam. Sed cf. Sen. Med.* 471: Armifero in arvo, *et infra v.* 140. h) Harveusque *A. B* 1. i) in iure *corr.* iure *B* 2. k) et non *B* 2. l) Gastinensios *B* 2. m) deseviet *B. ed.* n) complexibus *A.*

1) Lucan. Pharsal. I, 255: *cursumque furoris Teutonici;* Gualth. Alex. VIII, 414 (cf. X, 234): *Teutonicusque suum retinet de more furorem.* 2) Cf Chron. reg. Col., SS. XVII, p. 806. 3) Verg. Aen. I, 236: *qui mare, qui terras omni dicione tenerent.* 4) Dictus Longa-Spata, cf. supra p. 315, n. 4. 5) Mathaeus de Alsatia non erat filius Stephani Anglorum regis, sed filiam eius Mariam uxorem duxerat. Ex istis Mathaeo et Maria nata fuerat Ida uxor Reginaldi et Boloniensis comitissa. Cf. Brial, SS. R. Gall. XVII, p. 436, n. c. 6) De Donziaco (Donzi) comes Nivernensis. 7) Le Gâtinais. 8) Cf. infra v. 206. 9) Ovid. Met. VII, 143: *avidisque amplexibus haerent.* 10) A. 1212, Mai 4; cf. Gesta supra p. 304.

1212. Francis[a] devictis interfectoque Philipo*.
Que cuncta in melius divina potentia vertit[*], (* vertat *A*.)
Sacrilegosque suis laqueis sinit[*] illaqueari, (* sinat *A*, *in marg.* *B* 1.)
Ut[*] semper doleat dolus in se iure reverti. (* Ne non dampnosus doleat dolus esse dolosus *A*.)
Quam satius, Reginalde, tibi, quam rectius esset,
In crucis obsequium proficisci votaque Christo
Reddere, que dudum[b] vovisti te cruce signans,
Et verbo dare te regi factoque fidelem,
Cui iuratus eras, qui tot tibi dona tuisque,
Tot villas, tot opes, tot honores contulit uni,
Ipsius ut dono comitatus quinque teneres,
Teque suo socerum nato[1] pateretur haberi;
Non domino contraire[c] tuo regnique quietem
Sic motu turbare novo, totumque per orbem
Te luctus dare materiam causamque doloris[2]!
Si Moretonium[d, 3] tibi rex tulit Andelotumque[4],
Iudicio quia[e] stare negas[f], quod curia sanxit[5],
Non tamen in dominum deberes arma[g] movere
Tam cito, sed potius vultu suplicare modesto[6],
Ut tibi det veniam teque in tua iura remittat[7].
Si suplex humilisque redis, positoque tumore[h]
Poscere te patitur innata superbia pacem,
Omnia restituet tibi protinus[i] et potiora
Dona dabit solitumque bona cum pace favorem,
De cuius bonitate fuit te fidere dignum.
Scis etenim[8], quantas tibi iam donaverit[k] iras,
Quam tua multociens iniuria leserit illum,
Quamque sibi carum te postea fecerit ipse.
Nunc quia, consilio[*] nolens parere salubri, (* consiliis non vis parere salutis *A*.)
Corde indurato ruis in tua dampna[9] scienter,
Vade tuisque para virgis tibi verbera, reges
Atque[*] duces tecum in mortem, in vincula mitte, (* tecum Reges atque duces in mortem et *A*.)
Quorum corda, tue lingue inviscata[10] veneno,
Arte tua nosti sic infatuare, quod ipsi
Non videant, cecos in quanta pericula ducas,
Queve[l] illis subitus paret infortunia casus!
Urbs[m] antiqua[11] sedet gremio telluris[12] opime,
Belligeris populosa viris vicisque decora,
Qua speciosa[n] magis fecundaque ditibus arvis
Ad circumpositas[o] se Francia porrigit urbes,
Que parte australi tempe[13] Meldensia tangens,
Et Silvanectim protendi passa penes se,

*) *In A sequitur versus:*
Anglorum ut similiem (*l.* similem) paciatur Francia labem.

a) Franchis *A*. b) dubium *A*. c) contrahire *B* 2. d) Moretolium *B. ed.* e) Iudicioq; *B* 1; Iudicioque *A. B* 2. f) negat *corr.* negas *B* 2. g) bella *ed.* h) timore *corr.* tumore *B* 2. i) propt. *B* 1. k) donav̊t *B* 1; donaverat *B* 2; donavit *A*. l) Que illis *A*. m) *hic editio Iacobi de Meyere incipit.* n) spaciosa *M*. o) circomp. *B* 1.

1) Philippo, quem rex genuerat ex Agnete de Merania a. 1200, Innocentius III. legitimum declaraverat a. 1201; ei Reginaldus filiam Mathildem desponderat a. 1209. Cf. Delisle, 'Catal.' nr. 1178; Hoved. p. 810; Rig. et Gesta Guill., SS. R. Gall. XVII, p. 54. 75; Phil. VI, 78; XII, 112. 2) Ovid. Met. I, 509: *et sim tibi causa doloris.* 3) Mortain (dép. Manche). 4) Non hic de loco nunc dicto Andelot (dép. Haute Marne), sed de foresta de Andaine (dép. Orne), prope Damfrontem, agi censet D. Brial XVII, p. 229. 5) Delisle, 'Catal.' nr. 1299—1300. 6) Ovid. Met. IV, 681: *modestos . . . vultus.* 7) Cf. Verg. Aen. II, 543: *meque in mea regna remisit.* 8) Ovid. Met. XV, 622: *Scitis enim.* 9) Cf. Ovid. Met. VI, 51: *In sua fata ruit.* 10) Cf. Ovid. Met. XV, 474. 11) Aen. I, 11: *Urbs antiqua fuit.* 12) Aen. III, 509: *sternimur optatae gremio telluris ad undam.* 13) Cf. Verg. Georg. IV, 317: *Peneia tempe;* Ovid. Met. VII, 371: *Cycneia tempe.*

Belvaco occidue[a] fieri contermina gaudet, 1213.
Carnopoli† media que se distinguit ab illa, † Compendium *gl. in marg. B.* * *v.* 147. *post* 148. *A.*
Silvanectensis*‡ dum rura dyocesis arctat, ‡ Diocesis Belvacensis durat fere usque ad portas Sylv.[b] *in marg. B.*
Trans Ysaram nimis ausa suas protendere metas;
Lauduno† Remisque† situ confinis ameno, † *gl.* civ[itas] *B* 1.
Noviomum† ad boream, Trecas attingit ad eurum,
Et Cathalaunensi[c] non se disterminat urbe;
Indice que fama cum sit fundata Suevis
Exulibus, merito sortita* est Suessio nomen, * est sortita *A. M.*
Lenifluis piscosus aquis quam ditat et ornat
Mitis Atax[d], Lacias doluit qui ferre carinas[1],
Ytala[e] cum Gallis inferret Iulius arma,
Auxona cui faciunt nomen vulgare[f] moderni[2];
Qui[g] tibi cum tollat nativum, Vidola[h,†,3], nomen, † fl[uvi]us Remorum *in marg. B.*
Ipse suum perdit Ysara[i] maiore receptus.
  Hic quoniam facilis locus est, quo confluat omnis 1213.
Absque* mora varias gens circumfusa per urbes, * De facili varias *A.*
Francigenum ductor prelatos[k] ecclesiarum
Et toto proceres de regno congregat[4] omnes,
Quorum stans medius[5] placido sic incipit ore[6],
More suo brevitate studens substringere verba:
  'Sanctorum, o cives, quos ecclesiasticus ordo[7]
Vicinat celo, vosque, o venerande senatus,
Quorum milicia multos iam vicimus hostes,
Quot* dampna ecclesiis Otho rex atque Iohannes * Que *A.*
Intulerint[l], plene novit discrecio vestra.
Unde Petri virga merito percussus uterque
Fit subici dignus gladio quoque materiali,
Cum non sufficiat correptio* spiritualis, * correctio *A. M.*
Ut conpescat eos, cum[m] fiant deteriores
Inque malum magis audaces anathemate lato.
Quapropter quicumque sciens communicat illis,
Traditus est Sathane, pene factique sodalis.
Unde, michi vestrum Domino servante favorem,
Mens mea proponit* Anglorum invadere regnum, * proposuit *A*; Anglica proposuit mea mens invadere regna *M.*
Ut digne feriat pene vindicta Iohannem,
Aut ignominia regnum comitante[n] relinquat,
Servitiumque Dei tandem renovetur ibidem,
Anglia quo caruit septem et multo amplius annis.
Francia scismaticos[o] et cleri quoslibet hostes
Debellare*[8] solet et castigare rebelles, * Castigare solet et debellare *A*; Franci . . . Castigare solent et debellare *M.*
Quicumque ecclesie iussis parere recusant.
Nec fuit hoc nostro neglectum tempore, nec[p] vos
Hoc ad opus nostrum* vestra[q] hactenus arma negastis. * nobis *A. M.*
Nunc ergo, o socii bellorum, nunc[r] rogo vires

a) occidua *A. B*; occiduae *corr. Barth; cf. v.* 696. b) Silvenecten. *B* 2. c) Cataulanensi se non *A.* d) Athax *A*; Arar *M.* e) Ithala *A.* f) vulgale *B.* g) Que *A.* h) Indola *B.* i) Ysar *A.* k) prelatus *corr.* prelatos *B* 2. l) Intulerent *A.* m) nam fiunt *M.* n) cominante *B* 2. o) scim. *B* 1. p) *post suppl. B* 2. q) nostra *B* 2. r) non *B* 2; *forsan quia* nē *in B* 1 *facile pro* nō *legi potuit.*

1) Luc. Phars. I, 403: *Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas;* ubi non de Auxona, hodie l'Aisne, sed de Atace, hodie l'Aude, in Gallia Narbonensi, agit poeta. 2) Gualth. Alex. II, 70: *Sardim dixere moderni.* 3) La Vesle. 4) A. 1213, Apr. 8. 5) Verg. Aen. XII, 564: *celso medius stans aggere fatur.* 6) Verg. Aen. XII, 47 (cod. Medic. et Donat.): *sic incipit ore;* Aen. XII, 692: *magno simul incipit ore.* 7) Cf. Lig. VIII, 463: *quibus ecclesiasticus ordo . . . et publica iura reguntur.* 8) Cf. Aen. VI, 853: *debellare superbos.*

1213.

Quisque suas Domino prestet, qui prestitit illas,
Nec cuiquam dubitare licet, quin gratia presens
Ipsius adiutrix pro se pugnantibus assit'.
  Dixerat, at proceres venerandaque curia sancti
Concilii palmas alacres ad sydera tendunt[*][1], — [*] tollunt *A.*
Et conclamantes[a] voto communiter[*] uno — [*] concorditer *A. M.*
Tam sanctum regis, tam commendabile laudant
Propositum sesequel[b] in idem discrimen ituros
Una promittunt promissaque pignore[c] firmant
Iurisiurandi. Primus Ludovicus[d.2] et Odo[e]
Allobrogus[f.3], comes Herveius[4] et Belliiocensis
Guiscardus[g.5] iurant; iurat Savaricus[6] id ipsum,
Ad tempus varians Pictonum more favorem.
Dux[+] quoque Lovanie[*][7], regis gener, atque Nemurci[++][8] — [+] *gl.* Henricus *B 1.* [*] Brabancus *A.* [++] *gl.* Ph[ilippu]s *B 1.*
Et Barri[9] comites et Guido Domnipetrinus[10],
Vindocinique comes[11] cum Trecensi comitissa[12],
Et Rotobertigene: Britonum dux nomine Petrus[13]
Et[h] Robertus[14], cui frugis vastatio casu
Agnomen puero[*] dederat, fraterque Iohannes — [*] dederat puero *A.*
Illorum, cui Brena[15] dedit cognomen et ortum,
Cum genitore suo Roberto[16] iam seniore,
Qui cum fortis adhuc membris animoque vigeret,
Protestabatur tali se prole beatum;
Quem Belvacensis comitatur episcopus[17], eius
Germanus, quorum regis patruelis[*] uterque est. — [*] cognatus *A. M.*
  Hos odium maius privataque causa movebat,
Ut strepitu maiore arment in bella[18] cohortes;
Cum quibus, anteaquam regni esset publicus hostis,
Inmortale odium et guerram Reginaldus[+] habebat[19]. — [+] *gl.* co[mes] Bol[onie] *B 1.*
Et quia rex ab[*] eis non deffendebat eundem, — [*] nolebat eum deffendere ab illis *A.*
Iustius esse sciens, neutris prestare iuvamen,
Quam fieri male gratus eis, dum[*] subvenit istis[i], — [*] si invit istas *A.*
Ut sine defectu[k] parti foret equus[l] utrique,
Irritare suum dominum presumpsit eique[m]
Est inferre minas multis presentibus ausus,
Nec super hiis[n] iuri[o] monitus parere volebat,
Solaque causa quidem fuit hec, cur exulet ipse.
  Omnis baro, comes, dux, rector, episcopus, abbas,
Cum reliquis membris[*] regni se federe firmo — [*] regni membris *A. M.*
Sponte ligant regi viresque in prelia spondent[p].
  Rex ubi[q] Francigenas tam prono pectore bellum
Accepisse videt, proceres ad propria mittit,
Ut propriis satagant domibus disponere reque
Disposita certum redeant post tempus ad ipsum.
Ipse incunctanter iubet arma ratesque parari,

a) cum clam. *A.* b) que *deest A;* se omnesque *M.* c) pignora *B.* d) Lodovicus *B 2.* e) Oldo *A. M.* f) Allobagus *A.* g) Guischardus *B.* h) Ac *A.* i) hostis *corr.* istis *B 2.* k) delectu *A.* l) èqus *B 2.* m) eisque *A.* n) hii *B.* o) iuris *A.* p) spondentque in prelia vires *Barth (Br.), sed nihil mutandum.* q) ut *A. M.*

1) Verg. Aen. V, 256: *palmas nequiquam ad sidera tendunt.* 2) Regis primogenitus. 3) Dux Burgundiae. 4) Cf. supra ad v. 88. 5) Comes de Beaujeu en Forey. 6) De Malleone (Mauléon); cf. Phil. VI, 275: *Savaricum Malleo misit.* 7) Henricus dux Brabantiae. Cf. Gesta p. 304. et ibid. n. 5. 8) Petrus de Cortiniaco, coniunx Iolanthae, sororis Philippi I. comitis. 9) Theobaldus I. 10) De Dampierre (dép. Seine et Oise). 11) Iohannes III. BR. 12) Blancha. BR. 13) Petrus, dictus Malus-clericus (Mauclerc). 14) Robertus III. dictus Gastebled. 15) Braine (dép. Aisne). 16) Robertus II. († 1218) comes Drocensis. 17) Philippus. 18) Cf. Verg. Aen. VII, 335: *armare in proelia fratres.* 19) Cf. Gesta supra p. 303.

Assignatque diem, Maii que dena Kalendas 1213.
Subsequitur, qua Bolonico[a] se litore classis
Exhibeat, latura viros armisque parata
Omnibus et rebus, quas res tam summa requirit.
Quo cum venissent[b] rex ac exercitus omnis,
Omnibus instructa rebus iam classe suosque
Expectante[c] nothos tempusque meantibus aptum,
Solus Hyberigena Ferrandus defuit, ille
Solus noluerat vires* promittere regi *regi promittere vires *A*.
Nec[d] se cum reliquis iurando iure ligare.
Quippe ligatus[1] erat per iuramenta Iohanni
Et regi Othoni, sic procurante nefandam[e]
Bolonide[f] fraudem, per quam nichilominus ille* *ipse *A*.
Proditor et dignus fieret scalere[g] cathenis.
Hic Ferrandus erat Hyspanus gente[2] neposque
Nobilis illius Matildis[h], Portigalensi[i]
Que sata rege[3] fuit, comiti[4] sponsata Philippo,
Qui cum prole carens Acharon[k] moreretur[l] in urbe,
Baldoinus[5] ei successit, quem soror eius[6]
Henaviusque[m] comes[7] illi genuere[n] nepotem,
Regine Elisabeth fratrem; qui postea regi
Bella movens regno exivit, factusque monarcha
Imperium tenuit Grecorum tempore[o] multo*[8]; *longo *A*.
Postea quem Tracum[p] dux[9] interfecit ibidem.
Cui cum nec proles ulla[q] esset mascula, nate
Florebant gemine[10] in patria, spes grata nepotum[11],
Quas enutriri tenere faciebat, ut alti[12]
Sanguinis heredes, regis tutela Philipi,
Qui primogenitam, postquam de patris earum
Constitit interitu, totali* cum comitatu *cum totali *A*
Ferrando uxorem donavit munere largo,
Eius ad hoc amite suplicamine ductus et astu[r],
Ignarus facto[s] ex tali que dampna sequantur.
Postquam Ferrandus comitem se vidit et altum
Ex humili, magnum de parvo, e[t] paupere ditem,
Detractare[u] iugum cepit regale modumque
Querebat, fieri quo* posset liber ab illo. *posset quo *A*.
Unde nec erubuit regis contempnere verbum
Et domino contraire suo nec adesse vocatus,
Quamvis pactus erat regi paribusque, quod equa
Mente ferat[v] quicquid super hiis rex imperet[w] illi,
Stans verbo*[13] potius, quo se constrinxerat Anglis[x], *potius verbo *A*; potius pacto *M*.
Ut, cum transierit Francorum exercitus omnis
Debellaturus Anglos regemque superbum,

a) Bololico *A*. b) convenisset *A*; cum venisset *M*. c) Expectare, *in marg.* tante *B* 1. d) Ne *corr.* Nec *B* 2. e) nephandam *A*. f) Bolida *A. M.* g) squalere *A*; scalore *corr.* scalere *B* 1. h) Mati *B* 1. i) Portugal. *A*; Portegal. *B* 2; Portigalensis *M. Ch.* k) Acharoni *B* 2. l) moretur *A*; morentur *B* 2. m) Henuinusque *B. Cf. IV*, 587. n) genenuere *B* 2. o) marte paratum *corr. M.*; haud tempore multo *scribendum esse censet Barth.* p) Trachum *A*. q) nulla *B* 2. r) hastu *A*. s) facto ex illo que *M.* (*cf. Verg Aen. XII*, 32: ex illo qui me casus, que, Turne, sequantur Bella vides); facto que tali dampna *B*. t) et *al. manu in rasur. B* 1; e *deest B* 2; et *Ch.* u) Detrectare *Ch. M.* v) feret *A*. w) imperat *B* 2. x) Anglos *corr.* Anglis *B* 2.

1) Cf. Gesta p. 305. 2) Filius Sanchonis I. regis Portugaliae (1185—1211). 3) Alphonso I. (1139—1185). 4) Flandriae (1168—1191). 5) Balduinus IX. (in Hannonia VI.) 1194—1205. 6) Margaretha I. Alsatica († 1194). 7) Balduinus V. in Hannonia, VIII. in Flandria (1171—1195). 8) Errat Willelmus: a. 1204, Mai. 9—1205, Apr. 15. 9) Iohannes rex Bulgarorum. 10) Iohanna et Margaretha. 11) Verg. Aen. II, 503: *spes ampla nepotum.* 12) Cf. Verg Aen. VI, 500; Gualth. Alex. I, 95; Phil. X, 485. 13) Ovid. Met. II, 818: *Stemus, ait, pacto ... isto*; cf. infra v. 336.

1213 Desolata suis temere cum rege patronis
Arbitrio pateat ipsius Francia tota,
Ipseque cum Flandris regni pulcherrima[a] vastet
Proque* suo libitu de regno et rege triumphet.
Ista procul dubio Ferrandus mente fovebat[1],
Hec se facturum iuraverat ipse Iohanni.
Insidiosa foret fraus utilis insidioso,
Ipsi si soli prenosse daretur eandem;
Sed nichil occultum[2], quod non quandoque patescat,
Nil ita secretum, quod non aut fama revelet
Aut sapiens vivo deprendere calleat astu[b].
Tam* certis signis quam fame murmure fiunt
Que facturus erat Ferrandus nota Philipo.
Propositum mutat mutato tempore, classem
Precipit ut properet Savaricus ducere Danum
Pictonesque sui, quibus ars piratica[c] nota est,
Atque Latine Ater[d, 3], Galiota cum Ludovico[4],
Cumque sua nulli rupta parcente Cadocus[5].
Litore[e] Bolonico diffunditur in mare classis,
Vixque satis quo currat habet, nimis arcta videntur
Equora[6] tot ratibus, austris spiramina desunt,
Vela quibus tot sparsa queant sinuare per undas.
Que si cuncta velis[f] uno deffigere visu,
Frons oculis tua Linceis[7] armetur oportet.
Quod si sub numero comprendere[8] forte labores,
Navibus Argolicis[9], quas eurus in Aulide longo
Tempore detinuit[10], iter inpediente Pelasgum
Neptuno, ne Troia cadat, quam struxerat ipse,
Quingentas bis[g] quinque rates et quatuor adde[9].
Quo se non vertit[h], egeat ne prorsus, egestas?
Quam sibi non mendicat opem, qui non habet ex se
Auxilium sibi sufficiens, instante periclo,
Precipue sibi cum se fortior imminet[i] hostis,
Viribus et causa quo se videt esse minorem,
Seque suos meminit lesisse scienter amicos?
Omnia pretemptat, omnes se vertit ad artes[k];
Hostibus ex ipsis fieri sibi curat amicos,
Quorum subsidiis alios eludere possit.
Sepius erudiunt perversas verbera mentes,
Plusque flagellando servilis pena timorque

* Inque *A* (*M. corr.*: Ad votum de rege suum regnoque tr.).

* *v.* 291. *ante* 290. *A. M.*

a) pulcerrima *A.* b) hastu *A.* c) preatica *B* 2. d) *ita Barth. corr.*; Latinater *A*; Latinator *M. B* 1; Catmatorum *B* 2; Latinato *Ch.* e) Litt. *B.* f) *post suppl. B* 2. g) bene *M.* h) vertat *A.* i) iminet *B* 2. k) arces *B* 2.

1) Cf. Ovid. Met. VII, 633: *atque animo mea vota fovebam.* 2) Luc. 8, 17. Cf. Claudian. IV. cons. Hon. v. 272:

nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis; nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat et abstrusos explorat fama recessus.

3) Iohannes de Nigella (Nesle); Phil. VII, 329: *cuique Latinatrix* (l.: 'Latina atro' vel 'atrum') *dat nomen lingua Iohannes.* Infra XI, 717. Iohannes Nigellensis nominatur. 4) Phil. VII, 328: *Lodulus Galiota.* Occurrit in quadam Philippi regis epistola a. 1216. conscripta, ubi audit Lud. de Galeis, Delisle, 'Catal.' nr. 1671. 5) Idem versus legitur VIII, 274. Cadocus erat celeberrimus ex omnibus huius aetatis conductitiorum militum ducibus. Cf. etiam Phil. VII, 395: *numerosaque rupta Cadoci, Cui rex quotidie soli pro seque suisque Libras mille dabat.* 6) Cf. Stat. Achill. I, 445: *ipsum iam puppibus equor Deficit et totos consumunt carbasa ventos.* 7) Cf. Boeth. consol. phil. 3, 8; Hor. Sat. I, 2, 90. 8) Verg. Georg. II, 104: *neque enim numero comprendere refert.* 9) Pind. Theb. II, 220:

His ducibus Graiae Troiana ad littora puppes
Bis septem venere minus quam mille ducentae.

His 1186 navibus addi iubet 514; erant igitur 1700 naves. 10) Gualth. Alex. III, 424:

Sed neque tam multas collegit in Aulide gentes
Ultor adulterii, cum classi defuit equor.

Proficit, ut reprobos reproborum reprobet actus, 1213.
Quam divinus amor aut exortator amicus
Possit ab assuetis revocare reatibus illos.
Contritum simulans fallaci corde fatetur[*] — *Iohannes Tant. sc. s. p. fatetur *A.*
Tantorum scelerum se penituisse Iohannes;
Audet apostolicis dare sub pietatis amictu
Verba viris, qui sunt a cardine nomen adepti[1],
Et patrum patri blando suplicare[a] precatu,
Ut veniam prestet erratibus[b]: 'Omnia', clamans,
'Restituam clero; regni depono coronam,
Indignum qua me fateor; vassallus haberi
Ecclesie volo Romane; diadema resigno,
Petre, tibi, toto cum regni iure; michi rex
Amodo Petrus erit, ego Petri miles habebor'.

Acceptans Pater ista patrum commenta Iohannis
Gaudet et in partes Pandulphum[+] destinat illas; — +*gl.* legatum *B* 1.
Qui cum[c] firmasset per scripta patentia pactum,
Iureque iurando de pactis stando[2] Iohannes,
Illius in dextra sceptrum regale[3] resignans,
Se[*] pape regnumque suum sic mancipat, ut sit — *resignat Et se cum regno pape *A.*
Vassallus[d] de rege, novus de principe miles,
Regnet ut ipse tamen sub Petri nomine, marchas
Argenti pape[e] solvendo mille quotannis.
Hoc regnum Anglorum decoravit honore Iohannes,
Hoc generi predulce suo decus[4] addidit, ut sint
Reddere constricti Romanis rite tributum,
[Privati[*] sceptro cum libertatis honore]. — **v.* 345. *deest A.*

Ergo relaxatur sententia[+]; cautio rerum — +*gl.* interdicti scilicet *B.*
Restituendarum fragili munita sigillo,
Que fuit effectu post hec caritura supremo.
In patriam clerum revocat; dant cantica signum
Leticie, officiumque Dei renovatur ubique.

Classis prima quies Calesi[5] fuit; altera portu
Fit, Gravelinga[f], tuo, quo rex aciesque pedestri
Perrexere via, cui cives omnia secum
Exponunt bona, que vicus tam dives habebat.
Noluit ille tamen villam spoliare, sed illam
Sicut erat domino Ludovico cessit habendam.

Inde movens iterum classis legit equoris undas[6],
Quod[g] Bloetinorum[h, 7] candentia litora[i] lambit,
Quaque marescosos extendit Flandria campos,
Et qua bellipotens media inter prelia terram
Sulcat Ysangrinus, gladio munitus et hasta,
Qua sola Furnus arat sinibus[k] vicina marinis,
Quaque ruinosos ostentat Belga penates
Semirutasque domos, regni monimenta[l] vetusti[m],
Nervius[n] armipotens ubi bella frequentia gessit,
Quem[*] numquam sibi prevaluit Romana potestas — **v.* 368. *ante v.* 366. *A.*
Subicere omnino certisve ligare tributis,

a) suppl. *B* 2. b) *ita A. B* 1; errantibus *B* 2. c) 9firm. *B* 1; confirm. *B* 2. d) Vassaldus, *in marg.* Vassallus *B* 1; Vassaldus *B* 2. e) propter *ed.* f) Gravelingua *A. M.* g) Quo *in marg. B* 1. h) *litterae* B *superscr.* C *B* 1; Blavot. *M.* i) litt. *A. B. Cf. v.* 236. 511; *IV*, 329. k) finibus *B* 2. l) monum. *B* 2. m) venusti, *in marg.* venisti *B* 1. n) Nevius *vel* Nenius *B* 2.

1) Gualth. Alex. VII, 325: *sortiti a cardine nomen.* Cf. Phil. II, 383. 2) V. supra ad v. 276. 3) Ovid. Met. V, 422: *sceptrum regale.* 4) Hor. Od. I, 2: *dulce decus meum.* 5) Calais. 6) Verg. Ecl. VIII, 7: *sive oram Illyrici legis aequoris;* Ovid. Met. XIII, 779: *aequoris unda.* 7) Cf. supra II, 125.

1213 Belga covinorum Lucano teste[1] repertor,
Belga potens opibus, armis[2] et viribus, olim
Romanis valde infensus, tantaque per orbem
Laude celebratus[a], quod ab illo Gallia priscum
Belgica nomen habet, regni pars tercia Galli*[3].
Hinc quoque digrediens, flatu propulsa secundo[4],
Portum leta subit a dampno nomen habentem,
Qui tam latus erat tanteque quietis, ut omnes
In se sufficiat nostras concludere naves;
Quo valde speciosus erat Dan nomine vicus
Lenifluis iocundus aquis atque ubere glebe[b, 2],
Proximitate maris portuque situque superbus.
Hic Savaricus opes cunctis e partibus orbis[5]
Navigio advectas supra spem[c] repperit omnem,
Infecti[6] argenti massas rubeique[d] metalli,
Stamina Phenicum, Serum Cicladumque[e, 7] labores,
Et quas huc mittit varias Hungaria pelles,
Granaque vera, quibus gaudet squarlata[f] rubere,
Cum ratibus vino plenis, Vasconia quale
Vel Rupella parit, cum ferro cumque metallis,
Cum pannis rebusque aliis, quas Anglia vel quas
Flandria* contulerat illuc, mittantur ut[g] inde
In varias partes* mundi, dominisque reportent
Lucra suis, quibus est spes semper mixta timori
Sorte comes dubia subitique angustia casus;
Omnia que pyrata rapax Savaricus et eius
Dira cohors, in idem sibi concinnante[h] Cadoco,
[Indigenis* contra percusse federa pacis]
Diripuere[i] sibi sociisque[k] iuvantibus ipsos,
Non veriti violare fidem pactumque† negare;
Que nostris peccata reor nocuere carinis.
Rex vero interea patriam sibi subiugat omnem,
Undique dispersis per rura patentia turmis,
More locustarum, que terre plana tegentes
Se spoliis honerant[l] predasque[m] abducere gaudent.
Mox subduntur[n] ei sola formidine[8] summo
Menia Casselli† pendentia[9] vertice montis.
Que[o] cum militibus bene munivisset et armis,
Impiger Ypreas[p] propero subit* agmine partes**
Et sibi cum multis castellis subicit Ypram.
Hic mentitus* item regi Ferrandus adesse
Noluit, illius quia iam susceperat[q] uxor
Infelix, que non bene vertit[r, 10], dona Iohannis.
Quo magis iratus acies[s] rex explicat ultra,
Nec[t] cessat, donec sibi Brugia subiciatur

* nostri *A. M.*
* Dacia *A. M.*
* mundi partes *A. M.*
* *v.* 395. *deest A. M.*
† Promiserant enim pacem Danitis pro certa quantitate peccunie, sed aviditate rerum aliarum ducti mentiti sunt eis, *in marg. B* 2.
† Cassellum quoddam fortissimum castrum *gl. in marg. B* 2.
* premit *A. M.*
** portas *A. M.*
* Hic regi ment. item *A. M.*

a) celebratur *B* 1 (*in marg.:* t⁹). 2. *ed.* b) gleba *M.* c) spe *A.* d) robeique *A;* rubrique *M.* e) *ita A. B* 1. *M. Ch.;* Et cladumque *B* 2, *quia in B* 1 ci *fere ut abbr.* et *apparet;* Attacrumque = Attacorumque *corr. Barth.;* Eccladumque (Ecclanum *seu* Aeculanum, *nunc* Fricento *n.* e) *Br.* f) sarleta *A;* scarleta *M. in marg.* g) at *corr.* ut *B* 2. h) *ita B* 1; concincante *A;* concinnate *B* 2. i) Arripuere *A;* Dirip. *M.;* Dirrip. *B* 2. k) que *deest B.* l) onerant *B.* m) que *deest A.* n) subdūūtur *A.* o) Quod *M.* p) Ypreias *B* 2; Hypranas *M.* q) sucep. *B* 2. r) *ita recte A. B* 1; vertat *B* 2. *P. Ch.; M. corr.:* Que male cesserunt Anglorum munera regis; *Barth. maluit:* quod non bene vertat; *Br.:* vertant. s) accies *B* 1. t) Non *B.*

1) Luc. Phars. I, 426: *Et docilis rector rostrati Belga covini.* 2) Verg. Aen. I, 531: *terra antiqua potens armis atque ubere glebae.* 3) Cf. Caes. de b. Gall. I, c. 1. 4) Ovid. Met. XIII, 418: *flatuque secundo Carbasa mota sonant;* cf. Met. XIV, 226. 5) Verg. Aen. XII, 708: *genitos diversis partibus orbis.* 6) Cf. Verg. Aen. X, 526—528. 7) Cf. quae narrat Otto Fris. in Gestis Frid. imp., l. I, c. 33. 8) Claud. IV. cons. Hon. v. 457: *Quis victum meminit sola formidine Rhenum?* 9) Cf. Luc. Phars. I, 434. 10) Cf. Phil. X, 450.

Cum tot nobilibus quibus est circumdata vicis. 1213.
Inde Suessonico comiti[1] iubet Hangesideque[2]
Alberto, ut[*] Dani maneant pro classe tuenda, [*] Dani ut *A. M.*
Adiciens[a] illis cum quadraginta ducentis
Militibus bellis expertos milia dena[†]. [†] clientum *add. B. Cf. X*, 493
Hinc procul amotos fines postremaque regni
Flandrorum penetrat[3]; iuvat indagare recessus
Et populos, gelidam qua Flandria respicit arcton[b, 4],
Qua se Brabancis procul hinc conterminat arvis[c],
Qua Guilliquino[5] fieret contermina[d], regno
Si mare se medium non interponat utrique,
Lidus ubi Scaldo commixtus ad equoris undas[6]
Nomen ferre suum Scaldo[e, +] superante vetatur. [+] Scaldus, qui et Escaldus[f], idem est qui et Scaurus, *in marg. B.*
Illuc ergo suas tandem rex applicat alas,
Ut Gandavorum fastus obtundat et ipsos
Inclinare suo cervicem denique regi
Seque[g] illi cogat subiectos esse fateri,
Nomine[h] quem solo vix ipsi nosse volebant.
Quorum dum portas clausas[*] sibi frangere vellet, [*] sibi clausas[i] frangere temptat *A. M.*
Instrumenta parans, quibus obpugnare superba
Menia festinet mediasque irrumpere turres,
Nuncius ecce ferens a Dano scripta citato
Castra subit gressu tristique ita clamitat ore:
'Hesternum, rex, ante diem Salebericus heros
Boloniusque[k] comes cum gentis milibus Angle
Belligeris subito ratibus longisque[l] galeis
Applicuere simul prope nos, ubi faucibus arctis
A pelago refluit in Danica litora[m] fluctus.
Iam sua per speculas Bloetinus[n] signa levavit,
Omnis Ysangrinus, Furnites, Belga sub uno
Cetu Ferrando comiti se consociarunt,
Et nostris cum Bolonide[o] iam navibus instant,
Litore[p] que lato[*] temere sibi dissociantur, [*] largo *A. M.*
Quas uno simul esse sinu securius esset'.
Ille volebat adhuc superaddere multa, sed ecce
Nuncius alter adest dictisque superserit ista,
Sincopat et medios vix intellectus hanelo
Ore sonos, trepido suspensus pectora cursu:
'Iam quadringentas[q] tibi sublegere carinas,
Nec patet egressus, qua cetera classis in altum,
Si velit, ire queat, sic portus[r] Anglica fauces
Militia observat litusque[s] coronat utrumque[7],
Nec secura manet gremio navalis in ipso,
Defensore carens, facilique parata rapine[*]. [*] ruine *A. M.*
Nec Guillelmus[t] habet Pullus[8], ferrata tueri
Dolia quo possit, que plena numismate[u] turgent,

a) Add. *B* 1; Adiciciens *B* 2. b) arton *A.* c) armis *B* 2. d) *ita distinguendum, cf. infra v.* 613. *et Phil. XII*, 827: utrisque Certa sit ut regnis distinctio. — contermina regno, Si mare *ed.* e) Scauro *A.* f) Exc. *B* 2. g) que *deest B.* h) Nomen *B* 2. i) clausas sibi *M.* k) Sol. *corr.* Bol. *B* 2. l) que *deest A.* m) littora *B.* n) Blet. *B* 2. o) Bolonida *M.* p) Littore *A. B.* q) quadrig. *B* 1. r) porticus *B* 2. *Cf. infra v.* 559. s) litt. *A.* t) Wll's *A*; Guitts *B* 1; Guill' *B* 2. u) nimis mate *A.*

1) Radulfo de Nigella (Nesle). 2) de Hangest (dép. Somme). 3) Cf. Verg. Aen. I, 243. 244. 4) Ovid. Met. IV, 624: *gelidas Arctos.* 5) Guilliquinus iste est Wilhelmus I. comes Hollandiae; quem infra v. 613. Guilliquinum comitem appellat. 6) Ovid. Met. XIII, 779: *aequoris unda.* Cf. supra v. 357. 7) Cf. Verg. Aen. X, 380: *equites . . . omnemque abitum custode coronant.* 8) Gall. 'Poulain', regis panatarius ac Rotomagi castellanus. Cf. Delisle, 'Catal.' 654.

1213.

Quo solet ipse tuis numerare stipendia castris,
Pollice dispensans fiscalia dona fideli,
Dum sua Pictones spolia, auxiliante Cadoco,
Que modo Danitis rapuerunt federe fracto,
Cura maiori tua quam[a] navalia servant.
Solus cum paucis Robertus Pissianites[1]
Sustinet incursus et ville claustra tuetur,
Germanosque duos[b] conflictu amisit in ipso.
Obsidet hostilis portas exercitus omnes;
Omnia[c] perdidimus, si tu cuncteris adesse'.
Hec cum dixisset regi, porrexit uterque
Scripta Suessonici comitis signata sigillo,
Per que constaret, illos vera esse locutos.
Ut dictis est facta fides, rex: 'Nulla moretur
Nos mora consilii; rebus succurrere lapsis[d, 2]
Festinemus', ait, 'operis iam quicquid habetur
Pre manibus valeat; non est michi vincere tanti[3]
Gandavos, ut pro Gandavis[e] tanta subire
Dampna velim[f], socios cum classe amittere nostros.
Sed quia non facilem prebet[*] se Flandria, per quam
Agmina tanta queant properato incedere gressu,
Ducere quadrigas quibus est summasque necesse[g],
Expedit, ut levibus aliquis precedere turmis
Nos velit, ut sociis medio, dum pone venimus,
Tempore spes crescat et consolatio nostris'.
Dux Britonum Petrus honus hoc[h] pro munere magno
Sponte subit; qui cum quingentis vespere sero[4]
Militibus castris egressus, membra quiete
Non relevans[5], ad nos pervenit mane sequenti,
Tercia cum nondum[i] foret hora exacta diei,
Leticiam nobis addens gratumque iuvamen.
Quem rex, ut potuit pro tanta mole, secutus,
Spe citius Danum pervenit luce secunda.
Cuius in adventu perterritus hostis, ab illa
Parte fugit, qua nos urgebat solis ab ortu[6].
Quem[†] sequitur laxis dux Burgundinus habenis[7]
Herveiusque[k] comes et quos[l] Campania misit.
Solis ad occasum[6] nos liberat, hoste fugato,
Regia progenies Ludovicus[m] et inclitus ille
Barrarum[n] dominus, quos milia multa[8] secuntur
Roboris invicti iuvenes[o] probitate probati.
At rex quique eius lateri specialiter herent,
Quos sibi bellorum socios ex omnibus ipse
Delegit, porta egreditur, que vergit ad arcton[p].
Sed quia, fossatis iter impedientibus, hosti

[*] se prebet *A. M.*

[†] *gl.* hostem s[cilicet] *B 1.*

a) quam et nav. *B 2.* b) *ita A. M.;* duces *B. ed.* c) ia *e corr. B 2.* d) lassis *A.* e) Gandavos *A.* f) velim et *M.* g) est *add. sed del. B 2.* h) Briton. onus hoc Petrus *B 2, corr.* Br. P. o. h. *B 1;* Dux o. h. Br. Petrus *Barth. Br.* i) numdum *corr.* nundum *B 2.* k) Herveusque *A.* l) quos et *M.* m) Lodovicus *B 2.* n) Bartarum *B 2.* o) iuvene *A;* et iuvenes *M.* p) ad arcon *A;* ab Arcton *B;* ab Arcto *Ch. Cf. infra XI,* 13; *Gualth. Alex. I,* 399.

1) de Pissiaco (Poissy, dép. Seine et Oise). Cf. Delisle, 'Catal.' 1447. 2) Verg. Georg. IV, 449: *hinc lapsis quaesitum oracula rebus.* 3) Ovid. Met. XI, 779: *nec erat mihi vincere tanti;* Gualth. Alex. IV, 365: *Vincere non tanti est.* 4) Ovid. Met. IV, 415: *seroque trahunt a vespere nomen.* 5) Ovid. Met. VIII, 639: *Membra senex posito iussit relevare sedili;* cf. Met. XV, 16. 6) Ovid. Ex Ponto I, 4, 29: *Solis ab ortu Solis ad occasus;* cf. Met. VI, 49: *solis ab ortu.* 7) Cf. Verg. Aen. I, 63: *laxas … habenas.* 8) Verg. Aen. V, 806: *Milia multa.*

Non possunt fronte[a] opposita[b] concurrere, paucos 1213.
Occidunt, paucos capiunt; tamen usque carinas
Cedere, dum fugiunt, non cessant turpiter illos.
Imo[c] nec in ratibus ausi remanere, retracto
Quippe mari siccum naves navale tenebant,
Se carabis procul a terra scaphisque reducunt.
Dumque catervatim subeunt navalia[d], multi
Morte cadunt, multi capiuntur litore in ipso.
Formesellarum† dominus Galterus[1] et ipse † *gl.* opidum est *B1*
Bolonides† capitur, sed caris[2] cognitus idem † *gl.* co[mes] *B1*.
Cognatisque suis, ipsi qui iure timebant,
Ne rex pro culpe merito iam puniat ipsum,
Exutus notis insignibus atque maniplis
Inmixtus, ne notus item capiatur ab ullo[e],
Cum dampno sinitur multorum liber abire.
Cuius equum, cuius clipeum galeamque nitentem[3]
Baleneque iubas ceu cornua bina gerentem,
Cum[f] iam victores post pugnam in castra redissent,
Vidit et agnovit rex atque exercitus omnis.
Nec mora, per totam fervent incendia terram,
Milia mille[g] domos simul incinerare sub uno
Momento gaudet effrena licentia flamme.
Quicquid conspicuum, quod pulchrum[h] divite gleba
Flandricus axis habet pelago conterminus Anglo
Igniferi tota non cessant nocte[i] cremare.
Iamque dies aderat[4] penthecostesque[k] beata Iun. 2.
Gaudia per totum celebranda fideliter orbem
Orbita finito iam vere reduxerat anni;
Post igitur misse sollempnia, cum dape nondum
Aut sapido Bachi recreasset membra liquore,
Galterum[5] iuvenem rex Bartholomea[6] Garinumque[7]
Alloquitur votumque suum dilucidat illis.
Hiis etenim solis re confidenter in omni
Enucleare animum secretaque vota solebat:
'Quis me, teste Deo, zelus commoverit Anglas
Visere velle plagas, plene discretio vestra
Agnovit, quo me, vos scitis, nullus honorum
Ambitus aut rerum delectamenta trahebant.
Solo divini zelo ducebar amoris,
Noster ut ecclesie oppresse succursus[l] adesset.
Nunc autem adventus sola formidine[8] nostri
Cum sua[m] subdiderit Romanis sceptra Iohannes,
Sitque satisfactum Pandulpho[9] iudice clero,
Qui nostro in regno quam pluribus exulat annis,
In melius mutante statum iam sorte[n] benigna,
Et nos propositum nostrum mutemus oportet.
Dampna carinarum, michi quas, Ferrande, tulisti,

a) fronti *B2*; facie *ed. praeter M.* b) opo. *B1.* c) Immo *A. B2.* d) venalia *corr.* navalia *B2.* e) illo *corr.* ullo *B2.* f) *hunc versum habet in marg. al. atram. exar. B1.* g) multa *M.* h) pulcrum *B2.* i) igne *A*; totum n. c. igne *M.* k, pentechostesque *A.* l) successus *M.* m) se *superscr., in marg. corr.* sua *B1*; se *B2.* n) forte *M.*

1) Galt. de Vormizeele, qui a. 1217. libertatem obtinuit, decem fideiussoribus in summam 50 marcarum erga regem pro ipso sese obligantibus. Cf. Delisle, 'Catal.', Append. p. 516. et nr. 1727—1738. 2) Cf. Gualth. Alex., Argum. libri V, v. 1: *funera caris Deplorata suis.* 3) Verg. Aen. IX, 457: *galeamque nitentem.* 4) Verg. Aen. II, 132: *Iamque dies infanda aderat.* 5) De Nemosio (Nemours). 6) De Roya (Roye). 7) Electum Silvanectensem. 8) Cf. IX, 403. 9) Pandulfus subdiaconus, a summo pontifice in Angliam missus, 'ut pacem inter regem et clerum reformaret', Gesta a. 1213.

1213. Brugia restituet, et quos[a] in vincla tenemus
Sexaginta viros[*], quos gloria maior honorat — *viri *A. M.*
Inter eos, omni qui se pro cive ligarunt
Milia marcharum michi sexaginta daturos[*], — *daturi *A. M.*
Proque suis quos victa dedit concivibus Ypra
Era soluturos[b] sub eodem pondere nobis,
Non minus hec eadem nos dampna tulisse dolebunt.
Et quia difficile est reliquas educere portu,
Anglica cum classis aditus observet et equor,
Nec via sit pelagi nostris bene cognita Francis,
Omnes precipio rebus prius exhoneratas[c]
Omnibus in cinerem redigi; nec sit mora dicto[*], — *iusso *A. M.*
Quin omnes hodie videam simul igne cremari.
Nec[d] reputo dampnum, quod pars adversa resarcit[e]
De proprio et[f] triplici redimit dispendia lucro.
Flandria tota fere nostris iam subiacet armis,
Et quod adhuc superat satis est superabile nobis.
Quo bene completo poterit victoria talis
Sufficere ad presens; magni est michi causa triumphi,
Quod regnum Anglorum per nos sibi Roma subegit'.
Dixit, et ut dictum res est regale secuta.
Hinc abit et, geminas faciens properando dietas,
Gandavos iterum reduci premit agmine muros,
Quos sibi cum pacto subici fecisset[g] eodem,
Brugia quo se illi nuper subiecit et Ypra,
Audenardenum[h, †, 1] preter rapit agmina[2] castrum, — †*gl.* castrum *B* 1.
Dedidit Arnulphus quod mox indempniter illi,
Re penitus salva, certi sub federe pacti,
Quod[†] non per multum servavit temporis ille[††]. — †*gl.* pactum *B* 1. ††Arnulphus *gl. postea add. B* 1.
Hinc quoque[i] Cortraii[3] vi menia capta subivit,
Nos ubi barbarice post verba incognita[k] lingue[4],
Sub qua longa diu fueramus tedia passi,
Demum native[l] cognovimus organa[5] vocis.
Insula[†] post triduum modica fuit obsidione — †*gl.* opidum nobile *B* 1.
Vertice demisso regi parere coacta.
Quam multo bene firmatam rex milite munit
Atque satellitibus, quibus omnibus Athius[6] Hugo
Prefuit, ut villam[m] vicino servet ab hoste.
Nam fieri poterat, quod, postquam abcesserit[†] inde, — †*gl.* rex *B* 1.
Ferrandus subito adveniens sibi subiuget[n] illam,
Gaudeat et civis domino servire priori.
Quod merito metuens, in vico nomine Darnel[o]
Rex fabricare novam studuit quantocius arcem,
Qua sua gens tuta esse queat patriamque tueri.
Obtinet hinc abiens sub quarta luce Duacum
Appropriatque[p] sibi Ferrandi a lege solutum,

a) quo *A.* b) solutoros *corr.* soluturos *B* 2. c) exoneratas *B* 1; exhoneratis *B* 2. d) Non *M.* e) resarscit *B* 2. f) et *deest A.* g) *ita B* 1. *Ch.;* fecisset *deest B* 2; Quos sibi con subici pacto fecisset eodem *A;* Quos ubi subiectos pacto fec. eodem *M.* h) Audanardenum *B. Cf. X,* 442. i) quaque *A.* k) incondita *corr. Barth., sed cf. Gualth. Alex. I,* 526. l) naturae *in erratis corr.* native *M.* m) Praeficit ut tutum *M.* n) subiget *B. Cf. Phil. IX,* 342. o) Darvel *M.* p) Appropria sibi *B* 1; A propria sibi *B* 2; Apropriatque sibi *A;* adiungitque sibi *M.*

1) Audenarde. 2) Verg. Aen. XII, 450: *campoque atrum rapit agmen aperto.* 3) Courtrai. 4) Gualth. Alex. I, 526: *Sed quoniam michi barbaries incognita lingue Huius erat.* 5) Cf. Prud. Perist. X, 2: *oris organum;* ibid. v. 929: *Nec verba quaeras quo regantur organo.* 6) d'Athies; cf. Delisle, 'Catal.' 1571. 1572.

Sub ditione sua quod adhuc tenet, atque tenebunt 1213
Francorum reges post[a] ipsum* iure perhenni, *illum *A. M.*
Postmodo supponi doleat ne[b] rege[1] minori.
Ut gladio doluit[c] meritas exsolvere[d] penas[2]
Flandria regali, proprio sibi denique dampno
Non licuisse videns gremium dare proditiosis,
Dum collata luit Ferrando dona Iohannis,
Impetrata viros a rege licencia letos
Ad proprias digna sedes cum laude remittit.
Nec mora, Sequanias in partes rege reverso,
Bolonides iterum coniuratique tiranni,
Rex quibus Anglorum numerosa stipendia, belli
Irritamentum[3], loculis fundebat apertis,
Agmine densato[4] renovant in prelia vires,
Immemores modo se victos, cum classe relicta
Litus[e] in[5] Hollandum[f] levibus fugere phaselis[g],
Et Guilliquinum[h] comitem sibi consociarunt,
Qui viscosa sequens dona et promissa Iohannis,
Quinque virum decies adiuvit milibus illos,
Post tamen inque brevi sese subtraxit eisdem[i],
Iram magnanimi nolens incurrere regis.
Dein[k] contra pacti iuramentique tenorem,
Quo nuper sese constrinxerat[l] Insula regi,
Ferrando fedus ferit, et clam nocte reductis
Prodicione seris, portarum claustra recludit[6]
Cumque suis introducit legionibus ipsum.
Francigene vero, quos rex dimiserat illic[m]
Municipes patrie custodes, prodiciosos
Ut sensere dolos, caute se in turre receptant,
Arreptisque armis, solita virtute[7] resistunt
Ferrando Flandrisque suis, sed in[n] inpete primo
Dum subeunt, armis nondum[o] sua corpora tecti,
Non omnes potuere necis vitare periclum,
Quin aliqui fuerint capti, plerique perempti.
Interea cursu festinant agmina rapto,
Que rex iratus partes educit in illas,
Incunctanter avens, correpto tempore[8], caris
Auxilium conferre* suis[9]; quos hostis in arcto[10] *prestare *A;* Suppetias adferre *M.*
Sic premit, ut pressis spes iam sit nulla salutis[11].
Qui[p] cum venissent, muros indagine facta
Cingere[12] non curant, ne sit mora forte periclo,
Dum cives instant Francos excludere turri.
Ex inproviso que solis respicit ortus[q.13]

a) per *B2.* b) me *B2.* c) doleat *corr.* doluit *B1.* d) exoluere *corr.* exsolvere *B1*; exscolvere *B2.* e) Littus *B1*; Intus *B2. Cf. Phil. IV,* 329. f) Halland *B2*; Hallandum *Ch.* g) faselis *A.* h) Quilliqui non *A.* — comitem *post suppl. B.* i) eidem *A.* k) Deinde *B2.* l) constrinxat *A;* sese nuper devinxerat *M.* m) illuc *M.* n) verum impete *M.* o) nundum *B1.* p) Quo *M.* q) ortum *A. M.*

1) ἀρχαισμὸς est pro 'regi'. BARTH. 2) Gualth. Alex. VIII, 169: *Burchardum Flandria vidit Solventem meritas occiso consule penas* (cf. Ovid. Met. I, 209). 3) Cf. Ovid. Met. I, 140: *Effodiuntur opes, irritamenta malorum.* 4) Verg. Aen. VII, 794: *Agmina densentur* (al. *densantur*). 5) Luc. Phars. IX, 220: *hunc rapta fugientem classe secutus Litus in extremum.* 6) Verg. Aen. VII, 617: *tristisque recludere portas* (cf. Ovid. Met. VIII, 41); Aen. VII, 185: *portarum ingentia claustra* (cf. Ovid. Met. VIII, 69). 7) Ovid. Met. IX, 163: *solita gemitum virtute repressit* (cf. Verg. Aen. XI, 415). 8) Cf. Verg. Aen. XI, 459: *arrepto tempore.* 9) V. supra v. 513. 10) Ovid. Met. IX, 682: *ne spem sibi ponat in arcto.* 11) Luc. Phars. II, 113: *Spes una salutis;* Ovid. Met. VII, 564: *Utque salutis spes abiit.* 12) Verg. Aen. IV, 121: *saltusque indagine cingunt;* Ovid. Met. VII, 766: *longos indagine cinximus agros.* 13) Ovid. Met. II, 190: *interdum respicit ortus.*

1213 Ad portam veniunt strictoque repagula ferro[1]
Confringunt, valvas summa vi[2] cardine verso[3]
Discludunt, murosque prius quam scandere fas sit
Indigenis, vicos subeunt primoque furore
Ignibus appositis pulcherrima[a] queque domorum
In terram faciunt procumbere[4] vertice verso,
Sicque fit, ut fiant[b] maiori[c] incendia dampno
Civibus infidis quam ferrum aut dextera pugnans.
Sufficit excessus ulcisci sola dolosos
Vulcani rabies, quam spirans eolus auget,
Nec tantum iunctos lateraliter improba vicos
Incinerat, verum, procul inde volante favilla,
Quicquid habebatur pulcri intra menia flamme
In nichilum redigit uno violentia puncto.
Cum domibus pereunt homines[d], vitare periclum
Quos infirma vetat etas aut debile corpus;
Qui pedibus, qui fortis equo[e], fugiendo recedit,
Se gemino retrahens hostis[f] flammeque furori,
Et post Ferrandum dumos[g] et devia queque
Mente subit pavida, talos ad limina porte
Semper habens, vultus non audens flectere retro[5],
Ne vel[h] labatur aut passum forte vel unum
Perdat iens, levam seu dextram vix sinit horror
Respicere, esse loco se tutum non putat ullo,
Iam perimi[i] iamiamque capi sibi visus[6], ad omnem
Qui venit a tergo strepitum[7] pallescit, et omnis
Neglecta facie* sanguis subit abdita cordis, *sanguis facie *A. M.*
Ut lateat trepidoque ferat solacia cordi.
Sic metuens metuendo metu penam luit[8] ipso,
Penaque fit presens pene formido[8] sequentis.
Plus tamen adiuvit[k] fortune dextera victos
Quam fuga vel cursus, quo se salvare studebant*. *volebant *A. M.*
Humida nam tellus, carecto feta[l] palustri[9]
Et viscosa tegens limoso viscera plano[m],
Interiore sinu subeunte calore vaporans,
In noctis faciem converterat[n] aera, tristes
Exalans mixto nebulas[10] humore calori,
Ut vecti visus vix se vectoris[o, 11] ad aures
Extendat, nec, quis precedat quisve sequatur,
Quis veniat iuxta, poterat dinoscere quisquam.
Unde sequi tantum licuit nostratibus illos,
Quo ville dabat usque furens incensio lucem,
Cum medias sol per nebulas lucere nequiret;
Innumeros tamen occidunt pluresque retentant,
Quos rex perpetuos emptori cuilibet omnes

a) puch. *B* 1. b) stant *B* 2. c) maiora *B* 2. d) omnes *B* 2; cives *M.* e) equus *A;* velox vel equo est *M.* f) hosti *B* 2. g) domos *corr.* dumos *B* 2. h) Neve *B.* i) a *add. B* 2. k) adiuvenit *A;* aduit *corr.* adiuvit *B* 2. l) feda *B* 1 (*ubi in marg.* feta). 2. m) coeno *M.* n) convertant *B* 2. o) victoris *corr.* vectoris *B* 2.

1) Cf. Verg. Aen. IV, 580: *strictoque ferit retinacula ferro.* 2) Cf. Verg. Aen. IX, 532: *summaque evertere opum vi.* 3) Verg. Aen. VII, 621: *cardine verso.* 4) Ovid. Met. XIV, 281: *et in terram toto procumbere vultu.* 5) Ovid. Met. III, 187: *oraque retro Flexit;* Met. IV, 265: *vultusque suos flectebat ad illum.* 6) Cf. Ovid. Met. I, 535 sq. 7) Ovid. Met. XIV, 213: *omnemque tremiscens Ad strepitum, mortemque timens* etc. Cf. Met. VII, 840. 8) Claud.: *poenamque luit formidine poenae;* cf. *formidine poenae* Hor. Epist. I, 16, 53. 9) Ovid. Met. XIV, 103: *loca feta palustribus ulvis.* 10) Verg. Georg. II, 217: *Quae tenuem exhalat nebulam.* 11) Gualth. Alex. V, 162: *Vectores vectique simul.*

Vendidit in servos et inussit[a] stigmate iugi. 1213.
Insula tota perit misere servata ruine;
Quicquid enim tota sibi flamma cremabile villa
Repperit, assumpsit; reliquum instrumenta deorsum
Ferrea deiciunt terre[b] strictique ligones[1],
Nec turris, quam rex fabricaverat, integra mansit,
Ne quid ibi maneat habitabile denuo Flandris.
   Hinc quoque Casselli sub eodem summa furore
Menia deiecit[2], simili ne proditione
Deficerent illi, Ferrando forte recepto.
   Urbs erat[3] et rebus et cive superba potenti,
Nomine Tornacum, Scauri[c.†] contermina ripe, Scaldi *superscr. B.*
Quam gentilis adhuc Reni transgressus[d] abyssum
Clodius in gladio primus possedit et arcu;
Que cum servisset et[e.4] successoribus eius,
Postea Francorum numquam a[f] ditione recessit.
Hanc cum Ferrando Reginaldus fraude[g] latenti
Obtentam de nocte novem[5] tenuere diebus,
Randulpho patrante dolos, Moritania[h.6] cuius
Imperio suberat, vir fortis consilioque
Astutus[i] nimium, qui se fingebat amicum,
Imo[k] tenebatur urbi fidissimus esse,
Presulis et regis homo ligius et feodali
Iure tenens ab eis terrarum quicquid habebat.
Sed ne fraus illis lucrosa diucius esset,
Rex Sancti Pauli comitem fratremque[7] Garinum
Tornacum misit pugnatricesque catervas
Associavit eis, fortissima corpora bello,
Qualia Sequaniis producit Francia ripis[8].
Qui, licet hostili numero minor esset eorum
In duplo numerus, tamen auxiliantibus urbe
Civibus expellunt regique viriliter urbem
Restituunt, et ne Randulpho proditio sit
Impunis, vicos invadunt eius et usque
In nichilum redigunt pro tante motibus ire,
Nobile nec castrum Moritania, tam speciosum,
Tam premunitum murisque situque locali
Atque viris, vires ut nullius esse timendas* *nullius metuendas Diceret esse sibi *A. M*
Diceret[l] ipsa sibi, cavit commune periclum,
Funditus a fundo excisum et cum plebe sepultum,
Quique laborabant ipsam deffendere ab intus
Omnes a Francis[m] capti occisive[n] fuerunt.

a) iussit *A;* musset *corr. in err.* iniussit *M.*, iniussit *corr.* iussit *B 1*, *in marg.:* ? unxit (iniunxit? et unxit?); vinxit *B 2;* punxit *vel* inussit *corr. Barth.;* vinxit stigmate iugi, *in marg.:* iussu stigmate iungi *Ch.* b) turre *B 1.* c) Scaldi *Ch. Br.* d) trangr. *B 1.* e) *ita corr. Draeger. Librario oscitanti accidere potuit, ut* illi *supplendum esse putaret.* Que servisset illi et *A;* Que cum servisset illi et *B. ed. praeter M., qui corr.:* Fida cui postquam certis permanserat annis. *Fortasse scribendum:* Cui cum servisset *etc.* f) *deest B 2. ed.* g) nocte *A.* h) Moriana *A.* i) Hastutus *A.* k) Immo *B 2.* l) Duceret *M.; ita corr. etiam Barth.* m) Franci *A.* n) occisique *A. M.*

1) Cf. Ovid. Met. XI, 36: *longique ligones.* 2) Cf. Ovid. Met. XII, 109: *Moenia disieci.* 3) Cf. Verg. Aen. I, 12 sq. 4) i. e. etiam; cf. VIII, 480: *Que cum Guido diu tenuisset* etc. 5) Septem tantum diebus Flandrensibus subiectam fuisse Will. tradit supra, Cathal. materie libri IX, v. 12. 'Excusari tamen poterit: diebus nempe occupationis et amissionis demtis de novem remanent septem'. BARTH. 6) Mortagne (dép. Nord, arr. Valenciennes). 7) Cf. Gesta a. 1213, SS. R. Gall. XVII, p. 91 E: *Cui* (sc. Gaufrido Silvanectensi episcopo) *successit frater Garinus, cum esset frater professus Hospitalis Hierosolymitani, regis Philippi magnanimi specialis consiliarius effectus in aula regia propter prudentiam et incomparabilem consilii virtutem et alias animi dotes multiformes ita laudabiliter se habebat, quod quasi secundus a rege negotia regni inculpate tractaret;* et supra p. 307. 8) Verg. Aen. I, 101: *fortia corpora volvit;* Aen. XII, 900: *Qualia nunc hominum producit corpora tellus.* Vide etiam Phil. X, 728 sq.

Nunc[a] utinam[1], nunc Phebe velis Elyconidas omnes
Inspirare michi, spirans spiramine sacro,
Quicquid Cirreis sacri spiratur ab antris,
Quicquid Castaliis[2] potus hauritur ab undis!
O nunc Lucani ruat in me sive Maronis
Spiritus aut saltem Thebani vatis ymago!
Non ut Pythagore[b] vano phantasmate ludar,
Qui, sicut garrit, Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus[c] erat[3], dum credit ab uno
Corpore posse[d] animam transfundi[e] in corpora multa[f],
Verbo quam[g] solo terre* celique Creator[4] — * celi terreque *A.*
Infundendo creat Deus infunditque creando;
Sed tantum ut merear vestigia lambere[h] sola,
Unius similis in carmine factus eorum,
Ne sensus brevitate[5] mei preclara Philipi
Fama relentescat preconii effecta minoris.
Occupat ecce manum decimi[i] distinctio libri,
Qui geminos audet simul affectare[k] triumphos.
Et licet ad primum[6] trepidet, nec sufficiens sit,
Ut totum[6] capiat in se, vix ecce secundum[7]
Sustinet[8], undecimi consummet[l, 9] pagina libri:
Tam festinanter cupit* insudare Bovinis, — * sitit *A.*
Rex ubi bellorum summam conclusit[m] et hostes*
Marte triumphavit uno finaliter omnes. — * omnes Marte tr. u. fin. hostes *A.*
Quod quanto gravius tractari sentio, tanto
Sponte minus subeo, metuens succumbere moli,
Ni tua, Phebe, meos confortet gracia sensus.
Te scio, te solum novi penetrare superni
Posse patris solium; supera tu solus ab arce
Descendens gratis inspiras quicquid habetur
Pectoribus vatum per totum scibile mundum.

CATHALOGUS[n] MATERIE LIBRI DECIMI[o].

Vincitur in decimo rex Anglicus a Ludovico[p].
Transfretat ad Pictos, quibus auxiliantibus ipse
Robertum[q] bello iuvenem capit[r] insidioso.
Devastat patriam; veniente autem Ludovico[p],
Turpiter a Monachi confusus Rupe fugatur.
Agmina iam pugne componit et instruit Otho,
Nec minus et Francos parat hortaturque[s] Philipus.
Agmine confuso post Francos* advolat Otho, — * post regem cursitat *A.*
Rexque* intermisso sompno redit obvius illi. — * Rexque levi redit accursu festinus in illum *A.*

a) *e corr. B2.* b) Pitag. *A;* Pictag. *B2.* c) Euphoibus *A. B1;* Ephoribus *B2.* d) esse *A.* e) *ras., in marg.* transfundi *A.* f) multas *corr., ut videtur,* multa *B2.* g) quem *B.* h) labere *A.* i) *ita A;* libri distinctio noni *B1.* (noni *vel* novi) *B2;* libri distinctio deni *corr. Barth.* k) affectasce *B1;* affectasse *B2.* l) *ita recte A. B. Cf. X,* 349; cum surget *corr. Barth (Br.).* m) conclulerit (?) *A.* n) C. m. l. d. *litt. min. (non rubr.) in marg. B1;* Materia decimi libri *B2.* o) undecimi *corr.* decimi *B2.* p) Lod. *B2.* q) Rotbertum *A.* r) capit — veniente *des. A.* s) ort. *B2.*

1) Cf. Verg. Aen. VII, 641 sq.; Ovid. Fast. IV, 193 sq. 2) Cf. Phil. dedic. v. 3; Ovid. Am. I, 15, 35. 3) Ovid. Met. XV, 160:

Ipse ego, nam memini, Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram.

4) Ibid. v. 158—172; cf. 456: *inque ferinas Possumus ire domos pecudumque in pectora condi.* Cf. etiam Claud. De Rapt. Pros. I, 62. 5) Dionys. Cato Epigramm. IV, 1: *Miraris nudis versus me scribere verbis? Hos brevitas sensus fecit coniungere binos.* BARTH. 6) i. e. Ludovici triumphum; cf. X, 345—347; Gesta supra p. 306. 7) Philipi triumphum. 8) i. e. expectat. 9) Ludovici triumphum: apud Bovinas, ubi hostes 'marte triumphavit uno finaliter omnes', rex etiam primum i. e. Ludovici bellum consummavit.

EX LIBRO DECIMO.

Visere nunc diversa stude[1] castella vicissim 1214
Et patriam tutare tuam, dum magnus ad altum
Fulminat Escaldum genitor, dum subiugat hostes,
Dum procul extremis Flandrorum pugnat in horis[2],
Sicque manum properat suppremam apponere bello[3],
Ut vix preveniat eius tua palma triumphum.
Tam sibi continuis exultat Francia[4] palmis,
[Ut[*] vix a prima possit distare secunda]; [*] v. 347. deest A.
Ut qui duplicibus iustos[a] in fine revestit,
Vestra Deus gemino[*] consummet bella triumpho. [*] duplici A Cf. IX, 744.
. . . .
369 Iam super Escaldum tentoria reprobus Otho
Fixerat[5], et tantis Moritania sola catervis
Non poterat prestare sinum; properata remotis
Castra locis figunt, stipulis et carice tecta[6].
Pars solis solem ramalibus arcet et ymbrem,
Pars subeunt per rura casas, pulsisque colonis
Ad tempus dicunt in re sibi ius aliena,
Castrorum ritu sibi cuncta licere putantes.
Territat in primis nostri confinia regni
Othonis socer Henricus[7], cui mille catervas
Exhibet et plures Brabancio[†], sevior alter[8] [†] gl. po[pulus] B 1.
Quo nusquam est populus bello aut assuetior armis.
Excitat ex alia Lothoringos parte bilingues
Dux[9] suus, aurivolis replicantes[b] aera signis,
Qui, cum simplicibus soleant sermonibus uti[*†],
Non tamen in factis ita delirare videntur;
Quos inter Gallos et Theutonicos[c] speciosa[d]
Et fecunda magis tellus alit[e] ubere glebe[10],
Milibus a Mosa distans ubi Mosula paucis
Leucos[f, †] et Methes[g, ††] speciosis[*] irrigat undis[11] [†] gl. po[pulus] A; gl. Tullum B 1.
Ac Treverim[†], Vogesis[h] quam Riciovarus[i] ab horis, [††] gl po[pulus] 1. [*] fecundis A.
Presidis[†*, 12] officio fungens sub Maximiano, [†] gl. ci[vitatem] A. B 1.
Adveniens sanctos pro Christi lege peremit
Tot simul et mediis immersit fluctibus omnes,
Ut miraretur fieri se Mosula rubram,
Sanguine[13] sanctorum laticis variante colorem.
Dux[14] quoque Lemburgis[†] acies ciet Ardaniorum[††], [†] gl. patria est B 1. [††] gl. po[pulus] B 1.
Nec tamen ipsius Galeranus[15] filius ipso

*†) *Gl. in marg. B:* Sapientiores sunt in opere quam in[k] verbo.
†*) *Gl. in marg. B.* Hoc habetur in principio libri passionis beati Quintini et sanctorum Crisp. et Crispiniani, Fusciani et Gentiani martirum Domini.

a) victos *B.* b) replentes *M.* c) Theuotonicos *B* 2. d) spatiosa *M* e) ait *A.* f) Leupochos *A.* g) Meches *A.* h) Vogesi *M.* i) us *e corr. B* 1; Riciovarius *B* 2; Rectiovarus *A. M.* k) in *deest B* 2

1) Ludovicum, Philippi Augusti filium, alloquitur, qui Anglos apud Rupem Monachi fugaverat. 2) Ovid. Met. VI, 101: *extremas... oras;* Verg. Aen. VIII, 727: *extremique hominum Morini.* 3) Ovid. Rem. am. v. 114: *Supremam bellis imposuisse manum;* cf. Met. XIII, 403: *Imposita est sero tandem manus ultima bello.* 4) V. supra II, 16. 5) Nivellae erat rex d. Iul. 12, Valentianis Iul. 23. Cf. E. Winkelmann l. c. II, p. 370. 6) Ovid. Met. VIII, 630: *(domus) stipulis et canna tecta palustri.* 7) Dux Brabantiae, cuius filiam Mariam duxerat Otho; cf. Phil. IX, 203; Rein. Leod., SS. XVI, p. 671. 8) Cf. Verg. Aen. VII, 649: *quo pulchrior alter Non fuit.* 9) Theobaldus I. 10) Cf. Aen. IV, 37: *quos Africa terra . . . alit;* Ecl. III, 30: *binos alit ubere fetus;* Aen. I, 531; III, 164: *ubere glebae.* 11) Ovid. Met. XIV, 633: *fibras labentibus irrigat undis.* 12) Cf. Gesta Trev. c. 17, SS. VIII, p. 150. 13) Cf. Ovid. Ex Ponto IV, 7, 19. 20. 14) Henricus III. 15) Waleramus (IV), qui a. 1214. m. Maio in matrimonium duxerat Erminsindem, relictam Theobaldi comitis Barrensis, Lucemburgi heredem. Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 899; Rein. Leod., SS. XVI, p. 672.

1214 Cum patre dignatur Othonis fautor haberi,
Regis[†] amiciciam et Francorum perdere nolens. [†] *gl.* Phi[lipi] *B 1.*
Saxonesque suo furibundi cum duce tanto
Letius arma movent, quo dudum compatriota
Illorum fuerit et eisdem sanguine iunctus[1]
Nondum[a] rex, nondum[a] sublimis fascibus[b] Otho.
Corradum[c] comitem misit Tremonia[d, 2], cuius
Imperio Waphale parent regionis alumpni[3],
Et quos Ruma[†, 4] rigat piscoso flumine; tuque [†] *gl.* fl[uvi]us; Runa *in marg. B 1.*
Linquere Randerodas[†, 5] gaudes, Guerarde[e], paternas, [†] *gl.* ci[vitatem] *B 1.*
Francigenum ut bello possis sentire rigorem.
Nec minus Otho comes venit de Tinqueneburco[f, 6],
Et comitem quem Theutonici dixere Pilosum[7],
Ut iuvet Othonem, regio Traiectica[g *†] misit,
Mosa[†] ubi, maiori collapsus flumine[††], nomen [†] *gl.* fl[uvi]us *B 1.* [††] *gl.* Reno *B 1.*
Non tamen amittit, sed Renum nominis audens
Dimidio privare sui Remosa[h] vocatur.
Nemurcique[i †] comes, primeva etate Philipus[8], [†] *gl.* castr[um] *B 1.*
Cognatus[*] regis, regem tamen[k] inpetit armis, [*] Regis cognatus *A.*
Parte licet Petrus[9] pater ipsius esset ab ista,
Altisiodori[l] dudum comes atque Niverni[*],
Constantinopolis qui post ad sceptra vocatus,
Imperiale manu[m] pape diadema recepit;
Sed non prevaluit[n] sacro residere curuli,
Durachii captus a principe Cumaniorum[*, 10]. [*] Cominioto *A.*
Ast Hugo tibi, Bolonide, iunctissimus heret[11],
Qui Bobis[o] fuerat dominari natus, at idem
Maluit et regis inimicus et exul haberi,
Civili quam pace frui regique subesse;
Cuius[**] germanam faciens tibi collateralem
[Participemque thori, meretricis captus amore],
Circumducebas bellorum[*] tempore[p] in ipso, [*] illustris (famosus *M*) leno sororem *A. M.*
Que generosa nimis, soldaria facta, relicto
Coniuge, castra suo privabat significato[q, 12].
Regis et Anglorum frater, Saleberia cuius
Se gaudet ditione regi, decies triplicata
Copulat anguigene[r, 13] secum tibi[s] milia gentis,
Quorum tu numero temere confisus et umbra
Audes Othoni indignam promittere palmam.

*†) *Gl. in marg. B:* Traietum (Traieticum *B 2*) est civitas ubi Mosa et Renus confluunt.
*) *In cod. A et ed. M. sequitur versus:* Regalique gradu[14] distans a stirpe (rege *M.*) secundo.
**) Prostituensque suam bellorum tempore in ipso, *deest v.* 427, *A. M.*

a) Nundum *B.* b) facibus *B 1.* c) Conradum *B.* *Cf. XI,* 517; Conrardum *M.* d) Cremonia *M.* e) Gerarde *B 2.* f) Thing. *B 2.* g) Traiecio, *sed hn. perducta del., in marg.* Traiectica *B 1.* h) rimosa *B;* Rhemosa *M.* i) Nemuricique *B 2.* k) *deest A;* nunc *M.* l) Altisissiodori *A;* Althisiodori *B 2; recte M.* m) manus *B, in marg.* manu *B 1.* n) pervaluit *A.* o) Bobiis *A;* Bobiae fuerat ditioni *M.* p) in tempore ipso *B 1 corr. B 2.* q) sig[3]cato *A;* significatu *corr. Br.* r) *ita B;* angrigene *A;* Angligenae *M.* s) ter *Ch. Br.*

1) Ovid. Met. IX, 497: *iunctam sibi sanguine.* 2) Dortmund. 3) Cf. Verg. Aen. VI, 595: *Tityon Terrae omniparentis alumnum.* 4) Barth. optime correxit Rura *(Ruhr).* 5) Randerath, in Rhenensi Prussia, apud Geilenkirchen. 6) Teklenburg. 7) Cf. XI, 517; XII, 155. Comitem hunc Pilosum Albricus confundit cum Othone Teklenburgensi (cf. Scheffer-Boichorst, SS. XXIII, p. 901 n. 86), Brial cum Willelmo Hollandiae comite. Recte Barthius unum ex iis ita dictum esse censet, qui Germanice 'Raugrafen' appellantur. 8) *Philippus dictus de Labra, comes Namucensis* (1217—1226) *titulis militie famosissimus.* Albrici chron. a. 1217, SS. XXIII, p. 906. 9) Cf. Albrici chron. a. 1217, SS. XXIII, p. 906. 10) Theodorus Angelus Comnenes. 11) Gualth. Alex. II, 436: *lateri iunctissimus heret.* 12) 'Ut iam castra casta non essent'. BARTH. Cf. Gualth. Alex. V, 407: *Castraque castratis et multa pellice plena.* 13) Ita Anglos nominat Britto, fortasse respiciens illud poetae (Met. III, 531): *Quis furor, anguigenae, proles Mavortia, vestras Attonuit mentes? Pentheus ait.* 14) Nepos Ludovici VI. regis.

Et quis[a] sub numero comprendere[1] possit Yprei 1214.
Agminis examen, acierum multiplicata
Milia, que portis vomuit[b] Gandavus apertis[2];
Belga quot et rabies Bloetina, quot Insula turmas
Mittat, Ysangrinusque furor, Gravelinga[c] quot addat
Agmina cum Furnis, quot Brugia milibus agros
Contegat armatis, aut Audenarda, propinquo
Viribus atque fide Cortraio[d] consociata;
Quos equitum cetus per vicos perque casellas
Collectos armet in dampnum Flandria regis,
Corde tenens memori, quales exsolverit anno
Preterito penas, quantas perpessa sit ipsa
Iacturas tunc pro meritis a rege Philipo,
Quando Ferrandus nummos* suscepit[e] ab Anglis, * solidos *A.*
Quos male nunc vertit[3]; nec adhuc se pena cohercet,
Illum nausifico crucians pedoris odore[4].
Hos multosque alios, quos enumerare morosum est[5],
Auxilium comiti Ferrando Flandria donat,
Ut solus regi videatur posse suisque
Secure[f] conferre manum, tot milibus illum
Preterit. At[g] cause merito confisa Deoque
Non curat numerum Francorum vivida virtus[6].
Quos inter Barrensis[7] erat non ultimus, unus
Multorum supplens defectum viribus, et cum*
Gerardo Scropha[h] Malevicinus Petrus ille,
Ut petra qui firmus verbo se firmat et actu.
Nec te, Rupensis[8] Guido, nec Montinianum[9]
Galonem taceam, qui, mente immobilis ut mons,
Vexillum regale die portavit in illo.
Hugo Marolides[†][10] cum fratre Iohanne Petrusque, †*gl.* [M]aruel *B*1.
Reminii[i, 11] rector pagi cum pene[k] ducentis
Militibus, quales Campanicus educat axis,
Efficiunt animis scalam concorditer unam.
Preclarique viri tecum de Monte-Morenci[l],
Quos[m] eduxisti*, Mathee, comesque Iohannes * emisisti *A.*
Bellimontensis et Sacrocesaris[12] ortum
Et *cognomen habens Stephanus, vir nomine clarus, * Cognomenque trahens *A*; Agnomenque trahit *M.*
Seque gradu generis referens* a rege secundum, * numerans *A*
Et dominans Harmis[n, 13] Michael Hugoque Malaunus[o]
Post[14] Campanenses acie glomerantur in una.
At Robertigena[p] senior Robertus in Anglos
Quotquot habere potest equites* agit, utpote cuius * acies *A*

*) qui
Sus appellari reputat non turpe Girardus,
Et (Ut *A*) Petrus (petras *A*) Malevicinus, vir fortis et audax *A. M.*

a) Ecquis *M.* b) monuit *corr.* vomuit *B*2. c) Gravelim grossa quot addat *A.* d) Cortreio *B. ed. Cf. IX*, 580; Cortraco *M.* e) sucepit *B*2. f) Securi *A.* g) ac *B.* h) Sorophа *B*2. *Cf. XI*, 387. i) Remurii *M.* k) mille *M.* l) monte Moretum *A.* m) Mathaee educti *M.* n) Harnus *B*2; Harnis *M. Ch. Cf. XI*, 305. o) Malannus *sed corr. B*1. p) Rotbert. *A*; et *add. Br.*

1) Verg. Georg. II, 104: *neque enim numero comprendere refert;* Ovid. Ars amat. II, 447; III, 151. 2) Ovid. Met. IV, 439: *et apertas undique portas Urbs habet.* 3) Cf. Phil. IX, 410. 4) De carcere dicit post pugnam Bovinensem. BARTH. 5) Cf. Ovid. Met. I, 214: *Longa mora est . . . enumerare.* 6) Verg. Aen. V, 754: *Exigui numero, sed bello vivida virtus.* 7) Guillelmus de Barris, ‘flos militum’; cf. Gesta supra p. 308. 8) La Roche-Guyon (dép. Seine et Oise). 9) Montigni-le-Roi (dép. Seine et Oise, commune de Champagne). 10) Mareuil (dép. Cher). 11) Remi, in Belvacensi pago; illius pronepos fuit celeberrimus Philippus de Bellomquerio, auctor libri, cui titulus: ‘les Coutumes de Beauvoisis’ 12) Sancerre (dép. Cher). 13) Harnes (dép. Pas-de-Calais). 14) Cf. Verg. Aen. VII, 655.

1214.

Filius in vinclis angustabatur eorum,
Quem Belvacensis comitatur[*] episcopus, eius
[*] Cui Belvacensis[a] comes heret[b] episc. *A. M.*
Frater, et amborum regali a stirpe nepotes,
Lauduni[c] presul[1] et quem Castellio[2] nuper[*],
[*] condam *A.*
Nunc vero Sancti Pauli comitatus honorat,
Gaucherus[d. 3], quo nemo alius laudatior armis.
Pontivii[e. 4] comitem comitantur in arma Poheri[f],
Qui generosus avis longe generosior alti[5]
Sanguinis existit uxore, sorore Philipi
Magnanimi, regis Ricardi[g] que fuit uxor,
Quam fratri intactam[h] Ricardus[i] reddidit olim,
Navarie[k] regis ut[*] filia nuberet illi[6].
[*] cum *A. M.*
Hinc[l] Sancti[*] Thomas Galerici[7] nobilis heres[m],
[*] Thomas Sancti *A. M*
Gamachiis[8] dominans vicosque et plurima sub se
Castra tenens, clarus dominatu, clarior[n] ortu,
Quinquaginta parat equites in bella, clientes
Mille bis[o] audaces animis et robore fortes.
Roboreus[9] vero cum Thoma fratre Iohannes
In[*] scala regis regi lateraliter herent
[*] *v.* 496. *post* 497. *A. M.*
Et Longi Stephanus Campi dominator et illi[p]
Septuaginta equites, regio[q] quos Neustrica[r] misit,
Neustria[*10] fida satis, imo fidissima regi,
Parcere mordaci si[*] lingue vellet in illum.
[*] lingue si *A.*
Hinc fremitu maiore trahit Burgundicus[*] Odo[s]
[*] dux Allobrogensis *A*; Huic dux Allobrogum fr. m. ministrat *M*
Belligeros in bella viros, Burgundia quales
Nature dono producere[11] novit alumpnos.
Cuius virtutis tremor et reverentia fame[12]
Crescit in inmensum[13] longe per regna, quod ipse
Absens distringit et solo nomine terret[14]
Trans Ararim populos, quos flumen[t] Dubis[u] oberrat,
Et[*] que trans Rodanum regio iacet usque Viennam[†],
[*] *v.* 508 *post v.* 510. *A. M*
[†] *gl.* ci[vitatem] *B* 1.
Et Pontarlicios[v. 15], abies quos plurima ditat,
Fauce iugi[†] positos, ubi Dubis[w] suscipit[x] ortum,
[†] *gl.* silva est quedam scopulosa *B* 1.
Atque Salinenses[16] angusta in valle sedentes,
Defecata[†] quibus flammarum ardore ministrat
[†] *gl.* depurata *B* 1.
Limpha[†] salem, puteis, mirabile, tracta duobus,
[†] *gl.* aqua *B* 1.
Unde Bisuntina[†] sua condit edulia vallis;
[†] *gl.* Bisuntinum est civitas metropolis Burcund. *B.*
Lingones[†] et Vogesos[†] tangens Alemannia[††] fines
[†] *gl.* po[pulus] *B* 1.
[††] *gl.* regio *B* 1.
Totaque terra patens a Francis usque sub Alpes,
Et regio, dorsis que monticulosa iugosis,
Fruge[y] tamen multa, dapibus bachoque[z. *] redundans,
[*] vinoque *A. M.*

*) Corde manuque satis ipsi fidissima regi *A*; Corde manuque simul semper fidissima regi *M.*

a) Belvacorum *M.* b) habetur *A. Cf. v.* 496. c) Laudum *in err. corr.* Laudani *M.* d) Gauscherus *A. M.* e) Pontumii *A. B* 2; Pontinii *M.* f) ph'i *A. Cf. XI*, 346. g) *ita hoc loco etiam B* 2. h) vita certam *A.* i) Richardus *B constanter.* k) Navari *M.* l) Et *M. Cf. Verg. Aen. VII*, 723. m) heros *M.* n) clariore *M.* o) bene *M* p) alti *M.* q) illi quos Neustria *Ch.*; regio quos Neustria *M.* r) Neustria *corr.* Neustrica *B* 2. s) Oldo *B* 2. t) flumine *A*; flumen quos *M.* u) Dub' *B.* v) Pontarlicio *A*; Pontaricios *M.* w) Duber *B.* x) sucipit *B* 2. y) *v.* 518–560. *des. B* 2 *(ubi ⁜ in marg. lacunam indicare videtur). P. Barth.* z) baccoque *B* 1.

1) Robertus a Castellione. 2) Châtillon-sur-Marne. 3) Cf. Delisle, 'Catal.' p. 598. 4) Le Ponthieu, cuius tunc comes erat Guillelmus III. Cf. XI, 346; Delisle nr. 2098. 5) Cf. supra IX, 261. 6) Cf. supra IV, 126 sq. 7) Saint-Valéry-sur-Somme. 8) Gamaches (dép. Somme). 9) Iohannes de Roboreto (Rouvrai), dominus illius loci, quo nunc nemus de Boulogne prope Parisios. 10) Normannia. 11) Cf. Phil. IX, 713. 12) Ovid. Met. VII, 146; IX, 555: *reverentia famae.* 13) Ovid. Met. IV, 660: *Crevit in immensum* (Atlas). 14) Cf. Ovid. Met. IX, 440: *Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.* 15) Pontarlier (dép. Jura). 16) Salins (dép. Jura).

Urbibus egregiis ambit vicisque Lemannum[a, †], — † *gl.* lacus est maximus *B*1. 1214.
Impete[b] quem Rodanus vasto[1] preterfluit[c], et* dum
Ipse laci medio fluvius triginta rapit se
Leugarum spatio, vallatur utrinque lacu sic,
Quod stans unda laci fluvio non obstat eunti,
Nec violente[d] lacum fluvius rapit impete stantem,
Sed neque vel lacui coit amnis vel lacus amni[e].
Haud secus Alpheos fugiens[f] Arethusa[2] furores,
Litore ab Eleo litus fluit usque Sicanum,
Quo rursum emergens, dulci rigat arva fluento
Sicilie specieque iuvat fructuque colonos,
Labentique suo tam longa per equora rivo
Doris[3] amara suam non intermiscuit undam,
Nec vim dulcis aque salis* immutavit amaror[g]. — * maris *A. M.*
  Dux igitur nimio* belli percussus amore[4], — * belli nimio fervore calescens *A. M.*
Hiis breviter regem verbis adit[5]: 'Hac vice saltem
Usque laboremus hostes attingere nostros,
Nam licet a patria grave sit tam sepe venire,
Plus tamen in patriam sine marte redire gravamur'.
  Et[h] quid Galterum[6] iuvenem, quid Bartholomeum[7],
Quid Garlandensem Guillelmum[i], Musa, tacemus?
An quoniam cum rege domi belloque morantur,
Et rex raro solet illis sine pergere quoquam?
Quod cuncti* norunt memorare superflua res est. — * cunctis lucet (licet *A*) mem. *A. M.*
Hii siquidem reliquis* regi socialius assunt — * regi reliquis *A. M*
Consilioque iuvant et bellatoribus ipsum,
Quotquot habere suos ad sumptus cuique dabatur.
  Interea comitissa senex[8], que Portigalensis
Filia regis, ob hoc solum regina vocata est,
Ferrandique* erat ipsa quidem germana parentis[9], — * Ferrandique quidem fuerat germana *A. Alium versum substituit M*
Hesperidum ritu** cupiens ventura doceri, — ** cupiens ritu *A. M.*
Sortilegos nobis ignota consulit arte.
Nec tamen ipsa, reor, erat inscia prestigiorum,
Que solet Hispanos presaga Tholeta[10] docere.
Sortibus ergo datis tali problemate falli
Digna fuit, vero[l] equivoca sub voce latente[m]:

*) inter
Lausanam et summo pendentes colle Gebennas[11],
Dumque laci medio triginta precipitat se
Leugarum *A. Ita quoque erat in cod., quo usus est de Meyere, qui corr.:*
. . . . . . inter
Lausanam et summo pendentes colle Gebennas.
Utque laci medio triginta perpete cursu
Milia perfecit . . .

a) Levianum *in err. corr. M.* b) Impetu *corr.* Impete *M.* c) prefluit *A;* interfluit *M.* d) Nec secum ipse *Ch. Br.; M. corr.:* Nec rapiat violenta lacum fluvii impete stantem. e) anni *B*1. f) *deest A.* g) amara *M.;* amator *B*1. h) Sed *M.* i) Wll'm *A;* Guill'm *B*1. k) verum *A.* l) latenti *Ch.*

1) Ovid. Met. III, 79: *Impete nunc vasto . . . fertur;* cf. Met. VIII, 359. 2) Ovid. Met. V, 572—641; Verg. Aen. 694—696. 3) Verg. Ecl. X, 4. 5:
Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos
Doris amara suam non intermisceat undam.
4) Verg. Aen. IX, 197: *magno laudum percussus amore.* 5) Cf. Verg. Aen. X, 149: *regem adit.* 6) de Nemosio (Nemours). 7) de Roia. 8) Mathildis († 1218), filia Alphonsi I. regis Portugaliae, quae comiti Flandrensi Philippo († 1191) nupserat. Cf. IX, 250. 9) i. e. matertera ipsius Ferrandi. Soror enim erat Sanctii I. regis († 1212) 10) Helinandi Sermo XV, Migne, Patrol. tom. CCXII, 603: *Ecce querunt clerici Parisiis artes liberales, Aurelianis auctores, Bononie codices, Salerni pyxides, Toleti demones, et nusquam mores.* Cf. etiam quae Albricus narrat de nigromantico quodam Toletano, SS. XXIII, p. 932. 11) Cf. Lig. V, 308: *Scilicet ut geminas illis in finibus urbes, Lausannam gelidaque sitas in rupe Gebennas Bertoldus regeret;* Luc. Phars. I, 434: *pendentes rupe Gebennas.*

1214.

'Rex, ab equo multa iuvenum vi[1] stratus, equorum
Tundetur pedibus, nec eum continget humari†, — † *gl.* q. d.: carebit sepultura *B* 1.
Altisonoque comes plausu post prelia, curru
Vectus, Parisiis a civibus excipietur'.
Hinc magis audacter Ferrandus in arma furebat,
Non intellecto gaudens enigmate sortis
Ambigue[a] vana cupidam[b] spe fallere mentem,
Ne solus duplici* fallatur Apolline Cresus[2]'. — * *Cf. v.* 568. *cod. A*
Dehinc* Otho comites Ferrandum Boloniumque — *Tunc Otho reprobus Ferr. *A*, Tunc Otho Teutonicus Fern. *M.*
Secreto alloquitur et eis sua vota revelat,
Maioresque* duces verbo non privat eodem[3]: — * Nec verbi exortes alios facit esse quirites *A. M.*
'Si* solus rex Francorum non esset, ab hoste — * Si rex Fr. solus *A*, Quod nisi Fr. solus rex *M.*
Quolibet in mundo tuti possemus haberi
Et* totum gladiis[c] mundum supponere nostris;
Quo solo contra[d] nos impendente favorem
Et cleri causam propriam quasi semper habente,
Nos ita presumit anathemate papa ferire
Atque fide nostros* proceres absolvere nostra, — *nostra pr. abs. nostros *A. M.*
Qui* dum Sicanio se regi[4] prestat amicum, — * Qui solus regi Siculo prestando iuvamen *A. M.*
Audet in imperium vires extendere[5] nostrum,
Qui genus in nostrum semper grassatur, et ipsum,
Qui tam largus opes pluit et donaria nobis,
Regem presumit exheredare Iohannem.
Huic igitur soli conatu insistere toto
Expedit, hic solus primo occidatur oportet,
Qui solus nostros provectus[e] impedit et se
Opponit nobis omnique fit hostis† in hoste. — † *gl.* nobis *B* 1.
Quo mox extincto, reliquos vincire potestis
Ad libitum, regnumque iugo supponere[6] nostro[f],
Et sic partiri nobis[g], quod tu, Reginalde,
Apropries tibi cum tota Viromanne Peronam;
Parisius[h], Ferrande, tibi concedimus; Hugo
Belvacum, Drocas[7] habeat Salebericus heros;
Castrum Nantonis[8] Gastinetumque[9] Girardus[10];
Cum Vulcassino[11] Corradus[i, 12] habeto Medontam[k, 13];
Et reliqui proceres habeant quod quilibet optat.
Nemo ex hoc numero michi non donatus abibit[14].
At Senones[l] et terra ferax a flumine Ytumna*[15] — * [Y]cauna *A. M.*
Usque locum, quo Sequanio Lupa[16] confluit amni[m],
Et que Moretum[17] Montemque interiacet Argi[18],

*) *Pro v.* 568. *A:* Cresus perdet Alun (*l.:* Alim) transgressus maxima regna[19] *(deest M). Hunc versum, qui etiam legitur in Gestis, cf. supra p.* 317, *primo post v.* 562. *positum vel ad illum versum interpretandum in margine adscriptum fuisse apparet.*

a) *pergit B* 2. b) cupido *M.* c) m. gl. *B* 2. *ed.* d) circa nos impediente *M.* e) profectus *M.* f) vestro *A. ed. praeter Ch.* g) vobis *M.* h) Parisium *B. ed. praeter M., qui corr.* Parisios. i) Coradus *B* 2. k) Medun- tam *B* 2; Thedontam *M.* l) Senores *A.* m) anni *B.*

1) Verg. Aen. I, 271: *multa vi;* cf. Georg. IV, 450. 2) Cf. gl. ad v. 568; Gesta supra p. 317; Gualth. Alex. II, 529: *ambiguo deceptus Apolline Cresus.* 3) Cf. 'SB. d. phil.-hist. Kl. d. Bair. Akad. d. Wissensch.' 1876, p. 661 sq.; et E. Winkelmann l. l. II, p. 295. 4) Frederico II. 5) Verg. Aen. VI, 806 (cod. PRcm, cf. Ribb.): *virtute extendere vires.* 6) Cf. Ovid. Met. VII, 118: *Suppositosque iugo.* 7) Dreux (dép. Eure et Loir). 8) Châteaulandon (dép. Seine et Marne). 9) Le Gâtinais. 10) Randerodensis. 11) Le Vexin. 12) De Tremonia. 13) Mante (dép. Seine et Oise). 14) Verg. Aen. V, 305: *Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.* 15) l'Yonne. 16) Le Loing. 17) Moret (dép. Seine et Marne). 18) Montargis (dép. Loiret). 19) Cf. Cic. de Div. II, 56, 115: *Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.*

Herveo comiti[1] volo dimittatur habenda, 1214.
Quam preconcessit[a] iam noster avunculus† illi*. †*gl.* Iohannes rex *B1.*
Clerum autem et monachos, quos sic exaltat amatque,
Protegit et vigili deffendit corde Philipus,
Aut occidamus aut deportemus† oportet, †*gl.* exulemus *B1.*
Sic tamen, ut pauci maneant, quibus arcta facultas
Sit satis, oblata tantummodo qui stipe vivant.
Villas et decimas maiores miles habeto[2],
Et quibus[3] est cure res publica, qui populos, qui
Pugnando** faciunt in pace quiescere clerum.
Illo quippe die, quo me diademate primum
Reddidit insignem patrum Pater imperiali,
Hanc promulgavi legem, in scriptisque redactam
Iussi per totum servari firmiter orbem:
Ecclesie decimas[3] oblataque munera tantum
Possideant, villas nobis et[b] predia linquant,
Vivat ut hinc[c] populus, habeatque stipendia miles.
Nunc, quia lege michi clerus[d] non paret in ista,
Nonne gravare manum, numquid non debeo magnas
Cum villis decimas illis[e] auferre licenter?
Numquid* non possum legem superaddere legi **ante v. 615. in A. M. leguntur v. 620. 619.*
Tudite Karoli, villas qui noluit illis
Tollere? Si decimas ipsis tulit ille, michi non
Villas cum decimis auferre licebit eisdem,
Condere[4] qui possum leges et iura novare[5],
Imperium solus teneo qui totius orbis?
Nonne licet nobis* hac clerum lege ligare, *clerum nobis hac lege *A. M*
Rebus ut oblatis contenti primitiisque[6]
Iam discant humiles magis esse minusque superbi[7]?
Quam satius, quam commodius, me iura novante[5],
Impiger[8] hec tam culta novalia miles habebit
Et villas tot deliciis opibusque fluentes,
Quam genus hoc pigrum[9], fruges consumere natum[10],
Ocia[f] quod ducit, tecto[g] quod[h] marcet et umbra[9],
Qui frustra vivunt, quorum labor omnis in hoc est,
Ut Bacho Venerique vacent[11], quibus inflat obesis[i]
Crapula colla thoris[k] oneratque abdomine[12] ventres[l].
Unde ego, quam[m] primum predicta in lege rebellis
Papa[n] fuit nobis[13], Montem-Flasconis[14] Aquamque
Pendentem[15], Bitral[o.16], Radichofonis[17] ardua, Sancti
Quiriaci[18] castrum, Bisterbica[p.19] menia, Bicum[q.20],

*) *A add.:* Cum promissa suo fuit eius filia nato.
M. corr.: Natam rite suam nato cum diceret eius.
**) Pro deffendenda patria pugnando laborant *A.*
(*M. corr.:* quique pericla,
Fortiter imperium ut defendant, nulla recusant).

a) cū promisit *in err. corr.* compromisit *M.* b) in *A;* et predia *etiam M.* c) hic *M.* d) clere *B1 (ubi tamen calce us add.). B2.* e) illi *B2.* f) Occia *B.* g) lecto *Iuvenal. Sat. VII,* 105; *Ovid. Ars amator. III,* 342. h) quo *B2. Ch.* i) obesa *M.* k) thoros *M.* l) venter *M.* m) cum *M.* n) Pappa *A.* o) Bituri *M.* p) ster *e corr. B2.* q) Biccum *B.*

1) Nivernensi. 2) Cf. infra v. 625. 3) Cf. Lig. III, 277 sq. 4) Cf. Lig. VIII, 468 sq. 5) Cf. Ovid. Met. IV, 279: *naturae iure novato.* 6) Cf. Lig. III, 279 sq. 7) Ibid. III, 285. 8) Verg. Ecl. I, 70: *Impius haec tam culta novalia miles habebit.* 9) Iuvenal. Sat. VII, 105: *Sed genus ignavum, quod lecto gaudet et umbra;* Ovid. Ars amator. III, 542: *Contempto colitur lectus et umbra foro.* 10) Hor. Epist. I, 2, 27: *et fruges consumere nati.* 11) Gualth. Alex. I, 167: *Si Bacho Venerique vacas;* Claud., In nupt. Hon. 54: *Luxuriae Venerique vacat.* 12) Iuvenal. Sat. II, 86: *Atque bonam tenerae placant abdomine porcae . . . diem;* IV, 107: *Montani quoque venter adest abdomine tardus;* Auson. Idyll. X, 105: *opimatoque fluens abdomine venter.* 13) Cf. supra VIII, 924 sq. 14) Montefiascone. 15) Acquapendente. 16) Vetralla. 17) Radicofani. 18) San-Quirico inter Montepulciano et Montalcino. 19) Viterbo, sed haec urbs non expugnata erat ab Ottone. 20) Vico; cf. Winkelmann l. l. p. 240.

1214.

Vicosque innumeros castellaque plurima, dives
Roma quibus circumvallatur, protinus[a] ipsi
Fortior eripui, multoque potentior armis,
Ipso que teneo nolente diuque tenebo,
Quamvis imperium michi supplantare laboret,
Presumens nostrum promittere ius Frederico.
Sed mora consilii non est modo libera nobis.
Ecce Bovinarum pontem post terga reliquit
Francigenum ductor, hodie sua castra sub urbe
Tornaco figet, Scaldi*,† prope[b] fluminis undas;
(* Scauri *A.* † Scaldi vel Scauri *in marg. B*1.)
Et licet illorum numerus, qui baiulat arma,
Militie vix* esse queat pars tercia nostre,
(* pars esse queat vix *A. M.*)
Ecce ad nos veniunt, ut[c] nobis congrediantur,
Ecce nec expectant, ut nos vadamus ad illos:
Tantum habet ille animi, tanta est presumptio Franci
Militis, ut nullum dubitet temptare periclum[1].
Quod dicunt, quod agunt, exploratoris ab ore
Veridici totum mox nostre infunditur auri.
Ignorant, ut credo, quot agmina nostra sequantur
Signiferi, nostre quam fortia corpora[2] gentis,
Qui comites, qui quotve[d] duces, quis Theutonicorum
Sit furor[3] in bello, quo turbine* torqueat[4] ensem[e],
(* fulmine *A. M.*)
Corpora quam rigido ferrata bipertiat ictu.
Sed veniant, ut eos hec omnia re doceamus[f],
Parisio nec sit pudor a Saxone[g] doceri'.
Dixerat; at[h] proceres uno concorditer ore
Sic fore promittunt[i] iurantque fideliter omnes,
Observaturos se quicquid dixerat Otho.
Utque cavere magis queat unusquisque periclum,
Ut certo socium signo discernat ab hoste,
Confestim* per terga cruces et pectora ponit
(* Certatim *A. M.*)
Quisque sibi, peditesque[k] manus famulique minores
Funiculis, laqueis onerantur[l] sive capistris,
Quo facile iniciant victis* iam vincula[5] Francis,
(* iam victis *A. M.*)
Quos in congressu[m] primo[6] vincire putabant.
Certificavit enim regem super omnibus istis
Haud[n] dubie fidei vir* quidam religiosus
(* quidam vir *A. M.*)
Illa nocte, diem que* belli preveniebat,
(* belli que *A;* pugnae quae *M.*)
In castra occulte Lovannorum a duce[7] missus,
Qui licet Othonis socer esset homoque fidelis,
Nuper erat tamen uxor ei data filia regis;
Et[o] quam[p] condensis via sit perplexa[8] salictis,
Quam limosa palus, quam carice iuncus acuta
Impediat medios Moritana in rura meatus,
Edocuit, quam vix equus[q] aut rota transeat illac.
Consilium rex ergo novat, paucisque novatum
Detegit, Otho iterum ne se scire omnia iactet.
Tunc ait: 'Ista nimis via perniciosa quadrigis

a) propt. *B*1. b) spe flum. *A;* Scaldis prope fl. *M.* c) ubi *A.* d) totve *B. ed. praeter M.* e) ense *A. Recte M.* f) doceantur *A.* g) Sauxone *B*1; Saxcone *B*2. h) et *M.* i) promittit *A.* k) *ita recte* (manus = *acc. graec.*) *A. B;* peditisque *Br.;* peditumque *M.* l) honantur *A.* m) *ita A. M. B*1; egressu *B*2. - *Barth (Br.) corr.:* Aggressu quos in primo. n) Haut *B*2. o) Hic *M.* p) quem condempsis *A.* q) equs *B*2.

1) Verg. Aen. XI, 505: *temptare pericula belli;* cf. Gualth. Alex. II, 385 sq. 2) Verg. Aen. I, 111: *fortia corpora;* cf. VIII, 539. 3) Cf. supra IX, 62, p. 339. 4) Verg. Aen. XI, 284: *quo turbine torqueat hastam.* 5) Cf. Verg. Ecl. VI, 19: *iniciunt ipsis ex vincula sertis.* 6) Cf Ovid. Met. VII, 501: *congressus primi.* 7) Cf. v. 378. 8) Cf. Verg. Aen. IX, 391: *perplexum iter . . . fallacis silvae.*

Esse potest et equis, sed eis[a] sine quis velit ire 1214.
Aut pugnare pedes? A nobis* sit[b] procul istud! *Francis *A M.*
Theutonici pugnent pedites: tu, Gallice, pugna
Semper eques! Retro vertamus signa, Bovinas[c]
Pretereamus, item Cameraci plana petamus[d],
Hostes unde gradu facili possimus* adire! *valeamus *A.*
Absit enim, ut videam natalia rura, priusquam
Me duce Francus ovans Othonis dicta refellat[1],
Verius ut doceat Saxonem Parisianus,
Quem Saxo iactat a se debere doceri!
Et tibi, dux Odo[e], quereris qui sepe venire[2],
Terminet una dies Franco victore laborem'!
Dixit, et audita velli tentoria missa
Imperat[3] et gelido sub mane redire Bovinas[f].
Cur ita te iactas, Otho, cur ensibus enses
Theutonicos Francis frustra preferre laboras?
Francorum rubuit gladiis Saxonia dudum,
Cum meritas[g] subiit* Karolo[4] sub vindice penas[5], *solvit *A. M.*
Qui nullum superesse marem permisit in illa,
Illius gladio qui corpore longior esset.
Vix e conspectu Tornaci se tulerat rex,
Cum suus Othonem petit explorator[6] et illi
Intimat* attonitum[h] nimio terrore Philipum, *Nuntiat *A.*
Francigenasque suos fugiendo redire Peronam,
Deceptusque suum dominum decepit. At ille
Frustra concipiens animoso gaudia corde,
Arma rapit portasque furens post terga relinquit[7],
Totus et egrediens exercitus undique densis
More locustarum legionibus occulit agros.
Non ramis perplexa virentis silva salicti,
Non iuncosa palus[8], cecis[i] obsessa lacunis*, *cavernis *A. M.*
Non limo tellus, carecto et glutine sordens,
Tardat eos; metuunt, ne Franci transierint iam,
Antea quam possint* illos attingere, pontem, *regem possint (*deest* illos) *A. M*
Inque vicem hortantur calcaribus acriter* uti, *acrius *A. M.*
Ut magis accelerent, indiscretique propinquum
Non metuunt casum et merito labuntur in ipsum.
Quo ruitis, peritura manus[9]? Male prelia tractat
Impetus[10]. An regem sic vertere terga putatis[9],
Quin vobis ausit versa concurrere fronte?
Non decet, ut terror vester deterreat[k] illum,
Non decet, ut propter vos aufugisse putetur,
Qui solum hoc[9] optat, ut, vobis forte repertis,
In plano plane bello confligat aperto,
Inque brevi id *vobis nuda ratione patebit. *vobis nuda id[l] *A.*

a) equis *M.* — eis sive *B2.* b) sic *A.* c) Deovinas *B2.* d) putamus *corr.* petamus *B2.* e) Oldo *A. M.* f) *in marg.* Ausī *B1.* g) meritis *B2.* h) athonitum *A*; aton. *B.* i) cetis *B1.* k) deereat *A.* l) *M. corr.:* Idque brevi vobis clara ratione patebit.

1) Verg. Aen. IV, 380: *neque dicta refello.* 2) Cf. supra v. 536 sq. 3) Gualth. Alex. VII, 537: *Ergo avidus pugne tentoria vellere Magnus Imperat;* Alex. III, 541: *velli tentoria . . . iubet.* 4) Magno imperatore. Haec de Karolo Magno referuntur a Monacho Sangallensi, SS. II, p. 755. 5) Ovid. Met. VIII, 689: *meritasque luet vicinia poenas;* cf. Gualth. Alex. VIII, 169. 6) Ad v. 705—720. cf. Gualth. Alex. II, 372—380; Pannenborg, 'Zur Kritik der Philipis' p. 18. 7) Ovid. Met. II, 603: *Arma adsueta rapit;* Met. II, 187: *multum coeli post terga relictum.* 8) Cf. Ovid. Met. VIII, 335—337. 9) Gualth. Alex. II, 381: *Quo ruitis, peritura manus? iuvenemne putatis Invictum fugere hunc, qui, ne fugiatis inertes, Hoc solum metuit?* Cf. Ovid. Fast. II, 225: *Quo ruitis, generosa domus? male creditis hosti;* Met. IX, 428: *Quo ruitis?* 10) Stat. Theb. X, 706 (Alex. V, 215): *male cuncta ministrat Impetus.*

1214.

Ultimus exierat post omnia signa Garinus,
Qui Silvanectensis[a], nondum[b] sacratus, ad urbis
Electus cathedram, regis specialis amicus,
Ardua tractabat cum rege negocia regni.
Hic, dum precedunt crispantibus agmina signis,
Postremo tacite digressus[c] ab agmine paulum
Cepit iter versus Moritania[d] tendere*[1] rura; — * carpere *A. M.*
Cumque novi cupiens aliquid deprendere casus,
Passus millenos iam perrexisset[e] ad austrum
Cum paucis, quos inter erat Meledunicus[2] Adam†, — † Vicecomes Meledunensis, miles peroptimus et nobilis *gl. B.*
Ascendit tumulum, quo campus forte tumebat[3],
Luminis unde procul emittere[f] posset acumen.
Et cum vidisset acies fervere per agros,
Nec posset visos uno deffigere[g] visu[4],
Tot clipeos preferri astri splendoribus ausos,
Tegmina[h] tot capitum solis replicantia lucem,
Tot latera ambiti† livere viredine ferri, — † ambiti id est circumpositi lateribus armatorum *gl. B.*
Tot vexilla levi* motu irritantia ventos, — * leves *A. M.*
Tot cetus equitum, tot equorum[i] ferrea membris
Tegmina proceris circumdata, dixit ad Adam:
'Hii veniunt nec se credunt attingere posse
Tempore nos satis optato; tu colle sub isto
Expectabis adhuc, intellecturus eorum
Plenius et numerum et mentem, dum vado Philipum
Certificaturus; alii non crederet ipse'.
Sic fatus, volat ad regem; vix[5] sustinet ille
Credere*), presumat quod quis tractare sacrato
Bella die, soli sibi quem Deus ipse sacravit[6].
Continet ergo gradus[7] et precedentia stare* — * signa Stare *A. M.*
Signa iubet, loquiturque suis hoc ordine caris[8]:
'Ecce, quod optabam Dominus michi contulit ultro[9],
Ecce, supra meritum, preter spem gracia nobis
Sola Dei confert, quod votum preterit omne.
Quos per circuitus spaciosos perque viarum
Discursus varios modo conabamur adire,
Ecce, ad nos ultro Domini miseratio* ducit, — * provisio[k] *A.*
Frangat ut ipse suos per nos simul et semel[10] hostes.
Hostibus ille suis nostro mucrone secabit
Membra, sibi faciet nos instrumenta secandi.
Ille idem percussor erit, nos malleus; ille
Totius auctor erit belli, nos vero ministri.
Nec dubito, quin se victoria conferat illi,
Quin hostes proprios, quibus est infensus et ipse,
In nobis vincat et nos vincamus in ipso.

*) Credere, quod quis bella die tractare sacrata
Presumat, sibi quam soli Deus ipse sacravit[l] *A.*

a) Silvenectensis *A*; Sylvanecti *M*; Silvanectis *Barth*; Qui *deest Ch.* b) nundum *B 1.* c) disgressus *B.* d) Moritanica *M.* e) perex. *B 2.* f) emitere *B 1.* g) defig. *A. B*; *cf. IX*, 703. h) *v.* 744. *post v.* 745. *M.* i) equora *A.* k) Ecce ad nos celeres fato ducente propinquant *M.* l) Cr. quod cuperent illi committere pugnam Luce sacra sibi q. soli D. i. s. *M.*

1) Verg. Aen. VI, 240: *tendere iter.* 2) Meleduni (Melun) vicecomes. Cf. Gesta a. 1214, supra p. 307. 3) Gualth. Alex. II, 308: (Darius) *Ascendit tumulum modico qui colle tumebat*; cf. Luc. Phars. IV, 11. 4) Cf. supra IX, 703. 5) Gualth. Alex. II, 394: *Vix credere sustinet ille.* 6) Exod. 31, 13—17. 7) Cf. Verg. Aen. III, 598: *Continuitque gradum.* 8) Cf. supra p. 349, n. 2. 9) Cf. Psalm. 20, 1. 2. 10) Gualth. Alex. IV, 562: *Ut michi vincendum semel et simul offerat orbem.*

Iam Patris patrum gladio meruere feriri, 1214.
Qui presumpserunt illum spoliare suisque
Ecclesiam privare bonis solidosque, quibus se
Nunc quoque sustentant, clero monachisque tulerunt
Pauperibusque Dei, quorum maledictio dampnat
Et dampnabit eos[a], quorum querimonia* celum — * maledictio *A.*
Dum penetrat, coget* illos succumbere nobis. — * illos vobis succ. coget[b] *A.*
Econtra nobis communicat et precibus nos
Adiuvat ecclesia et Domino commendat ubique;
Per loca certa tamen pro nobis pronius orant,
Maior in affectu quibus est dilectio nostra.
Unde spei solide[c] rogo robore consolidati,
Hostes ecclesie vos hostibus exhibeatis!
Non[d] michi, sed vobis et regno vincere vestra[e]
Pugna velit; regni curam[f] et diadematis unus
Quisque gerens[f] caveat*, proprium ne perdat honorem. — * proprium caveat *A. M.*
Pugna tamen cordi minus est michi, quod maculari
Ista sacra dies aspergine[1] sanguinis odit'.
  Dixerat; et Franci leto[g] clamore[2] paratos
Se pugnare ferunt pro regni et regis honore.
Consilium tamen hoc sedet omnibus, usque Bovinum[h, 3]
Ut proficiscantur, hostis si forte diei
Parcere sacrate velit et differre duellum,
Donec lux[i] bello licitam se crastina prestet.
Preterea locus est munitior ille tuendis
Sarcinulis rebusque aliis, que castra secuntur,
Cum nusquam pateat a dextris atque* sinistris — * sive *A.*
Continuis spaciis, iter impediente palude,
Transitus, excepto satis arcto ponte Bovino,
Quo† quadrupes se sive bipes evolvat ad austrum; — † *gl.* s[cilicet] transitu *B*
At[k] parte ex illa[l] latis patet area campis[4]
Grataque planicies cereali gramine vernans[5],
Que†, protensa satis spacio per rura patenti, — † *gl.* s. planicies *B2.*
Sanguineum[6] a zephiro, Cesonam†[7] tangit ab euro, — † *gl.* villa *B1.*
Dignus cede locus et sanguine commaculari,
Sanguinis et cedis medius†, communis* utrique. — * confinis *A. M.* † *gl.* medius erat duarum villarum, quarum altera dicta[m] est a sanguine, altera a cede *B.*
  Continuo pontem rex sic facit amplificari,
Corpora quod bis sex lateraliter ire per ipsum
Cumque suis possent tractoribus[n] octo[o] quadrige[8].
  Ecclesiam Petri sacratam nomine† iuxta — † *gl.* Ecclesia sacrata nomine beati Petri *B.*
Fraxinea rex sole calens residebat in umbra,
Haud a ponte procul, quem iam pars maxima cetus,
Dilatam sperans in crastina tempora pugnam,
Transierat, mediumque diem[9] sol altus agebat.

a) *deest B.* b) nobis illos s. coget *M.* c) solido *B. ed.* d) Hoc *A;* Nec *M.* e) *ita A. B1. M.;* nostra *B2.* f) causam — iuvans *M.* g) leti *B2. ed.* h) Bovinas *A;* usque Bovinum Ut pontem redeant *M.* i) dux, *in marg.:* vel lux *A* (lux *M.*). k) A *corr.* At *B2;* Atque *A* (At *M*). l) alia *M.* m) tacta est alterae (!) cede *B2.* n) vectoribus *M.* o) ire *add. B;* octo *om. Ch. (Br.).*

1) Ovid. Met. IV, 125: *aspergine caedis.* 2) Verg. Aen. III, 524: *Italiam laeto socii clamore salutant.* Cf. Alex. II, 487 sq. 3) sc. pontem; cf. v. 717. 801. 4) Ovid. Met. X, 86: *Collis erat collemque super planissima campi Area, quam viridem faciebant graminis herbae;* Met. VI, 218: *lateque patens prope moenia campus.* 5) Gualth. Alex. I, 436: *vernantes cereali gramine campos.* 6) Sainghin-en-Mélantois. 7) Cisoing (dép. Nord, arr. Lille). 8) 'Equites dici puto 12, currus 8'. BARTH. 9) Ovid. Ars amat. III, 723: *Iamque dies medius tenues contraxerat umbras;* Met. XI, 358: *medio cum sol altissimus orbe Tantum respiceret.*

1214 Dumque pararet ibi modice indulgere quieti,
Nuncius accurrens cursu festinus anhelo[a][1]:
'Agmen in extremum', clamat, 'iam prosilit hostis[2];
Nil Campanensis acies, nil sufficiunt hii,
Quos modo misistis[b], ut eos retropellere possint,
Dumque illis obstant et eos tardare* laborant, * cohibere *A. M*
Continuo egerunt bis iam duo milia passus[c]'.
Motus ad hanc vocem rex ilico surgit[d] et intrat
Ecclesiam Dominoque suum commendat agonem,
Finitaque brevi prece mox egressus: 'Euntes
Festinemus', ait, 'sociis succurrere[e] nostris,
Non irascetur nobis[f] Deus, arma[g] feramus
Illos si contra sacrato tempore, qui nos
Impugnant, sed nec Machabeis[3] est reputatum
Ad culpam, quod se per sabbata sancta tuendo
Hostiles sancto vires repulere* tropheo; * fregere *A M.*
Imo[h] die pugnare magis nos convenit ista,
In qua pro nobis Domino generaliter omnis
Suplicat ecclesia, cui nos prestamus amicos'.
Hec dicens, armis, corpus premunit et alto
Insilit altus[i] equo[4], lituumque horrente boatu
Circa ipsum, cursu reduci festinat* in hostem[5]. * se vertit *A. M.*

CATHALOGUS[k] MATERIE LIBRI UNDECIMI.

Undecimus varias strages[6] habet*. Imperiali * canit *A.*
Standardo mundi dominum se disputat[7] Otho.
Sub serie certa disponunt agmina reges,
Euticioque[8] suo mox improbitate perempto,
Ferrandum prima superat Campania pugna.
Coram rege cadit* Stephanus, Salebericus alto * ruit *A.*
Precipitatur[l] equo Belvaci presulis ictu.
Rex cadit; Otho fugit; Francis victoria cedit.
Bolonius capitur post omnes denique* victus. * vix superatus *A.*

UNDECIMUS[m] LIBER INCIPIT.

Iul. 27. Christofori Iacobique dies post gaudia festi
Primus erat, Domini cui dant* a nomine nomen * cui nomine nomen adoptant[n] *A*
Christicole; verum gentiles solis eundem
Esse volunt, primam sibi qui dicat illius horam.
Nomen enim dat cuique suum planeta diei,
Cui primam dat queque dies specialiter horam,
Ordine quo prisci designant tempora vates.
Vidit ut Otho suo Francos cum rege levatis
Ad pugnam signis ita festinanter adesse,
Quos solo audierat victos terrore reverti
In patriam fugiendo suam, miratur et exspes[o]

a) anelo *B2.* b) misisti *M.* c) passu *B2.* d) regit *A.* e) succurre *B1.* f) *deest B2. ed. praeter M.* g) ama *A;* quando *suppl. ed. praeter M.* h) *ita hoc loco etiam B2.* i) acer *M.* k) *des. A;* Mat. und. libri *B.* l) *postea mutatum in* precipitatus *B1.* m) Lib. und (inc. *deest*) *B; des. A. Cf. lib. II. et IX.* n) lux . . . Festa deo domini de nomine nomen adepta Christicolis *M.* o) expes *B1.*

1) Ovid. Met. XI, 346: *cursu festinus anhelo Advolat armenti custos.* 2) Cf. quae narrantur de Alexandro, Alex. IV, 473 sq.: *Stratum tunc denique regis Dux adiit, quem . . . Excivit leviore manu . . . Quae te tanta quies tenuit? iam Meda propinquant Agmina, iam cuneos admovit cominus hostis* etc. Cf. Verg. Aen. IV, 554—580. 3) Cf. 1. Macc. 2, 41. 4) Gualth. Alex. IV, 498: *Dixit et armari lituo praecone Pelasgos Imperat, ipse suis aptat munimina membris . . . Poscitur hinc Bucephal, cui rex ut prepete saltu Insedit* etc. 5) Cf. Gualth. Alex. VII, 538: *rapido cursu bachatur in hostem.* 6) Gualth. Alex. Argumentum libri V, v. 1: *Quintus habet varias strages.* 7) Cf. infra v. 24. 8) Ita pro *Eustachio.*

A leva* paulum retrahit vestigia parte, * dextra[a] A. 1214.
Componensque acies gressus obliquat ad arcton[b],
Quas ita continua serie protendit in[c] amplum,
Occupet ut prima armatorum fronte virorum
Directe extensa passus duo milia terre[d].
Sic etiam rex ipse sue protendere frontis
Cornua curavit, ne forte preanticipari[e]
Aut intercludi tam multo* possit ab hoste. * lato A. M.
Mox Otho imperii declarans signa volensque
Iam quasi promeriti rem prelibare trophei*, * triumphi A. M.
Standardum[f] edificat miroque insignit honore,
Imperii* ut fasces tanto illustrante paratu * Ipsius A. M.
Se dominatorem totius disputet orbis[1].
Erigit in carro palum paloque draconem[2]
Implicat, ut possit procul hinc atque inde videri,
Hauriat et[g] ventos, cauda tumefactus et alis,
Dentibus* horrescens rictusque patentis hiatu[3]; * Rictibus A. M.
Quem[h] super aurata volucer Iovis imminet ala[4],
Tota superficies cuius† nitet* aurea, solis † gl. cuius s. aquile B 1. * rubet A. M.
Emula[5], quo† iactat* plus se splendoris habere. † gl. quo s. sole B 1. * plus se iactat[i] A.
At[k] regi satis est tenues crispare per auras[6]
Vexillum simplex, cendato[l] simplice textum[m],
Splendoris rubei[n], lethania qualiter[o] uti
Ecclesiana solet certis ex more diebus;
Quod cum flamma habeat vulgariter aurea nomen,
Omnibus in bellis habet omnia signa preire.
Quod regi prestare solet Dionisius abbas,
Ad bellum quotiens* sumptis proficiscitur armis*[7]. * sumptis quociens A. M.
Ante tamen regem signum regale tenebat
Montiniacensis, vir fortis corpore, Galo[p],
Seque acies ambe directe respiciebant,
A se distantes modico discrimine campi,
Vultibus oppositis, nec adhuc vox ulla sonabat.
Otho magnanimum contra e regione Philipum
Stabat in ornatu valde aureus imperiali.
Drocarum[q] dominus cum Gamachiensibus et cum
Pontiviis[r] a rege procul sic stantibus, ut non
Ipsius a serie series distaret eorum,
Bolonio comiti se contra ponit et Anglis[s],
[Cui* magis infensus odiis erat ipse veternis], * v. 51. deest A. M.

*) *A addit:* Seque prius sancto precibus commendat eidem.
Quique[t] marescalli vice fungitur illud habendo
In manibus cunctas debet precedere turmas.

a) In dextram paulum flecti vestigia partem *M.* b) arton *B.* c) et aptat *M.* d) large *A.* — *M. corr.:* Porrecta in latum passus bene milia bina. e) preanticiparti *A;* ne forsitan anticipari *M.* f) Stant. *B* 1. g) ut *M.* h) *v.* 29. *deest A. M.* i) iactet *M.* k) Ast *corr.* At *B* 2. l) cendaco *B* 1. m) tectum *M.* n) rubri *M.* o) qualibet *A. B* 1, *ubi tamen post del. et in marg.* qualiter *appositum;* quali celebri litania *M.* p) Gualo *A;* Gnalo *corr. in err.* Gualo *M.* q) At Druidum princeps *M.* r) Pontumiis *A. B* 1; Pontiniis *M.* s) Amglis *A.* t) *M. corr.:* Idque gerit tollens equitum prefectus in altum, Vectus equo, cunctas suetus precedere turmas

1) V. materiae huius libri v. 2. 2) Cf. Claud. III. Cons. Hon. v. 138. 139; Gualth. Alex. III, 9. 10; IV, 289; Widukind. I, c. 11, SS. III, p. 422; Du Cange, Gloss. s. v. 3) Cf. Ovid. Met. XI, 59. 60. 4) Gualth. Alex. II, 119: *Fictilis aurata pendens Iovis armiger ala;* Verg. Aen. V, 255; Veget. de re mil. II, 13; cf. Lig. VII, 504; Waitz, 'D. VG.' VI, p. 240; Winkelmann l. l. II, p. 374. 498. 5) Gualth. Alex. IV, 384: *Nam pro sole sibi Darii datur emula Phebi Cassis.* 6) Ovid. Met. VIII, 179: *tenues volat ille per auras.* 7) Ibid. VIII, 261: *Daedalon, et sumptis pro supplice Cocalus armis.*

1214. Et levum cornu conserto Marte coronant*. — *tuetur *A. M.*
At dextro in cornu, spaciis a rege remotis,
Fulminat[1] in Flandros[a] acies Campanica duxque
Allobrogum et Sancti Pauli comes[2] atque Iohannes
Bellimontensis et quos Medardicus[3] abbas
Miserat inmensa* claros probitate clientes — *Mis. ad regem mira probitate clientes *A. M*
Ter* denos decies, quorum exultabat in armis — *Bis denos *A. M.*
Quilibet altus equo gladioque horrebat et hasta,
Valle[b] Suessonica quam* fortia corpora[4] surgunt. — *quales oriuntur alumpni *A. M*
Quos inter regemque viri virtute corusci
Astant continua serie [scalasque* suorum — *scalasque — densant *des. A. M*
Quique magistrorum densant[5]], dum buccina sevum
Obstrepat[c, *], ut celeri levitate ferantur in hostem[6]. — *Perstrepat *A. M.*
Interea electus[7] levis[d] istos ambit et illos,
Hortaturque, sue vigilent ut quisque saluti,
Fortiter ut[e] patrie[8] pugnent et regis honori
Sintque sue memores gentis, que semper in omni
Conflictu victrix hostes confregit, id[f] autem
Summopere caveant[9], ne ipsos numerosior[g] hostis
Cornua protendens forte intercludere possit,
Ne serie* series sit longior hostis eorum, — *series serie[h] *A.*
Ne scutum miles faciat de milite, sed se
Quisque suo fronte opposita sponte offerat hosti[10].
Cumque morarentur nec dignarentur aperto
Credere se campo[11] serieve excedere Flandri,
Impatiens Suessona phalanx, suadente Garino†, — †*gl.* s. electo Silvanect[ensi] *B* 1.
Cornipedes quanto potuerunt currere cursu
Invadunt illos, nec miles it[i] obvius illis
Flandricus aut[i] motus aliquod dat corpore signum,
Indignans nimium, quod non a milite[12] primus,
Ut decuit, fieret belli concursus* in illos; — *congressus *A. M.*
Neve verecundentur, ab hiis deffendere si se
Prorsus abhorrescant, cum sit pudor[12] ultimus alto
Sanguine[13] productum superari[k] a plebis alumpno[l],
Immoti[m] statione sua non segniter illos[n]
Excipiunt[o] sternuntque ab equis plerosque[p]; nec illis[q]
Parcendum ducunt famuli, sed turpiter illos
Iam perturbatos[r] stationem solvere cogunt
Seque[s] velint nolint deffendere, sicque superbos
Nobilitate viros et maiestate verendos[14]
Non puduit[12] demum pugnare minoribus ipsis[t, †], — †*gl.* 'minoribus' dativus casus est; 'ipsis' ablativus casus *B* 1.
Afficiuntque illos et afficiuntur ab illis

a) Flandris *A (recte M.)*. b) *v.* 60. *post v.* 61. *M.* c) obtrepat *B* 2. d) lenis *B* 2? e) et *M.* f) ad *corr.* id *B* 2. g) numerorsior *B* 1. h) Neu sua sit series serie contractior hostis Neu *M.* i) ut *B* 2. k) superare *B.* l) alupno *B* 1. m) Iam moti *M.* n) illis *Ch. Barth. Br.* o) *ita A. M. Ch.; v.* 87. *in marg. B* 1; *v.* 88. *ante v.* 87. *B* 2. *Barth. Br.* p) pluresque *ed. praeter M.* q) nec altis *M.*; necantes *corr. Barth. (Br.)*. r) Iam prope turb. *M.* s) que *deest A.* t) minoribus: isti *M.*

1) Cf. Verg. Aen. XII, 654; Georg. IV, 561. 2) Quod in dubium vocavit Winkelmann, 'Friedrich II', p. 104. 3) Sancti Medardi Suessionensis abbas. 4) Verg. Aen. I, 101: *et fortia corpora volvit.* 5) Cf. Aen. XII, 264: *densate catervas.* 6) Gualth. Alex. III, 29: *feruntur in hostem;* cf. Aen. II, 511 al. 7) Silvanectensis. 8) Cf. Gualth. Alex. II, 355: *Pro patria stare et patrie titulis et honori Invigilare decet.* 9) Veget. de re mil. III, 19: *Cavendum vel maxime, ne ab ala cornuque sinistro . . . aut certe dextro . . . circumveniantur tui a multitudine hostium.* 10) Gualth. Alex. IV, 397: *Et nunc oppositis occurrere frontibus hosti.* 11) Verg. Georg. II, 280: *et campo stetit agmen aperto;* cf. Ovid. Met. I, 285. 12) Cf. Prud. Psychom. 206 sq.: *Non pudet, o miseri, plebeio milite claros Attentare duces ferroque lacessere gentem Insignem titulis? veteres cui bellica virtus Divitias peperit* etc. 13) Cf. Verg. Aen. VI, 500. 14) Ovid. Met. IV, 539: *maiestatemque verendam Imposuit.*

Ictibus et plagis, famulis[a] sed denique spretis[b],
Et genus et proavos[1] Eustatius a Maquelinis
Qui trahit egregios, se contulit equore plano,
Sepius 'Ad mortem Francorum!' voce superba
Ingeminans; sequitur Galterus cum Buridano;
Hic de Guistella, de Furnis venerat ille;
Flandrinique equites, odium quibus improba regis
Flandria magnanimi teneris infudit ab annis[2],
Militibus properant rapido occursare[c] volatu.
Iamque perhorruerat lituorum clangor, et omnes
Hinc atque inde acies commixte in fata ruebant[3].
Harmensis Michael clamanti† funera Francis — †gl. s. Eustacio B 1.
Obviat, et medium forat illius egidis hasta.
Ast* illum inferius Eustatius impetit atque — *Atque B. (At rapide M.).
Per sellam, per equi costas agit improbus hastam
Et domini* per utrumque femur[4]; cadit hic, ruit ille†, — *Et per utr. femur domini A. M. †gl. hic: equus; ille: Michael B 1.
Vixque potest hastile suis[d] evellere[5] coxis.
Hugo Malaunites† accurrit Reminidesque* — †gl. Petrus de Remi, Hugo de Malaunei B 1. *cum Remiensi Petro A. M.
Petrus, quos sequitur acies Campana comesque
Bellimontensis[6] cum Sacrocesariensi†[7]. — †gl. comite B 1.
Nec mora te, Gauchere†[8], tenet dominumque Morencii††[9], — †gl. comes Sancti Pauli B 1. ††gl. Matheum B 1.
Se quibus opponunt Flandrorum mille cohortes,
Ferrandusque suis animos dum pugnat adaugens;
Hastis confractis, mucronibus atque cutellis
Insistunt, Dacisque securibus[10] excerebrant se
Ictibus alternis et equorum viscera rumpunt[11]
Demissis gladiis, dominorum corpora quando
Non patitur ferro contingi ferrea vestis.
Labuntur vecti† lapsis vectoribus††[12], et sic — †gl. equites B 1. ††gl. equis B 1.
Vincibiles magis existunt in pulvere strati.
Sed nec tunc[e] acies valet[f] illos tangere ferri[g, 13],
Ni prius armorum careat munimine corpus;
Tot ferri sua membra plicis, tot quisque patenis[14]
Pectora*, tot coriis, tot gambesonibus armant[h]. — *Corpora A.
Sic magis attenti sunt se munire moderni,
Quam fuerint olim veteres, ubi milia mille
Uno[i] sepe die legimus cecidisse virorum.
Nam mala dum crescunt, crescit cautela malorum,
Munimenque novum contra nova tela repertum est.
At Michael, sociis tellure iuvantibus ipsum*, — *illum A.
Se levat, et quamvis coxam gravet eius utramque
Plaga duplex, commendat equo sua membra recenti
Invento†, ut multis aliis sessore carenti, — †gl. equo dico B 1.
Cuius humi dominum prostraverat[15] Hugo Malaunus.
Ast Hugonis equi Galterus[16] in ilibus ensem[17]

a) famulisque *B* 2; fam. quin *corr. Barth.* b) sumptis *M.* c) decursare *A.* d) *Barth. corr.:* aliquis. e) tota *M.* f) vellet *A.* g) ferro *B. ed. Cf. Verg. Aen. II,* 333; *XI,* 862. h) armis *A.* i) Una *B* 2.

1) Ovid. Met. XIII, 140: *Nam genus et proavos et quae non fecimus ipsi;* Verg. Aen. XII, 225. 2) Claudian. laudes Stil. I, 40: *tenerisque et iam fulgebat in annis.* 3) Ovid. Met. VI, 51: *In sua fata ruit.* 4) Ovid. Met. V, 141: *per utrumque gravi librata lacerto Fraxinus acta femur;* cf. Ekkehardi Waltharium v. 676. 5) Gualth. Alex. IX, 407: *Non posset telum nutanti evellere dextra.* 6) Iohannes; cf. X, 469. 7) Stephano; cf. X, 472. 8) De Castellione, comes Sancti Pauli; cf. X, 481. 9) Cf. X, 470. 10) Cf. infra v. 624. 11) Ovid. Met. XII, 390: *viscera . . . rupit.* 12) V. supra IX, 677. 13) Verg. Aen. II, 333: *stat ferri acies;* cf. XI, 862. 14) Cf. Phil. III, 497: *Vix obstat ferro fabricata patena recocto, Qua bene munierat pectus sibi cautus uterque.* 15) Cf. Ovid. Met. V, 197: *Et prosternite humi iuvenem.* 16) De Guistella, supra v. 99. nominatus. 17) Ovid. Met. IV, 119: *demittit in ilia ferrum.*

Demittit peditemque facit; pedes ergo pedumque[a]
Se gressu firmans hosti† vicinat et ictus — †*gl.* Galtero *B*1.
Ingeminans, ipsum† cogit se dedere victum. — †*gl.* Galterum *B*1.
Cum quo etiam capitur Buridanus, qui quasi ludens
Clamabat: 'Nunc quisque sue memor esto puelle!'
Tunc Michael illum*, qui mortificaverat eius — * hostem *A*; Tunc hostem Harnesis *M*.
Cornipedem vulnusque duplex inflixerat illi,
Querit et inventum rigidis sic implicat ulnis,
Et galea abstracta[b] vultum cum gutture nudat[1],
Quod[c] via fit Franci gladio, qui dum necat illum:
'Ut tua nunc saltem, Eustaci, presumptio cesset,
Mortem quam Francis inclamas[d] accipe', dixit,
'Te perimit Francus, Francis dum fata minaris[e].
Huius causa necis tibi sola superbia lingue est,
Nec te servari sinit ad commercia vivum,
Ut multos alios, qui* te moriente ligantur'. — * quos te moriente ligamus *A. M.*
Ast alia dux parte furens Burgundicus inter
Hostiles cuneos agili circumrotat ensem
In Flandros Henoasque[f] manu; sed dum nimis audax
Fortune securus et hos prosternit et illos
Oblitusque sui[2] nimium prorumpit in hostes[3],
Admitti gladios doluit vectoris in alvum,
Qui ruit atque ducem secum in tellure volutat[g].
Cui dum multiplici latus undique malleat ictu
Hostilis rabies, assunt perniciter ale
Allobrogum dominoque ferunt in tempore gratum
Subsidium; pars carne[4] nimis* ferroque[h] morantem† — * gravi *A. M.* †*gl.* valde corpulentus erat *B*.
Surgere sustollunt, pars pugnat et amovet hostem,
[Qui†,* nimis instanter illum retinere laborat] — †*gl.* hostis s. *B*1. * *v.* 167. *deest A. M.*
Pars alium, quo[i] scandat, equum perniciter aptat;
Et iam factus eques requiem captare rogatur,
Donec se modicum recreet flatumque resumat.
'Imo', ait, 'amissi dum me vectoris in hostem
Dedecorisque mei memorem calor excitat ire,
Dedecori decus est vindictam reddere nostro'.
Dixit et in medios[k,*] velut amens se iacit hostes[l,5], — * medium v. a. s. i. agmen *A. M.*
Nec minus audacter Flandrum ruit agmen in illum.
Densantur cunei[6] Allobrogum, dominique ruine
Vectorisque sui fieri vult quilibet ultor,
Tantaque fit totis pugnantum[m] immixtio campis,
Tam prope se inveniunt percussi et percutientes[n],
Quod vix elongare manum, quo fortius ictus
Inculcare queat, spacium datur aut locus ulli.
Queque[o] armature vestis consuta supreme[p]
Serica cuique facit certis discrimina[q,7] signis,
Sic percussa[r] patet, sic intercisa minutis[s]
Pictaciis* pendet, dum demolitur eandem — * Pendet pictociis *A.* (scissuris *M.*).

a) potenti *M.* b) abstractum, *deest* vultum *A.* c) Quo *Br.* d) conclamas *M.* e) minatis *A.* f) Henoosque *A.*; Henorasque *Ch.* g) voluptat *B.* h) que *deest A.* i) quem *M.* k) medio *B*2. l) hostem *M.* m) pugnantumque irum *A.* n) percussientes *A.* o) Quodque *B*2. p) supremo *B. ed. praeter M.* q) distinctio *B. ed. praeter M.* (*Barth. corr.*: insignia). r) pertusa *M.* s) munitis *A.*

1) Cf. Ovid. Met. VIII, 32: *Cum vero faciem dempto nudaverat aere.* 2) Verg. Aen. III, 629: *Oblitusve sui est.* 3) Verg. Aen. X, 379: *prorumpit in hostes.* 4) Cf. Gesta supra p. 310: *erat valde carnosus et fleumatice complexionis.* 5) Pind. Theb. 498: *Mox ipse in medios audax se proripit hostes;* Verg. Aen. II, 377: *medios delapsus in hostes;* Ovid. Met. VIII, 338: *medios violentus in hostes Fertur.* 6) Gualth. Alex. III, 28: *Densantur cunei.* 7) Ovid. Met. X, 517: *sed ne faciat discrimina cultus.*

Tunsio crebra nimis clave, mucronis et haste,
Quod vix a sociis hostes dinoscere possunt[a. 1].
Cruribus inversis iacet hic[b] resupinus harena[2],
Hic latere obliquo[3] ruit, alter* vertice prono *hic *A.* (ille et *M*).
Labitur atque oculis exhaurit et ore saburram[c].
Hic eques, ille pedes vinclis se mancipat ultro,
Dum perimi magis odit ibi quam vivere vinctus[d].
Quadrupedes autem passim per rura videres
Exsufflare[e] animas: alii disrupta per alvum
Exta vomunt, alii procumbunt poplite[f] secto[g],
Absque suis alii dominis discurrere seque
Gratis sessori cuivis offerre vehendo.
Vix aliquis locus est, quo non aut corpora strata
Invenias vel equos extrema in morte gementes.
Et quis erit* dignus[4] digne memorare vigorem *dignus erit *A.*
Gaucheri[h] comitis[5], quo[i] summis viribus ille*, *ipse *A. M.*
Quique[k] illum sequitur armati militis agmen
Per medias acies, per confertissima Flandre
Milia militie trifidi transivit ad instar
Fulminis, imbellesque velut dispergit[l] anates
Accipiter[m. 6], quando atra fames iecur ulcerat[7] eius,
Quoslibet oppositos sibi dissipat alter Ogerus[8]
Perque hostes medios[9] mucrone viam sibi nudo
Ampliat, instantes a dextris sive* sinistris *atque *A. M*
Obruit hos[n], istos* occidit, vulnerat illos. *illos o v istos *A. M.*
Inde sinu facto, miranda strage peracta,
Parte alia rediens simili probitate quirites[10]
Implicat innumeros, quasi pisces rete retentos;
Utque[o] ascendentes fallit Gaubertus[11] alosas
Retibus oppositis vada sub piscosa Medonte[12],
Sic facit implicitos equites* vel fata subire *impl. vel ibidem fata subire *A.*
Gaucherus vel se victori offerre ligandos.
Respiciensque suis ex consocialibus unum
Eminus innumero prospexit ab hoste teneri;
Mox caput inflectens collumque amplexus Hiberi†, †*gl.* id est equi *B.*
Per medias acies iterum[p] prorumpit; at illum,
Dum ruit, hostilis non cessat dextra ferire;
Non tamen ille caput aut dextram subrigit[q] ante,
Quam venit ad socium; tunc se levat enseque stricto[13]
Omnes qui socium retinebant sternit et illum
Liberat et secum vivum sanumque reducit.
Tunc[r] primum Flandri cepere timore moveri[14],
Pondus[15] enim belli totum se inclinat in illos;
Non* tamen aut[s] campo discedere terga vel hosti *Nec tamen *A. M.*

a) possint *A.* b) *deest B2.* c) suburam *B.* d) victus *B. ed. praeter M.* e) Essufl. *B1*; Esufl *B2.* f) poblite *A.* g) *ita A. M.*; flexo *B. ed.*; *cf. Ovid. Met. XIII*, 376. *Verg. Aen. IX*, 762. *X*, 699. h) Gamachii *A. M.* i) qui *M.* k) Quodque *M. et in marg. P. Recte Barth. nihil mutandum censet.* l) disperdit *A.* m) Ancipiter *A. B2.* n) os *B2.* o) Atque *A. V.* 214. 215. *omisit M.* p) etiam *M.* q) surrigit *A. M.* r) Tum *M.* s) a *M.*

1) Ovid. Met. XIII, 835: *Inter se similes, vix ut dignoscere possis.* 2) Ovid. Met. IV, 121: *Ut iacuit resupinus humi*; Met. XII, 240: *madida resupinus arena Calcitrat.* 3) Ibid. III, 187: *adstitit in latus obliquum.* 4) Gualth. Alex. II, 185: *Sed quis dignus erit.* 5) Cf. v. 114. 6) Ovid. Met. XI, 771: *Visa fugit Nymphe, veluti . . . Accipitrem fluvialis anas.* 7) Hor. Epist. I, 18. 72: *Non ancilla tuum iecur ulceret ulla.* 8) Ogerus ille de Dacia, de quo v. Turpin. c. 12; Pseudoogerum quendam a. 1210. in diocesi Nivern. obiisse, narrat Albricus, SS. XXIII, p. 891. 9) Cf. supra v. 174. 10) i. e. equites. 11) De hoc G piscatore celebri cf. Phil. VII, 328–362. 12) Mante (dép. Seine et Oise). 13) Ovid. Met VII, 285; XIV, 296: *stricto . . . ense.* 14) Cf. ibid. XIV, 518: *et primo subita formidine movit.* 15) Cf. Gualth. Alex. III, 189: *Tunc vero in Darium pondus discriminis omne Conversum est*; ibid. II, 280: *pondera belli.*

Ostentare volunt, tanta indignatio mentes
Obsidet illorum servandique ardor honoris,
Ut malint pugnando mori[1] vel* vincla subire,   * quam *A. M.*
Cedereque et cedi[a,2] quam se fugisse notari.
Et dum se laxant acies Flandrique tepescunt,
Hugo Marolides†, Aciensis[3] Gilo[b,††] per hostes   † *gl.* Maruel *B* 1. †† *gl.* Giles d'Aci *B* 1.
Ferrando medios properi confligere tendunt,
Vulnere qui lesus iam* multo lentius ibat,   * multo iam *A. M.*
Perque diem totum requiem non fecerat armis;
Cum quibus ipse* diu luctatus, denique victus   * ille *A. M.*
Forti* fortune[4] cedens, se, ne perimatur,   * Fortune cedens forti[c] *A.*
Dedidit; ast eius* omnes tunc signa sequentes   * omnes eius tunc collaterales[d] *A.*
Mors invisa rapit, ubi sese dedere nolunt[e].
Taliter in dextro cornu bellona furebat,
Et se Francigenis vultu victoria leto
Pollicitabatur; casu tamen ante secundos
Eventus illis se demonstrabit[f] amaro,
Ut sit amabilior letus post tristia[g] finis,
Preteritique mali prestent oblivia risus.
   Interea pugne in* medio rex ense retecto[5]   * in *deest A. M.*
Fulgurat Othoni oppositus, qui milibus ante
Se peditum triplici firmaverat obice vallum,
Bolonidesque sibi simili prospexerat arte
Inque chori speciem pedites triplicaverat ipsos,
Ut, quotiens vellet, per eos invaderet hostem
Seque receptaret, quotiens opus esset, in illis[h].
   Cumque moram faceret regi confligere nolens
Otho, prior rex impatiens, dilatio nunquam
Cui placet, et pugne desiderio nimis ardens,
Theutonicos[i,*] medio peditum presumit adire;   * Othonem[k] *A.*
Dumque nimis properat aciem penetrare pedestrem,
Mox* hastas hastata manus configit in illum,
Quarum cuspis[l] erat longa et subule instar acuta[m],
Et nonnulla[n,6] velut verubus dentata recurvis
Cuspidis in medio uncos[o] emittit acutos.
Hiis igitur regem pedites incessere telis
Non cessant; nequeunt tamen eius flectere corpus
In dextrum* levumve latus vel pellere sella   * levum dextrumve *A.*
Ense, nec impediunt, quin illos digreget, ultra
Progrediens, multos sternens, plerosque[p] trucidans.
Sicque viam sibi per medios[q] nichilominus[r] illos[s]

*) *Ante v.* 261. *cod. A.* (A. i. denso q. s. o. Othonem *M.*) *habet versum:*
Ante ipsum Othonem qui stabant ordine denso;
quem ut superfluum, cf. v. 250. 251. 271, *ipse poeta eiecisse videtur.*

a) incedi *A. Recte M.* b) Gillo *M. Barth. corrigendum censet:* Iohannes Galo. *Nihil mutandum.* c) hosti *M.* d) ast omnis lateri coniuncta caterva *M.* e) volunt *B* 2. f) demonstrabat *B* 2. *ed.* g) tristicia *B* 2. h) illos *M.* i) Theuthon. *B* 2. k) Ipsum cunctantem medio parat agmine adire *M.* l) cupis *B.* m) acute *A;* stimuli instar acuti *M.* n) nunc ulla *A;* Ter lunata velut *Barth.* o) *ita recte B;* uncinos *A (?);* Uncos ex acie media pretendit acutos *corr. M.;* uncinos *(cf. v.* 279*) corr. Br. Cf. Pannenborg, 'Zur Kritik der Phil.' p.* 29. p) pl'osque *B* 2; populosque *ed. praeter M.* q) medio *A.* r) nichom. *A.* s) hostes *ed. praeter M.*

1) Gualth. Alex. II, 336: *Pugnandoque mori mavult quam cedere victus;* cf. Alex. VI, 309: *Pugnandoque mori decrevit honestius esse Quam* etc. 2) Gualth. Alex. III, 325: *non cedere cedi, Cedereque et cedi, dum non cedantur inulti.* 3) Achy (dép. Oise, arr. Beauvais). 4) Gualth. Alex. VIII, 201: *Forti fortune pereo si pareo.* 5) Gualth. Alex. V, 162: *Prior ense retecto Surgit.* 6) Hastae hoc loco occurrentes sunt 'uncini et lancei graciles', quibus 'pedites regem ab equo in terram provolverunt', Gesta p. 311. Cf. etiam infra XI, 373 sq. 607—610.

Sternit, ad Othonem properat dum tramite recto[1],
Donec ei quidam reliquis audacior[a] inter[b]
Pectus et ora fidit maculas thoracis[c] et usque
Qua ligno iunctum est ferri transegit acumen
Per collare triplex et per thoraca trilicem[2]
Impulsu valido, menti regione sub ipsa,
Carni contiguum cohibens[d.3] a vulnere ferrum;
Dumque ad se vellet hastam revocare[e] trahendo,
Restitit, uncino maculis[4] herente plicatis.
Viribus ille trahit maioribus, auxiliumque
Dante sibi turba, prolapsum corpore toto[5]
Ore[f] facit prono terre procumbere[6] regem.
Sternitur indigno stratum[g] regale loco[h], nec
Strati pace frui sinitur[i], quem calcibus inde
Quadrupedes*, manus hinc contundit barbara telis*. — *Cornipedes *A. M.*
Mox tamen erectum rectis insistere plantis
Vis innata facit, sed adhuc sub gutture fixa[7]
Herebat cuspis, maculis implexa reductis
Et supprema plicis tunice super arma nitentis.
Quam dum Francigene retrahunt hostesque[k] repellunt,
Dumque paratur equus, quo[l] rex ascendere possit,
Ecce Otho veniens furibundaque[8] Theutonicorum
Sevities regem morti punisset ibidem,
Proh scelus! et tristi tristassent funere mundum.
Et perimi satis e[m] facili potuisset ab* illis, — *ibidem, *deest* ab illis *A.*
Dum iacet eque[n] solo ne se levet, impedit hostis,
Ni Barrensis eques festinans[o] Francigeneque
Gloria[9] se gentis interposuisset eisdem,
Qui processerunt, paucis cum rege relictis,
Theutonicosque coegerunt in fine fateri[10],
Se vere Francis collato marte[11] minores,
Debeat ut super hoc fieri collatio nulla.
Ut saltu rex* prepes[12] equo se reddidit, ira — *se pr. equo rex reddit *A*; s. p. e. r. reddidit *M.*
Totus inardescens totusque in imagine[p] pene[13],
Quam rex infligat pediti*.† qui straverat illum, — *hosti *A.* (Germano infligat *M.*). †*gl.* 'pediti' singulare pro plurali collective *B.*
Sevior effectus lapsuque nocentior ipso,
Illos in pedites studet exercere furoris
Primitias, ipsi fuerant[q] qui causa ruine;
Quos[r] variis omnes plagis affecit, ut omnis
Qui vel forte manum temere presumpsit in illum
Mittere vel sacrum telis perstringere corpus,

*) *In cod. A. sequitur versus:*
Ne, Ferrande, tibi sit Apollo per omnia mendax.
Cf. supra X, 555 *sq.*

a) audat. *B* 1. b) et inter *B* 2. c) tor. *B. hoc loco.* d) *ita A;* prohibentiā corpore ferrum *corr. M.;* prohibens *B. ed. praeter M.* e) revocaretur hēdo *A.* f) Ora *B.* g) stratu *B* 1. *Ch.;* statum *B* 2. h) locoque nec *A.* i) *e corr. B* 2. k) hostemque *A. M.* l) quem *M.* m) a *ed praeter M.* n) atque *M.* o) festinus *A. M.* p) *ita cum Ovidio M.;* limine *A. B. ed.* q) fuerat *B* 2. r) *ita A. M.;* Quam *B. P.* (*Barth.:* Quoad) *Ch.*

1) Boeth. Cons. phil. I, 7, 23: *Tramite recto Carpere callem.* 2) Prud. Psych. 125: *trilicem Induerat thoraca humeris.* 3) sc. 'quidam reliquis audacior', v. 272. 4) Cf. Gualth. Alex. IV, 508: *Et teretes ulnas maculis circumligat uncis.* 5) Verg. Aen. XII, 920: *corpore toto.* 6) Ovid. Met. V, 122: *at ille Procubuit terrae.* 7) Ovid. Met. V, 173: *dominique in gutture fixa est;* Verg. Aen. VII, 533: *haesit gutture vulnus.* 8) Cf. supra X, 399. 9) i. e. Gaucherus; cf. supra X, 483; XI, 200 sq. 10) Cf. infra v. 401. 402. 11) Ovid. Met. XII, 379: *collato marte.* 12) Gualth. Alex. IV, 516: *Bucephal, cui rex ut prepete saltu Insedit.* 13) Ovid. Met. XIII, 544 sq.: *ira; Qua simul exarsit . . ., Ulcisci statuit, poenaeque in imagine tota est. Utque furit* etc.

Corpore truncato Stigias eat exul in umbras[1];
Pena* discat ut hac[2], quam sit temerarius ausus — *Discat ut hac pena *A. M.*
Pollutis manibus personam attingere sacram*. — *regis[a] *A.*
At levo in cornu, qui nulli marte secundus[3],
Bolonides pugne insistit, cui fraxinus[4] ingens
Nunc implet[b] dextram vix ulli baiula, qualem
In Bachi legimus[5] portasse Capanea cunas*, — *cunis *A*; In Bacchi cunis Capaneus gestasse refertur *M.*
Quem[c] vix fulmineo deiecit Iupiter ictu,
Nunc culter vite impatiens, nunc sanguine pingui[d]
Mucro rubens; gemina e sublimi vertice[6] fulgens
Cornua conus[7] agit superasque educit[e] in auras[8],
E[f] costis assumpta nigris, quas faucis in antro
Branchia[g] balene Britici colit* incola ponti[9]; — *gerit[h] *A.*
Ut, qui magnus erat, magne superaddita moli
Maiorem faceret phantastica pompa videri.
Ac velut[10] in saltus[i] scopulosa Bieria[11] saltu
Precipiti mittit ingenti corpore[12] cervum,
Cuius multifidis[k] numerant a cornibus annos,
Mense sub Octobri, nondum[l] Septembre peracto,
Annua quando novis[m] Venus incitat* ignibus illum, — *ignibus incitat *A. M.*
Cursitat in cervos ramosa fronte minores*,
Omnibus ut pulsis victor sub tegmine fagi[13]
Conubio[14] cervam solus* sibi subdat amatam: — *soli *A. M.*
Haud secus[10] e peditum medio, quibus ipse rotundo
Ut castro cauta se circumsepserat arte,
Prosiliens* volat in Thomam Robertigenasque — *Bolonides *A. M.*
Drocarum[n] comitem Belvacenumque Philipum
Bolonides*, quos Francigenis magis omnibus[15] odit, — *Quos merito Francis magis oderat omnibus ille *A. M.*
Ipsius a regno fuerant qui causa fugandi,
Cui latus astipant[o] heros Salebericus, Hugo
Bobigena, Arnulphus Audenardenus[p], et Angli
Militis examen patriis[q] minus arma volentis[16].
Stant* contra oppositis Thomas Galericius armis — *Quos contra ... ciet *A. M.*
Gamachios Wimosque[r] ciens[s] Robertigeneque
Pontiviusque[t, 17] comes Drocenses atque Poheros[u, 18],
Quique[v] suos factis et voce hortantur[w] in illos.

*) *In cod. A sequitur versus:*
Dans pro mugitu murmur resonabile silvis[19].

a) Francum pulsare monarcham *M.* b) implens *B.* c) Quam *B 2. ed.* d) pugni *B. Ch.* e) eduxit *B 2.* f) Ad costas appensa nigras *M.* g) Brachia *A.* h) quas faucis in antro Gestarat lato balena Britannica ponto *M.* i) saltis *A*; Ac velut in sylvis ingenti corpore cervus Cuius *etc. M.* k) multifidos *B 2. ed.* l) nund. *B 1*; mundum *corr.* nundum *B 2*; vix dum *M.* m) Venus novis *B 1 (corr. n. V).* 2. n) Atque ducem Druidum *M.* o) astipat *B 2.* p) Audanardenus *A*; Aldenardenus *M.* q) *ita recte B*; patris *A. ed. praeter M. et Barth.*; partis minus arma iuvantis *M.*; patriae minus arva volentis *Barth.* r) Wniosque *corr.* Winiosque *B 2.* s) sciens *B 2.* t) Pontumiusque *A. B*; Pontiniusque *M.* u) Popheros *corr. ut videtur* Poheros *B 2*; Poeros *A*; Druidę simul atque clientes *M.* v) Quisque *A. M.* w) hortatur *M.*

1) Ovid. Met. I, 139: *Stygiisque admoverat umbris* (opes). 2) Cf. Lig. VIII, 386. 387. 3) Verg. Aen. XI, 441: *haud ulli virtute secundus*; Ovid. Met. XIII, 360: *nec sunt tibi marte secundi.* 4) Gualth. Alex. IV, 520: *Fraxinus in dextra.* 5) Stat. Theb. X, 836–939; imprimis conferendi sunt versus 843. 845. 888. 927. 939. Cf. etiam Gualth. Alex. VIII, 122—125. 6) Verg. Aen. IX, 682: *quercus ... sublimi vertice nutant.* 7) Cf. Phil. IX, 520; XI, 696. 8) Ovid. Met. V, 641: *superas eduxit prima sub auras.* 9) Ovid. Met. XIII, 904: *alti novus incola ponti.* 10) Verg. Aen. IV, 441. 447: *Ac velut ... Haut secus.* 11) Silva de Bierre, hodie de Fontainebleau. 12) Cf. Verg. Aen. XI, 641: *ingentem corpore.* 13) Verg Ecl. I, 1: *sub tegmine fagi.* 14) Cf. Verg. Aen. I, 73. 15) Verg. Aen. I, 15: *terris magis omnibus.* 16) patriis = quam patrii milites, cf. V, 346: *patrio ... milite.* — Verg. Aen. VII, 340: *Arma velit*; ib. XII, 42: *arma volunt.* 17) Cf. X, 484. 18) Sunt illius loci incolae, cui tunc nomen Poix (dép. Somme). 19) Ovid. Rem. am. 183: *Parte sonant alia silvae mugitibus altae*; Pind. Theb. 600: *magnoque implentur murmure silvae*; cf. Ovid. Met. II, 788; XV, 510.

Hastis coniectis[a], strictis mucronibus[1] ambe
Se sibi continuant acies repetuntque vicissim
Ictus alternos crudoque cruore cruentas
Compellunt herbas variare rubore virorem.
  Interea rex Otho manu furibundus utraque
In Francos, dum ceca sinit fortuna, securim
Vibrat, dumque istos sternit, dum vulnerat illos,
Non tamen illorum potis est effringere vires
Terroremque animis inducere fortibus ullum.
Qualiter[2] ille Brias Flegreis[b] horridus armis
Centenis manibus fidens et corpore grandi,
Terrigenis animos audax audacibus addens*[3], — * auget *A*; audax animos audacibus auxit *M*.
Ausus celicolis bellare* Iovique superno[c]; — * pugnare *A. M.*
Ut vero iustas superum regnator in iras
Exarsit, dextram iaculis celestibus armans,
Fulmina* pro manuum numero iaculatur in ipsum, — * Pro m. n. iac. fulm. in ipsum *A. M.*
Nec vita vult[d] prorsus eum privare, sed igne
Celesti ambustum supponit rupibus Ethne,
Ignes perpetuos vomiturum fauce supina[4]:
Non secus in Francos Otho desevit, eorum
Per medium frustra sperans impunis abire,
Inque ipsum regem* simili sevire flagello. — * simili regem indulgere *A*; sim. reg. saevire *M*.
Quem circumvallant furibunde milia gentis;
Hic clava horrendus, hic formidabilis ense;
Hic sudibus, telis hic dimicat, ille bipenni;
Hic* verubus[e], cultris alter subularibus arctas — * Is *A*; Aut *M*.
Scrutatur thorace[f] vias galeeque fenestris[g, 5],
Qua ferro queat immisso terebrare[h] cerebrum.
  Nec minus Othonem pergebat adire Philipus,
Nil aliud cupiens, nisi soli possit ut ipsi
Alter ut Eneas Turno pugnare secundo.
Et iam destructo primo in certamine vallo†, — † *gl.* facto de peditibus ante Othonem *B*.
Hastigerisque viris diversa strage peremptis,
Per medios equites iam festinabat ad ipsum.
Sed neutri ad reliquum est via libera, tam glomerato
Agmine, tam iunctis pars utraque dimicat armis.
Sternuntur plures, sed strages Theutonicorum[i]
Densior est, cum more suo Barrensis in illos
Seviat, impinguans effuso sanguine campos,
Et Petrus Malevicinus[k] fortisque Girardus,
A sue[6] cognomen non dedignatus habere,
Cum reliquis, quorum mens vinci nescia[7] solum
Optat, ut aut vincat aut pugnando moriatur[8].
  Quos contra comes Otho furit, cui Tinqueneburgis[l]
Parebat* regio, Guerardus[m] Randerodensis, — * Paret adhuc regio *A. M.*
Et quo Theutonicos inter prestantior[9] ullus* — * alter *A. M.*

a) confractis *M*. b) Phlegr. *A*. c) supremo *M*. d) vel *corr.* nul't *A*. e) verubus *corr.* veribus *B2*. f) tor. *B2*. g) fenestras *M*. h) cerebr. *B2*. i) Teuthon. *B2*. k) Melenecinus *B2*. l) Tinqueburgis *A*; Tinqueneburga *M*. m) *ita B1. M.*; Guirardus *B2*; Guerrandus *A*.

1) Verg. Aen. X, 651: *strictumque coruscat Mucronem.* 2) Ad v. 357—367. cf. Verg. Aen. X, 565 sq.: *Aegaeon qualis, centum cui bracchia dicunt Centenasque manus . . . Iovis cum fulmina contra Tot paribus streperet clipeis* etc. Cf. Ovid. Met. V, 320 sq.; Fast. IV, 490. 3) Ovid. Met. VIII, 388: *et addunt Cum clamore animos;* Verg. Aen. I, 717: *animum virisque Latinis addidit.* 4) Ovid. Met. V, 352: *Degravat Aetna caput, sub qua resupinus arenas Eiectat flammamque fero vomit ore Typhoeus.* 5) Cf. infra v. 437. 6) Scropha; cf. X, 460 (A). 7) Verg. Aen. XII, 527: *nescia vinci Pectora.* 8) Gualth. Alex. VI, 309: *Pugnandoque mori.* 9) Verg. Aen. VI, 164: *quo non praestantior alter.*

Non erat aut maior membris aut[a] corde, Girardus[1],
Hostimalis contra Francos emissus ab horis.
Qui tante fame, qui tanti nominis extat[b],
Ut vix Othonem Saxonia* preferat illi; *Teuthonia *A.* (Germania *M.*).
Innumerique alii, qui, dum victoria nutat[c],
Dum vultu fortuna pari blanditur utrisque[d],
Viribus inmensis solitoque furore[2] resistunt
Francigenis, nec adhuc rabies Alemannica, quam sit
Francorum virtute minor, se scire fatetur[3].
Ast ubi Saxonum tandem rex attigit agmen,
Francigeneque[e] suum viderunt se prope regem,
Quem tanta levitate in equum ascendisse stupebant,
Theutonicis[f] horror, Francis audacia crevit
[Eius* in adventu, fervore calentis et ira]. *v. 407. *deest A. M.*
Ergo reviviscit pugna, acsi nulla fuisset
Hactenus; alternis sternuntur stragibus agri;
Sternuntur domini quidam* sine vulnere, multos *multos[g] sine v. multos *A. M.*
Et dominos et equos lapsu mors tollit in ipso,
Ut moriens vecto faciat solacia vector[4],
Ne domino amisso scandi indignetur ab hoste.
Sunt qui, interfectis propriis vectoribus, ipsi
Dum pedibus stantes pugnant, quos[h] casus eisdem
Errantes offert, in equos ascendere gaudent,
Nec curat, proprio privatus, forte repertus
An sit equus socii, cui† se commendat, an hostis. †*gl.* equo *B1.*
Tam festinanter properant in bella redire.
Hic Longi Stephanus Campi dominator, iniquo
Sydere*[5] cui filum[i] iam rumpere Parca[k] parabat[l], *pollice *A. M. Cf. v.* 706.
Cum membris esset inmensis, atque vigorem
Adderet inmenso, vires[m] audacia forti,
Ante ipsum regem, multo circumdatus hoste,
Obstantes nunc ense secat, nunc corpora forti
Prensa manu, quando spacium non invenit ictus,
Hinnisonis depellit equis, nunc mixta peremptis
Viva coacervans aliena tabe volutat[n],
Nunc multos lapsis[o,]† et ferri pondere pressos††, †*gl.* ablativi casus est *B1.* ††*gl.* Pressos lapsis aliis super illos *B. Cf. infra v.* 682.
Inque ipso lapsu††† fracto quandoque cerebro, †††*gl.* in ipso lapsu s. dum cadunt *B.*
Aut collo, aut costis, vita sine vulnere privat;
Et quasi se[p] soli victoria debeat illi,
Dum desevit in hos et ab hiis se vertit in illos,
Nec requiem capit et nec ad horam cessat ab ictu,
In cerebrum casu ferrum subulare recepit,
Incertum cuius dextra impingente, fenestras
Per galee medias, quibus est ocularia nomen,
Per quas admittit ocularis pupula lumen,
Quando nusquam aliis in toto corpore prestant
Armamenta viam, qua stringant* vulnera corpus[6]. *corpus vuln. str. *A. M.*
Frigore continuo letali membra rigescunt,

a) in *A*; animove *M.* b) erat *B2.* c) micat *B2.* d) utrique *M.* e) Francigenique *B2. ed. praeter M.* f) Teuthonicis *B2.* g) multi *M.* h) *e corr. B2.* i) filium *B1.* k) Parcha *B2.* l) parabant *B1.* m) aures *A* (vires *M.*). n) voluptat *B1*; *cf. supra p.* 370. *n. g.* o) *ita recte A. B. (P. Ch.)*; Nunc lapsos hostes *M.*; *Barth. corrigendum putat:* lapsus; *Br. corr.:* lapsos. p) se *deest A.*

1) Cf. infra v. 467. Bernardus de Horstmar. Cf. Gesta episc. Traiect., SS. XXIII, p. 414; Ficker, in 'Z. für vaterl. Gesch. N. F.' IV, 296. 2) V. supra IX, 62, p. 339, n. 2. 3) V. supra v. 300—302. 4) Cf. Gualth. Alex. III, 42: *Vectores vectique simul*; v. supra IX, 677. XI, 122. 5) Gualth. Alex. II, 532. III, 63: *iniquo sidere.* 6) Cf. Verg. Aen. X, 331: *stringentia corpus* (sc. tela).

Hostilemque super stragem, quam straverat ipse,
Fundit equus dominum, cuius rapit ignea sursum
Vis[a] animam, corpus terrenum terra recepit[1].
At Barrensis eques, cum iam subiecta cruore
Arva cruentasset multo, fastidit inertes[e]
Et vinci faciles, quorum spreto agmine, solum
Tendit in[2] Othonem; sed iam per lora tenebat
Petrus eum Malevicinus deque agmine denso[b],
Fortiter implexis dextra luctante lupatis[3],
Extricare volens, turba impediente nequibat.
Advolat et strictum[c] dat eidem Scropha cutellum
Pectoris in medio, nec cedere ferrea ferro
Arma volunt, quibus Otho suos muniverat artus.
Replicat inque ictum dextra indignante Girardus
Acrius insurgit[4]; sed equus cervice levata
Obviat et casu venientem suscipit[d] ictum[4],
Perque oculum in cerebri medio letaliter ictus
Se levat, inque pedes stans ut capra posteriores
De Petri manibus ruptis extricat habenis,
Et[e] consternatus giravit se retro, freno
Castigare genas rupto nequeunte superbas.
Dumque calor plageque gravis[*] dolor attonat illum, [*] dolor gravis (gravius A) A. M.
Vi rapit a turba dominum; sed proxima cum mors
Longius ire vetet, terre procumbit[5] et una
Othonem secum moriens in[f] pulvere fundit.
Hostimalensis[g] adest cursu rapiente Girardus[h, 6],
Descendensque suum domino vectoris egenti
Prestat equum, pedes ipse manens. O mira fideli
O laudanda fides in milite! Ne pereat rex,
Exponit miles[*] sese spontaneus hosti, [*] sese miles A. M.
Seu vinctus[i, *] duci seu morti occumbere certus; [*] Seu duci vinctus A. M.
Barrensique[7] ausus concurrere, gnaviter illum
Impedit, Othonis fuga ne impediatur ab illo;
Qui sibi iure timens, lateri non parcit equino,
Dum memor est celeri solum salvare fuga se.
Nec curat, quantos belli in discrimine caros
Negligat, expositos cedi mortisque periclo,
Doctior ad presens propriam curare salutem,
Quam certus vinci frustra succurrere victis.
Instat enim Guillelmus[k] ei, requieque negata
Iam tenet acer eum per posteriora torosi[l]
Arma humeri, galeamque inter collique tumorem
Fortiter infixis digitis a vertice conum[m]
Vellere dum vellet et guttura rumpere ferro[8],
Ecce Pilosus[9] adest comes et Guerardus[n, 10] et Otho
Tinqueneburnites, et quem Tremonia[o] misit[11],

a) Vix *B*. b) dempso *B 2*. c) medium *A; rigidam* macheram *M*. d) sucipit *B 2*. e) Sic *M*. f) vel *A; recte M*. g) *ita M.; cf. supra v.* 395; Hostimarensis *A;* Ostimarensis *B*. h) Gerardus *M*. i) victus *B. ed. praeter M*. k) Wll's *A;* Gull's *B 2*. l) thorosi *B 2*. m) conumu (?) *corr.* conum *B 2*. n) Guirardus *B 2;* Guerrandus *A*. *Cf. X,* 406. o) Cremonia *M*.

1) Prud. Cath. X, 1: *Deus, ignee fons animarum* etc.; 11: *Humus excipit arida corpus, Animae rapit aura liquorem;* cf. Barth. Animadv. p. 704. 2) Verg. Aen. X, 412: *Tendit in adversos;* cf. Stat. Theb. VIII, 594—597. 3) Cf. Verg. Georg. III, 208; Prud. Psych. 191. 4) Cf. Verg. Aen. V, 443: *Ostendit dextram insurgens Entellus et alte Extulit; ille ictum venientem a vertice velox Praevidit.* 5) Ovid. Met. V, 122: *ille Procubuit terrae.* 6) Bernardus de Hostemale in Gestis audit. Cf. supra v. 395. 7) Guillelmo. 8) Ovid. Met. XV, 464: *vituli qui guttura cultro Rumpit;* Met. XIII, 476 (cf. VI, 251): *rupit praecordia ferro.* 9) Cf. supra X, 409. 10) de Randeroth; cf. supra v. 392; X, 406. 11) Corradus; cf. X, 403.

Et numerosa manus Saxonum, qui fugientem
Consociant* dominique fuge solacia prebent, — * Associant *A* (Sectantur *M*).
Ut sociatus eis habeat minus ipse* pudoris. — * ille *A. M.*
Hii se Guillelmo[a] obiciunt socialibus omnes
Auxiliis, nec mille uni pugnare pudebat.
Quem quia non poterant equitem superare, per eius
Ilia vectoris gladios in viscera mergunt,
Vixque manu ipsius dominum eripuere tenaci,
Qui rursus mandare fuge[1] sua terga studebat.
  Ast illi Guillelmum obeunt unumque putabant
De facili peditem tam multo a[b] milite vinci.
Ille autem pedes in medio vestigia firmat[2],
Seque habet inter eos irati more leonis,
Nunc cultro, nunc ense furens, nec se pedes illis
Exhibet audacem minus aut virtute minorem,
Quam si staret eques; tanta levitate catervam
Circumvallantem[c] se proterit[d], impetuosas
Illorum rabies animoso robore* frangens. — * pectore *A. M.*
Cumque diu solus se defendisset ab illis
Et per circuitum multos stravisset eorum,
Succursurus adest illi Galericius[e, +] heros[3], — + *gl.* s. Thomas *B* 1
Cumque illo pedites duo milia robore fortes,
Instructique armis dominoque per omnia fidi,
Quos cum militibus decies sex[4] associari
Ex omni sibi gente sua curaverat ipse.
Nec mora, Barrensis in equum conscendit, eoque
Dimisso, cuneus, modo qui circumdabat ipsum,
Laxatur, repetuntque fugam haud indempniter omnes.
Nam summi inter eos Otho comes[5] atque Pilosus[6],
Corradus Waphalus[7], Guerardus Randerodensis[f]
Cum multis, alios[g] qui nobilitate* preibant*, — * strenuitate *A;* nobilitate *etiam M.*
Sponte manus in vincla dabant*, ipsique teneri — * feriunt *A. M.*
Vincirique orant potius quam perdere vitam.
Franci etenim tantis instabant cedibus ipsis,
Quod quicumque, fuga neglecta, forte resistens
Dedere se vel pro vita suplicare moratur,
Confestim, quam sit gustatio mortis amara,
Sentit et ingreditur sedes novus hospes[8] Avernas.
  At procul hinc acies in levo prelia cornu[9]
Equis miscebant[10] animis, et utrique pari se
Impendebat adhuc parti Fortuna favore.
Sanguineis Bellona[11] rotis utrosque[h] pererrans,
Tincta cruore manus[12], vestes et pectus et arma,
Effusosque avida sorbescens fauce cruores,
Milia mille neces et vulnera spargit ubique*, — * utrinque *A. M.*

*) *In A sequitur versus:*

Qui[i] modo Barrensem capere et vincire parabant.

a) Wll'o *A;* Guill'o *B2.* b) *deest B. ed.* c) *ita M.;* circumvallentem *A. B.* d) prociter *B2.* e) Galericus *A;* Gualericus *M.* f) Randorodensis *B;* Randerodanus *M.* g) aliis, qui *Ch. Br.;* reliquos *M.* h) utroque *M.* i) Qui modo Guillelmum Barram vincire par. *M.*

1) Ovid. Met. XI, 334: *membra fugae mandat; terga fugae dare* Met. V, 322; XII, 313. 2) Verg. Aen. III, 659: *vestigia firmat.* 3) Thomas de Sancto Valerio (Saint-Valéry-sur-Somme). Cf. X, 490. 4) 'equites 50' Gesta, supra p. 312. 5) Teklenburgensis. 6) Cf. supra X, 409, p. 356, n. 7. 7) de Tremonia (Dortmund); v. 487. 8) Verg. Aen. IV, 10: *Quis novus hic nostris successit sedibus hospes.* 9) Gualth. Alex. V, 205: *At levo in cornu.* 10) Aen. X, 23: *proelia miscent.* 11) Cf. Aen. VIII, 703. et Gualth. III, 134; V, 206 sq. 12) Ovid. Met. II, 798: *manu ferrugine tincta.*

Speque sui incerta* partem suspendit utramque, *dubia *A. M.*
Castra[a] super dubiis Victoria dum volat alis[b, 1];
Sed cunctata brevi divino numine vultum
Mutat et in Francos totum flexisse[c, *] volatum *inclinare *A. M.*
Gaudet* et adverse penitus spem tollere parti. *Cepit *A. M.*
Nam Belvacensis ut vidit episcopus Angli
Germanum regis, cui, cum[d] sit viribus ingens,
Angligene longo dederant cognomen ab ense,
Sternere Drocenses et dampnificare frequenti
Cede sui[e] fratris acies, dolet, utque tenebat
Clavam forte manu, sic illum dissimulato
Presule percussit in summo vertice, fracta
Casside quod sterni tellure coegit[f] eundem
Corporis et longi signare caractere[g] terram[2].
Et quasi celari facti tam nobilis auctor
Possit, neve queat presul gerere arma[3] notari,
Dissimulare studet, quantum licet, atque Iohanni,
Servit adhuc patrum cui iure Nigella suorum,
Hunc vincire[h] iubet et sumere premia facti*[4]. *laudis *A. M.*
Sic plerosque alios clava sternebat eadem,
Militibus super* hoc titulum palmamque resignans, *tit. super hoc *A*; tit. super his *M.*
Accusaretur[i] operam ne forte sacerdos
Gessisse illicitam, cui numquam talibus inter
Esse licet, ne cede* manus oculosve[k] prophanet. *forte manus *A. M.*
Non tamen est vetitum deffendere seque suosque,
Dum non excedat positos deffensio fines.
Angligene dominum postquam videre ligari,
Nimirum attoniti, quos crapula[5] donaque Bachi
Dulcius alliciunt quam duri munia Martis[6],
Se* campum nudant fugiuntque per avia[7] sparsim, *Campum se nudant *A*; Excedunt campo *M.*
Quo fuga precipites, quo mixto horrore timori
Casus agit, sociumque fuge Bolonicus[l] Hugo
Se facit illorum, nec eum fugisse pudebat,
Qui modo pre cunctis bellum affectabat et ipsum
Bolonidam irridens timidum infidumque vocabat,
Quod dissuaderet pugnandum nec fore tutum
Diceret in plano vires opponere Francis,
Quorum virtutes, quorum bene noverat actus,
'Tu fugies', aiens, 'lepus ut fugitivus, ego autem
Aut interfectus aut passus vincla[8] manebo'.
Hac ergo Ardanide, longi Saxones ab illa
Parte fuge intendunt, Waphali cum Theutonicorum
Milibus inde abeunt; hinc se Brabancio cursu
Subducit Francis, hac Flandricus, Anglicus illac;
Nec reperire dolent aliquas per plana latebras,
Cruda quibus lateant saltem dum vulnera stringant,
Horrendi saltem[m] dum transeat hora furoris,

a) Grata diu *M.* b) armis *B.* c) fluxisse *B2.* d) condit *A*; quod sit *M.* e) suis *A*; sui *M.* f) cogit *B2.* g) signa caracte terram *A.* h) vincere *B2.* i) *v.* 554. *post v.* 555. *A. Recte M.* k) oculosque *ed. praeter M.* l) *ita A. B*; Bobanus *M.*; Bovinius *Barth.*; Bobonicus *Br. Nihil mutandum.* m) breviter *A*; donec pertranseat *M.*

1) Ovid. Met. VIII, 12: *diuque Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.* 2) Idem fere versus occurrit IV, 511: *Corporis et longi signare caractere terram.* 3) Decretal. III, tit. 1, c. 2. 4) Ovid. Met. IV, 756: *et tanti praemia facti Indotata rapit.* 5) Cf. Galfr. Vinesauf, P. N., v. 1000: *Potatrix Anglia, testrix Flandria, iactatrix Normannia.* 6) Ovid. Met. XIII, 296: *duri fugientem munera belli.* 7) Ibid. I, 701: *fugisse per avia Nympham.* 8) Cf. Gesta, supra p. 313; Ovid Met. VI, 553: *Vincla pati cogit.*

Dum satur[1] ad loculi gladius velit ora reverti,
Dum Franci modica cessent a cede vel hora,
Qui persistebant hos cedere, funibus illos
Innodare suis, quibus ipsi Francigenarum
Impete sub primo dextras arctare putarunt.
Cumque latus belli fuga iam nudasset utrumque,
Stabat adhuc peditum* medio se sepe receptans — * medio peditum A M
Bolonides, nec sevus adhuc cessabat amica
Dampnificare suo cognataque pectora[2] ferro,
Hostis amicorum patrieque exosus alumpnos.
Nec patrii dulcedo[3] soli nec sanguinis ulla
Communis pietas nec amice vincula carnis
Nec regi et domino iuracio prestita dudum
Mollierant[a] diram fundendo a sanguine mentem,
Nec vinci a quoquam virtus effrena sinebat,
Et* cuicumque manum iunxisset[b, 4] victor abibat; — * Sed A. M.
Tam caute, tam se prudenter agebat[c] in armis,
Tam liquido Francis traxisse parentibus ortum
Belligerando ipsum probitas[d] innata probabat[e];
Degeneremque licet tibi culpa effecerit ipsum,
Non tamen istius pudeat te, Francia, culpe,
Nec facies super hoc rubeat tua; non modo primum
Incipiunt partus parientibus esse pudori.
Sepe fit, ut pariat[f] pravos bona mater alumpnos,
Et mala[g] sepe parens sanctos alit ubere natos.
In peditum vallo tociens impune[h] receptus,
Nulla parte comes metuebat ab hoste noceri[i].
Hastatos etenim pedites invadere nostri
Horrebant equites, dum pugnant ensibus ipsi
Atque armis brevibus, illos vero hasta cutellis
Longior et gladiis, et inextricabilis[5] ordo
Circuitu triplici murorum ductus ad instar
Caute dispositos non permittebat adiri.
Que res ut regi patuit, ter mille clientes
Hastis armatos in equis emisit in illos,
Ut perturbatos stationem solvere seque
A tam perplexa faciant[k] laxare corona.
Exoritur clamor[6] nimius stragesque cadentum
Armorumque fragor audiri non sinit eris
Clangentis sonitum, cadit omne in vulnera[7] vulgus,
Quo se Bolonides[l] sterili vallaverat arte,
Dum putat in vanum Francis illudere solus,
Ipse quibus pugnare aliis fugientibus audet,
Nec vitam debere[m] fuge dignatur inerti.
Nil miseros longa arma iuvant, nil Dacha bipennis*[8], — * securis *A. M. Ita XI,* 118.
Nil comes ipse suum nequiens deffendere[n] vallum.

a) Mollierat *M.* b) iunsisset *B1*; iuncisset *B2*; iunxisset *etiam Ch.*; iniecisset *M.* c) habebat *M.* d) ubi prob. *A.* e) ꝑbabat *A.* f) pareat *A.* g) male *B.* h) inpugne *A.* i) necari *ed. praeter M.* k) faciat *B2. ed. praeter M., qui scripsit:* cogant. l) Bolonide *B2.* m) dignare *B2.* n) defendere *h. l. codd.*

1) Gualth. Alex. III, 215: *Iam satur ad loculum redit ensis.* 2) Ovid. Met. VI, 498: *perque fidem cognataque pectora supplex* (sc. oro). 3) Gualth. Alex. I, 370: *Sola tamen patriae revocat dulcedo volentes.* 4) Ovid. Met. IX, 314: *iunctasque manus patefacta remisit Diva.* 5) Cf. Verg. Aen. VI, 27: *et inextricabilis error.* 6) Verg. Aen. II, 313: *Exoritur clamorque virum.* 7) Cf. X, 487: *Corruit in vulnus;* Liv.: *cadere in vulnus.* 8) Gualth. Alex. I, 257: *quibus arma sudes et Daca bipennis.*

Nil privare potest virtutem fine cupito,
Sola est que superat finaliter omnia virtus[1].
Cui vis nulla vel ars roburve in fine resistit,
Omnia suppeditat, supereminet omnibus una[2];
Hec Francis semper comes[a] esse domestica gaudet,
Hec Francos in fine facit gaudere triumpho.
Omnes interimunt, omnes in Tartara mittunt[3]
Bolonidamque[b] suo discludunt prorsus asilo.
Ille autem*, ut[c] totos fugientibus undique campos — * ergo *A. M.*
Fervere[4] conspexit et vix superesse decem ter
Ex equitum peditumque omni legione suorum,
Ne vel velle capi seu vinci sponte putetur*, — * notetur *A. M.*
Francigenas ruit in medios, quem quinque[d, 5] secuntur
Vix socii, reliquos cingentibus undique Francis,
Quoque ligarentur* spacium vix dantibus ipsis. — * ligent victos spat. v. dantibus illis *A.* (Vix quibus est spacium victos captosque ligandi *M.*).
Et quasi solus eos iam vincere debeat omnes,
Tanquam nulla die gessisset prelia toto,
Viribus et nisu toto furibundus in illos[e]
Sevit et[f] ad regem medio festinat[f] eorum,
Vitam non dubitans eius pro morte pacisci[6]
Affectansque simul illo moriente moriri[7].
Ibat forte pedes Petrus, cui nomen et ortum
Insignem Turella[8] dedit, vectore[g] perempto,
Dum nimis hostiles audet prorumpere[h] turmas;
Qui fieri miles et origine dignus et actu,
Carus habebatur et clarus regis in aula.
Hic cum Bolonidam[i] bellum renovare videret
Et conferre manum, nec adhuc se dedere velle[k],
Imo renascenti virtute resistere multis*, — * cunctis *A. M.*
Festinans accessit eo, levaque levavit
Tecturam, sinibus[l] que latis ferrea latam
Ventrem velat equi, teneroque sub inguine dextra
Mucronem impegit et equi vitalia rupit[9];
Enseque retracto, lato manantis hiatu
Infecit virides aspersio sanguinis herbas[10].
Quo viso, quidam fidis ex eius amicis
Advolat et comitem prensis ardenter habenis
Invehitur dictis et amico famine in ipsum,
Qui, nolente Deo, fugientibus undique cunctis,
Staret adhuc solus, victores vincere certans,
Procurans proprio sibimet suspendia facto,
Non* metuens merita se precipitare ruina, — * Nec metuit *A.*
Quam bene[m] cum reliquis posset fugiendo cavere.
Talia prosequitur et eum[n] per frena seorsum

a) come *A.* b) Bolonidenque *A. M.*; Bolonidemque *Ch.* c) in *corr.* ut *B2.* d) ubique *A*; *recte M.* e) illo *B2.* f) ut a. r. m. festinet *A*; et ad regem medio ruit agmine Francum *M.* g) victore *B2.* h) perrumpere *Barth. Br.* i) Bolonidem *B. ed. praeter M., qui scr.* Boloniden. k) vellet *A.*; velle *etiam M.* l) funibus *corr.* sinibus *B2.* *Versum omisit M.* m) leve *B. ed. praeter M.* n) cum *A*, sed cum *M.*

1) Cf. Alex. VI, 418—421. 2) Gualth. Alex. X, 37: *cunctis supereminet una* (superbia). 3) Verg. Aen. XII, 14: *aut hac Dardanium dextra sub Tartara mittam*; cf. Ovid. Met. XI, 670. 4) Cf. Verg. Aen. IV, 409: *cum litora fervere late Prospiceres.* 5) In Gestis supra p. 313. legitur: *adiutus tantum sex militibus.* 6) Verg. Aen. V, 230: *vitamque volunt pro morte pacisci.* 7) Ovid. Met. XIV, 215: *cupidusque moriri.* 8) de la Tourelle (dép. Eure). 9) Prud. Psych. 691: *Sed non vitalia rumpere sacri Corporis est licitum.* 10) Ovid. Met. III, 85: *Iamque venenifero sanguis manare palato Coeperat et virides adspergine tinxerat herbas*; cf. Verg. Aen. V, 330: *viridesque super madefecerat herbas.*

Nolentem retrahit, ut equo mandare novato
Terga fuge[1] faciat; cui tota mente resistit,
A bello nequiens animum revocare superbum.
'Malo', inquit, 'salvo vinci pugnando pudore,
Vincere[a] quam fugiens[2]; vitam postpono[b] pudori;
In bellum redeo, quicquid michi fata minentur'.
Dixerat, at nervis[c] iam se laxantibus ultra
Stare nequibat[d] equus. Tunc Condunita[3] Iohannes
Adveniens cum fratre suo Quenone frequentes
Ingeminant ictus comiti[e] cava timpora[f,4] circum,
Cumque suis ipsum vectore et milite pronis
Verticibus stravere solo, iacuitque supinus[5]
Ipse comes, pressa sub equino pondere coxa;
Dumque ligant fratres equitem[g,6], venit ecce Iohannes,
Cum vera re nomen habens a robore[7] verum,
Qui comitem, velit aut nolit, se dedere cogit.
Cumque moraretur a terra surgere, frustra
Auxilium expectans et adhuc evadere sperans,
Affuit e famulis electi garcio quidam,
Ipsum precedens, Cornutus nomine, fortis
Corpore, mortifero horrebat cui dextra cutello.
Hic ocreis ubi se iungit lorica volebat
Immisso comiti[h] vitalia rumpere ferro[8];
Sed thorax ocreis consuta patere cutello
Indissuta negans Cornuti vota fefellit.
Circuit atque alias se garcio vertit ad artes;
Cornibus amotis balene, et casside tota
Ingenti faciem nudatam[9] vulnere signat.
Iamque parabat ei guttur resecare, nec ullus
Arcet eum, quin mox occidat si queat illum[i];
Opposita tamen ipse manu comes obstat et a se
Quantumcumque potest mortem elongare laborat,
Sed rapido cursu[10] veniens electus, abegit
Ipsius a iugulo ferrum famulique[k] repressit
Ipse sui dextram. Quem cum novisset, ad ipsum
Exclamat comes: 'O, ne sic, electe, necari
Me, bone, permittas, ne me patiaris iniquo
Sydere dampnari, ne garcio funeris auctor[11]
Gaudeat esse mei! Melius me curia regis
Dampnet et infligat merui quam incurrere[l] penam'.
Dixerat. Electus e contra taliter illi:
'Non morieris', ait, 'sed cur ita surgere tardas?

a) *ita A. B; Barth., ineptissimam putans lectionem, quia contra rerum naturam sit fugientem vincere, corr.* vivere, *quod aqqrobat Br. Sed cf. Gualth. Alex. II*, 386; *Ovid. Ars amat. I*, 211. b) prepono *A;* vitae praepono pudorem *M.* c) verius *B2;* vercus *A.* d) negabat *A.* e) comitis *M.* f) tĩpa crcũ *A;* tempora *B. ed.* g) *ita A;* comitem, *in marg.* equitem *B1;* comitem *superscr.*, equitem *B2;* comitem *ed. praeter M., qui alium versum supposuit.* h) comitis *M.* i) ipsum *A;* illum *etiam M.* k) que *deest A. Recte M.* l) crimine *M.; cf. Ovid. Met. III*, 654; *X*, 154.

1) Ovid. Met. XI, 334: *Concita membra fugae mandat;* supra v. 496. 2) Gualth. Alex. II. 384: *si forte daretur Optio talis ei, fugiens an vincere mallet Quam vinci a profugis;* cf. Ovid. Ars amat. I, 211: *Qui fugis, ut vincas* (Parthe). 3) de Conduno (Coudun, dép. Oise, arr. Compiègne). 4) Verg. Aen. X, 891: *inter Bellatoris equi cava tempora conicit hastam.* 5) Ovid. Met. IV. 121: *Ut iacuit resupinus humi.* 6) Cf. v. 680. et Gesta supra p. 313. 7) Iohannes de Roboreto (Rouvrai); v. X, 475. 8) *vitalia rumpere* cf. supra v. 658; Ovid. Met. XIII, 476: *coniecto rupit praecordia ferro.* 9) Ovid. Met. VIII, 32: *faciem dempto nudaverat aere.* 10) Verg. Aen. XII, 683: *rapido cursu media agmina rumpit;* cf. ib. V, 291: *rapido contendere cursu.* 11) Ovid. Met. X, 199: *ego sum tibi funeris auctor.*

Surge cito, regi iam presenteris oportet!'
Hec dicens, terra nolentem surgere cesum
Cogit et aspersum vultus et membra cruoris[a]
Flumine vix in equum sua membra levare valentem[b]
Cum magno tollit plausu, vix denique victum,
Atque Nigellensi dat eum[c] servare Iohanni,
Qui gratum regi munus[1] presentat eundem.

EX CATHALOGO MATERIE DUODECIMI LIBRI[d].

Partitur predas duodenus[e]; corde benigno
Rex comitem recipit graviterque redarguit[f] ipsum.
Gaudia regali referuntur[2] ubique triumpho.
Mors optata nimis trahit in sua iura Iohannem.
. . . .

DUODECIMUS[g] LIBER INCIPIT.

Francorum gladios nimia iam cede rubentes[3]
Vix foruli agnoscunt, quosque emisere nitentes
Tabo sordenti mutatos pene repellunt.
Iam desunt[h] restes, iam desunt[h] vincla ligandis,
Turba ligandorum numero preit ipsa ligantes.
Iamque parante suam luna producere bigam,
Solis ad oceanum[i] curvo quadriga rotatu
Ibat, et eius equi laxo themone diurni
Non procul antidotum gaudebant esse laboris,
Quos expectabat gremio refovere tepenti
Thetis[4] ovans †, poteratque vie iam meta videri, †*gl.* alludit fabule *B*1.
Qua placide sperant se commendare quieti[5].
Protinus[k] in reditum litui sua classica mutant[l]
Et revocant sparsas tonitru leviore catervas,
Signa revertendi grato revocamine dantes.
Tunc[m] demum licuit Francis insistere prede
Et spoliis armisque hostes[6] spoliare iacentes.
Isti preda placet dextrarius, arduus[n] illi
Runcinus caput ignoto dat fune ligandum.
Hii neglecta legunt per campos arma, nitentis
Predo fit hic clipei, gladii vel cassidis ille.
Hic ocreis contentus abit, lorica[o] fit illi
Preda placens, vestes et tegmina colligit alter.
Fortior[p] et sorti magis est obnoxius ille,
Sarcinulatorum qui predo meretur equorum
Esse vel absconsi forulis pregnantibus eris
Aut carpentorum, que primum Belga[q] putatur[7]
Carpentasse sibi, cum regna cohercuit olim,
Aurea vasa quibus et non tempnenda supellex
Et multo Serum sudata labore latebant
Vestimenta, peregrinis regionibus ad nos
Que deferre solet animi mercator avari[8],

a) cruorem *corr.* cruoris *B*2. b) volentem *A. M.* c) dat conservare *A;* Ioanni tradidit illum *M.* d) Materia duodecimi libri *B.* e) duodenis *B.* f) redarduit *A.* g) Inc. lib. duod. *B*2. h) desinit *B*2. i) occasum *M.;* oceeanum *B*1. k) Propt. *B*1. l) mittant *A;* tollunt *M.* m) Tum *M.* n) ardinis, *in marg.* arduus *B*1; ardinis *B*2; Ardinis, *in marg.:* al. Ardius et (*l.:* ex) Ardennensi silva *Ch.* o) lovea *A.* p) Cautior *M.* q) Bega *A.*

1) Ovid. Met. X, 259: *grata puellis Munera.* 2) *Gaudia referre* Ov. Met. VII, 796. 3) Cf. Verg. Aen. XII, 695: *arva . . . caede rubescunt.* 4) Cf. Ovid. Met. XI, 784. 785; Verg. Aen. I, 692: *fotum gremio; Tethyos gremium,* Claud. IV. Cons. Hon. 597. 5) Cf. Verg. Aen. I, 691; V, 836; IX, 187. 6) Cf. Verg. Aen. XI, 80: *Addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem.* 7) V. supra IX, 368. 8) Hor. Ep. II, 1, 119: *vatis avarus Non temere est animus.*

Multiplicare studens ex re quacumque[a] lucellum[1]:
Unumquodque[b], rotis camera intervecta quaternis,
In nichilo patitur thalamo differre superbo,
Quo nova nupta sibi vult himenea parari;
Vimine tam nitido splendet contexta, patenti
Tot res ventre capit, tot edulia, tot preciosos
Ornatus, spoliis tot sufficit una vehendis,
Ut vix sufficiant iumenta bis octo trahende.
Carrus, quo reprobus erexerat Otho draconem,
Quem super auratis aquilam suspenderat alis[2]
Cogitur innumeras in se sentire secures,
Fragminibusque dolet ignis cibus esse minutis,
Nec* saltem ut superent fastus vestigia tanti, — * Et[c] saltem ut nec superent *A.*
Cumque suis pereat dampnata superbia pompis.
Ast aquilam[d] fractis reparatam protinus[e] alis
Rex hora[f] regi Frederico misit eadem,
Hoc sciat ut dono fasces, Othone repulso,
Iam nunc divino translatos munere in ipsum[g].
Continuo spoliis honeratus[h] nocte propinqua
Cetus ovans in castra redit; Regique superno
Gratus agit grates grato rex corde, tot hostes
Qui tam propicio dedit illi vincere nutu.
Fiat et ut tante memor etas postera palme,
Silvanectensis extra urbis menia cellam
Condit et imponit illi Victoria nomen,
Que largis dotata bonis se canonicali
Religione regens abbatis gaudet honore,
Conventusque sacri, quos de Victoris[3] ovili
Angelico assumpsit regis prudentia, dignos
Commendare Deo ipsius populique salutem,
Moribus insignes, mundum carnemque perosos,
Per que sola duo nos improbus allicit* hostis, — * illicit *A. M*
Hiisque triumphatis, levis est cum demone pugna,
Cum nil vincendum nisi sola superbia restet†[4].
O pietas, o mira fides in rege! Quis unquam
Rex Hebreorum, quis princeps, quis populi dux
Tanta pace animi, tanta pietate refulsit,
Ut non puniret capitalem protinus[i] hostem,
Maiestate[k] reum lesa, dominique peremptor
Qui fieri voluit et perducturus ad actum,
Si licuisset, erat conceptum mentis[5] inique?
Vassallo infido[l] voluit rex fidus haberi,

†) *B1 in marg., B2 in inf. marg.* Unde quidam dicit:
Cum bene pugnaris, cum cuncta[m] subacta putabis,
Que nos infestat vincenda superbia[n] restat.

a) quemcumque *B.* b) *ita A*; Unoquoque *M.*; Unamquamque *B. Ch.*; *Barth. corr.:* Rhedam quamque; *Br. recte:* unumquodque *sc.* carpentum. c) Ne fastus superent usquam *M.* d) aliquam *A. Recte M.* e) propt. *B1.* f) ora *B2.* g) ipso *A*; Ad se translatos div. mun. fasces *M.* h) oneratus *B.* i) propt. *B1.* k) Maiestatem *B2.* l) iniquo *post corr.* infido *B2.* m) cunta *B2.* n) suberbia *B2*

1) Cf. Hor. Sat. II, 5, 82; Ep. I, 18, 102: *honos an dulce lucellum.* 2) V. supra XI, 25 sq.; Gualth. Alex. II, 115. 118: *curru . . . Desuper ardentis fervorem temperat aestus Fictilis aurata pendens Iovis armiger ala.* 3) Cf. Gesta: *In eiusdem triumphi memoriam rex Philippus edificari fecit abbatiam de ordine sancti Victoris Parisiensis iuxta Sylvanectum que appellatur Victoria.* 4) Versus in marg. cod. B positos esse Hildeberti Cenomanensis (de vita Mariae Aegyptiacae) monuit Barth., Animadvers. in Phil. p. 717. Occurrunt etiam in Helinandi Frigidi-montis monachi Serm. XXIV, Migne, Patrol. Tom. CCXII, p. 200. 5) Cf. Ovid. Met. II, 640: *concepit mente furores.*

Qui servare fidem iuratam noluit illi, 1214.
Quem licite poterat quovis extinguere leto,
Cui debebatur[1] culeus[a, †] et simia, culpam
Rex prius indulsit, pro penis premia, pacem
Pro bello, vitam indigno pro morte rependens,
Quin eciam verbis pavidum solatur amicis[2]:
'Ne paveas, fido fac vixeris amodo corde
Flagiciisque novis me non accenderis in te,
Assistes lateri nostro non ultimus, imo
Quam prius extiteris michi carior efficieris;
Tu tibi, tu caveas recidiva labe relabi
In laqueos similesque iterum patrare reatus,
Ne tibi deterius possit[e] contingere, teque
Indignum omnino clementia nostra repellat'.
Sic ait et vinclis servari iussit honestis.
Post triduum vero, rege existente Bapalmis,
In reditu a bello fuit illi forte relatum,
Nescio quo retegente dolos, misisse latenter
Othoni comitem post bellum vespere sero[3]
Et regi et regno preiudicialia scripta.
Quo mox comperto, nimiam commotus in iram,
Subiecto terrore, sonos rex exit in istos:
'Tu genitorque[4] tuus corrupti munere dudum
Anglorum regi Henrico favistis et in me
Natalisque soli[5] concives arma tulistis,
Qui[f] rex vester eram, cui vos feodaliter[g] ambos
Iure ligabat honor comitatus, miliciaris
Cingula qui dederam tibi primicialia iuris.
Pace reformata nos inter, postea pacis
Tu preiudicium, post patris fata tui, me
Bello impugnasti renovato, rege parentis
Richardo post fata sui michi bella movente.
Quo mox extincto, factus michi denuo amicus,
Uxorem tibi iam cum gratia nostra dedisset
Bolonie toto comitissam[6] cum comitatu,
Non multo post hec elapso tempore factum est,
Ut simul a nobis comitatus quinque teneres,
Et tua nata[7] mei coniunx est facta Philippi,
Est et facta tui neptis mea Symonis uxor[8]:
Sic michi te donis, sic te per cara ligabam
Pignora, te contra ne me scrupulosa moveret
Suspicio, ad vomitus[h, 9] solitos ne forte redires,
Cum se perversi facile in consueta revolvant.
Hiis tamen ingratus, cuncta hec a mente relegans,
Proque bonis mala retribuens, me sponte relicto,
Cum membris Belial, qui pacem odere Deumque,
Nequitie fedus patrie desertor inisti,

† *gl.* saccus *B* 1.
†† *in marg. B:* hec est pena parricide[b]: claudebatur in sacco cum simia[c], gallo et colubro[d] et deinde iaciebatur sic in fluvium.

a) culleus *B.* b) par. *B* 2. c) sym. *B* 2. d) coll. *B* 2. e) possint *A.* f) Cui *A.* g) feodeliter *A.* h) monitus *corr.* vomitus *B* 2.

1) Iuv. Sat. VIII, 214: *Cuius supplicio non debuit una parari Simia nec serpens unus nec culeus unus.* 2) Verg. Aen V, 770: *dictis solatur amicis.* 3) Ovid. Met. IV, 415: *seroque trahunt a vespere nomen.* 4) Albericus comes Dompnimartini (Dammartin). 5) Ovid. Met. VIII, 184 (cf. VII, 52): *tractusque soli natalis amore.* 6) Idam. 7) Mathildis. 8) i. e. neptis mea Maria uxor facta est fratris tui Simonis Albemarlae comitis. Cf. Brial l. l. 9) Prov. Sal. 26, 11: *Sicut canis, qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam.* Cf. 2. Petr. 2, 22.

1214 Complicibusque tuis connivens, in caput istud
Coniuratus eis sicarius arma tulisti.
Cumque tibi hoc totum solita pietate remittens
Immeritam merita vitam pro morte[1] dedissem,
Ausus es, exacto vix[a] vespere, nocte sequenti[b]
Post bellum renovare dolos mentisque venenum
Instillare notis scriptoque retexere fraudem
Othonisque animum prece sollicitare dolosa,
Ut bellum renovet nosque impugnare retemptet.
Talis es, ut maculis macules cum talibus orbem;
Quamvis indignus sis amodo vivere, vitam
Non tamen amittes, iugique[2] in carcere vives,
A scelere ut saltem, dum sis in compede, cesses,
Et si mente nequit propelli prava voluntas,
Consueto saltem manus impediatur ab actu,
Effectuque[c] suo careat suggestio lingue'.
  Hiis dictis — neque enim comitem mutire patrati
Conscia mens[3] sceleris aut respondere sinebat —
Mox inclusit eum ferrata in turre Perone,
Compedibus vinctum geminis brevibusque cathenis,
Servarique iubet, posito custode fideli
Milite se decimo[d] Guillelmo[e] Prumiacensi[f].
  Regis et[g] Anglorum Drocensis fratre recepto
Turris honoratur, ut patri reddere natum[4]
Quandocumque suo cupiat pro fratre[5] Iohannes,
Namneti insidiis quem circumvenerat et mox
Cum sociis vinctum bis senis trans mare mittens
Iam custodierat in carcere tempore multo;
Hoc tamen ille diu concedere distulit, ut qui
Semper erat cum fratre suum genus omne perosus,
Egregiosque indigna pati malebat[6] ephebos,
Exeat a penis quam commutatus uterque.
  Ast alios comites[h], Waphalum[i, 7] cum Randerodensi[k, 8],
Tinqueneburgenum[l] Othonem comitemque Pilosum[9],
Ingenuosque viros, proceres equitesque minoris
Nominis[m] innumeros[10] diversa per oppida regni
Servari mandat rex ob commercia census,
Propria prout redimi sinat[n] unumquemque facultas,
Largiter[o] indulgens quicquid natura vel usus
Nobiliumve petat sibi consuetudo virorum,
Nulla ut personis vel honori iniuria fiat.
  At Ferrandus, equis evectus forte duobus,
Lectica duplici themone vehentibus ipsum,
Nomine quos illi color equivocabat, ut esset
Nomen idem comitis et equorum[11], Parisianis
Civibus offertur, Lupre[p, 12] claudendus in arce.

a) via *B.* b) latenti *M.* c) Affectuque *B* 2. d) sedecimo *Barth.* e) Guill̄o *B* 1; Guill'mo *B* 2; Wuill'o *A.* f) Pruminacensi *A;* Pruniacensi *B. ed.* g) *Barth. corr.:* at. h) *ita A. B;* comitem *M.* i) Vuafalum *A.* k) Rodorensi *corr.* Radorodensi *B* 2; Raderodensi *Ch.* l) Tynqueneburgeñ *B.* m) õīs *A.* n) sinit *A. M.* o) Largitur *A, recte M* p) Luparae *Ch. (Br.).*

1) Verg. Aen. IV, 696: *merita nec morte peribat.* 2) Cf. Phil. IX, 17. 3) Ovid. Fast. IV, 911: *Conscia mens recti.* 4) Robertum, comitis Drocensis filium. 5) Willelmo comite Salisberiensi. 6) Errat Will.; cf. SS. R. Gall. XVII, p. 100 n. et Winkelmann II, 2, p. 508. 7) Conradus de Tremonia (Dortmund); cf. X, 403; XI, 517. 8) Gerardus Randerodensis non erat comes; cf. Gesta supra p. 312. 9) Cf. supra X, 409; XI, 516. 10) Cf. Winkelmann l. c. p. 507. 11) Cf. Gesta supra p. 317. 12) Le Louvre prope Lutetiam.

Cuius in adventu clerus populusque tropheum 1214.
Cantibus hymnisonis regi sollempne canebant.
Tunc patuit, Ferrande, tibi phytonicus[a,1] error,
Compulit in vanum qui te sperare, quod urbs te
Exceptura foret magno regalis honore.
Lege quidem fati[2] non est lex equior, equo
Omnia iudicio Deus ordinat; equius ista
Sorte nichil, quod eos voto conformis eorum
Sors ligat in villis, quas Otho spoponderat illis,
Quasque daturus erat iurati federe pacti,
Letificasset eum pede si victoria dextro;
Fitque ut quisque loco tormentis serviat illo,
Cui dominaturum cupida se mente putavit,
Fitque locus pene, qui sperabatur honoris,
Commutatque[b] spei confusio gaudia luctu.
Agmina Pompeius olim pyratica fregit
Et Metridatem[c,†] nato mediante subegit
Cunctantem sumpto mortem accelerare veneno,
Ne sub Romanis natum regnare videret,
Vel nato efficeret ipsum sors dura minorem.
Postmodo regna fere pessundedit omnia Rome,
Que mare trans Grecum pars tercia continet orbis.
Cesar[†] post Gallos, post plurima regna labore
Conquisita gravi, quibus imminet[d] occiduus sol[3],
Late dilatans ius imperiale per orbem,
Terga licet flavis ostenderit ipse Britannis[4],
Pompeium vicit, ut magno maior et omni
Prelatus capiti princeps foret unicus orbis,
Ut dominaretur super omnes Roma sub ipso[5].
Roma[6] tamen neutri sic exultavit eorum,
Nec tam letifico cecinit peana canore
Intraturo in equis Capitolia[e] quatuor albis[7],
Francia quam celebri post consummata[f] Bovinis
Bella suo exhibuit[g] festum sollempne Philipo.
Nec tam magnificos meminit iubilasse triumphos
Post hec, cum Tytus et Vespasianus, Helya[h,†]
Funditus eversa temploque in plana redacto,
Iure tibi, Iudea[k], locum gentemque tulerunt[†],
Qui candelabrum, tabulas et federis archam[*)]
Et Domini mensam cum multo pignore sancto
Procuraverunt[l] Romanis[m] addere gazis.
. . . .
Sola dabat plausus in tempore regibus illo

† *gl.* regem Ponti *B* 1.

† *gl.* Iulius *B* 1.

† *gl.* Iherusalem *A*; id est Iherusalem, sic dicta ab Elyo imperatore, quia eam reedificavit[i] *B*.

† *gl.* scilicet Titus et Vespasianus *B*.

*) *Manu s. XIII. ex., quae aliis locis nihil nisi contextus excerptum affert, haec in marg. addit B 1:* Nota, quod arca federis est Rome, et legitur in Ystoria Scolastica, quod est in altari Lateranensi.

a) phyth. *B* 1. b) Committatque *B* 2. c) Medridatem *B* 2. d) iminet *B* 2. e) capitalia *A*. f) cunsumm. *A*. g) exibuit *A*. h) Helia *A*. i) rehedidavit *B* 2. k) vel Iudee *superscr.* *B* 1. l) Procuraverunt' *A*. m) dom. *A*.

1) Cf. Levit. 20, 27. 2) *Fatalis lex*, Ovid. Met. III, 316. X, 203; Gualth. Alex. VI, 514: *Omnia lege meant, quam rerum conditor ille Sanxit ab eterno.* 3) Claudian. de laude Stil. I, 161 (cf. Ovid. Met. I, 63): *Quot vel progrediens vel conspicit occiduus sol;* ibid. v. 249: *populos, quibus imminet Atlas.* 4) Cf. Caes. bell. Gall. IV, 34—36; V, 22. 5) Cf. Ovid. Met. XV, 433—435. 830. 831. 860. 869. 6) Cf. Gualth. Alex. V, 491 sq.: *Numquam tam celebri iactatrix Roma triumpho Victorem mirata suum tam divite luxu Excepit* etc.; Claudian. de laude Stil. III, 30 sq. 7) Claud. de laude Stil. III, 20: *Ipse albis veheretur equis;* de bello Getico v. 126: *Nec magis insignis Pauli Mariique triumphus, Qui captos niveis reges egere quadrigis.*

1214 Roma suis, nec cura aliis erat urbibus ulla,
Aut Romanorum saltem exultare tropheis
Aut sumptus aliquos illorum impendere pompis;
Nunc quocumque loco lati patet area[1] regni,
Oppida[a] que tot habet in se, tot castra, tot urbes,
Tot sceptris dignos comitatus totque ducatus,
Qua[b] tam multa subest patribus provincia tantis,
Iura dyocesibus quorum unusquisque ministrat
Pluribus innumeras dictans edicta per urbes:
Quelibet[c] urbs, vicus, castellum, pagus eodem
Exigit affectu communis gaudia palme,
Et sibi dat proprium, commune quod[d] omnibus extat,
Ut generalis eat loca per specialia plausus
Et simul una ferat victoria mille triumphos.
Nil toto sonat in regno nisi plausus ubique:
Omnis conditio, fortuna, professio, sexus[e],
Etas hymnisonis[f] intendunt cantibus, omni
Gloria, laus et honor regi cantatur ab ore.
Nec solum cantu vel gestu corporis ardor
Exprimitur mentis, verum per castra, per urbes
Classica per vicos resonant, ut multiplicato
Concentu maiore sono se vota revelent[g].
Neve[2] putes illos expensis parcere, miles,
Civis, villanus radiant in murice, nullum
Indumenta tegunt nisi samnis, bissus et ostrum.
Rusticus ornatu dum fulget in[h] imperiali,
Se stupet et summis componi regibus audet*.
Ex habitu tantum sibi mens presumit, ut ipsum
Esse hominis vestis mutare aliena putetur.
Nec[i] satis est ulli sociis par esse nitore,
Si nulli e multis aliquo prefulget amictu;
Sic sibi concertant precellere vestis honore.
Cerea non cessant per totam lumina noctem
Cunctorum in manibus tenebris clarere fugatis[3],
Ut nox in faciem conversa repente diei[4]
Tantis luminibus, tanto fulgore diescens,
Stellis et lune: 'Nil vobis debeo', dicat.
Talia per cunctas attollere gaudia villas
Sola quidem populos dilectio regis agebat[k].
Parisius vero pre cunctis urbibus addit
Plausibus et iubilis et leticie generali
Sumptus maiores, et delectabiliori
Ludos exequitur studio celebresque choreas;
Precipue quos Palladii[l] dulcedo laboris
Allicit alma sequi vite documenta beate,
Plenius et multo se splendidiore paratu
Accingunt, palme ut festum regalis honorent[m],
Perque dies octo totidemque[5] celebria noctes

*) *Post v. 252. in A legitur versus:*
Oblitusque sui non qui fuit estimat esse.

a) Opida *B.* b) Quae *ed.* c) Qualibet *A.* d) quot *B 2.* e) sextus, *in marg.* sexus *B 1.* f) tinnisonis *A;* hymn. *M.* g) *hic desinit M.* h) *deest A.* i) Non *A.* k) habebat *B 2. ed.* l) Paladii *B 2.* m) honorem *A.*

1) Cf. supra V, 803.
2) Ad v. 248—257. cf. Gualth. Alex. V, 460—469.
3) Ovid. Met. II, 144: *effulget tenebris Aurora fugatis.*
4) Gualth. Alex. IV, 383: *Nec minimum gaudet nox instar habere diei.*
5) *septem noctibus continuis* Gesta p. 317.

Gaudia continuant, et eo devocius instant
Leticie, quo rex magis est dilectior illis,
Cuius eis cura pacis prestante quietem,
Securi Cirre[a] dominis Niseque[b] fruuntur[c, 1],
Solius[†] ut studii[d] cura vexentur eorum
Pectora, diversas non admittentia curas.
Pax erat in toto populis gratissima regno,
Rexque gubernabat[e] regnum populumque paterno
Affectu, cunctos et amans et amatus ab illis;
Nulli dampnosus, nulli gravis, omnibus equus,
Omni precipue cleri protector ab hoste,
Sicque benignus erat, quod, amico pacis amicos
Corde ferens, malefactores puniret acerbe;
Unde vocabatur omni reverenter ab ore
Cleri rex, patrie pater[2] ecclesieque columpna;
Nec sciri poterat, mage diligat an populum rex
An regem populus; et erat contentio dulcis
Inter eos super hiis, uter[*] utri carior esset,
Quem penes alterni vis esset maior amoris:
Tam puro nexu dilectio colligat ambos.
Iamque Bovinei post belli tempora quartus[3] 1216.
Annus erat, cum rex post tot patrata per ipsum
Crimina[f] privatur regno vitaque[g] Iohannes.
. . . .
316 Non minus hoc ipso sub tempore reprobus Otho 1218.
Brunisii egrotans tam longo anathemate demum
Absolvi[h] meruit et amara reconciliato
Corporis atque anime consorcia dissociat mors.
. . . .

† *gl.* id est regis *B* 1.

* utri uter *A*.

a) circe *A*; curae *Ch. Cf. IX*, 729. b) niseque, *in marg.* tusqe *B* 1. c) *ita A. B. ed. praeter Ch., qui scr.:* feruntur. d) studium *sed corr. B* 1; studium circa *B* 2. *P.*; studium *Ch.*; *Barth. 'paullo ingeniosius' corr.:* studii in circo. e) gubernebat *corr.* gubernabat *A*. f) Carmina *A*. g) totaque *A*. h) Absolvic *expuncto* c *A*.

1) Iuven. Sat. VII, 63:
Qui locus ingenio, nisi cum se carmine solo
Vexant et dominis Cirrae Nysaeque feruntur
Pectora vestra, duas non admittentia curas.
2) Ovid. Fast. II, 127: *Sancte pater patriae;* Fast. II, 637: *patriae pater, optime Caesar;* Gualth. Alex. II, 252: *Huncque patrem patriae salvatoremque salutant.* 3) Errat Will.; obiit Iohannes a. 1216, Oct. 19.

DE PUGNA BOVINENSI.

I.
RELATIO MARCHIANENSIS.

Pugnam Bovinensem, cuius fama longe lateque percrebuit, rerum saeculi XIII. scriptores quam plurimi descripserunt, Francogallici, Teutonici, Anglici. Praeterea vero in monasterio vicino Marchianensi etiam relationes conscriptae sunt, quae victoriam regi Francorum a Deo concessam magna laude celebrant, altera Andreae historiae post adiecta (v. supra p. 213*), altera separatim scripta, utraque testis animi tunc temporis in his partibus vigentis et narrationum quae mox post praelium circumferebantur. Hanc, quam nunc edimus ex codice olim Marchianensi, nunc bibliothecae* Duacensis*, nr.* 217*, ubi ultimo folio coaeva manu inlata est, descripsit b. m. Bethmann, postea edidit Duthilloeul, 'Catalogue des mss. de la bibliothèque de Douai' p.* 234. *G. W.*

Anno Domini 1214, 6. Kal.[a] Aug. quiddam memoria dignum accidit apud pontem de Bovines, in confinio videlicet Tornacensi. Philippus etenim nobilis rex Francorum quandam sui regni partem in loco pretaxato ex una parte congregaverat; Otto vero cum sue malicie complicibus, qui etiam in sue obstinationis malicia perseverans, iam dudum per sancta decreta ecclesie ab imperiali fuerat dignitate privatus, Fernandusque Flandriarum comes necnon et Renaldus comes Bolonie cum multis aliis baronibus, insuper Iohannis regis Anglie stipendiarii ex parte alia convenerunt, prout rei probavit eventus, contra Francigenas conflicturi. Nempe cum Flandrenses odio insatiabili Francigenas persequi prepararent, ut se et suos ad invicem facilius recognoscerent, quedam crucis signacula suis ante et retro panniculis affixerunt, non tamen ad crucis Christi gloriam et honorem, sed ad sue potius malicie augmentum et ad suorum infelicitatem et dampnum amicorum, necnon etiam ad suorum corporum miseriam et detrimentum. Quod etiam belli exitus clarissime demonstravit. Illi siquidem illud sacre preiudicium ecclesie ad memoriam minime reducentes, ubi dicitur: *Qui communicat cum excommunicato, excommunicatus est*, Ottoni, qui iam pridem ex precepto et auctoritate domini pape anathematis vinculo fuerat innodatus et a sancte matris fidelium ecclesie liminibus sequestratus, eandem sententiam impudenter et improbe sustinentes, pertinaciter adherebant. Presertim regie dignitatis sceptrum et coronam, nimie crudelitatis facibus accensi, intra se garriendo, si possent, in nichilum redigere disponebant. Sed aliter divine pietatis misericordia, que ubique suos salvat et protegit, disponebat. Philippus namque Galliarum rex sapientissimus, quasi quodammodo mente consternatus, cum sui exercitus periculum videret instantius imminere, consilio prudenti et discreto apud se deliberans, se et suos si posset ab ostium incursibus sine sui et suorum sanguinis impensa liberare, cepit paulatim recedere[1]. Verumptamen cum suos videret adversarios quasi canes rabidos atrocius instare, consideransque, quod ita nullatenus posset nisi cum dedecore nimio declinare, spem suam figens in Domino, suum disposuit exercitum per scalas militares,

a) Id. *post corr.* Kal. *c.*

1) Cf. Winkelmann II, p. 371.

prout mos est confligentium, ordinare. Sed prius cum cordis contritione orationem direxit ad Dominum. Consequenter autem viris nobilibus sui exercitus advocatis, eosdem cepit humiliter et modeste et etiam cum lacrimis exortari, ut suis viriliter adversariis, sicut sui predecessores consueverant, resisterent, ne dampnum etiam, quod a suis non posset heredibus recuperari, sustinerent. Hiis itaque cum tanta humilitate et industria peroratis, corda audientium ad bene agendum et ad viriliter dimicandum vehementius accendebantur. Statim vero cum festinatione, audito per exercitum regie potestatis edicto, milites cum satellitibus armati et per scalas ordinate dispositi, ad prelium celeriter accingebantur. Phalere vero equorum cum impetu et aviditate a satellitibus restringebantur. Splendor autem solis armorum fulgorem reverberans, diei videbatur claritatem geminare. Vexilla siquidem ventis explicita ventorumque flaminibus exposita spectaculum quoddam delectabile videntibus ingerebant. Quid plura? Ita ex utraque parte exercitus ad bellum ordinati, cum favore et desiderio dimicandi ad prelium accesserunt. Sed in brevi tanta pulveris abundantia usque in celum erigebatur, quod alter ab altero vix videri poterat ac minime cognoscebatur. Prima tamen Francigenarum scala in Flandrenses viriliter irruens ipsorumque scalas magnanimiter transverberando disrumpens, eorundem exercitum forti impetu ac tenaci constantia penetravit. Quod videntes Flamingi, quasi sub unius hore spatio debellati, vertentes terga, fugam celeriter arripuerunt[1]. Servi vero dominos et patres, filios et nepotes in huius articuli periculo desolatos reliquerunt. Fernandus tamen comes Flandrie et Renaldus comes Bolonie in bello moram facientes et contra impetum Francigenarum viriliter dimicando resistentes, tandem a Francigenis vulnerati sunt et retenti ac postea cum innumeris nobilibus, quorum videlicet nomina scribere non curavimus, in variis Gallie oppidis carcerum sunt custodie mancipati. Otto autem, quem auctoritate domini pape imperatorem nominare prohibemur, ab omnium solatio et auxilio destitutus et ab equo sive ab equis, prout quidam recolunt, ter[2] ad terram depulsus, quasi solus, solo quidem comite contentus, fugam celerem arripere festinavit; sicque regis Francie manus latenter fugiendo et in conflictu bellico superatus evasit. Hoc igitur modo divine pietatis providentia ad laudem et gloriam sue maiestatis et ad sancte honorem ecclesie bellum istud iuxta pontem de Bovines, sicut predictum est, ordinatum terminavit. Cuius honor, virtus et potentia permanet per infinita seculorum secula! Amen.

II.

CATALOGUS CAPTIVORUM.

Hunc baronum in Bovinensi proelio captorum catalogum iam ediderunt Duchesne (V, p. 268*) et Brial (SS. R. Gall. XVII, p.* 101*). Qui sequitur multo emendatior, sumtus est ex originali regis Philippi registro, nunc Parisiis in archivio generali, JJ. VII, f.* 110 *sqq.*[3] *A. Molinier.*

Isti sunt prisones traditi prepositis Parisiensibus per manus Garini et Iohannis Paalee. f. 110

De comunia Noviomensi.

Ph[ilippus] de Mallenguem*[4]. Iohannes de Hodebergue. Simon de Saffebergue. Thomas de la Conte. Petrus de Brulle[5]. Summa 5.

Comunia Montis-Desiderii[6].

Gilo de Sarto. Girardus de Barbais. Balduinus de Montibus. Honoratus de Wamier[a]. Gilo de Monte Sancte Aldegundis. Tibaldus de Tremogne[7]. Summa 6.

a) Wanuer *Duch.; vel* Warnier *Br.*

1) Haec minus recte tradita sunt; v. Winkelmann p.373. 2) Ter equum eius occisum esse, etiam alibi refertur. 3) Notas quasdam adieci. G. W. 4) Nonnulli iterum infra tamquam 'in castelleto maiori' inclusi recensentur, quos * signavi. Philippes de Maldeghem aliique plures captivi referuntur 'Croniques de Flandres' ed. Kervyn de Lettenhove I, p. 120; etiam plures a Philippo Mousket, infra edendo. 5) Ph. Brule testis in charta a. 1224, SS. R. Gall. XVII, p. 305. 6) Montdidier (dép. Somme). 7) Dortmund.

Comunia Musterolii[1].

Galterus de Quevrein*. Renerius de Murnac*. Guillelmus de Unguebert. Nicholaus, filius Peregrini*. Ebrardus de Iske. Seherus Dareceguen. Alexander de Barsele*. Lebertus Descolin. Summa 8.

Comunia Suessionensis.

Sebertus[a] de Mernac*. Conradus comes de Tremogne*[2]. Renelinus de Lamprenesse*. Guillelmus de Estaue. Robertus de Sancto Leonardo. Guillenus de Bello-monte*[3]. Fastrez de Vilers[4]. Renerus de Wavre. Terricus de Ligne. Herbertus de Gaie. Summa 10.

Iudas et Iohannes Paalee.

Hellinus de Wavrin*[5]. Arnulfus de Landast*. Galterus de Guistele*[6]. Iacobus de Ruest*[7]. Petrus de Mesnillo*. Hellinus de Letor. Girardus Davelin. Galterus Desconselliez. Henricus de Estinkeneborc[8]. Summa 9.

Comunia de Brueriis[9].

Arnulfus de Grimberge*[10]. Sehercus de Moscre. Ph[ilippus] de Wavre*. Nicholaus de Hallut. Bernardus de Hotemare*[11]. Girardus de Randerode*[12]. Summa 6.

Comunia de Hesdun[13].

Garnerus de Ornigues. Henricus Iutfaue[b]. Henricus Crassus. Ursio de Fretin*. Hellenus de Aquis. Remondus de Wavre. Summa 6.

Comunia Cerniaci[14].

Gobertus de Estroem. Rogerus Malet. Ph[ilippus] de Tonquerneles. Guillelmus de Averquein. Summa 4.

Comunia Crespiaci in Laudunensi[15].

Balduinus de Blanderque. Terricus de Lahemede. Arnulfus de Baenguein. Iohannes de Roserveles. Summa 4.

Comunia Croandelein[16].

Balduinus de Prac*[17]. Rogerus de Bosco. Rob[ertus] de Tieulemont. Galterus de Waquene. Summa 4.

Comunia Vesliaci[18].

Fastrez de Lignes*[19]. Seherus de Hestru. Radulfus de Malogne*. Guillelmus Davelin. Stephanus Dessentes de familia Othonis. Godefridus de Wille. Summa 6.

Pariden est in turre Compendii.

Comunia Corbeie.

Eust[achius] de Ruest*[20]. Laur[entius] de Portigal*. Terricus de Mallenguein. Iohannes de Laconte. Eust[achius] de Malle. Godefridus de Loscart. Henricus de Spina. Girardus Flamenc. Terricus de Osquebert*[c]. Summa 9.

Comunia Compendii.

Rad[ulfus] Bigot, frater comitis Salesbir[iensis]*[21]. Rob[ertus] Danetieres. Balduinus de Bondius. Hugo de Mallers. Renerus de Vime. Summa 5.

Comunia Roie.

Arnulfus de Creeng*. Gislebertus Cornutus*. Godefridus Briseteste. Galt[erus] de Lonbet[d]. Bernardus Probus de Ucret[e]. Balduinus de Lens[22]. Summa 6.

Comunia Ambianensis.

Ric[ardus] de Colonia. Bald[uinus] de Super-Sanctum-Ligerium. Iohannes de Gogniis. Gislebertus de la Copele[f]. Conradus de Corasin. Henricus Trosse. Hugo de Sancto Oberto*[23]. Borrellus de Flechien. Iohannes de Biez*. Bald[uinus] de Perenchiis. Summa 10.

a) *infra* Seherus de Mesnac. b) Iutfane *ed.* c) Osqueberc *Br.* d) Lonbec *Br.* e) *ita vel* Utret *Mol.*; Uci *c.*; Vet *Duch.*; Utec *Br.* f) Capele *Br.*

1) Montreuil-sur-Mer (dép. Pas-de-Calais). 2) Dortmund. 3) In Hannonia; eius mentionem facit Matthaeus Paris a. 1215. 4) In Brabantia, ut videtur. 5) Senescalcus Flandriae; SS. R. Gall. XVII, p. 106. 6) De quo v. Will. Gesta supra p. 310. 7) de Rueth, SS. R. Gall. XVII, p. 105. (Roeulx). 8) Teklenburg? 9) Bruyères (arr. et cant. Laon). 10) Huius chartam a. 1227. v. de Smet, Corp. chron. Flandr. II, p. 854. 11) Horstmar. 12) Randerath; v. Will. Gesta supra p. 312. 13) Hesdin (dép. Pas-de-Calais, arr. Montreuil). 14) Cerni-en-Laonnois (dép. Aisne, arr. Laon). 15) Crespi-en-Laonnois (dép. Aisne). 16) Crandelain (dép. Aisne, arr. Laon). 17) V. SS. R. Gall. XVII, p. 106. 18) Vailli (dép. Aisne, arr. Soissons). 19) Cf. SS. R. Gall. p. 106. 20) Ruet ibid. p. 47. 106. 21) De quo cf. Winkelmann II, p. 207 n. 22) Castellanus de Lens, SS. R. Gall. p. 106. 23) H. de S. Osberto inter homines comitis Namurcensis recensetur SS. R. Gall. p. 47.

Comunia Belvacensis.

Race[1] de Gaure[*]. Otho comes de Tinqueneborc[2*]. Venquevent[a] de Gruningue. Hugo de Ballolio. Girardus de Grimberges[*3]. Manasserus[b] de Conti. Gilo de Gamechines. Henricus Ruffus. Rob[ertus] de Marq[ue]. Terricus Wide-escuele. Terricus de Bribais. Otho de Ostemare[*]. Summa 12.

Servientes Perone habuerunt Iacobum de Attrebato burgunsem[c] Valecen[ensem] et duos milites, quos homines de Silvanectis tradiderunt prepositis Parisiensibus.

Nevelo habet Lambechin de Morenghien.

Summa 110.

Isti sunt excepti in maiori castelleto[4].

Ph[ilippus] de Mallenguem. Galt[erus] de Quevrein. Ren[erius] de Murnac. Nicholaus, filius Peregrini. Alexander de Barsele. Seherus de Mesnac. Conradus comes Tremogne. Renelinus de Lamprenesse. Guillenus castellanus Bellimo[n]tis. Hellinus de Wavrin. Arnulfus de Landas. Galterus de Guistele. Iacobus de Ruest. Petrus de Mesnillo. Arnulfus de Grimberge. Ph[ilippus] de Wavre. Bernardus de Ostemare. Girardus de Randerode. Ursio de Fretin. Bald[uinus] de Prac. Rob[ertus] de Tieulemont. Eust[achius] de Ruest. Laur[entius] de Portigal. Terricus de Osquebert[d]. Rad[ulfus] le Bigot. Arnulfus de Creeng. Gislebertus Cornutus. Hugo de Sancto Oberto. Iohannes de Biez. Race de Gaure. Otho comes de Tinqueneborc. Girardus de Grimberge. Otho de Hotemare. Fastre de Ligne. Summa 34.

Isti sunt redditi vel hostagiati.

Tomas Malesmeins. Rex dedit istum Ingeranno de Corcellis pro redemptione sua.

Ansellus de Riveria. Hic redditus fuit Herveo de Busenci per litteras regis patentes.

Arnulfus de Escallon. Hunc hostagiaverunt Nicholaus de Ballolio et Petrus de Ballolio et Alardus de Croisilles et Gilo de Danbi super omne quod habent.

[Rogerus[e] de Torno. Hunc ostagiavit Iohannes de Arciis super 600 marc.[5]].

Rogerus de Waffalia. Hunc habuit rex ribaldorum[6], quia dicebat se esse servientem.

Hugo de Gastina, quem hostagiavit Iohannes de Nigella super 100 marc.

Renerus[7] de Croisillis habet Guid[onem] de Hoden pro 100 marcis, qui habet filiam Othonis de Arbre[8].

Nevelo marescallus Galt[erum] de Ballolet.

Comes Suessionensis Arnulf[um] de Aldenarda[9] [et[f] Guill. Talebot[10]] super 1000[g] marcis.

Iohannes de Nigella comitem Boloniensem.

Bartholomeus de Roia comitem Ferrandum.

Comes Drocensis comitem Salesbir[iensem].

Ingerannus de Coci Galt[erum] de Bozies.

Comes Petrus filium Guillelmi Avunculi[11].

Maior de Couchi Galt[erum] de Spoil.

Isti sunt prisones qui sunt apud Compendium.

Daniel de Masquelins. Philipus de la Gastine. Rog[erus] de Haulogueu. Guillelmus de Uze. Gerardus li Morz. Iohannes de Herigniis. Isti sex capti fuerunt apud Cortrai.

Galt[erus] de Aine. Guillelmus de Hurupe. Isti duo capti fuerunt apud Dentum.

Ernulphus de Gaure captus fuit apud Sanctum Audomerum.

Alardus de Borguella captus fuit apud Insulam, et Renardus scutifer eius.

Pariden d'Esperguen. Simon de Esplichi. Isti duo capti fuerunt in magno bello.

a) Venq̄uent *c.*; Venquernent *Br.* b) Manasses *Br.* c) *ita c.* d) Osqueberc *Br.* e) Rogerus — marc. *postea delevit scriptor.* f) *post deleta.* g) C *Duch.*

1) Ratio de Gaure, SS. R. Gall. XVII, p. 105. 106. Cf. Balduin., SS. XXV, p. 444. 2) Teklenburg. 3) Geraldus de Gr., SS. R. Gall. l. l. p. 106. Cf. Balduin. Ninov., SS. XXV, p. 541. 4) Omnes iam supra recensiti sunt. 5) V. SS. R. Gall. l. l. p. 105: *Ioannes de Arcies est plegius pro Rogero de Turno, quod non ibit contra dominum regem, super omne quod tenet de domino rege.* 6) 'Minister in comitatu regio, cuius munus erat in crimina, quae in eo perpetrabantur, inquirere ac de eis decernere et iudicare'; Ducange V, p. 766. 7) Renaldus de Croisillis l. l. p. 106. 8) de Arbore, ib. p. 47. 106. 9) Willelm. Gesta supra p. 314. 10) Anglum, cuius mentionem facit Matthaeus Paris a. 1209. 11) Qui nominatur SS. R. Gall. p. 105. 106.

EX HISTORIA FRANCORUM
USQUE AD ANNUM 1214.
EDIDIT A. MOLINIER.

Quae sequuntur fragmenta nobis suppeditavit quaedam brevis Francorum historia ab origine gentis usque ad a. 1214[1]. *Quis huius operis fuerit auctor, nos omnino fugit, quippe qui in prooemio nomen suum praetermiserit; ex eo autem quod codicem quendam in Sangermanensi coenobio asservatum se vidisse profitetur, eum non longe ab hoc monasterio, fortasse Parisiis, vixisse, colligimus.*

In tres libros, quorum quisque unius regalis Franciae stirpis historiam amplectitur, dividitur opus. In prooemio[2] *omnes auctores et libros, quibus, si dictis credere erit, usus sit, enumerat scriptor; inter quos praecipue notandi sunt qui sequuntur: SS. Remigii, Lupi et Lamberti vitae antiquae, Hugonis Floriacensis, Roberti Autissiodorensis et Sancti Petri Vivi Senonensis (videlicet Clarii) chronica, Paulus Diaconus, Nithardus, Pseudo-Turpinus, a quo multas fabulas mutuatus est, Libellus 'qui de Gestis regum Francorum loquitur, qui apud Sanctum Germanum de Pratis iuxta Parisius reperitur'*[3] *etc.* Quaedam autem, *ut ipsius auctoris verbis utamur,* de operibus Ludovici Pii et filii eius Philippi, qui modo regnat, licet quam plurima a veridica seniorum narratione audierim, tamen, ne hos memoria dignos transisse viderer, pauca de multis huic libello inserere placuit. *Inde cognoscimus, auctorem tantummodo extremorum narrationis suae annorum gesta vidisse*[4]*, alia ex aliis didicisse. Omnia ergo quae annum* 1180. *antecedunt, nullius nobis pretii sunt.*

Hanc historiam publici iuris fecerunt[5] *D. Bouquet et eius continuatores X, p.* 277*; XI, p.* 319*; XII, p.* 217*; XVII, p.* 423, *brevibus fragmentis in diversis suae collectionis voluminibus insertis.*

Saeculo autem XIII. anonymus quidam, iussu Alfonsi Pictaviensis et Tolosani comitis et Ludovici regis fratris, hoc opus in Gallicum sermonem vertit a. 1250—1260, *aliqua ad calcem de vita et gestis Ludovici VIII. addendo*[4]. *Postea vero, scilicet c. a.* 1285, *si V. Cl. de Wailly credere licet*[6], *secundus quidam auctor, qui in Sancti Dionysii coenobio monachus fuisse videtur, opus usque ad suum tempus Gallico etiam sermone perduxit, nihil fere usque ad a.* 1060, *multis autem abhinc additis, ita ut solus tertius liber duobus aliis et longior et copiosior sit. Nec multo post, c. a.* 1297, *novum quoddam opus*

1) Librum iam c. 1205. scriptum esse, continuationem post additam, censet Le Clerc, 'Hist. littér. de la France' XXI, p. 734. Certe auctor post Robertum scripsit. 2) V. 'Hist. littér.' l. l. p. 731 n. 3) i. e. Continuatio Aimoini supra p. 151. G. W. 4) Hoc opus fere semper appellatur *le livre du Ménestrel d'Alfonse.* 5) Libri III. partem ed. Duchesne, SS. coaet. IV, p. 443. 6) 'Mémoires de l'Académie des Inscriptions' XVII, 1; ubi p. 403 sqq. prologus auctoris editus est.

Philippo IV. oblatum fuit, in quo multa inde ab origine gentis in textu adiecta fuerant. Unde illa celeberrima chronica, quibus titulus les grandes chroniques de France.

Duo nobis in manu fuerunt codices, quorum primum solum exscripserat D. Bouquet:

1) *Parisiensis Lat. nr.* 14663 *(olim S. Victoris), chartaceus, saec. XV. exaratus, qui inscribitur* Historia Francorum. *Transcriptio quidem bona est, nec tamen omnibus vacua vitiis.*

2) *Ibid., Lat. nr.* 17008 *(olim D. Bouhier), chartaceus, saec. XVIII. conscriptus, cui titulus est* Gesta Francorum. — *Codex ille nobis videtur transcriptus esse ex originali, quoniam liber secundus et tertius nullo distinguuntur signo, et ab a.* 1214. *ad a.* 1232. *ad finem apponuntur quaedam temporum astronomicorum indicationes, quibus auctor, forte c. a.* 1215. *morte interceptus, non usus fuerit.* *A. M.*

EX LIBRO III.

Hic igitur piissimus et christianissimus Ludovicus Pius rex Francorum Alexandrum papam ab Ytalia 1162.
exulantem in Galliis retinuit, cui etiam multos honores et obsequia exibuit. Cuius rei circum- Cont. Aim. Sangerm.
quaque fama pervolante regiones, Constantinopolitanus et Hispanus imperatores, rex Iherosolimitanus, rex Anglie, rex Sicilie[a], rex Ungarie omnesque reges christianorum, regis Ludovici sequentes exemplum[b], cum debita reverencia eundem ei obediendo humiliter susceperunt. . . . . . .

Quodam autem tempore, cum Philippus rex adhuc puer apud Silvanectensem civitatem 1184.
cum suo agmine resideret, et comes Flandrensis[1] comesque Henodii[2] cum toto posse suo Clepiaco[c,3] castro morarentur et circumadiacentes terras regis rapinis et incendio devastarent, et comes Stephanus[4] versus civitatem Bituricensem et circa Lorriacum[5] castrum cum suis complicibus et dux Burgundie cum suis coadiutoribus circa Senonis[d] urbem universa demolirentur, tam detestabile factum ad magnanimi pueri tandem pervenit noticiam. Qui[e] astantibus tale fertur dedisse responsum: 'Licet modo ita agatur, tamen, Deo donante, illi viribus et etate deficient, ego autem viribus et etate et sapientia proficiam'. Quod postea rei probavit eventus. Nam non multo post comes Flandrensis cum ipso pacificatus, Vermandensem[f] comitatum, quem in preiudicium regis tenere conabatur, dimittere est coactus. Ceteri autem comitis Flandrensis coadiutores sapientie et spiritui, qui operabatur, resistere non valentes, regi sunt reconciliati, nec ultra contra regem arma arripere aut aliquem assultum facere sunt comperti[6]. . . . . . .

Anno Domini 1214.[g] Iohannes rex Anglie transfretavit et venit in Gallias, qui, ascitis sibi auxiliatoribus validis tam ab Alemannia quam a Gallia, duo constrinxit[h] agmina, unum cui preerat in Acquitania cum apostatis Pictaviensibus, et alterum in Flandria, cui Otho dictus imperator cum Ferrando Flandrensium et Rainaldo[i] Bononiensium comitibus preerat. Philippus autem[k] rex Francorum Ludovicum filium suum contra regem Anglie armata manu munitum destinat in Acquitania. Quem multotiens adventantem[l] rex Anglie prenoscens, timens congredi cum illo, quod postea[m] rei probavit eventus, in partem secedebat Acquitanie inferiorem et tuciorem. Tandem rex Anglie castrum obsedit cui nomen est Rocha-Monachi[7]. Quo Ludovicus cognito illo ire disponit; sed rex Anglie castro ligneo[n], quod erexerat, petrariis et mangonellis, de superlectili etiam modica non parte derelictis, sine ductore vado Ligeris alveum transvadavit; sed rex Anglie[n] quod per se facere formidabat, per alios adimplendum procuravit. Mandasse enim dicitur Othoni dicto imperatori, ut[o] congrederetur cum Philippo rege Francorum, quia Ludovicus totam Gallie iuventutem

a) Ceciliae 2. b) exinde 2. c) Cliperiaco 2. d) Senonensem 2. e) Quibus 1. f) Vermendensem 2. g) epacta IIII, concurrens V, ciclus XII, terminus paschae Kalendis Aprilis, pascha III. Kalendas Aprilis, luna XVI, hoc anno *add.* 2. h) construxit 2. i) Renaudo 2. k) *deest* 1. l) advenientem 1. m) *deest* 1. n) ligneo — Anglie *des.* 1. o) ubi 2.

1) Philippus. 2) Balduinus. 3) Forte Clairy-Créquy (Somme, arr. Péronne). 4) Comes Sacrocaesariensis (Sancerre; Cher). 5) Lorris (Loiret). 6) Cf. Rigordum supra p. 290. et Willelmi Britonis Philipidem II, 429 sqq., p. 329. 7) La Roche aux Moines (Maine et Loire, comm. Savennières).

1214. secum habebat, quam occupatam detinebat, et rex Philippus non habebat nisi inertes milites et emeritos, et hoc fuit primum belli incitamentum. Secundum incitamentum fuit, quod amita[a] Ferrandi, que sortilega erat et, ut dicebatur, privatum habebat demonem, que ipsum consulens de eventu belli, tale fertur ab eo accepisse responsum[1]: 'Rex cadet in bello et non sepelietur, et Ferrandus cum pompa veniet[b] Parisius'. Qua de re animata[c], mandat nepoti, quatinus securus[d] bellum committat[e]. Illi autem in multitudine exercitus, non in Domino confidentes[f], in Philippi regis necem coniurare et Deum pre oculis non habentes, ipso die dominico insultum facere in eo non sunt veriti. Commissum est autem prelium in loco qui Pons Bovinus[g] dicitur, et rex Philippus equo corruit, et licet utrimque[h] viriliter certaretur, tamen victoriam obtinuerunt Franci, Othone cum suis coadiutoribus fugato, comite Flandrensi, Bononiensi et aliis multis captis, quos rex victor veniens Parisius ante se[i] agebat. Cum quanta autem pompa ingressus sit urbem, cum quanto gaudio a civibus sit receptus, non est nostre facultatis evolvere. Nec multo post rex Philippus ingressus est Acquitaniam. Sed domini pape legatus ei extitit obvius, qui obnixe deprecabatur eum, ut regi Anglorum treugas daret. Pretendebat enim legatus occasionem, dicens, quod, nisi treuga vel pax esset inter eos, iter Iherosolimitanum, pro quo venerat in Gallias, pro quo iugis predicationibus et[k] indulgentiis persuasionibusque insudabat[l], penitus remaneret. Rex autem Philippus plus Domini voluntatem quam suam faciens, ad preces legati treugas[m] per spatium quinque annorum dedit. . . . . . .

a) amica 2. b) venit *codd.* c) ammirata 1. d) securius 2. e) committant 2. f) confisi 2. g) bovus 1. h) utrumque 1. i) se *deest* 1. k) et *deest* 2. l) suadebat 1. m) *deest* 1.

1) Cf. Willelmi Gesta, supra p. 316.

EX PETRI SARNENSIS HISTORIA SIMONIS COMITIS DE MONTE-FORTI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Petrus monachus Vallium-Sarnaii, monasterii Cisterciensis ordinis in dioecesi Parisiensi prope Caprisium[1] *olim siti, cum Guidone abbate eiusdem coenobii*[2]*, avunculo suo, et Simone comite Montis-fortis a.* 1203. *cum baronibus in Terram Sanctam profecturis Venetiis affuit; his vero Constantinopolim divergentibus, ipse cum illis in Terram Sanctam transiisse videtur*[3]. *Inde reversus, cum Guidone iam electo episcopo Carcassonensi, contra haereticos acturo a.* 1212. *in partes Albigenses venit*[4] *ibique per complures annos — certe usque ad a.* 1216. — *avunculo suo, qui assidue et strenue pro Simone comite Montis-fortis contra adversarios actitavit, semper adhaerens, multis expeditionibus et obsidionibus Simonis ipse interfuit et adhortando saltem peregrinos pro eo laboravit. Quae in his partibus ab a.* 1206—1217. *gesta sunt Petrus luculenter et amplissima narratione conscripsit. Sed non tam historiam illorum bellorum*[5]*, quam gesta, immo panegyricum Simonis, convicia vero Tolosani comitis et sociorum eius confecisse dicendus est, qui illum summo studio fovens, hos ira, quin etiam furore persequens, omnia quae gesta sunt in illius laudem, in horum maximam invidiam adduxerit, multa reticuerit, econtra inepta miracula proposuerit, semper fallaci iudicio res gestas narraverit, ut et mordax et mendax non immerito iudicandus sit*[6]. *Tamen cum quae praesens viderit et a personis praesentibus et ipsas res agentibus audierit luculenter enarraverit, vix satis magni opus eius aestimari potest. Librum auctor epistola praemissa Innocentio III. papae dedicavit; sed si re vera huic pontifici iam a.* 1216, *Iul. defuncto eum transmisit, tunc narrationem vix ultra a.* 1215. *productam fuisse apparet*[7]*, cum in antiquissimo quem habemus codice* 1) *Parisiensi Lat.*

1) Chevreuse; fuit igitur comitatus Montis-fortis finibus vicinum. 2) De hoc dicit Petrus c. 60: *Erat enim a multis annis familiarissimus comitis* [Simonis]; *idem insuper comes quasi ab infantia eius consiliis se subdiderat, ad eius se habuerat voluntatem.* Albricus sub a. 1203. Guidoni hoc opus, ut videtur, attribuit. 3) Omnia de vita eius ex ipsius libro (praesertim c. 19. 60) comperimus. 4) Guido iam a. 1206 (c. 6) 'prior inter praedicatores provinciae Narbonensis et magister constitutus est'. Inde vero regressus, a. 1209. e Francia iterum venit Carcassonam (c. 28), a. 1210. vel 1211. in Franciam reversus, a. 1212. ante pascha episcopus Carcassonensis electus in partes Albigenses redierat (c. 60), et tunc demum Petrum secum illo adduxisse videtur (*me enim adduxerat secum de Francia ob solatium sue in terra aliena peregrinationis, cum essem monachus et nepos ipsius).* Ab a. circiter 1205—1211. in monasterio suo Petrus degisse videtur. 5) In editis liber minus recte 'Historia Albigensium' inscribitur, cum in cod. 2601 legatur: *Explicit historia de factis et triumphis memorabilibus nobilis viri domini Simonis comitis de Monte-forti.* 6) De indole et ingenio auctoris v. 'Hist. litt. de la France' XVII, p. 246 sqq.; P. Meyer, 'Chanson de la croisade contre les Albigeois' p. VIII sqq. 7) A. 1216—1218. gesta multo brevius et compendiosius quam praecedentia quatuor tantum capitibus 83—86. exponuntur, quare suspicere, narrationem recensionis Innocentio dedicatae in fine c. 82, i. e. in rebus a. 1215. desiisse. Sed res a. 1216—1218. gestas forte ideo minus prolixe Petrus enarravit, quia minus feliciter Simoni comiti cesserunt.

nr. 2601, mbr. saec. XIII, demum in rebus a. 1217. ex. (c. 85. medio) subsistat. In altero vero codice 2) Parisiensi nr. 18334, mbr. saec. XIII[1], res a. 1218. gestae, praesertim obitus Simonis comitis, adiunctae sunt, praeterea autem in toto opere, quantum ex paucis locis cum codicibus collatis perspicere potuimus, multa mutata et addita, ut hoc codice librum secundis (vel tertiis) curis a Petro editum praeberi appareat[2].

Liber iam quinquies prodiit, primo Trecis a. 1615. a N. Camusat editus, tunc Duchesne, SS. coaet. t. V; ex hoc recusus Migne, Patrol. Lat. t. CCXIII; Tissier, Bibl. Cisterc. t. VII; SS. rerum Gall. t. XIX. auxilio trium codicum a Brial recensitus. Ex quo nonnullae laciniae de rebus Burgundiae imperialis hic proponendae erant, cum laudatis codicibus a V. Cl. A. Molinier collatae.

O. Holder-Egger.

1209. 9 . . . . . . Misit enim dominus papa ad partes Provintie unum de collateralibus suis clericis magistrum[a] Milonem nomine, virum utique vita honestum, scientia preclarum, facundia disertum, qui, ut probitatem eius breviter perstringamus, nec terrore teri[b] potuit nec munere frangi. . . . . . .

10. Missus est autem cum dicto magistro Milone clericus quidam magister Thedisius nomine, canonicus Ianuensis, qui sepe dicto magistro Miloni assisteret[c] et ipsum in expediendo fidei negotio adiuvaret. Iste Thedisius, vir multe scientie, vir constancie mirabilis, vir eximie bonitatis, quam bene se habuerit[d] in negotio Iesu Christi, quot et quanta pro eodem negotio pericula passus sit et labores, rei exitus patefecit, et nos postmodum curabimus[e] latius intimare. Dominus vero papa magistro Miloni dederat in mandatis, ut de omnibus que ad negotium fidei pertinebant et precipue super facto comitis Tolosani[3] ad consilium abbatis[f] Cistercii[4] ordinaret, eo quod abbas statum negotii et versutias comitis plene sciret. . . . . . . Post hec abbas Cistercii[g] et magister Milo perrexerunt ad regem Francie Philippum, qui apud Villam-novam[5] in territorio Senonico cum pluribus de baronibus suis sollempne colloquium celebrabat[6]. . . . . . . Dominus autem papa mittebat regi litteras speciales[7], monens et deprecans, ut per se ipsum vel saltem per filium suum Ludovicum[h] periclitanti in Narbonensi provincia ecclesie auxilium impenderet oportunum. Rex autem nuntio domini pape tale dedit responsum, quod duos magnos et graves habebat a lateribus leones, Othonem[i] videlicet, qui dicebatur imperator, et regem Anglie Iohannem, qui hinc et inde ad turbationem regni Francie totis viribus laborabant; ideoque nec ipse a Francia ullo[k] modo exire vellet nec filium mittere, immo[l] satis ei videbatur ad presens, si barones suos ire permitteret ad perturbandum in Narbonensi provintia pacis et fidei perturbatores[m] . . . . . .

1210. 34. Rediens comes Tolosanus[n] a curia Romana, venit ad Othonem, qui dicebatur imperator, ut eius gratiam adquireret et eius contra comitem Montis-fortis auxilium imploraret[8]. . .   . . .

1211. 55. His[o] gestis, nunciatum est comiti [nostro[p]], quod comes[10] de Barro[11] ad Christi miliciam properans esset Carcassone; quo audito, comes gavisus est gaudio magno valde; magna enim dicebantur de comite illo; nostri etiam de adventu eius plurimum confidebant,

a) *deest* 1, *ubi* u. de c. s. cl. ad p. Pr. b) terreri 2. c) insist. 1. d) habuit 2. e) curavimus 2. f) C. a. 1. g) Cisterciensis 1. h) Lodowicum 1. i) Oton. 1 *semper*. — videl. *deest* 1. k) nullo 2. l) imo 2. m) turb. 1. n) Tolose 1, *ubi* a R. c. o) Hiis 1 *semper*. p) *deest* 2.

1) Liber exstat etiam in cod. Vaticano nr. 5712. mbr., et Vaticano reginae Christinae nr. 491. chart. 2) Quod ex editis minime intelligi potest. Posteriorem recensionem nostra excerpta exhibent, prioris lectionibus in notas reiectis; sed tamen uncis inclusa recepimus quae in altera desunt. 3) Raimundi VI. 4) Arnaldi. 5) Villeneuve-le-Roi ad fl. Yonne. 6) Quod circa Mai 1. factum est; cf. Delisle, 'Catal.' nr. 1136. 7) Inter epist. Innoc. ed. Baluze XI, 28. 8) In epist. praelatorum apud Vaurum congregatorum ad papam (Epist. Innoc. XVI, 41), quam Petrus cap. 66. inseruit, de comite Tolosano legitur: *Sane per Othonem Dei et ecclesie inimicum opinatus contra ipsam ecclesiam vires assumere, sub ipsius confidentia manifeste, sicut asseritur, minabatur, quod ecclesiam de finibus suis et clerum radicitus exstirparet.* 9) Ita saepe Simonem auctor designat. 10) Thebaldus I. 11) Bar-le-Duc.

sed ipse longe aliter se habuit quam sperabamus, ut ostenderet Dominus nomini suo dans 1211.
gloriam, in se, non in hominem[a] confidendum. . . . . . .[1]

58. . . . . . . Tempore illo Guillelmus[b] venerabilis archidiaconus Parisiensis et quidam alius nomine magister Iachobus[c] de Vitriaco de mandato et[d] ad preces episcopi[2] Uticensis[3], quem dominus papa pro negotio fidei contra hereticos legatum prefecerat, qui etiam ipsum negotium diligebat et efficaciter promovebat, predicationis officium assumpserunt; qui zelo fidei succensi, Franciam, immo et Alemanniam circumeuntes[e], tota hyeme[f] illa incredibilem fidelium multitudinem ad Christi miliciam signo crucis in pectoribus signaverunt. Isti siquidem duo precipue post Deum [prenotatum[g]] fidei negotium in partibus Gallicanis et Teuthonicis[h] promoverunt. . . . . . .

62. . . . . . . Recedens comes nobilis a castro Altipulli[4] cum militibus paucissimis, 1212. Apr.
intravit terram comitis Tolosani. Post paucos autem dies venerunt ad eum plures de Alemannia peregrini; ceperunt preterea de die in diem venire peregrini, qui, ut supra diximus, ad predicationem Guillelmi venerabilis [archidiaconi[g]] Parisiensis et magistri Iachobi[c] de Vitriaco cruce signati erant. . . . . . . Moventes igitur et ad castrum illud *[Sancti Michaelis]* tendentes, fiximus tentoria in loco prope Podium-Laurentii[5] ad duas ferme leugas. Ipsa die supervenerunt peregrini, prepositus videlicet Coloniensis[6] ecclesie[i], potens et nobilis, pluresque cum eo nobiles Alemanni. . . . . . .

63. . . . . . . Anno Verbi incarnati 1212, tercio Non. Iunii, die dominica, diluculo Iun. 3.
venimus ad castrum Penne[7], illud adiuvante Domino obsessuri. . . . . . . Erat autem tempus estivum et calidissimum, circa festum videlicet beati Iohannis baptiste . . . . . . Nec Iun. 24.
silendum, quod prepositus Coloniensis omnesque Alemanni, qui multi et nobiles cum eo et post eum venerant[k], iam ab exercitu recesserant[8]. . . . . . .

His omnibus rite peractis, habito comes nobilis cum suis consilio proposuit obsidere quoddam castrum nomine Mosiacum[l,9], quod erat in potestate comitis Tolosani. Venientes igitur ad castrum in vigilia assumptionis beate Marie, obsedimus illud. . . . . . . Rex si- Aug. 14.
quidem Francie Pipinus in castro illo monasterium mille, sicut dicitur, fecerat monachorum. . . . . . . Cum autem hec et his similia agerentur, ceperunt venire de die in diem a Francia peregrini; episcopus etiam Tullensis Raginaldus[m] die quadam cum aliis peregrinis supervenit[10]. . . . . . .

69. . . . . . . Dum hec agerentur a comite et illis qui cum eo erant, Guido de Monte- 1213. Iun.
forti, frater germanus comitis, erat in obsidionem cuiusdam castri quod dicitur Podium-celsum[11] in diocesi Albiensi. Habebat autem secum quendam abbatem Sancti Huberti[12] in episcopatu Leodicensi[n], comitem Balduinum, fratrem comitis Tolose, et milites paucos et plures pedites peregrinos. . . . . . .

75. Post hec significatum est comiti nostro, quod quidam nobiles Provincie, rupto pacis 1213
federe, perturbabant ecclesiam sanctam Dei, insuper et stratas publicas observantes, cruce signatis venientibus a Francia mala que poterant inferebant. Habito igitur comes cum suis consilio, proposuit descendere ad partes illas, ut turbatores pacis comprimeret et stratas publicas ab incursu malignantium redderet expeditas . . . . . . Inde progrediens comes noster, venit ad castrum de Balneolis[13], ubi a dominis castri honorifice est susceptus. Inde perrexit comes ad villam que Argentaria[14] dicitur, eo quod in partibus illis esset quidam nobilis nomine Poncius de Montelauri, qui episcopos terre, pacem et ecclesiam, in quantum

a) homine 1. b) Will. 1 *semper*. c) Iacob. 1. d) et ad pr. *des.* 1. e) circueuntes 1. f) heeme 1. g) *deest* 2. h) Teuton. 1. i) clericus 1. k) venerunt 1. l) Moissiacum 1. m) Regin. 1. n) Leodiensi 1.

1) Barrensis comitis et 'plurium nobilium virorum de Alemannia' in sequente narratione expeditionum a. 1211. compluries mentio fit. Iam supra c. 40. narratur, ad obsidionem castri Termarum 'cum turbis et multitudine de Francia et Alemannia peregrinos', deinde hieme imminente ad eandem obsidionem 'a Lotharingia pedites peregrinos' supervenisse. C. 52. in obsidione castri Vaurensis 'duo comites Alemanni et qui cum eis erant Teuthonici' strenue egisse feruntur. 2) Raimundi. 3) Uzès. 4) Hautpoul, a Carcassona versus septentrionem (Tarn). Quod castrum circa diem Apr. 14. a. 1212. a Simone captum est. 5) Puy-Laurens (Tarn). 6) Engelbertus, postea archiepiscopus. 7) Penne ad fl. Aveyron, a Montauban versus orientem. 8) Diebus 40 tantum plerique peregrinorum in exercitu Simonis remanere solebant iuxta indulgentias papae. 9) Moissac ad fl. Tarn. 10) Huius episcopi et Alemannorum in narratione sequentium expeditionum saepius mentio fit. 11) Puicelsi inter Alby et Montauban (Tarn). 12) Theodericum III? 13) Bagnols ad fl. Cèze (Gard). 14) L'Argentière (Ardèche).

poterat, perturbabat. Omnes autem crucesignati recesserant[a] iam a comite, nec habebat secum nisi paucos stipendiarios et archiepiscopum Narbonensem[1]. Audiens predictus Pontius adventum comitis nostri, timore ductus venit ad eum et se et[b] sua eius reddidit[c] voluntati. Erat preterea in partibus illis [nobilis[b]] quidam potens, sed malus, Ademarus Pictaviensis[d. 2], qui negotium Christi semper exosum habuerat et corde adhererat comiti Tolosano; hic adventum comitis nostri audiens, munivit castra sua, milites insuper[e] quos potuit in quodam castro adunavit, ut, si comes noster[b] transitum faceret iuxta castrum illud, exiret cum suis et impugnaret eum; sed cum nobilis comes per ante castrum transiret, licet cum paucissimis, memoratus Ademarus, quamvis multos haberet secum, non est ausus egredi contra nostros.

1214. Cum igitur esset comes noster in partibus illis, venit ad eum dux Burgundie Odo, vir potens et bonus, qui negotium fidei contra hereticos, insuper et comitem nostrum multo amplectebatur affectu; venerunt etiam cum duce Lugdunensis[3] et Viennensis[4] archiepiscopi. Dum igitur essent dux et comes noster prope Valentiam, apud Romanas[f. 5] vocaverunt prefatum inimicum ecclesie Ademarum Pictaviensem ad colloquium; vocatus[g] venit, sed super his que pacis erant noluit comiti[h] vel duci assentire. Iterum vocaverunt eum dux et comes noster ad colloquium, et tunc quidem nichil proficere potuerunt[i]. Videns igitur dux, quod nichil proficere posset, motus ira et indignatione contra Ademarum, promisit firmiter[k] comiti nostro, quod, nisi sepe dictus Ademarus staret per omnia mandato ecclesie et haberet se ad voluntatem comitis nostri et super his bonam faceret securitatem, ipse dux cum comite nostro eum impugnaret. Statim etiam vocavit plures suos[l] milites iturus cum comite nostro contra Ademarum sepius[m] memoratum. Quod audiens Ademarus, tandem necessitate ductus, venit ad ducem et comitem nostrum et se optulit eorum per omnia voluntati; tradidit etiam quedam castra sua pro securitate, que comes conmisit duci custodienda.

Interea venerabilis pater Narbonensis archiepiscopus, vir consilio providus et animo virtuosus, ad[b] cuius [etiam[b]] monitionem et preces[n] dux Burgundie[o] ad partes venerat Viennenses, cepit tractare cum duce de negotio pro quo ipsum vocaverat, de contrahendo videlicet matrimonio inter primogenitum comitis nostri nomine Amalricum et filiam[6] delfini[7], qui erat princeps potens[p] et frater germanus ipsius ducis. . . . . . .

79. . . . . . . Ipse vero comes cum suo primogenito Amalrico descendit usque Valentiam, ut filiam delfini Viennensis, fratris ducis Burgondie, prenotatus primogenitus comitis acciperet in uxorem. Veniens itaque comes nobilis Valentiam, invenit ibi ducem Burgundie et delfinum; habitoque super prefato matrimonio colloquio et assensu, comes noster, quia non erat tempus congruum ad contrahendum, nec ipse propter multimodas guerre necessitates ibi poterat facere multos dies, dictam puellam duxit secum Carcassonam; ibique fuerunt nuptie celebrate. . . . . . .

1215. 81. Anno ab incarnatione Domini 1214, in quindena nativitatis dominice convenerunt
Ian 8. apud Montem-pessulanum archiepiscopi et[b] episcopi, vocati a magistro Petro Beneventano apostolice sedis legato ad concilium, ut de his que pacis erant et fidei idem legatus secundum[q] prelatorum consilium[r] ordinaret. Convenerunt autem ad illud concilium quinque archiepiscopi, videlicet Narbonensis[s], Accitanus[8], Ebredunensis[9], Arelatensis[10], Aquensis[11]; affuerunt etiam episcopi 28 pluresque de baronibus [et[t] nobilibus] terre ibi affuerunt. . . . . . . Et hac de causa de communi assensu tam legati quam prelatorum Ebredunensis archiepiscopus Bernardus, vir multe scientie et tocius bonitatis, missus est Romam et quidam clerici cum eo, litteras tam legati quam prelatorum ferentes secum, in quibus supplicabant prelati omnes domino pape instantissime, ut nobilem comitem Montis-fortis, quem unanimiter elegerant, concederet eis in terre dominum et monarchum. . . . . . .

83. Anno[u] Verbi incarnati 1215, mense Novembri dominus papa Innocentius III, convocatis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis, in Lateranensi ecclesia celebravit in urbe Roma generale concilium et sollempne. Inter alia

a) i. r. 2. b) *deest* 2. c) v. r. 1. d) Pictavensis *h. l.* 1. e) etiam 1. f) Romanis 1. g) ven. voc. 1. h) d. v. c. 1. i) potuere 1. k) *deest* 1. l) m. s. 1. m) sepe 1. n) predictus *add. ed.* o) Burgondie *h. l.* 2. p) potentissimus 1. q) iuxta 1. r) conc. 1. s) et *add.* 1. t) et n. *des.* 2. u) *ante hoc caput forte recensio princeps libri desiit.*

1) Arnaldum, qui abbas Cisterciensis fuerat. 2) II. comes Valentinensis. 3) Rainaldus. 4) Humbertus II. 5) Romans ad fl. Isère. 6) Beatricem. 7) Andreae. 8) Bernardus. 9) Bernardus. 10) Michael. 11) Bermundus.

que ordinata fuerunt in concilio et statuta, tractatum fuit de negotio fidei contra hereticos 1215.
Albigenses. Venerant etenim ad concilium Raimundus quondam comes Tolosanus et filius eius Raimundus, comes etiam Fuxi[1], pacis et fidei manifestissimi turbatores, supplicaturi concilio pro recuperatione terre sue, quam perdiderant divina[a] disponente censura, suffragante auxilio signatorum. Comes vero nobilis Montis-fortis misit illuc fratrem suum germanum Guidonem de Monte-forti aliosque fideles nuntios et discretos. Verum quidem est, quod fuerunt ibi aliqui, etiam, quod est gravius, de prelatis, qui venientes negotio fidei ex adverso pro restitutione dictorum comitum laborabant[2]; sed non prevaluit consilium[b] Achitofel, frustratum est desiderium malignorum. Dominus etenim papa, approbante pro maiori et[c] saniori parte sacrosancto concilio, in hunc modum ordinavit de negotio memorato. Statuit siquidem et providit, quod Tolosa civitas et alie terre a crucesignatis[d] obtente concederentur comiti Montis-fortis, qui in predicto negotio viriliter et fideliter laboraverat supra omnes; terram vero, quam comes Tolosanus habuerat in Provincia, custodiri voluit summus pontifex, ut de illa fieret[e] provisio in parte vel in toto filio dicti quondam comitis Tolosani, si tamen per certa fidelitatis et bone conversationis indicia ostenderet se misericordia dignum esse[3]. . . . . . .

Dum[f] esset nobilis comes in Francia, Raimundus, filius Raimundi quondam comitis 1216.
Tolose, puer, sed non a puerilitate[g], immo potius a stulticia, mandatis apostolicis per omnia veniens ex adverso, spreta insuper illa magna gratia et copiosa misericordia, quam ei[h] sedes apostolica fecerat, licet indigno, ad partes Provinciales accessit et[*] facta coniuratione contra decreta apostolica et iura ecclesiastica et canonica cum Avinionensibus, Tarasconensibus et Massiliensibus, habitoque consilio quorundam nobilium Provincie, occupavit totam terram illam, quam de commendatione domini pape custodiebat nobilis comes Montis-fortis. Occupata terra trans Rodanum, venit ad quoddam nobilissimum castrum[**] in regno Francie et[***] diocesi Arelatensi, in ripa Rodani magni fluvii situm[4]. Castrum illud fuerat comitis Tolose; sed ecclesia Romana illud concesserat et rex Francie confirmaverat comiti Montis-fortis, necnon[†] et archiepiscopus Arelatensis, cuius est maius dominium eiusdem castri, eidem comiti ut vassallo concesserat in feodum et ab eo hominium acceperat pro eodem castro. Veniens dictus Raimundus Bellicadrum, vocatus ab hominibus eiusdem castri, qui comiti[††] nostro hominium fecerant et fidelitatem iuraverant, in burgum est receptus. Statim confluentibus ad eum quibusdam nobilibus Provincie, civibus etiam Avinionensibus et Massiliensibus[i], burgensibus insuper Tarasconensibus[k] et Volobricensibus[5], viris perfidis et malignis, senescallum comitis Montis-fortis[6] militesque et servientes, qui cum dicto senescallo castri munitionem servabant, in ipsa munitione obsedit cepitque acriter impugnare. . . . . . . Dum autem essemus apud Bellamgardam, comes nobilis Montis-fortis rediens e Francia properansque Bellicadrum, venit Nemausum[7]. In crastino summo mane movit comes a Nemauso et nos a[l] Bellagarda, venientesque ante Bellicadrum, comes ex una parte et nos ex alia ipsos obsedimus obsessores. Videns filius quondam comitis Tolosani, quod comes Montis-fortis obsedisset Bellicadrum, convocavit quoscumque potuit, Avinionenses scilicet, Massilienses[m], Tarasconenses[n], Volobricenses et multos alios de vicinis castellis et villis, gentem perfidam, gentem apostatricem. Hii in unum conglobati contra Deum et athletam[o] ipsius, comitem scilicet Montis-fortis, [et[p] nos et] obsessos nostros, qui erant in munitione, quantum poterant infestabant; non enim obsederamus solummodo Bellicadrum, sed civitates et castella supradicta, immo Provinciam fere[q] totam.

*) *Pro* et — consilio *habet* 1 *tantum:* fretusque auxilio quor. **) citra Rodanum *add.* 1. ***) *Pro* et — situm *habet* 1: quod dicitur Bellicadrum et est in regno Francie. †) necnon pro eodem castro *des* 1. ††) *Pro* comiti - iuraverant *habet* 1: eum vocaverant.

a) *deest* 2. b) concilium 1. c) ac 1. d) t. accruces. 1. e) fieri posset 1. f) Cum 1. g) puritate 1. h) s. a. ei 1. i) Masil. 1. k) Taracon. 1. l) ab 1. m) Massel. 1. n) Traconeñ 1. o) atl. 1. p) et n. et *des.* 2. q) pene 1.

1) Raimundus Rogerii. 2) Ut in Carmine de bello Albigensium v. 3202 sqq. luculenter narratur. 3) Cf. decretum Mansi, Conc. XXII, p. 1069. 4) Ideo extra terram, quam solam papa Raimundo VII. concesserat; quare scriptor in priore recensione *in regno Franciae situm* bis exprimit, ut nemo dubitet, quin Raimundus contra papae mandata egerit. 5) Valabrègues prope Tarascon, ad Rhodanum fl. 7) Lambertus de Créci et de Limoux; v. Carmen v. 3930. 7) Quod mense Iulio circa dies 6—18. factum est, cum Iul. 2. Simon Ponte-super-Ycaunam, Iul. 19. iam ante Bellequadrum fuerit; v. Molinier in 'Bibl. de l'école des chartes' XXXIV (1873), p. 483.

1216. . . . . . . Insuper obsessis nostris qui erant in Bellicadro victualia defecerunt; nunquam enim possent eos capere hostes, si ad sustentationem[a] solummodo haberent victum. Significata est comiti nostro suorum inopia obsessorum, qui in multa anxietate positus, quid ageret nesciebat; nec enim suos obsessos poterat liberare, nec ulla ratione volebat expositos morti dimittere. Tholosana[b] insuper civitas et alie terre, quas tenebat, erant in summo perdicionis periculo. . . . . . . His omnibus diligenter consideratis, laborare cepit comes nobilis et fidelis, quomodo obsessos suos liberare posset et habere. Quid plura? Loquuntur[c] nostri per interpositas personas[1] cum hostibus. Fit talis dispositio, ne compositionem dicamus: ordinatur, quod [modo[d]] obsessi nostri dimitterent hostibus munitionem Bellicadri, ita quod dimitterent eos adversarii exire cum supellectili sua tota; factumque est ita. . . . . . . Recedens comes nobilis [cum[e] suis] ab obsidione Bellicadri, venit Nemausum. . . . . . .

1217. 84. . . . . . . His rite gestis, perrexit[f] comes nobilis versus partes Provincie, ad diocesim videlicet Nemausensem; villa siquidem Sancti Egidii, cum* esset propria tota ecclesie sancte Dei, inito mortis federe cum Avinionensibus, Belliquadrensibus, et plura castra dicte diocesis ipso anno recedentes a Deo et ab ecclesia, reddiderant se Raimundo, filio Raimundi quondam comitis Tolosani. Cum** vero nobilis comes Montis-fortis causa peregrinationis et de voluntate abbatis[2], qui plenum habet dominium in dicta villa, ad villam Sancti Egidii pervenisset, non est admissus ab hominibus eiusdem ville; sed appellantes ad dominum B[ertrandum] cardinalem, portas ville clauserunt; sed noster comes, sicut vir humilis et devotus, appellationi deferens, inde recessit. Venerat enim[g] in Provincia ipso tempore magister Bertrandus tituli Sanctorum Iohannis et Pauli presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, vir multe scientie et probitatis inmense, missus a summo pontifice, ut in provinciis*** Viennensi, Arelatensi, Aquensi, Ebredunensi, Narbonensi que pacis essent[h] et fidei ordinaret. Erat autem trans Rodanum in Aurasica[3] civitate. Cives vero Avinionenses et Massilienses et homines ville Sancti Egidii et Belliquadrenses[i] et Tarasconenses[k], dati in reprobum sensum et versi in apostasiam [ipsi[l] obedire nolebant]. Interea comes nobilis Montisfortis castra que apostataverant ipso anno, sicut prediximus, in diocesi Nemausensi fortiter impugnabat. Venerunt autem in eius auxilium Girardus Bituricensis archiepiscopus et Robertus Claromontensis episcopus, viri potentes, qui anno precedenti crucem assumpserant contra perturbatores pacis et fidei subversores. Venerunt autem cum eis milites et servientes quam plures, quorum auxilio suffultus comes obsedit quoddam castrum prope villam Sancti Egidii quod Postquaria[4] nuncupatur; quo capto in brevi, obsedit aliud castrum, quod Bernutium[5] appellatur; quod viriliter impugnans, potenter expugnavit multosque de hominibus castri pro meritis patibulis suspendit. Que res apostatas omnes de terra illa adeo perterruit, quod dati in stuporem, castra omnia in quibus habitabant, fugientes a facie comitis, vacua dimiserunt. In terra[m] enim illa tota citra[n] Rodanum vix remansit qui resisteret comiti preter villam Sancti Egidii et Belliquadrum[o] [et[l] alie munitiones paucissime]. His gestis, descendit comes versus villam [quandam[d]] super Rodanum que dicitur Portus-Sancti-Saturnini[6]. Cardinalis autem transivit Rodanum apud Vivariam[7] civitatem, volens videre comitem et cum eo habere colloquium super negotio Ihesu Christi; non enim erat liber transitus in aliquo viciniori loco per Rodanum, quia Avinionenses et alii hostes fidei libenter impedirent ipsius propositum et conatum; qui, sicut ipse conquerebatur, eum quodammodo [diu[d]] obsessum tenuerant in Aurasica civitate. Et† venit Sanctum Saturninum; ubi inter alias iniurias, quas fecerunt ipsi legato inimici fidei atque pacis, hec fuit non modica, quia, cum ipse legatus sederet cum multis clericis et laicis in aspectu Rodani, subito inimici Dei, qui portum illum munierant, in personam legati septem vel octo emiserunt quarellos, Deo ipsum conservante illesum; tamen cartarius pape, qui erat ibi, vulneratus

*) cum — Dei *des.* 1. **) Cum — inde recessit *des.* 1. ***) *Pro* provinciis — Narbonensi *habet* 1: Narbonensi et etiam in vicinis. †) et — vulneratus fuit *des.* 1.

a) subst. 2. b) Tolos. 1. c) Locuntur 1. d) *deest* 2. e) c. s. *des.* 2. f) pervenit 2. g) V. ipso t. in Provinciam 1. h) sunt 2. i) Belliquadri 2. k) Trãconeñ 1. l) *des.* 2. m) tota e. terra i. 1. n) cytra 2. o) Bellicadr. 1 *saepius.*

1) Draconetum nominat Carmen v. 4954. 2) Pontii I. 3) Orange. 4) Ubi nunc Vauvert situm est. 5) Berniz prope Vauvert. 6) Pont-St.-Esprit. Ubi die Iul. 14. moratus est; cf. chartam laudatam 'Bibl. de l'école des chartes' XXXIV, p. 487 nr. 145. 7) Viviers.

fuit. Comes autem cum exultacione[a] et festinatione maxima venit[b] ibidem ad ipsum. Quantum autem honorem exibuit comes christianissimus cardinali, non esset facile explicare. Circa idem tempus archiepiscopus Bituricensis[1] et episcopus Claromontensis[2], peracto sue peregrinationis termino, videlicet 40 dierum, ad propria remearunt. Comes[*] vero noster turrem fortissimam Draconeti[3], super ripam Rodani sitam, in loco munitissimo, qui a Sancto Saturnino distat per leugam, obsedit viriliter, cepit et funditus dissipavit, captis illis omnibus qui intus erant et vinculis mancipatis. Hec autem turris ad hoc facta fuerat, ut esset spelunca latronum peregrinos et alios spoliantium tam per terram quam per Rodanum transeuntes. 1217

Post que omnia fuit cardinalis consilium et voluntas, ut nobilis comes transiret Rodanum et in Provincie partibus pacis compesceret turbatores. Raimundus enim, filius quondam comitis Tolosani, et Ademarus Pictavensis et complices eorundem negotium pacis et fidei in partibus illis totis viribus perturbabant. Obedivit comes nobilis voluntati cardinalis et fecit sibi parari[4] apud Vivariam naviculas, ut Rodanum transiret; quod audientes adversarii ipsius, convenerunt in unum per[**] terram, ut eius transitum impedirent. Sed et Avinionenses venientes per Rodanum cum navibus valde[***] munitis, proposuerunt comiti transitum prohibere; sed cum paucissimos de militibus comitis transire viderent, divino[†] miraculo versi in timorem, fuge presidia quesierunt; sed et omnes de terra illa, qui adherebant adversariis comitis, tantus timor[c] invasit, quod castra multa et fortia vacua dimiserunt. Transivit igitur comes nobilis cum suis et venit ad castrum quod dicitur Montilium[5]. Cardinalis autem transivit cum eo, de cuius voluntate et mandato comes omnia faciebat. Guiraldus autem Ademarii, qui erat dominus Montilii pro maiore parte, erat cum adversariis comitis, cum[††] esset ligius homo domini pape, nec requisitus voluit dictum castrum reddere cardinali, quod receptaculum fecerat hereticorum; sed homines de castro receperunt comitem. Quidam enim miles nomine Lambertus, consanguineus dicti Guiraldi, qui erat alter dominus castri Montilii, adherebat et semper adheserat [nostro[d]] comiti[6]. Peractis comes apud Montilium paucis diebus, perrexit ad obsidendum quoddam castrum in diocesi Valentina[e], quod dicitur Cresta[f, 7], et erat Ademarii Pictavensis. Ademarius autem, sicut iam diximus, adversabatur comiti Montis-fortis et multis diebus persecutus fuerat episcopum Valentinum[g, 8]; civitas vero Valentia adherebat et semper adheserat comiti memorato. Veniens comes ad castrum Creste, obsedit illud. Erat autem castrum nobilissimum et fortissimum et multis militibus et servientibus munitum. Firmata obsidione, cepit comes castrum fortiter impugnare, obsessi se defendere viribus quibus potuerant[h]. Erant autem cum comite plures de episcopis illius terre et milites Francigene, quos rex Francie Philippus ei per sex menses servituros miserat ferme centum; et dum esset comes in obsidione illa, tractatum fuit de compositione et pace facienda inter comitem et Ademarum[i] Pictavensem. Post multa autem verba longumque tractatum firmata est compositio inter comitem et dictum Ademarum; promissumque est ab utroque firmiter, quod filius Ademari[9] haberet filiam comitis in uxorem. Tradidit etiam Ademarus quedam castra pro securitate, quod de cetero nullatenus comitem impugnaret. Quidam preterea nobilis de terra illa nomine Draconetus, qui in[k] anno preterito recesserat[l] a comite, reddidit se ei. Facta est insuper compositio[m] et pax inter episcopum Valentie et sepedictum Ademarum. . . . . . .

85. Audiens comes nobilis apostatasse Tolosam, transivit Rodanum et rediit festinanter; cardinalis autem transivit cum eo. . . . . . .

*) Comes — per Rodanum transeuntes *des.* 1. **) p. t. *des.* 1. ***) v. m. *des.* 1. †) d. m. *des.* 1. ††) cum — hereticorum *des.* 1.

a) fest. et ex. 1. b) ivit obviam ei. Quantum 1. c) terror 1. d) *deest* 2. e) Valentia 2. f) Crestam 2. g) Valentinensem 2. h) def. totis viribus 1. i) Ademarium, *et sic deinceps semper nomen audit* 1. k) *deest* 1. l) recederat 2. m) hec comp. 2.

1) Girardus. 2) Robertus. 3) Coniecerim, hanc turrem appellatam fuisse 'La Bastida', cuius Carmen v. 5684, infra, mentionem facit. Aliter quidem P. Meyer, 'Chanson' II, p. 292, n. 6. 4) Per episcopum Vivariensem; Carmen v. 5686 sqq. 5) Montélimart (Drôme). 6) Cf. Carmen v. 5693. 7) Crest ad fl. Drôme. 8) Humbertum. 9) Guillelmus. Haec sponsio vero postea soluta est, cum Guillelmus aliam uxorem duxerit.

EX CARMINE DE BELLO ALBIGENSIUM.

Cum initio saeculi XIII, saevitia Arnaldi abbatis Cisterciensis et effrenata avaritia Simonis de Monte-forti maxime instigantibus, amoenissimae et longa pace florentissimae provinciae Franciae meridionalis dirissimis et cruentissimis bellis et trucidationibus devastarentur, mirum esset, nisi quis Occitanus horrendas patriae calamitates enarrasset. Sed cum historia in Francia meridionali eo usque omnino dormiret, eo magis vero ars poetica patrii sermonis floreret, evenire debuit, ut hac Occitani ad praedicanda bella patriae uterentur.

Carmen quod uno titulo inscribitur, constat duabus partibus a duobus auctoribus, qui arte, sermone, indole, studio inter se differunt, compositis. Primus Guillelmus Tudelae in villa Navarrae in dextra ripa Iberi fluvii sita nutritus et, ut coniici potest, natus[1]*, circa a.* 1199. *Montem-Albanum ('Montauban, dép. Tarn et Garonne') venit*[2]*, ubi plus undecim annos moratus, a.* 1211. *Bruniquelli ('Bruniquel, arr. Montauban', ad fl. Aveyron) Balduinum, fratrem Raimundi VI. comitis Tolosani, adiit, a quo aestate a.* 1212. *canonicus ecclesiae S. Antonini ('St. Antonin, arr. Montauban', ad fl. Aveyron) institutus est. Iam a.* 1210, *mense Maio, cum Monte-Albano moraretur, carmen componere incepit*[3]*, quod cum rebus progredientibus continuans,* 131 *particulis et* 2768 *versibus constans, usque ad res initio a.* 1213. *gestas produxit*[4]*. Patronus Guillelmi Balduinus*[5] *a fratre comite Tolosano Monti-ferrando castro praefectus, hoc a.* 1211. *ab exercitu peregrinorum obsessum mox pactione Simoni de Monte-forti tradidit et abhinc huic sociatus in eius exercitu militavit, donec a.* 1214, *Febr. captus, iussu fratris sui suspendio interemptus est*[6]*. His rebus allatis iam apparet, quam causam Guillelmus secutus sit: haereticos ut clericus omnino abhorret, bella eis a peregrinis illata comprobat, minime*

1) Carmen incipit:
El nom del Payre e del Filh e del sant Esperit
Comensa la cansos que maestre W[illems] fit,
Us clercs qui en Navarra fo a Tudela noirit.

2) Carmen v. 4. pergit:
Mot es savis e pros, si cum l'estoria dit,
Per clergues e per laycs fo el forment grazit,
Per comtes, per vescomtes amatz e obezit.

Sic codex unicus carminis; sed haec ab auctore non esse scripta, luce clarius apparet. Fragmentum vero quoddam carminis, ex quo Raynouard, Lex. Rom. I, 227 sqq., excerpta dedit, pro v. 4—6. haec habet:
Pois vint a Montalba, si cum l'hestoria dit,
S'i estet onze ans, al dotze s'en issit;

et postea pro v. 15—18:
Per so s'en issit il, cum avez oït (scil. Monte-Albano, bello Albigensium exorto),
Al comte Baudoï — cui Iesus gard e guit! —
Vint el a Brunequel, que mon goy l'aculhit.
Puis lo fist far canonge ses negun[a] *contradict*
Del borc Saint Anthoni etc.

a) negut *R.*

Anno 1211. vergente Balduinum Bruniquelli fuisse (cf. Guill. Tudel. v. 1707), ostendit Meyer p. XXXII. Castrum S. Antonini a Simone de Monte-forti a. 1212, Mai 6. captum, paulo post Balduino traditum est (Petr. Sarn. c. 62; Guill. Tudel. v. 2396 sq.), ex quibus notis Meyer tempora supra indicata stabilivit.

3) v. 202 sqq.:
Senhors, oimais s'esforsan li vers de la chanso,
Que fon ben comenseia l'an de la encarnatio
Del senhor Ihesu Crist, ses mot de mentizo,
C'avia MCC e X ans que venc en est mon,
E si fo lai e mai, can florichol boicho.
Maestre W[illems] la fist a Montalbo on fo.

Prologum vero, ex quo supra versus laudati sunt, post a. 1212. med. libro praefixum esse, monet Meyer p. XXXIII, sed hoc ante necem Balduini 1214. in. factum est (v. supra v. 16. fragm. Rayn.).

4) Sic Meyer p. XXXIX. statuit, quia post particulam 131. in codice legantur haec verba post deleta: *Pons escriva,* ex hac nota scribae concludens, archetypum codicem hoc loco olim desiisse.

5) Guill. v. 1642. eum sic praedicat:
Lo coms Baudois i era, qu'era pros e˜valhant;
Sos cors val ben per armas Olivier o Rotlan.
E s'il agues pro terra co motz d'autres princeps an,
El conquerria enquera assatz e son vivant.

6) Hoc Guillelmum movisse, ut carmen inceptum non ultra produxerit, suspicatur Meyer p. XXXVIII.

vero a Simonis de Monte-forti, sed solum a domini sui Balduini parte stat, crudelitates et vastationes terrae a peregrinis perpetratas miseratur et reprehendit, contra comitem Tolosanum minime infestum animum ostendit, immo, cum magis magisque appareret, legatum apostolicum et Simonem niti, ut hunc dominio expellerent, iam apertius eius iura defendere videtur. Vix dicendum est, eum alteram partem plane fovisse[1].

Multo aliter ignotus poeta, qui Guillelmi carmen continuavit et quae a. 1213—1219. *a comite Tolosano eiusque filio Raimundo gesta sunt* 83 *particulis et* 6810 *versibus enarravit. De quo nihil constat, nisi eum ex dioecesi Tolosana ortum*[2] *et multis expeditionibus et obsidionibus ab ipso descriptis, comites Tolosanos comitatum, praesentem adfuisse. Carmen a.* 1218. *post Simonem de Monteforti die Iun.* 25. *ante Tolosam occisum componendum suscepisse*[3] *et mense Iunio a.* 1219. *finivisse videtur. Postrema enim stropha describit, quomodo Tolosani adventum Ludovici, filii Philippi regis, metuentes urbem muniverint, nec tamen obsidionis ab hoc Iun.* 16. *illatae et die Aug.* 1. *infecto negotio solutae mentionem facit. Cum conclusio vel epilogus in fine carminis non inveniatur, auctor plura addere in animo habuisse videtur, quod ignota causa prohibitus non exsecutus est. Hic ardenti animo comitem Tolosanum et praesertim eius filium fovet, eorum felices successus maxime praedicat, quae ab eis a.* 1213—1215. *infortunate gesta sunt brevius explicat, deinde vero quae de causa comitis a.* 1215. *Romae acta sunt copiosissime exponit, tunc comitum iter per Provinciam, obsidionem Belliquadri, recuperationem Tolosae per Raimundum seniorem, obsidionem initam eiusdem urbis per Simonem de Monte-forti eiusque mortem et quae hanc secuta sunt luculentissime et amplissime et accuratissime et verissime enarravit*[4]. *Ut Guillelmus siccus et languidus, ita hic ardens, studio plenus, vegetus; ubique dialogos fingens, personas agentes et loquentes inducit, concitate et vividis coloribus tumultus proeliorum et concursus laetantis populi, concilia principum, agmina describit. Utrumque carmen ad res gestas a.* 1208—1219. *cognoscendas permultum facit. Et cum alterius partis copiosissimum librum Petri Sarnensis habeamus, vix de alio bello illius saeculi aeque bene nobis relatum est.*

Ex Guillelmi carmine paucissima, plura anonymi hic proponenda erant, quibus Burgundiae imperialis historia illustratur, quae exscripsimus ex editione a V. Cl. P. Meyer pro societate historiae Francogallicae parata ex unico codice Parisiensi Franc. nr. 25425, *olim ducis de La Vallière nr.* 190, *post medium saec. XIII. exarato, inscripta 'La chanson de la croisade contre les Albigeois'. Paris* 1875. 2 *voll., praefatione et commentationibus copiosissimis et ingentis doctrinae plenis instructa, versione Francogallica aucta. Ex illis quae praemonenda et annotanda duximus omnia fere exscripsimus, auxilio huius excerpta*

1) Meyer sic de eius indole atque ingenio iudicat: Versificator simplex et mediocris est, ieiune et sicce, vix unquam partium studio commotus, res gestas magis more chronographorum coenobitalium simpliciter conscribit, quam ut poeta vivide depingit. — Ut ipse v. 28 sqq. profitetur, strophas et versus carminis de captione Antiochiae, i. e. de prima expeditione cruciferorum, imitatus est. 2) v. 3405. dicit: *Folquet lo nostre vesques* i. e. Tolosanus; Meyer p. LVIII. Idem p. CXIV. ex nonnullis formis verborum coniicit, eum in comitatu Fuxensi natum esse; quocum bene convenit, quod cum Rogerio Bernardi, filio comitis Fuxensis, quandam necessitudinem habuisse videtur, cum v. 7133. dicat:

El pros Rotgiers Bernatz, quem daura e esclarzis;

cf. Fauriel p. XXIII; Meyer p. LXIII, qui tamen bene monet, auctorem a. 1216. minime comitem Fuxensem eiusve filium secutum esse, sed cum filio comitis Tolosani in Provincia fuisse. 3) Iam v. 3401. dicit, Simonem ante Tolosam occisum esse; Meyer p. LX. 4) Nemo non concedet quod Meyer p. LXVIII sqq. probare conatur, auctorem a. 1215. Romae, a. 1216. in itinere Provinciae et in obsidione Belliquadri, a. 1218. defensioni Tolosae praesentem adfuisse et haec omnia accuratissime et verissime exposuisse.

nostra in linguam Latinam vertimus, ad litteram omnia exprimentes, non ut hoc modo veras sententias poetarum, sed lectori verum intellectum faciliorem redderemus. Primus carmen edidit Fauriel a. 1837. *'Histoire de la Croisade contre les hérétiques albigeois' ('Collection de documents inédits sur l'histoire de France') cum versione Francogallica.*

Anonymus quidam iuris peritus[1] *Tolosanus saeculo XIV. vel XV.*[2] *historiam belli Albigensium annorum* 1208—1219.[3] *ita composuit, ut quae Guillelmus et continuator eius versibus narraverunt, dialecto Tolosana usus, prosaice conscriberet. Minime vero hos ita secutus est, ut eorum narrationes ad verbum transferret, immo libere narrata abbreviavit vel ampliavit exornavitque*[4]*, aliter disposuit vel coniunxit, haud raro male intelligens depravavit, perpauca etiam ex aliis fontibus hausta inseruit*[5]*. Cum ardenter comitis Tolosani causam sequeretur, id egit, ut iam Guillelmi narrationibus continuatoris studium inferret, alia in laudem comitis verteret, alia in favorem eius adderet*[6]*. Sermone nimis molesto ac putido ac duro usus est. Cum per tria saecula narrationes poetarum hoc libro deformatae tantum cognitae fuerint, excerptis carminis congruentes particulas historiae Tolosanae subiecimus.*

Codices exstant:

1) *Parisiensis Franc. nr.* 4975, *chart. saec. XVI.*

1[a]) *Carpentoractensis ms. Peirescii nr.* 59, *chart., saec. XVI. ex* 1 *descriptus, cuius apographum per P. Furnerium monachum S. Victoris Massiliensis factum (nunc in bibl. Parisiensi 'Collection de Languedoc' vol.* 78. *servatum), cum cod.* 1. *collatum, Vaissète, 'Hist. de Languedoc' III, p.* 1 *sqq., ad suam editionem principem parandam adhibuit.*

2) *Tolosanus bibl. publ. nr.* 57, *chart. saec. XVI ex. vel XVII. in*[7].

Editio princeps repetita est in SS. R. Gall. t. XIX, p. 114 *sqq.; a Du Mège auxilio cod.* 2. *recensita est in Historiae Occitanae altera editione t. V*[8]*; subsidio praecedentium editionum iterum impressa Tolosae* 1863. 8°. *('Hist. anonyme de la guerre des Albigeois publiée par un indigène'); denique a V. Cl. A. Molinier recognita in Historiae Occitanae editione novissima (Toulouse* 1879*) t. VIII, p.* 1 *sqq.*[9]*, qui cod.* 1 *fundamentum posuit, ex cod.* 2 *magnam eius lacunam supplevit et nonnulla menda sustulit. Ex hac editione excerpta nostra exscripsimus, sed capitum divisionem in hac praetermissam ex prioribus editionibus repetivimus.*

Omnia vero V. Cl. A. Tobler benigne perlegere et emendare voluit.

O. Holder-Egger.

1) In prologo laudat codicis Iustinianei titulum et sermone formulariorum utitur. 2) A. Molinier opinatur eum inter a. 1350 –1450. et strictius inter a. 1380—1400. scripsisse suspicatur. 3) In codicibus vero sequuntur conditiones pacis a. 1229, Apr. comiti Tolosano concessae, quas certe idem auctor subiecit. 4) Nonnullis locis indicari videtur, eum uberiorem recensionem carminis legisse. Sed cum saepe multis verbis carmine relata exornet et amplificet, difficile est cognitu, quid ex hoc hauserit, quid ipse addiderit. In codice unico carminis nonnullae quidem lacunae comprehenduntur, vix tamen quidquam auxilio recensionis prosaicae suppleri potest. 5) Ut c. 19. conditiones comiti Tolosano a synodo Arelatensi a. 1211. propositas. 6) Cf. P. Meyer l. l. p. XXVII. 7) Primus Catel, 'Hist. des comtes de Tolose', nonnulla fragmenta libri imprimi fecit, qui duos codices mutilos, nunc deperditos, exscripsit. 8) Hanc editionem non vidi, nimis mendosam dicit eam P. Meyer l. l. 9) Versio Francogallica exstat ap. Guizot, 'Collect. des Mémoires' t. XV.

EX GUILLELMI TUDELENSIS CARMINE.

9.

Quant lo coms de Toloza e li autre baro 1208.
El vescoms de Bezers an auzit lo sermo,
Que los Frances se crozan[a], no cug lor sapcha bo,
Ans ne son mot irad, si cum ditz la canso.
A un parlamen que feiro li clerc sela sazo
Lai sus a Albenas[1], venc lo comte Ramon.
Aqui s'agenolhec e fes s'afliction
Denant mosenher l'abas elh prega quelh perdon.
E di que no fara, que no n'avia don,
Si lo papa de Roma els cardinals que i son
Nolh fazian premier calque solucion.
No sai que von diches nin fes longa razon:
Lo coms s'en retorne a coita d'esperon;
Lo vescomte son bot merceia e somon,

a) crozan *post corr.* crozon *c.*

9. Cum [Raimundus VI] comes Tolosanus ceterique barones et [Raimundus Rogerii] vicecomes Biterrensis audivissent rumorem, Francicos cruce signari, non eis hoc placuisse credo. [185] Immo valde commoti sunt, ut carmen dicit. Ad concilium quod clerici hoc tempore celebraverunt Albenate, [quod] supra[2] [situm est], Raimundus comes venit. Ibi genibus procubuit et poenitentiam fecit ante dominum abbatem [Cisterciensem Arnaldum] et eum obsecravit, ut ipsi veniam daret. Et [abbas] dicit se hoc non facturum nec ad hoc [faciendum] se potestatem habere, nisi papa Romanus et cardinales qui Romae sint ipsi antea quoddam ius absolutionis(?) concesserint. Nescio quae vobis dicam nec longam expositionem huius rei faciam: Comes [Tolosanus] inde regressus est [cito] stimulo calcarium. [195] Vicecomitem [Biterrensem], nepotem suum,

EX HISTORIA BELLI ALBIGENSIUM TOLOSANA.

EX LIBRO I.

1208. 3[a]. Et[3] adonc la crosada es estada denonciada et declarada, couma dit es dessus, estant tant grand lo monde que adonc s'es crosat, que no es home que lo saubessa estima ny nonbrar, et aysso a causa dels grans pardos et absolucion que lodit leguat[4] avia donnat a totz loz que se crosarian per anar contra losdits heretges. Et adonc entre los autres que se crosavan, s'es crosat lo duc de Borgonhya, que per aleras era an toutas sas gens, et aytanbe se croset lo conte de Nevers et lo conte de Sainct Pol, lo conte d'Ausura, lo conte de Geneva, lo conte de Poyties[5] et le conte de Fores et d'autres grans seignors; toutz aquestes an toutas lors gens se sont crosatz, ben armatz et montatz devers lodit leguat, que no es home que ho saubegues dire[b] et declarar.

v 182 192. 4. Et adonc son vengudas las novellas al conte Ramon de ladita crosada, de laqualla crosada[c] fouc fort esbayt et non sans causa; car se dobtava de so[d] que lodict leguat volia far a causa deldit murtre[6] que dessus es dict. Ainsin estan[e] advertit, couma dict es, com[f] lodit leguat avia mandat ung grand conseilh al loc d'Albenas en Vivares, lodit conte Ramon va prendre una bela et nobla conpanya per anar aldit Albenas[g], entre losquals era son nebot lo visconte de Beziers; et ayso per demostrar aldit conselh, com si om lo volya chargar deldit murtre ne heresia, couma el era ignossen en tout et per tout et non saben. Et quant lodict conte Ramon es estat arribat aldit Albenas an sadita conpanya, couma dict es, a trobat ladita senhoria et lo conselh. Et adonc lodit conte Ramon es anat devers lodit conselh et seignoria, ont a facha sa demostransa aldit conselh touchant lodict murtre que aussi de ladita heresia; et com el era ignossen en tout et per tout; et que touchant so dessus, lodict leguat s'en devya informar davant tot' obra et inquerir avan que ly far aulcun despect, haysir ny octrage, et qu'el era et se tenya vray servidor de la gleysa, et per aquella volia vieure et mourir; et que se sondit home avia fach et perpetrat lodict murtre, que non era pont en causa ny en colpa, ainsin que se trobara. Et quant lodict conseilh aguet ausit et escoutat ben al long tout so que lodict conte Ramon a volgut dire ny prepausar, luy ont facha responsa, laqualla fouc tala, qu'el no fasia res an lodict legat et conselh, mais que s'en anes devers lo sant payre en Roma, car an lodict leguat res no fasia, ny acordy an el no aura autramen.

v.193–201. 5. Et quand lodict conte Ramon a[h] aguda ausida ladita resposta, es estat tan mal conten que no

a) = *cap.* 4. *ed. Mol.* b) d. et *des.* 1. c) *deest* 1. d) se 1. e) estre 1. f) *deest* 1. g) Albenos 1. h) *deest* 1.

1) Aubenas (Ardèche) tunc intra fines imperii situm. 2) i. e. versus septentrionem. M. 3) Hoc loco reddit interpres quae Guill. Tud. § 8, v. 165 sqq. narrat, sed cum his coniungit quae infra § 12. sequuntur. 4) Arnaldus abbas Cisterciensis. 5) Falso pro Ademaro Pictaviensi comite Valentinensi. 6) Petri de Castro-novo.

Que no guerrei ab lui ni nolh mova tenson,
E que sian amdui a la defension,
Qu'ilh nil païs no caian en mal destruction.
El no li dig anc d'o, enan li dig de no;
E son se mal partit; el coms s'en vai felo
E vai s'en en Proensa az Arle e az Avinhon.
. . . .

10.

Cant le coms de Toloza, de cui era Belcaire,
Vit quel vescoms sos botz li era a contraire,
E tug sei enemieg[a] li volon guerra faire,
Be sap que li crozat ja no tarzaran[b] gaire
Que non intron per lui en son prion repaire.
Per l'arsevesque d'Aux, qui era sos compaire,
Trames lai en Gasconha, car li era vegaire
Qu'el ira al mesatge, no s'en voldra estraire,
E l'abas de Condom[1], us clergues de bon aire,
R[amons] de Rabastencs[2], qui era bos donaire,
Lo priors de l'Ospital, us bos feziciaire:
Aicestz iran a Roma e pois a l'enperaire[1],

a) en esmieg c.
b) tarzara c.

rogavit et evocavit, ne belligeraret cum ipso neve ipsi contentionem moveret, et ut ambo [uniti] sint ad defensionem, ne ipsi nec terra caderent in malam destructionem. Hic ei non annuit nec negavit; [200] et male inter se discedunt. Comes inde discedit iratus et profectus est in Provinciam, Arelatem et Avinionem. . . . . . .

10. *Cum comes Tolosanus, cuius erat Belliquadrum, videret vicecomitem, nepotem suum, ipsi esse contrarium, et omnes inimicos suos sibi velle bellum inferre, bene scivit crucesignatos iam non ultra tardaturos, [225] ne intrarent ad eum [prosequendum] in profundissimum refugium ipsius. Ad [arcessendum] archiepiscopum Auxitanum [Bernardum IV], qui erat compater ipsius, transmisit deorsum in Vasconiam, quia sibi erat verisimile, hunc legationem obiturum neque eam detrectaturum esse. [Hic] et abbas Condomensis, clericus bonae indolis, [230] Raimundus de Rabastens, qui benignus largitor erat, prior Hospitalis,*

y avia remedi; et deldit Albenas s'es partit an touta sa conpanya et dreict en Arles s'en es tirat. Et adonc lo visconte de Besiers, couma dessus nebot deldit conte Ramon, loqual era anat anb el aldit Albenas, et comenset a dire aldit conte Ramon son honcle, que vista la responsa deldit leguat que avia facha, qu'el era d'openieu que mandessen lors amicz, parens e subjectz, que tout encontinen venguessen an toutas lors gens per lour donnar secours et ajuda contra lodit leguat et son host, et que metan per toutas lors terras et plassas bonnas garnisos, et ayso per gardar et se deffendre, si cas es que lodit leguat et son host volguen venir dessus elz, lor far aulcun octratge et desplaser. Alqual visconte de Beziers lodict conte Ramon disset totalamen de non de sa demanda[3]. Et adonc lodit conte Ramon s'en anet et se departit de son nebot lo visconte et s'en tiret dreit en Arles. Et lodit visconte demoret fort corrossat et marrit contra son honcle lo conte Ramon, per so que no avia volgut far so qu'el volia; per laquala causa lodit visconte comenset de far guerra aldit conte Ramon son honcle.

v 221 234. Et adonc que lodict conte Ramon fouc arribat aldit Arles[4], va pensar en el per veser, en quena fesson se pouria gouvernar de son faict, vist que sondict nebot lo visconte de Beziers ly fasia et avia coumesat ly far guerra, et d'autra part pesan a la resposta que lodit leguat et son conseilh luy avian[a] faicta. Per lasqualas causas fouc en grand pensamen, et non sans causa, et no sabia bonamen, coumen s'en governes ny fesso. Mais apres que aguet pro pesat et enmagenat en son cas, va se avisar et deliberar de trametre devers l'archevesque d'Aux et aussi l'abat de Condom et al L.[b] prieu de l'Ospital et aytanbe al senhor de Rabasteaux en Bigorra, losqualz eran toutz sos grans amicz et aliatz; loqual senhor de Rabasteaux se noumava Bernad[5] de Rabasteaux; alsqualz tramet[c] et sos mesatges an sas letras, lor mandan, tout encontinen vistas lasditas letras veguan devers el aldit Arles. Lasqualas letras vistas per losdits dessus, encontinen et sans delay se son metutz en camy et devers lodit conte Ramon aldit Arles son anatz, ainsin que per lasditas letras mandat lor era.

6. Or dit l'istoria, que quant[d] toutz aquestes dessus foguen vengutz et arribatz aldit Arles devers ledit conte Ramon, ledit conte Ramon lor a dit et demostrat tout son afar, ainsin que era estat faict

a) avoient 1. b) *deest ed. Vaiss. et Tol.; vix credendum est, interpretem prioris nomen scivisse.* c) tramet. Et *Mol.* d) *deest* 1.

1) Condom (Gers) ad fl. Baise. — Nomen abbatis non constat. Forte Montasinus de Galoard. 2) Rabastens ad fl. Tarn. 3) Otto, quem intelligit, tunc nondum imperator erat; legatos re vera Ottonem adiisse postea non dicitur. Petrus Sarn. c. 9. eiusdem legationis quidem mentionem facit, sed de imperatore tacet. 4) Omnino contrarium dicit Guill. Tudel., comitem a vicecomite foedus petiisse, hunc vero non consensisse. 5) Sequentia gesta esse, cum comes Arelate degeret, in carmine non legitur. 6) Immo Raimundus, ut infra c. 35. ab interprete recte nominatur.

Parlaran am lo papa, car cilh son bon gramaire,
De calsque acordamens.

. . . .

12.

Senhor, aicesta osts fo aisi comensada, 1209.
Si co avetz auzit en la gesta letrada.
Li abas de Cistel fo en la cavalgada,
Ab lui li arsevesque e manta gens letrada,
Que mais dura la rota que fan en l'albergada,
Cant van a parlament o a calc' asemblada,
Que la ost de Mila cant es tota ajustada[1].
De l'autra part cavalga ab tota sa mainada
Lo pros dux de Bergonha[a], sa senha desplegada,
E lo coms de Nivers sa senheir'[b] a auzada,
E lo coms de Sant Pol am bela gent armada,
El coms P[eire] d'Ausorre ab tota sa mainada,
El coms W[illem] de Genoa[2], d'una terra asazada,
N'Azemars de Peitieus[3], c'a sa terra[c] mesclada
Al comte de Fores[4], qu'es soen[d] guerrejada,
Ab la gent de sa terra que el a amenada.
P[eire] Bermons d'Enduza[5]; e ges tro a la vesprada
Nous auria retrait ni tro a la maitinada
Aisels que de Proensa vengro a la crozada.

. . . .

39.

E lo coms de Tholosa s'es anatz adober,

a) Narbona *c.*; Bergonha *recte supra v.* 170. *et sic versio prosaica. Meyer II, p.* 520. *quidem hanc emendationem non necessariam opinatur, cum comitem Tolosanum hoc loco ducem Narbonensem dictum credat. Sed cum hoc titulo in carmine nusquam alibi vocetur et versio Tolosana saniorem lectionem praebeat, emendatio haud dubia videtur.* b) senhen *c.* c) guerra *susp. M., sed vix feliciter propter sequens* guerrejada. d) *non certe legi potest in c.;* so al *Fauriel.*

bonus physicus, hi ibunt Romam et postea ad imperatorem, colloquentur cum papa — nam hi bene sunt dialectica instructi — de aliquo pacto.

12. *Domini, haec expeditio ita coepta est, ut audistis in gestis scriptis. Abbas Cisterciensis [Arnaldus] fuit in equitatura, cum eo archiepiscopi et haud pauci homines litterati, [260] ut longius sit agmen eorum, cum [in itinere] considant, cum ad concilium vel ad aliquam contionem veniant, quam exercitus Mediolani, quando totus collectus est. Altera parte equitavit cum tota militia sua strenuus comes [Odo III] Burgundiae, vexillo suo expanso, [265] et [Herveus] comes Nivernensis signum suum elevavit, et [Galcherus] comes Sancti Pauli cum bona armata manu, et comes Petrus Autissiodorensis cum tota sua militia, et comes Willelmus [II] Genevae, terrae fertilis, Ademarus Pictavensis — qui terram suam habet conturbatam (?) [270] a [Guigone] comite de Forez, quae saepe bello commota est, — cum copiis terrae suae quas adduxit; Petrus Bermundi de Andusa. Nec sane usque ad vesperam vobis enumeravissem nec usque ad mane hos qui ex Provincia venerunt ad expeditionem crucis. . . . . . .*

39. . . . . . . *[895] Et comes Tolosanus se praeparabat, nam, quantum scio, Romam adire vult, cum papa colloqui, iam ultra demorari non vult. Et credo ibi eum futurum ante mensem Ianuarium. . . . . . .*

ny dit. . . . . . .[6] Et adonc quant tout so dessus es estat faict ne dit en la forma et manyera que dit es dessus, son se partitz lesdits dessus deldit conte Ramon per anar et tirar devers lodit sainct payre le papa en Roma[7]. . . . . . .

7. . . . . . . Et adonc quant losdictz dessus anbaissados an agut faict tout so que an volgut far et 1209.
aguda lor absolution et apoinctement, son se metutz a camy et de Roma son partitz et an tant faict per los[a] jornadas que son vengutz et arribatz aldit Arles, on[b] lodit conte los attendia[8]. . . . . . .

EX LIBRO II.

16. . . . . . . Alqual segond messatge[9] lodit conte Ramon a dit et faicta responsa, qu'el vol anar v 895 911.
aldit sainct payre demostrar la grand destruction, que lodit legat[10] et conte de Montfort ly volen far, et aussi ho vol anar demostrar al rey Philip, que per aquela hora regnava en Fransa, et aytambe al enperado et a totz los senhors vol anar demostrar lodit tort et greuge. . . . . . .

a) *i. e.* lors. b) ou *ed. Mol*

1) Similiter dicit Guill. de exercitu Tolosano v. 1940:
Tuit aicel de Mila, de Roma e de Lombardia
Diseratz ben que i eran, e aicels de Pabia,
Cant so foras el plan.
2) Petrus Sarn. huius non mentionem facit. 3) II. comes Valentinensis et Diensis. 4) Guigo II. tunc fuit comes. De bello inter hunc et Ademarum Pictavensem gesto nihil alibi relatum est. 5) Anduze (Gard). — Hic fuit gener comitis Tolosani. 6) Longam expositionem negotiorum suorum facit comes, quorum nihil in carmine invenitur. 7) Imperatoris interpres non mentionem facit. 8) De redita legatorum nihil in carmine. 9) A Simone ad Raimundum VI. misso. 10) Arnaldus abbas Cisterciensis.

1209.
Car, per mon esientre, a Roma vol aler,
Parlar ab l'apostoli, no vol plus demorer.
E cre que i sia enans de lo mes de Genier[1].

. . . .

40.

Lo pros coms de Toloza aizina so afar
Per la gran via longa que cug que voldra far.
Primier ira en Fransa ab son cozi parlar,
E pois a l'emperaire, si el lo pot trobar[2],
Apres ab l'apostoli: totz los vol asajar.

. . . .

42.

Lo coms anec a Roma, si com ditz la cansos,
El cossol de Tolosa, que i feiren grans messios.
Primer s'en vai en Fransa e troberon joios
Lo riche rei Felip, mas pois fo cossiros,
Per l'emperador Otes lor fo apres felos[3].

. . . .

1211. Ian. 22

59.

Pois fo lo coms R[amon] a autre parlament
Que fo faitz a Narbona pres de la sant Vincent.
Lo reis d'Arago i fo e mota rica gent.
Oncas no i acabero que valha un aiguilent.
Pois ne foro[a] a autre, az Arle[4], mon ecient.
Lai escriusen en carta trastot lo jutgament,
Que bailaran al comte, que defors los atent
Ab lo rei d'Arago, ab fort freit e ab vent,
L'abas la lh'amarvic, vezent tota la gent,
E maestre Tezis[5] qu'es ab lui issament,
Lo mielher clercs del mon e lo plus conoichent,
E l'ivesques d'Uzes ab d'autres clergues cent.
Can lo coms tenc la carta, trastot celadament

a) feiro un a. *susp. M.*

40. *Strenuus comes Tolosanus rem suam praeparavit pro magno itinere longo quod se facturum cogitat. Primo ibit in Franciam cum [Philippo rege] consobrino suo colloculurus, [910] et postea ad imperatorem, si eum invenire potest, deinde cum apostolico: omnes hos tentare vult. . . . . .*

42. . . . . . . *Comes [Tolosanus] Romam profectus est, ut carmen dicit, [975] et consules Tolosani, qui ibi magna impensa fecerunt. Primo in Franciam profectus est, et invenerunt hilarem Philippum regem potentem, sed postea stomachatus est, propter Ottonem imperatorem eis postea irascebatur. . . . . . .*

59. *Postea comes Raimundus fuit in alio colloquio, quod celebratum est Narbone circa festum sancti Vincentii. [1345] [Petrus II] rex Aragoniae ibi fuit et multi nobiles homines. Neque quidquam tanti definierunt quanti rosula aculeata valeat. Deinde fuerunt in alio [colloquio] apud Arelatem, quantum scio. Ibi conscripserunt chartam continentem totum iudicium, [1350] quam tradent comiti, qui foris eos exspectat cum rege Aragoniae in magno frigore et vento. Abbas [Arnaldus Cisterciensis] eam illi tradidit, omnibus hominibus videntibus, et Thedisius magister, qui una cum eo illic est, optimus et eruditissimus clericus mundi, [1355] et [Raimundus III] episcopus Ucetiensis cum centum aliis clericis. Cum*

1211. v. 1344 1370.

1217. am loqual Azemar[7] amay sas gens se fora volonties combatut lodit conte jove, qui l'aguessa layssat far. Et quant ledit secors, coma dit es, fouc vengut, ledit conte de Montfort es anat mettre lo sety al Crest-Arnaut, una forta plassa et imprenabla, qui l'aguessa deffenduda; dont era capitany ung noumat Arnauld de Dya[a], loqual avia pro gen am el per la deffendre et gardar, et d'autra part avia pro vitalha; mais d'encontinen la rendet[8] et baylet aldit conte de Montfort, que fouc una grand laxetat a el faicta. . . . . .

v. 6173 —6217. 38. . . . . . . Et adonc quant las gens deldit conte de Montfort an saubut, que messatgier era vengut devers Tholosa et que avia portadas qualque novelas, cascun desirat de ne saber alcuna causa, et devers lodit conte de Montfort se son retiratz per saber lasditas novellas. Et quant son estatz arribatz devant lodit conte, an ly pres a demandar las novellas de par desa. Et adonc ledit conte de Montfort a dit a sas gens: . . . . . . Et adonc ledit conte de Montfort a trobat moyen et manyera de aver trevas am lodit conte jove[9], affin de s'en venir vers Tholosa donar secors a sasditas gens. . . . . . .

a) A. Doudya 1; Deudia *Cat., ed. Tol.*

1) Paulo post a Tolosanis in urbem receptus est; cuius res gestae post haec narrantur. 2) Epistola ei missa erat per nuncium ab uxore sua in castro Tolosano degente, qua ei annuntiavit, Tolosam a Raimundo VI. comite recuperatam esse. Ubi nuncius epistolam Simoni tradiderit, non dictum est, sed hoc in terra Valentinensi factum esse, ex sequentibus apparet. Nuncio, quocum secreto collocutus est, interdicit Simon, ne cuiquam res adversas indicet. Dehinc quae sequuntur. 3) Fingit, bonos successus ipsi a fratre Guidone nunciatos esse, Lordense castrum et Bearnum et Bigorrensem comitatum et terram usque ad Navarram ipsi tradita iri. Quare: 'Si', inquit, 'bene pacisci possem, libenter acciperem'. 4) Humberti Valentinensis, ut videtur. 5) Willelmi. Sed haec desponsatio postea soluta est. 6) Petr. Sarn. c. 84. narrat, hoc foedus initum esse, cum Simon Crestam obsideret. 7) 'Cum Simone' est sententia poetae. 8) Episcopus Diensis castrum tradidit. 9) Minime, sed cum Ademaro.

EX MONUMENTIS LEMOVICENSIBUS.

I) Bernardus Iterii a patre Petro Iterii a. 1163. *natus, a.* 1177. *apud Sanctum Martialem 'puer scolaris in monacum receptus', a.* 1185. *diaconus, a.* 1189. *presbyter consecratus, deinde compluribus monasticis officiis functus, a.* 1225, *Ian.* 27. *mortuus est. Ex multis quae de se retulit sufficit nobis afferre, eum a.* 1195. *subarmarium, a.* 1204. *armarium, i. e. bibliothecarium coenobii institutum esse. Nam in hoc officio maximam operam dedit, ut libros conservaret, in meliorem statum redigeret, novos acquireret, et multis codicibus notas varii argumenti intulit, praesertim in marginibus foliorum codicis Parisiensis nr.* 1338, *olim S. Martialis*[1], *qui antiphonarium continet, ab a.* 1000. *fere incipiens, notas historicas breves, quas ex Gaufredi Vosiensis chronico aliisve libris sumsit, tum sui temporis iam uberiores inscripsit, vero ab a.* 1195. *fere, quo subarmariatum suscepit, usque ad extremum vitae annum quae quotidie vidit vel audivit, quae in civitate et territorio Lemovicensi, in monasterio suo, praesertim quae ipsi domi et in itineribus acciderunt, dein quae rumores de rebus a regibus et magnatibus gesta afferebant, etiam falsa*[2], *promiscue notavit, praeterea de pretio annonae, vini, vestimentorum aliasque varii argumenti notas innumeras inscripsit, ut quae sic congesta sunt libellum memorialem vel diurna commentariola iure dicas. Sed ipse Bernardus chronicon componere sibi proposuerat, ideoque etiam brevissimos annales ab origine mundi usque ad a.* 1000. *in marginibus foliorum post supplevit. Chronicon primus edidit D. Brial, SS. R. Gall. XII, p.* 452. *XVIII, p.* 223 *sqq., dein multo emendatius et completius cum ceteris notis Bernardi ex aliis codicibus collectis H. Duplès-Agier, 'Chroniques de St.-Martial de Limoges' (Paris* 1874*) p.* 28 *sqq., ex qua editione paucissima quae in hanc collectionem recipienda erant exscripsimus, ex cuius etiam praefatione copiosa et bonae eruditionis plena sumsimus quae praemonenda duximus. Alii monachi S. Martialis, praesertim qui Bernardo in officio armariatus successerunt, eius chronicon continuaverunt, sed nihil in nostrum usum praebuerunt.*

Collectionem multorum opusculorum Lemovicensium praebent duo codices, alter olim S. Martialis, iam Parisiensis nr. 11019 *(Suppl. lat.* 218, 3*) mbr.* 4°, 141 *folia continens, quae maximam partem saec. XIII. ex. exarata, postrema vero post diversis temporibus expleta vel annexa sunt*[3]*; alter olim S. Martini*

1) Codices S. Martialis omnes in bibliothecam publicam Parisiensem translati sunt. 2) Velut ad a. 1212, f. 216: *Rex Iohannes Anglorum, qui per sex annos cum tota Anglia fuerat excommunicatus, absolvitur; sed Stephanus de Lengatona in Alemania fit archiepiscopus. In sede Cantuariensi quidam consanguineus domini pape elevatur.* Sed ad a. 1213, f. 216'. notat recte: *Stephanus de Lengatona archiepiscopus Cantuariensis cum Iohanne Anglorum rege pacificatur.* 3) De hoc codice v. 'Arch.' VIII, p. 307; Duplès-Agier l. l. p. LXIX.

Lemovicensis, nunc P a r i s i e n s i s *nr.* 5452, *saec. XIV. ex. In utroque codice eadem fere insunt, varia opuscula ad historiam abbatiarum S. Martialis et S. Martini, episcopatus et civitatis Lemovicensis spectantia, excerpta ex operibus Ademari Cabannensis, Gaufredi Vosiensis, Bernardi Iterii, Vincentii Bellovacensis, Girardi de Fracheto*[1]*, deinde multae notae saec. XII. et XIII, epistolae et chartae. Haec omnia nulla rerum vel temporum ratione habita, confuse et permixte conscripta sunt. Quae in utroque codice occurrunt, eodem fere ordine disposita sunt, et haec ex libro iam deperdito transcripta esse, luce clarius apparet. Uterque vero praebet etiam singularia, cod. nr.* 11019 *(1) pleraque ad historiam abbatiae S. Martialis, cod. nr.* 5452 *(2) plura ad historiam Franciae et universalem spectantia. D. Brial hunc codicem solum nactus, pleraque quae in eo invenit Petro Coral abbati S. Martini tribuit, cum tamen nil nisi partem catalogi abbatum S. Martini ab hoc compositum esse probari possit, et fragmenta ex eo edidit SS. R. Gall. XII, p.* 454*; XVIII, p.* 238. *Qui vero t. XXI. eiusdem collectionis ediderunt, iam cod.* 1 *adepti, septem opuscula seiungentes et singulatim edentes*[2]*, reliqua omnia quae aut ab utroque aut ab alterutro codice praebebantur secundum ordinem temporum disposita in unum corpus conglomeraverunt, quod 'Maius chronicon Lemovicense a Petro Coral et aliis conscriptum' nominaverunt*[3]*. Tale vero chronicon non exstat neque unquam exstitit*[4]*, sed quae in codicibus inveniuntur diverso tempore a multis monachis S. Martialis et S. Martini sive etiam ab aliis notata, dein, ut videtur, a monacho quodam*[5] *in codice deperdito collecta et ex hoc a monacho quodam S. Martialis et altero S. Martini transcripta*[6] *et ab utroque notis vel opusculis suae abbatiae aucta sunt. Quae in nostrum usum exscribenda erant hoc modo disposuimus:*

II) Ex notis S. Martialis inscripsimus quae a solo codice nr. 11019. *et alio codice S. Martialis, nunc* P a r i s i e n s i *nr.* 1013. *praebentur.*

III) Quae vero ex notis in utroque codice nr. 11019. *et* 5452. *servatis selegimus notas Lemovicenses diximus.*

IV) Sequuntur ex notis S. Martini quae in solo codice 5452. *inveniuntur.*

V) Dein breve chronicon summorum pontificum saec. XIII. in utroque codice servatum.

VI) Postremo pauca ex Annalibus S. Martialis a. 1207—1320. *quos cod.* 11019. *continet excerpsimus.*

Haec fragmenta V. Cl. A. Molinier cum codicibus collata emendavit.

O. Holder-Egger.

1) Hoc etiam integrum cod. 11019. continet. Paene crediderim, quaedam eorum quae in his codicibus continentur a Girardo iam esse exscripta, qui Lemovicis vixit. 3) 1. Chron. breve pontificum s. XIII, p. 788; 2. Catal. episc. Lemovicensium; 3. Catal. abbatum S. Martini; 4. Notae de pretio annonarum; 5. Chronicon a. 1274—1315, p. 802 = Duplès-Agier l. l. p. 172 sqq.; 6. Chronicon breve a. 1235—1299, p. 807 = Duplès-Agier p. 184 sqq.; 7. Chronicon a. 1207—1320, p. 808 = Duplès-Agier p. 130 sqq. Haec chronica nostro more Annales diceremus. 4) p. 761 sqq. 5) Hoc Duplès-Agier p. LII sqq. bene intellexit, ideoque notas cod. 11019. ad abbatiam S. Martialis pertinentes quae illi Maiori chronico in priore editione immixtae sunt, rectius collegit p. 154 sqq. sub nomine 'Anonymum S. Martialis chronicon ab a. 1235. ad a. 1277'. Alia ex eodem et aliis codicibus olim S. Martialis diversis temporibus scripta p. 186 sqq. sub titulo 'Varia chronicorum fragmenta ab a. 848—1658'. congessit. 6) Num fuerit S. Martialis an S. Martini, dubitari potest. 7) Duplès-Agier p. LIII. contendit, cod. nr. 5452. ex cod. nr. 11019. exscriptum esse; sed toto coelo erravit, quod ut probetur, ex innumeris unum saltem locum ad a. 1259. a Girardo de Fracheto vel versa vice exscriptum afferam, ubi 2 recte habet: *Rex autem Francie [dedit ei magnam summam pecunie recipiens eum in fidelem suum et parem Francie] ut Atquitanie ducem*, verba vero uncis inclusa in 1 desunt.

EX BERNARDI ITERII CHRONICO.

Anno gracie 1032. obiit Iohannes papa . . . . . . f. 34.

Anno gracie 1034. obiit Ademarus[1] monacus, qui iussit fieri vitam sancti Marcialis cum litteris aureis et multos alios libros, et in Iherusalem migravit ad Christum. f. 36

Anno gracie 1096. Cisterciensis ordo oritur, cui prefuit Rotbertus primus abbas; qui in tantum excrevit, ut 700 et viginti abbacie in eo computentur. Papa Eugenius et plus quam 100 episcopi de illo ordine sumpti sunt. Est annus ab incarnatione Domini 1212[2]. . . . . . . f. 96

Anno gracie 1111. res huiusmodi sabbato pasche facta est, per quam gratia resurgentis nobis arridet. Cum abbas Sancti Laurencii Rome ant[iphonam] imponeret[a] *Mulieres sedentes*, extinctis luminibus, ante pedes cuiusdam fratris proiectum cecidit ipsius quo firmiter substrictus erat cingulum cervini corii; ille solutum esse et sic cecidisse suspicatus, inclinavit se, ut tolleret illud rursum et sese accingeret; cumque manus iniecisset, ut sibimet illud circumdaret, nodum non cedere sibi fortiter astrictum, admiratus est. Cui, quidnam hoc sibi vellet, stupore intendenti celitus vox facta est: f. 110'. 111.

Sic potuit clauso Dominus prodire sepulcro[3].

Anno gracie 1112, anno pontificatus domini pape Pascalis secundi 13. concelebratum est concilium Rome Lateranis; in[4] quo surrexit pro omnibus Girardus Engolismensis episcopus, legatus in Aquitania; coram omnibus legit hanc scripturam: *Privilegium illud, quod non est privilegium, sed vere dici debet pravilegium, pro liberatione captivorum et ecclesie a domino Paschale papa per violenciam regis Heinrici extortum nos omnes in hoc sancto concilio cum domino papa congregati canonica censura et ecclesiastica auctoritate iudicio*[b] *sancti Spiritus dampnamus et irritum esse iudicamus atque omnino cassamus, et ne quid auctoritatis et efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Et hoc ideo dampnatum est, quia in eo pravilegio continetur, quod electus canonice a clero et populo a nemine consecretur, nisi prius a rege investiatur; quod est contra Spiritum sanctum.* Perlecta vero hac carta, acclamatum est ab universo concilio: 'Amen, amen'! Archiepiscopi erant 11, episcopi centum et duodecim. f. 112.

Anno gracie 1147. Ludovicus rex crozavit se apud Sanctum Dionisium, presente papa Eugenio, qui fuit monacus Cisterciensis, cum uxore sua Alienor, que postea fuit regina Anglorum. Hoc factum est infra octavas pentecostes. f. 147. 1146. Mai 19—26.

Anno gracie 1153. Sanctus Bernardus et papa Eugenius II. migrarant a seculo. f. 153.

Anno gracie 1158. . . . . . . Anastasius, successor Eugenii, consecratur; cui successit Adrianus, qui fuerat abbas de Sancto Rupho. f. 158.

Anno gracie 1178. . . . . . . In epiphania pergunt episcopi et abbates Rome ad concilium sub Alexandro papa III. celebratum. . . . . . . f. 178. 1179. Ian. 6.

Anno gracie 1181. obiit Alexander papa III. . . . . . .

Anno gracie 1185. obiit Lucius papa III; Gregorius papa, qui Albertus cancellarius erat. . . . . . f. 185.

Anno 1208. . . . . . . Otho imperat, licet excommunicatus a domino papa Innocentio III. . . . . . . f. 212.

Anno ab incarnatione Domini 1210. audivimus rumores ab abbatibus remeantibus de capitulo Cisterciensi, quod domnus papa excommunicaverat imperatorem Otthonem in propriam personam. . . . . . . Imperator iusserat, ut omnes religiosi euntes ad Romanam curiam caperentur, clerici destruerentur. f. 252.

Anno gracie 1211. . . . . . . Hoc anno dominus papa Innocencius propter guerram quam habebat cum Otthone imperatore per conventuales ecclesias vicesimam partem reddituum unius anni exegit. Abbas noster 10 marchas argenti ei misit. f. 213.

Civitate Treveris delatum est corpus Helene imperatricis aromatizatum, caput Philipi apostoli, et magna porcio ligni salutaris ibidem adoratur. . . . . . . f. 216.

a) *l. q.*: intonaret. b) indicio *c.*

1) Cabannensis, scriptor historiarum; de cuius loco et anno mortis alibi nihil relatum est; cf. SS. IV, p. 110. 2) Scilicet quo haec nota scripta est. 3) Eadem fere, sed aliter, narrat Petr. Comestor, Hist. schol., Euang. cap. 184. Apud utrumque ex eodem, sed nescio quo, fonte fluxerunt. 4) Sequentia ex actis synodi exscripta leguntur apud Ekkeh., SS. VI, p. 246; Will. Malm. V, 428, SS. X, p. 481; LL. II, p. 181.

f. 218. Anno gracie 1215. . . . . . . Sinodus generalis Lateranis percelebratur; 3 episcopi vi obpressionis obierunt . . . . . .

f. 220. Anno gracie 1216. obiit Innocentius papa, qui sedit annos 18 et menses 6. Honorius III. elevatur. . . . . . . *

*) *In cod. Paris. nr.* 3237, *f.* 114. *notat Bern. Iter.* Anno gracie 1218. obierunt Ottho imperator, Simon de Monfort *etc.*

EX NOTIS S. MARTIALIS LEMOVICENSIBUS.

Cod. Paris. nr. 11019.

p. 42. 43. . . . . . . Rex vero Anglie *[Richardus]*, postquam insulam Chiprum et multa alia bene gessit, tamen Civitatem Sanctam, ab alio[1] relictus, solus liberare non potuit. Tunc regredi in terram suam cupiens, cum mare transisset, dux d'Outarricha, insidias ei tendens, comprehendit et imperatori Alemannorum, tamen invitus, reddidit. Tunc rex Francorum imperatori sepius scribens contra eum, — per annum et tres menses captus, tandem aliquando vix evasit anno ab incarnatione Domini 1194. Tunc propter innumeras expensas et obsequia, que in Alemannia constitutus fecit, et insuper 150 milia marchas argenti, quas pro redemptione dedit, compulse sunt omnes ecclesie conventuales de regno eius ei adiutorium impendere, et hac de causa dedit ei abbas Sancti Martialis ad redemptionis adiutorium marchas 50 de proprio suo et 50 de nostris.

p. 178. Apr. 10. Anno Domini 1266. die sabbati post octavas pasche circa vesperas mandavit nobis priori Sancti Marcialis decanus, quod nos descenderemus in civitate pro audiendis rumoribus victorie domini Karoli[2]. . . . . . .

Cod. Paris. nr. 1013.

f. 102. Anno Domini 1241. fuit electus Celestinus, et non vixit nisi per 10 et 9 dies; et tunc
1243 vacavit sedes in magna discordia usque ad annum 1243. in crastinum beati Iohannis babtiste;
Iun. 25. et tunc fuit electus Innocencius IIII. apud Anagniam, qui antea vocabatur Senebaudus.

Anno Domini 1254. obiit iste Innocencius apud Neapolim mense Decembri, et fuit
1261. Sept. 1. electus Ostiensis episcopus, qui vocabatur Alexander. Et fuit electus in festo sancti Egidii Urbanus, qui erat patriarcha Ierusalem. Iste Urbanus obiit 1264, 7. Idus Octobris; et que-
1264. Iul 22. dam stella, quam plures cometes nominabant, a festo beate Marie Magdalenes usque illud vel circa visa fuit ante auroram. Eodem anno fuit electus in papam Clemens, qui antea vocabatur Guido Folcous, et fuit miles uxoratus, postea episcopus Aniciensis, postea archiepiscopus Narbonensis, postea cardinalis, postea papa, et fuit de Sancto Egidio.

EX NOTIS LEMOVICENSIBUS.

Vinc XXX, 138. 1238.[a] Orta est[b] guerra inter papam Gregorium et Fredericum imperatorem, qui erat excommunicatus ab ipso papa et Romipetis insidiabatur. Ob[c] hoc Penestrinus episcopus latenter[d] venit legatus in Francia causa subsidii et Otho cardinalis in Angliam; qui, peracto negotio, redeuntes cum quibusdam episcopis qui vocati fuerant ad consilium a papa, a Pisanis in mari capiuntur et ab ipso imperatore detinentur[e], et cum ipsis Petrus de Collemedio archiepiscopus Rothomagensis, de Cluniaco et de Cistercio[f] et Clare-vallis abbates, archiepiscopus Burdegalensis[3]; archiepiscopus de Bezanso[g,4], dum capiebantur, fuit submersus, et plures alii
ib. capti et submersi. Tandem Gregorius papa, tribulacionibus et doloribus pressus, obiit 1241[h], qui per 14 annos pontificatum rexit. Tunc Gaufridus Mediolanensis cardinalis eligitur, Celestinus vocatur et non vixit ultra 17[i] dies Et tunc vacavit sedes 22[k] mensibus.

1239. Mart. 24. 1239. . . . . . . Eodem[l] anno in cena Domini precedenti dominus papa Gregorius nonus excommunicavit[m] Fredericum imperatorem Romanorum, inimicum christiane fidei,

a) 1 *p.* 152; 2 *f.* 54'. b) fuit 2. c) Ab 2. d) letenter 1. e) desinuntur *codd.* f) Cisterio *codd.* g) Bezanson 2. h) 1240. *Vinc.* i) 18. *Vinc.* k) XXX dubus 1. l) 1 *p.* 35; 2 *f.* 5. m) excommunicaverat 2.

1) Philippo II. rege Franciae. 2) Regis Siciliae. 3) Geraldus. 4) Gaufredus.

quia impediebat passagium crucesignatorum[a] et quia detinebat captum[b] nepotem regis Tunici, quem[c] ceperat, quando veniebat ab ipso papa baptizari[1], et pluribus aliis casibus.

1255. . . . . . . Anno[d] sequenti electus est in regem Alamanie[e] Ricardus[f], frater 1257. Henrici regis Anglie, sed a[g] minori parte electus[h], quia ab alia parte electus est rex Castelle; sed Ricardus eodem anno coronatur Aquisgrani[i].

. . . . . . Rex[k] Francie dominus Philippus venit Viterbium, ut rogaret cardinales, 1271. quod convenirent ad papam eligendum[l]; nam a morte domini Clementis vacaverat sedes[m]; et nichil profuit regi[n]. . . . . . .

1272. Gregorius[o] papa decimus mandavit concilium generale celebrandum post duos annos in prima die Maii; locum in literis suis[2] non assignavit[p], sed anno sequenti dictum fuit in consistorio, quod Luduni[q] celebraretur, ubi venit idem papa 1273. mense Decembris[r].

1273. . . . . . . Eodem[s] anno Alemangni concorditer elegerunt imperatorem Radulphum comitem.

1274. . . . . . . Eodem[t] anno mense Augusti idem rex *[Franciae Philippus]* duxit in uxorem sororem[3] ducis Braibancie[4], neptem dicte vicecomitisse *[Lemovicensis]*[5].

1274.[u] mense Maii in consilio Lugdunensi Gregorius papa decimus dedit iterum et concessit consensu prelatorum ad subsidium Terre Sancte decimam tocius ecclesie per sex annos, et ipse papa et cardinales et officiales curie Rome omnes de redditibus, proventibus et exitibus promiserunt se daturos, et de toto mundo nulla persona fuit excepta quin daret. Tunc Greci redierunt ad unitatem ecclesie et iuraverunt, articulos fidei et consuetudinem Romane ecclesie se servaturos, hoc excepto, quod secundum consuetudinem ecclesie Grecorum non renunciaverunt uxoribus, et quod possent contrahere secundum ritus suos; et sic recepit eos ecclesia. In isto consilio adnullavit papa omnes religiones inventas a concilio Lateranensi usque tunc, exceptis fratribus et[i] Predicatoribus et Minoribus. In sequenti festo nativitatis Domini prima fuit solutio huius decime. Dec. 25.

1275.[v] Iste papa Gregorius univit episcopatum de Dia cum episcopatu de Valenssa; et dicebatur, quod propter maliciam, quam Ademarus de Peitieus[w, 6] faciebat ambobus[x] episcopatibus, hoc[y] fecit.

EX NOTIS S. MARTINI LEMOVICENSIBUS

cod. Paris. nr. 5452.

Anno 1215. Innocencius papa III. 18. pontificatus sui anno in die pasche coronavit se f. 3 Apr. 19. quarta vice, quia tribus vicibus se coronaverat antea, et fuerunt 35 cum eo tam episcopi quam cardinales presbiteri. Eodem anno generale concilium fuit Lateranis.

1244, mense Decembris dominus Innocencius papa IIII. venit Lugdunum cum cardi- f. 15'. nalibus propter guerram, quam sibi et ecclesie faciebat Fredericus imperator, et ad sequens festum nativitatis beati Iohannis baptiste convocavit generale consilium episcoporum, quod Iun. 24. duravit tres septimanas; et tunc 16. Kalendas Augusti deposuit dominum Fredericum. Iste Fredericus obiit 1250. vel circa.

1255. Moritur Coraudus, filius Frederici imperatoris, sequens iniquitatem et mali- f. 14'. 1254. ciam patris sui. Qui cum infirmaretur, consuluit quendam[z] astrologum, qui, inspectis astris, dixit, et[a] bene sibi esset. Postmodum dixit ei, quod quot equos equitaret in illa nocte in puncto quam[a] sibi discerneret multi equi. Quos ascendens et equitans, fatigata est ultra vires natura, et circa auroram sequentis diei mortuus est; et astrologus ad caudas equorum tractus[b] et combustus est.

1264. . . . . . . Eodem anno ceperant[c] et detinebant captivum[d] Henricum regem suum f. 8'. Anglici cum filio suo primogenito Odoardo et Richardum regem Alemanie, fratrem dicti

a) crucis signum 2. b) caput nepotis *codd.* c) quam 2. d) 1 *p.* 121; 2 *f.* 21. e) Alemannie 2. f) Richardus 2. g) e 1. h) electio 1; quia *deest* 2. i) *deest* 2. k) 1 *p.* 23; 2 *f.* 18. l) in elig. 1. m) sedem 2. n) rex 2. o) 1 *p.* 28; 2 *f.* 98. p) asign. 1. q) Lud. 1; Ludovicus 2. r) Septembris 1. s) 1 *p.* 133; 2 *vide infra p.* 439. t) 1 *p.* 144; 2 *f.* 104. u) *p.* 135; 2 *f.* 112'. v) 1 *p.* 136; 2 *f.* 113. w) Petieus 1. x) ambabus 1. y) hec 2. z) quedam *c.* a) *locus nimis corruptus est.* b) tractatus *c.* c) seperant *c.* d) caput *c.*

1) V. Potthast, Reg. I, p. 908. 2) Potthast nr. 20525. 3) Mariam. 4) Iohannis I. 5) Margarethae, quae fuit soror Aleidis, uxoris Heinrici III. ducis Brabantiae, patris Mariae. 6) i. e. Pictavensis, III. comes Valentinensis.

regis, cum filio suo Henrico. Anno sequenti evasit idem Odoardus . . . . . . et patrem et captivos, qui curiali captione detinebantur, liberavit. Eodem anno obiit Urbanus papa, natione Gallicus. . . . . . .

f. 16. Aug. 24. 1264. in festo beati Bartholomei dominus Symon cardinalis, apostolice sedis legatus, tenuit consilium Parisius[a]; et fuit concessa decima per triennium iterum Karolo comiti Andegavensi, fratri regis Francie, auctoritate domini pape ad iuvandum ecclesiam Rome contra Maifredum. Iste legatus predicabat cruces contra dictum Maifredum et votum Iherosolimitanum mutabat in istud; et unum brachium crucis erat album et aliud rubeum. Illi vero qui non habebant 15 libras Turonenses in redditibus non dabant decimam istam neque duodecimam, quam[b] dederant regi Francorum.

1265. Anno sequenti venit Lemovicas Petrus de Bello-Monte miles[c] et promitebat omnibus qui crucem susciperent stipendium: militibus decem solidos et 30 libras ad preparandum, balistariis 5 solidos et 15 libras ad preparandum; et plus dabat aliquibus secundum quod magis comendabantur[d]. Hac de causa plures de villa et diocesi Lemovicensibus cruces sumpserunt et infra sequentes octavas beati Michaelis ex pacto debebant esse Lugduni. (Sept. 29—Oct. 6.) Promittebat etiam omnibus qui reciperent stipendium, quod equos, arma et arnasia, que perderent in servitio dicti Karoli, redderet eis. Et de[e] universis partibus Francie iverunt; et quando fuerunt Rome, dictus Karolus, qui erat senator Urbis predicte, dominus papa sibi concessit regnum Cicilie, ducatum[f] Appulie et heredibus suis et omnem terram quam tenebat dictus Maifredus. Postea viriliter cum adiutorio Dei intravit terram dicti Maifredi, et anno Domini 1265, 4. Kalendas Marcii iuxta Beneventum eundem Maifredum devicit, (1266. Febr. 26.) ipsum et maximam partem exercitus sui interfecit, et infra quatuor menses Calabriam, regnum Cicilie, terram Laboris et Principatus obtinuit et ad obedienciam Romane ecclesie et [suam[g]] reduxit. Thesaurum ipsius Maifredi habuit et uxorem illius[1] et filios cepit. Super quibus admiratus fuit mundus; sed Salvator manum mirabiliter ostendit in hoc facto, cum ab ecclesia iudicaretur hereticus et verum heredem exhereditaret. Postea anno 1268. iterum mirabilem victoriam dedit Dominus eidem regi Cicilie contra Coradinum et Henricum[h], fratrem regis Hyspanie, qui contra Deum et ecclesiam erat factus senator. Et Coradinus esse debebat heres dictarum terrarum, nisi meruisset exhereditari[i], quia insurrexerat contra ipsum regem et ecclesiam. Qui[k] in festo beati Bartholomei cum paucis (1268. Aug. 24.) circa 15000[l] milites interfecit; unde versus:

Plana Palentina servant ter milia quina.

Henricum predictum incarceravit, Coradinum[m] et quendam alium decapitavit et ducem Bawarie[2] cum ipsis. Quando ecclesia Rome investivit ipsum regem de regno, ipse iuravit se dimissurum senatoriam Urbis, volens ecclesia decurtare posse dicti regis; unde post punita fuit, quia dictus Henricus cum inimicis ecclesie senatoriam occupavit et multa mala perpetravit. Set postea de neccessitate iterum factus fuit senator[n] idem rex et reduxit Urbem ad pacem.

f. 8'. Anno 1270. filii predicti Symonis Montis-fortis Henricum, filium Richardi regis predicti, apud Viterbium in ecclesia, dum audiebat missam, gladio interfecerunt, et venerat ad regem Francie, qui erat in dicta urbe. Crediderunt vindicare sanguinem patris, et male, ut dicebatur, quia valde displicuit regi Francie et Cicilie.

f. 98'. Mai 28—Iun. 3. 1273. Hostiensis, Sabinensis, Albanensis, Penestrine, Tusculana dioceses vacabant et cardinalie, et infra octabas penthecostes fuerunt electi in episcopos et cardinales frater P[etrus] de Tarentai, ordinis fratrum Predicatorum, archiepiscopus Lugdunensis[3]; Bonaventura generalis minister et magister in theologia ordinis fratrum Minorum[4]; archiepiscopus Arelatensis[5], monachus niger, qui fuerat episcopus Avinionis[o, 6] et alterius civitatis[7]; magister Petrus Hyspanus magister in theologia[8].

a) in festo b. B. *iterum scr. c.* b) quod *c.* c) milite *c.* d) comendabatur *c.* e) dum *c.* f) diocesim *c.* g) *deest c.* h) hereticum *c.* i) *sic emendare conatus sum;* quia hereditarii insurrexerant *c.* k) quod *c.* l) xv *c.* m) Coradinus *c.* n) cenator *c.* o) Avinienis *c.*

1) Helenam. 2) Austriae. 3) Fit Ostiensis episcopus. 4) Albanensis episcopus. 5) Bertrandus II. fit Sabinensis episcopus. 6) 'Erravit tota via Lemovicensis auctor chronici, qui Bertrandum Avenionensem episcopum . . . . postea Arelatensem archipraesulem fuisse refert'. Sic notatur Gall. christ. XVI, p. 316. 7) Bertrandus episcopus Avinionensis postea in Valentinam sedem translatus est. 8) Tusculanus episcopus. — Omissus Guillelmus archiepiscopus Aquensis, qui Praenestinam obtinuit ecclesiam. ED.

1273. . . . . . . Eodem anno Alemanni concorditer elegerunt imperatorem Radulphum comitem, qui eo- f. 100. Nota Lemov. dem anno quoddam[a] castrum regis Francie, quod[b] in feodo imperatoris dicebatur esse, destruxit et magnam stragem hominum ibidem fecit, ut dicebatur. Causa altercationis[c] dicebatur, quia superbe respondit nunciis suis rex Francie[1].

Anno sequenti Karolus rex Cicilie apud Lugdunum fuit confederatus eidem per matrimonium filie[2] et filii[3], papa concedente.

1274. . . . . . . Eodem[4] anno rex Castelle volebat venire Lugdunum cum armis pro f. 112'. litigio imperii; set prohibitus fuit a rege Francie et a papa, ut dicebatur, ne intraret regnum cum armis. Postea circa festum ascensionis Domini venit idem rex ad parlamentum cum 1275. Mai 23. domino papa apud Bellicadrum.

Anno Domini 1273. fuit factus cardinalis episcopus Albanensis, vas admirabile gratia- f. 14. rum, virtutum, id est[d] scientie apotheca, frater Bonaventura, famosus magister in theologia et minister quondam generalis ordinis fratrum Minorum, per dominum Gregorium papam. Per dominum Nicolaum papam III. fuerunt creati alii duo cardinales fratres Minores, dominus Bentevenga et factus est episcopus Albanensis, successor dicti fratris Bonaventure, et dominus Ieronimus, generalis minister eiusdem ordinis, et factus est episcopus Prenestinus, tandem vero factus est papa et vocatus est Nicholaus quartus et sedit 4 annos et amplius, et cessavit episcopatus annis duobus. Ipse fecit unum cardinalem de ordine suo fratrem Matheum magistrum in theologia Parisius et generalem ministrum, quem consecravit episcopum Portuensem. Alii fratres quam plurimi facti fuerunt archiepiscopi et episcopi in diversis partibus mundi.

BREVE CHRONICON SUMMORUM PONTIFICUM SAEC. XIII.

[Gregorius[e] IX. papa] obiit 1241. mense Augusti et tunc vacavit sedes per duos annos.

Anno 1243. in crastinum nativitatis beati Iohannis baptiste fuit electus apud Anagniam Innocentius, qui antea Nota cod. 1013. vocabatur Cenebaldus. Iste venit apud Lugdunum et cardinales; et anno Domini 1245. vocavit consilium episcoporum, qui erant citra montes, ad festum sancti Iohannis baptiste, et post Iun. 24. 16. Kalendas Augusti deposuit Fredericum imperatorem Rome propter plures casus[5]. Obiit Iul. 17. iste papa apud Neapolim 1254, mense Decembri.

Post fuit electus Alexander et obiit 1261. Nota cod. 1013

Tunc in festo beati Egidii fuit electus Urbanus, qui erat patriarcha Iherusalem; obiit 1264, in festo beati Sept 30 Iheronimi. Eodem anno a festo beate Magdalene usque circa illud tempus ante auroram videbatur cometes

Eodem anno fuit electus Clemens, qui fuit episcopus Aniciensis et consiliarius regis Francie[6], post archiepiscopus Narbone, post fuit factus cardinalis, post papa; et fuit de Sancto Egidio miles et uxoratus primo.

1271. mense Augusti fuit electus Gregorius X; et iste erat ultra mare, quando fuit electus; non erat cardinalis, set archidiaconus Leodiensis, natione Placentinus. Obiit 1275. mense Ianuarii. 1276.

Et fuit electus eodem mense frater Petrus de Tarantai ordinis fratrum Predicatorum, episcopus Hostiensis, qui fuerat archiepiscopus Lugdunensis; et fuit vocatus Innocencius quintus. Obiit proximo sequenti mense Iunii.

Et fuit electus eodem anno Iohannes Hispanus. Obiit 1277. infra octavas penthecostes[f]. Mai 16—22. Die Veneris precedenti[7] cecidit domus supra ipsum, quando studebat, et per illam cassa- Mai 14. turam obiit. Iste revocaverat, ut dicebatur, constitucionem quam fecerat Gregorius decimus de creatione pape; et propter hoc ultio[g] divina punivit illum, ut dicebatur.

Huic successit dominus Othobonus cardinalis, qui vocatus est Adrianus.

Eodem anno, credo, fuit electus Iohannes Gaietanus diachonus cardinalis, et fuit vocatus Nicholaus tercius. Iste fecit decretalem super declaracione regule fratrum Minorum[8] et mandavit firmiter, ut in scolis legeretur decretalis predicta. Iste dominus[h] in prima

a) quodam *c.* b) qui *c.* c) accelerationis *c.* d) *forte legendum:* v. et sc. e) *haec des.* 1. 2. f) penthechosten 1. g) hac ultima 1. h) *deest* 1.

1) V. de hac nota J. Heller, 'Deutschland und Frankreich' p. 60, n. 1. 2) Clementiae. 3) Caroli Martelli. 4) De hac nota v. Busson, 'D. Doppelwahl d. J. 1257.' p. 108, n. 3. 5) Eadem supra p. 437. in notis S. Martini. 6) Sic Mart. Opp., SS. XXII, p. 441. 7) Cf. Potthast II, p. 1718, ubi unus tantum locus (Ann. S. Rudb. Salisb., SS. IX, p. 802) qui hunc diem notat affertur. 7) Bulla *Exiit qui seminat;* Potthast nr. 21628.

1278. Mart. 12. ordinatione, quam fecit, scilicet in festo sancti[a] Gregorii, duos cardinales assumpsit de ordine fratrum Minorum, fratrem Ieronimum, generalem ministrum predictorum fratrum, et fratrem Betevenga, quondam episcopum Tudertinum; et tunc factus est cardinalis episcopus Albanensis, successor fratris Bonaventure[1]; dominus Ieronimus factus est episcopus Prenestinus. Iste siquidem affectione permaxima predictum ordinem predilexit et plures fratres Minores in diversis mundi partibus archiepiscopos et episcopos ordinavit[2].

1281. Febr. 22. 1281. in cathedra sancti Petri fuit electus dominus Symon, de civitate Turonensi oriundus, cardinalis et legatus in Francia, et vocatus est Martinus IIII.[b] Iste eciam affectione precipua fratrum Minorum ordinem predilexit et aliquos de fratribus dicti ordinis in episcopos consecravit.

Cod. 1.

1285. Post[c] hunc fuit electus dominus Iacobus de Sabella et fuit vocatus Honorius.

1288. Post hunc fuit electus dominus frater Ieronimus, frater de ordine fratrum Minorum, qui fuit primo electus in cardinali et postea 1292. Apr. 4. Apr. 5. creatus est in papa et vocatus est Nicolaus quartus. Iste fuit per quatuor annos et vacavit sedes duobus annis.

Post hunc prefuit Bonifacius.

Dec. 24. Post hunc prefuit papa Clemens.

Post hunc prefuit dominus Iacobus, qui fuit vocatus Iohannes.

Cod. 2.

Huic successit dominus Iacobus de Sabella et vocatus est Honorius.

Post istum fuit electus frater Ieronimus de ordine fratrum Minorum cardinalis episcopus Prenestinus, qui sedit annos 4 et plus et obiit in sancta die Veneris sepultusque in sabbato sancto iuxta sanctum Ieronimum Rome in ecclesia sancte Marie Maioris. Et cessavit episcopatus duos annos et plus.

1294. Huic successit frater Petrus, quidam heremita, qui Perusiis[d] existens in officio resignavit.

Et post paucos dies in vigilia nativitatis Domini fuit electus dominus Benedictus cardinalis et vocatus est Bonefacius VIII.

a) beati 2. b) III. 1. c) *haec alia manus addiderunt* 1. d) Parisius 2.

EX ANNALIBUS S. MARTIALIS LEMOVICENSIBUS.

A. 1207—1320.

p. 267 Item anno Domini 1244. fuit depositus Fredericus imperator Romanus per dominum Innocencium papam quartum apud Lucdunum in concilio generali.

p. 268. Item anno Domini 1264. dominus Enricus rex Anglie et Eduardus, filius suus, et Enricus[3] rex Alamannie fuerunt capti per dominum Simonem Montis-fortis, quem postea dictus Eduardus interfecit et suos liberavit.

Item anno Domini 1264. dominus Karolus comes Andegavie, frater domini Ludovici regis Francie, ivit in Apuliam; qui infra paucos dies factus rex Cicilie interfecit Manfredum, qui se gerebat pro imperatore, scilicet 4. Kal. Martii anno Domini quo supra[*, 4].

*) *Ex Annalibus S. Martialis a.* 1274—1315 *(cod. Paris. nr.* 11019. *ed. Duplès-Agier p.* 172 *sqq.) haec notanda sunt:*
p. 247. Anno Domini 1274. ordo Saccitarum et beate Marie in concilio Lugdunensi tolluntur de medio et aliqui alii ordines paupertatis.
p. 247 *sq.* Anno Domini 1276. Innocencius quintus moritur et potionatus, ut dicitur. Eodem anno dominus Otobonus in papam elevatur et Adrianus secundus[5] nominatur. . . . . .
Anno eodem Adrianus secundus[5] moritur. . . . . . Eodem anno magister P[etrus] Hyspani dominus Tusculanus in papam elevatur et Iohannes XXI. nominatur.
Anno sequenti . . . . . . Eodem anno Iohannes XXI. moritur, et Nycholaus IIII. preficitur.
A. D. 1280. . . . . . . Eodem anno Nycholaus quartus moritur, et Symon Gallicus preficitur, qui et Martinus quartus nominatur.
p. 257. (1285). Eodem anno fuit creatus in papam quidam heremita de Monte Cassyno et voccatus fuit Celestinus; sedes vaccaverat per duos annos. . . . . . Eodem anno ille heremita papa, qui voccatus fuit Celestinus, resignavit; et electus fuit quidam cardinalis qui voccabatur Benedictus et voccatus fuit Bonefacius.

1) Cf. supra p. 439. notam S. Martini. 2) Haec a quodam fratre Minore scripta esse videntur. 3) Lege: *Richardus.* 4) Immo a. 1266. 5) Lege: *quintus.*

Item anno Domini 1294. dominus Celestinus papa quartus resignavit circa festum p.269 sancte Lucie vel dicta die[1]. Item dicto Celestino successit Bonifacius papa VIII. Dec. 13.

Item anno Domini 1298. sextus liber decretalium fuit compilatus per dictum dominum p.270 Bonifacium et autenticatus per eundem papam Rome apud Sanctum Petrum quarto Nonas Martii, pontificatus sui anno quarto.

Item anno Domini 1302. incepit guerra inter dominum Philipum regem Francie et p.272. homines de Bruias; et eodem anno, scilicet 5. Idus Iunii[2], fuit bellum campestre inter Gallicos et homines de Bruias, scilicet die Mercurii in festo sancti Benedicti, apud Cortray, qua Iul. 11. die fuit Gallicorum magna strages; et ibi decessit comes Atrabatensis et plures alii barones, milites et pedites.

Item incepit discencio inter eundem dominum Bonifacium papam octavum et dominum p.269. Philipum regem Francie anno Domini 1302. Item idem dominus papa fuit accusatus de heresi per dictum dominum regem anno Domini 1302. Item idem dominus Bonifacius fuit captus anno Domini 1303. in villa Anangnie[a], de qua fuit oriundus, per dominum Guillelmum deu Nogueyret militem. Item decessit idem Bonifacius Rome anno Domini 1303.

Item dominus Clemens papa quintus, oriundus de Vasconia, qui vocabatur dominus p.270 Guillelmus[3] del Guotz et erat archiepiscopus Burdegalensis, fuit electus anno Domini 1305.

Item dicto Bonifacio successit Benedictus mense Novembris anno Domini 1303, et eidem Benedicto predictus dominus Clemens papa quintus.

Item idem Philipus rex Francie post mortem dicti Bonifacii petiit coram predicto domino Clemente papa instanter comburi ossa dicti Bonifacii tanquam heretici.

Item anno Domini 1309. idem dominus Guillelmus del Nogueyret et omnes illi quorum intererat fuerunt citati apud Avinionem coram dicto domino Clemente papa purgaturi se super capcione dicti Bonifacii; quid fuit inde factum, adhuc non est revelatum.

Item dominus Clemens papa quintus instituit dicere ad missas qualibet die duas ora- p.276. ciones pro subsidio christianorum contra Sarracenos, et fecit poni archas in ecclesiis ad reponendum oblaciones subsidii Terre Sancte transmarine.

Item anno Domini 1308. barones Alamannie elegerunt in imperatorem Romanum regem p.277. Alamannie, quem dominus Clemens papa quintus confirmavit, tamen non coronavit, sed, ut dicitur, terminum coronandi assignavit eidem.

Anno Domini 1320. . . . . . . Item eodem anno fuerunt capti Lombardi per totum regnum Francie, de quibus rex habuit maximam pecuniam.

a) Arang. c.

1) Sic verum est. 2) Lege: *Iulii.* 3) Immo Bertrandus.

EX CHRONICO UNIVERSALI ANONYMI LAUDUNENSIS.

Duo huius chronici exstant codices:

1) Cheltenhamensis, nr. 1880 *(Meermann.* 785, *antea collegii Claromontani), membr. saec. XIII. inc., cuius prima folia desunt (v. 'Arch.' IX, p.* 500*); et*

2) Parisiensis nr. 5011 *(Colbert.* 439*), olim 'Liber S. Marie' (Laudunensis), membr. s. XIII, duabus manibus exaratus.*

Hi quamvis arta necessitudine inter se coniuncti sint, neuter tamen ex altero descriptus esse potest[1]*, sed ex alio exemplari repetiti esse videntur. Communia habent menda (a.* 1189. Apalia *pro* Apulia; *a.* 1215. formam *pro* fortunam*); etiam scribendi ratio a vulgari recedens nonnumquam eadem* (cuntis; deserpitur); *sed* 1 *multa habet peculiaria* (s *pro* x: ausilium; n *et* m *saepissime omittuntur:* cogregatus; Mediolanesis; Magutinus; defuctus; conpugtus *pro* conpunctus; esset *pro* essent; marchiois *pro* marchionis; — asupsit; ateptare *etc., e contrario* nupsit; *nonnumquam* r *excidit*: cathedali; exodinati; Flandiarum); *alia* 2 (o *pro* u: noncius, Burgondia, circonventus, incombere); *neque desunt errores modo ab hoc modo ab illo commissi* (1: *a.* 1190. Mesceriam *pro* Mescenam *[Messenam]; a.* 1188. Incigtus *pro* Iacinctus; *a.* 1195. impetrandi *pro* perpetrandi; 2*: a.* 1170. Saxonia *pro* Savoia). *Codex* 1 *vero praeferendus erat, quippe qui verba praebeat in* 2 *procul dubio omissa (a.* 1169. urbes eis contrarie; *a.* 1170. filium — assignaverat; 1212. post pascha; *a.* 1189. bella*). Quae cum ita sint, in his fragmentis praesertim* 1 *secutus sum, cuius notitiam V. Cl. Liebermann dedit, lectiones vero accuratissime enotavit V. Cl. Maassen, ICtus Vindobonensis; ex* 2, *quem ipse Parisiis evolvi, eas referens quae alicuius momenti esse videbantur.*

Integrum opus nondum editum esse, sane dolendum est. Partes maiores typis dederunt Bouqueti continuatores XIII, p. 678*; XVIII, p.* 703. *Sed multa omiserunt quae ad res Italicas, Germanicas vel orientales spectant.*

Auctor enim, quem fratrem ordinis Praemonstratensium in dioecesi Laudunensi natu Angligenam fuisse, verisimile est[2]*, cuius nomen vero plane ignoramus, historiam universalem condere conatus, etiam in terrarum remotiorum rebus gestis enarrandis libenter immoratur. Initio Hugonem a S. Victore presso pede secutus, episcopatus, reges diversorum populorum*[3]*, imperatores, historiographos recenset*[4]*,*

1) Uno quidem loco (a. 1169, p. 445 n. p) error codicis 2 ex 1 natus esse videtur; sed eodem fortasse modo quo hic iam in exemplari ab utroque exscripto littera *I* minus recte posita erat. 2) Ita Brial, SS. R. Gall. XVIII, p. 702, ex locis ab ipso allatis recte conclusisse videtur. 3) De Langobardis ita: *Lunbardi, qui et Guinuli, de Scandinavia insula Germanie — — Lanprandus corpus beati Augustini transtulit a Sardinia.* 4) In codice 1 haec in fine legi videntur.

chronicon vero inde ab origine mundi (Prima die creavit Deus *etc.* Adam totius posteritatis pater *etc.*) *incipit, sed (cod. 2 f. 60) separatim* De regno Francorum (Gentis Francorum origo de Troiano emanavit exilio *etc.*), *(f. 60')* De principio Gothorum, *(f. 92)* De Flandria (Huius imperatoris anno 1 . . . . Lidricus — *f.* 102. Balduinus. Hic fuit imperator Constantinopol. Ferrandus) *agit. Postea praesertim Sigebertum eiusque continuationes Laudunensem et Praemonstratensem exscribit; inde a medio saeculo XII. vero suo marte res enarrat, multa ex ore populi hausta, vel etiam plane fabulosa, fortasse ab ipso excogitata (ut verba praeclarorum hominum) referens, in annis indicandis saepe falsus, sed ut rumores tunc temporis de bellis a Friderico gestis aliisque rebus propagatos cognoscamus, non contemnendus auctor*[1]. *Praeterea de Waldensibus et de viris tunc temporis doctrina conspicuis quaedam memoria digna schedis suis intulit. Quae vero saeculo XIII. ineunte acciderunt etiam melius comperta habuit et his annis inter praecipuos rerum scriptores locum sibi vendicat. Quare etiam aliis liber eius se commendavit. Continuatio enim Roberti Autissiodorensis chronico addita magnam partem ex hoc sumta est*[2].

G. W.

. . . .

Anno Domini 1066. Willelmus 26. Hic cepit regnare anno 10. Henrici regis Romanorum adhuc iuvenculi. Hic fuit annus 6. Philippi regis Francorum, [anno[a] Domini mille sexaginta sex].

De munificentia regis Willelmi.

Willelmus rex, receptis urbium clavibus et curia in natale Domini solempni celebrata, terras principibus, militibus et aliis omnibus qui cum ipso venerant largitus est tam munifice, ita ut non esset de omni multitudine tam iners, tam contentibilis[b], qui non fieret dominus magne hereditatis.

De distribucione et Vaste-hosis[c].

Baldewinus comes Flandrensis accepit comitatum Cancie, Conanus comes Britannie habuit comitatum Richemundie et Halandie[d], comes Bolonie sortitus est[e] castrum Eihe magnamque partem Norfulchie. Quia vero longum esset singulas distribuciones huic compendio inserere, utile dico supersedere. Hoc vero tacendum non esse reor, quod, cum omnibus munifice princeps clarissimus pro voluntate singulorum distribuisset, adfuit qui diceret, nichil accepisse ipsum, qui ochreas[f] militancium pro modico pane erat solitus ungere. Rex vero, ut nichil deesset eius largitati, eundem absentem, quia pervili[g] indumento suo ante principum[h] presenciam venire non decuit, primo, quia servilis condicionis fuerat, libertati donavit, deinde ei et cunctis heredibus suis magnam baroniam dedit. Huius hominis familia usque hodie Guaste-hose[i] appellatur. De Maletis. Similiter de eo qui manticas servare solebat aliorum egressa est familia que Maleth usque hodie appellatur ob manticas quas custodire solebat. . . . . . .

Anno Domini 1134. . . . . . . Principes Germanie, archiepiscopi, episcopi, duces, comites et barones, qui cum imperatore Lutherio fuerant ad mittendum papam Innocentium Rome in sede apostolica, regressi sunt ad patriam; cum quibus Norbertus in civitate sua *etc.* . . . . . . Sig. Cont. Praem.

Anno Domini 1153. . . . .

Fredericus. Iste cepit regnare anno 16. Lodovici[k] regis Francorum. Hic in concione ubi convenerant omnes principes imperii, quorum erat imperatorem eligere, accepta corona

a) *haec des.* 2. b) contemptib. 2. c) Gaste hose 2. d) Holandie 2. e) *deest* 2. f) ochreos 1. g) parvili 1? h) princium 1. i) Gaste hose 2. k) Lud. 2.

1) Nimis dure de ipso iudicat qui SS. R. Gall. XIII, p. 678. brevem chronici notitiam dedit, aequius Brial, XVIII, p. 703. 2) V. supra p. 226. Contraria sententia, quam Brial sustinuit, iam eo refutatur, quod res Anglicas et Flandrenses nostro bene notas vix a monacho Autissiodorensi mutuasset; cum ipso Roberti vero chronico, cui continuatio illa addita est, ne levissima quidem deprehenditur similitudo. Sed etiam singulis locis inter se comparatis facile genuinam hanc, derivatam, quamvis nonnumquam ampliatam, Autissiodorensem agnoscas narrationem.

imperiali, quam maior pars principum nepoti suo Henrico duci Saxonum dare ordinaverat, proprio capiti inposuit, dicens, se magis idoneum esse quam omnes alii. Sicque se ipsum elegit et nepotem suum ducem Saxonum corona[a] frustravit[1].

Anno Domini 1154. . . . .

Cont Praem 1152. Eugenius papa, pace cum Romanis facta, hoc anno primo Romam ingreditur, cum eis manens. Radulfus illustris[b] comes Viromandorum obiit; cuius primogenitam filiam[c] duxit Philippus[d] comes Flandriarum[e], et mortuo eius fratre comite Radulfo Leproso, comitatum Viromandie et Valesie tenuit. Alia
ib. quoque filia Elinordis[f] comiti nupsit Nivernorum. Obiit Adalbero episcopus Treverorum magnanimus
ib 1153. Fredericus expedicionem parat in Italiam[1] anno primo sui, Lodovici[g] vero 16.

Anno Domini 1155. Anastasius papa 164. . . . . .

ib 1154 Anno Domini 1156. Rogerus rex Sicilie, princeps utilis et strenuus et actibus clarus, post insignes de[h] Sarracenis triumphos, post occupatas eorum terras obiit, Willelmum non sibi dissimilem filium successorem reliquid. . . . . . .

ib. Willelmus rex Sicilie, missa stolo, Tanneos[i] urbem Egipti vastando spoliavit et magnam auri et argenti et preciose vestis copiam inde deduxit, et cum inde reverterentur, stolum imperatoris Grecorum offendunt, et cum essent[k] de Grecis 140 naves, Siculi numero multo pauciores Grecos vicerunt et spoliantes ceperunt, et eis inde infinite diversarum opum copie provenerunt[l]. . . . . . .

ib 1155 Anno[m] Domini 1157. Adrianus papa 165. Hic fuit Nicolaus[n] Albanensis episcopus. In Burgundia[o] 15. Kal. Februarii ter in una nocte fuit terremotus, quo diversa hedificia diversis in locis fuerunt subversa. . . . . .

ib 1153. Imperator Fredericus expedicionem parat in Italiam.

Guillelmus[p]. Hic filius regis[c] Rogeri anno primo Henrici regis Anglorum cepit regnare, cuius etiam filiam Iohannam duxit uxorem.

Anno Domini 1158. . . . .

In Lumbardia[q] civis Brissie nomine Gerardus, cum esset vir gnarus consilii et honorabilis inter suos et per totam Lumbardiam inter sapientes nominatus, stultum se simulavit et habitu mutato per civitates pueris[r] ludibrio fuit. Cum vero ab aliquo cive sive reficiendi gratia sive ut a pueris eriperetur, et domum introduceretur, videns locum et tempus, se ei detexit et ita quos potuit ab imperatoris amore et fidelitate avertit, prestita primo ei caucione iuratoria, ne cuiquam hoc secretum revelarent, nisi prius accepto iuramento, ne secretum proderent. Sicque factum est, ut in modico tempore, scilicet per solius anni spacium, nongenta armatorum milia per eum conspiraverunt.

. . . .

Anno Domini 1160. Fredericus exegit a Lumbardis, omnia molendina iuris esse imperatoris et in maioribus urbibus 10 furnos habere bannales, in minoribus vero 5. Pullos nobilium equorum aut imperatoris cedere iuri aut tribus solidis imperialium redimi constituere deliberavit.

Cont Praem. 1154. Massemuti in Italia castrum Puteolis spoliant, quos rex Willelmus per nuncios[s] suos navibus persecutus est, eos cepit et exterminavit.

Alexander papa 166[t]. Hic ex Rulando cancellario papa Alexander; primo quidem ab omnibus electus, set quoniam renuit papatum sibi oblatum[u] accipere, dum seorsum[v] ab amicis duriter increparetur, pars quedam cardinalium alium inchatedrant, qui alteratus nomine Victor est appellatus.

Anno Domini 1161. Imperator Rome veniens, Victorem confirmat in papatum, agens contra dignitatem apostolicam et consuetudinem ecclesie, que fere per 600 annos consuevit sine imperatoris assensu eligere et ipsos principes benedicere in imperatores, et nisi essent ab universali papa consecrati, imperatores non nominarentur nec essent. Alexander venit ad Gallias, ducentibus eum Ianuensibus. Victor Rome morabatur, favente sibi, ut dictum est, imperatore Frederico. Scisma exortum.

Anno Domini 1162. Imperator adversantium sibi castra potenter diruit in Lombardia. . . . . . .

Anno Domini 1163. Fredericus per triennium segetes[w] Mediolanensium vastavit, et captis munitionibus quibusdam, eos nimium terrendo artavit. . . . . . .

Anno Domini 1164. Mediolanum capitur. Inperator apud civitatem Laudis, que ei fave-

a) corana 2. b) c. i 2. c) *deest* 2. d) Philipus 2. e) Flandiarum 1. f) Elienordis 2. g) Lud. 2 *constanter.* h) tr. de S. 2. i) Tamneos 1. k) esset 1. l) pervenerunt 2. m) A. D. 1157. *post* episcopus 2. n) Nicholaus 2. o) Burgondia 2. p) Guillermus 2. q) Lonb. 2, *et ita vel* Lomb. *semper.* r) l. p. 2. s) nonc. 2. t) 66. *codd.* u) obblatum 2. v) se seorsum 2. w) Mediolanesium 's. 1.

1) De similibus narrationibus cf. SS. XXIV, p. 501. et Peters, 'Forschungen' XX, p. 464 sqq.

bat, existens[a], Mediolanensibus per marchiones et comites sue partis mandavit, ut de pace locuturi Laudi convenirent. Ipsis vero de prodicione metuentibus, iuraverunt qui missi fuerant in animam imperatoris et suam, quod, si pax non fieret, eos sine omni detrimento et periculo suis restituerent parentibus et amicis. Imperator, oblito Dei timore, eos ad se venientes cepit et custodie mancipavit. Illi vero, quia res eis erat pro vita, Mediolanum ei
reddiderunt[1]. Qui urbem illam nobilem, turribus et muris eius destructis, solo equavit et 1162.
in quatuor burgos divisit, ne de cetero possent repugnare, et ut ceteri eorum exemplo terrerentur.

Anno Domini 1165. . . . .
Euangeli[b] reges a Mediolano transferuntur Colonie dono imperatoris per Reinaldum eorum reverendum archiepiscopum. . . . . . .

Anno Domini 1166. Karolus Magnus Aquisgrani levatur et canonizatur. Alexander 1165.
papa Turonis, presentibus rege Francorum et rege Anglorum et tocius Gallie episcopis, 1163.
concilium celebravit et Victorem antipapam excommunicavit; qui infra eundem mensem
apud Lucam Tuscie urbem mortuus, in ecclesia cathedrali[c] ante vultum dominicum, qui 1164.
ibi habetur, honorificam habuit sepulturam. Hic ad nudum cilicium portavit, vir humilis et magne parsimonie et alias laudabilis vite, nisi scismatis argueretur. Successit ei episcopus Lucensis, quem Paschalem vocaverunt.

Teodericus[d] comes Flandrensis moritur. Philipum filium habuit successorem, poten- 1168.
tem et strenuum, cuius potenciam auxit terra comitis Radulfi Viromandorum[e], quam assecutus est per uxorem suam, filiam dicti comitis Radulfi. . . . . .

Anno Domini 1167. . . . .
Matheus, frater Philippi[f] comitis Flandrensis, duxit filiam Stephani quondam regis Anglorum[2], que fuerat sanctimonialis et abbatissa, et per eam fit comes Bolonie, qui comitatum exaltavit non modicum.

Anno Domini 1168. Mediolanenses, qui iam burgis ab imperatore factis relictis se infra loca sua receperant[g], imperatoris adventum expavescebant. Sed imperator ad consueta sibi malicie arma confugit, segetes et arbores fructiferas[h], succensis suburbiis et eorum casallis[i], singulis annis conburebat, ut sic eos cogeret ad dedicionem. . . . . . .

Anno Domini 1169. Imperator Fredericus contra Mediolanenses veniens, ceso eius exercitu, vincitur[k] ignominiose. Mediolanenses et aliarum urbium cives illius partis infinitam Alemannorum copiam ceperunt et abduxerunt, ita ut tederet Lunbardos tot cathenas[l] invenire, que tot in cathenandis sufficerent[3]. Bricenses autem, qui[m] militem imperatori simillimum inter suos captivos ceperant, ceteris urbibus nuncios direxerunt, affirmantes se imperatorem habere. Videres Lunbardos certatim Brixie[n] avolare et viso imperatore sophistico gaudiis diffluere. Letantur urbes confederationis Mediolanice. Econtra meste fiunt et dolore confunduntur urbes[o] eis contrarie. Hec sunt nomina urbium que Mediolano coniuraverant: Placentia, Vercellis, Verona, Brixia, Bergamum, Mantua, Palmis, Novaria, Tardona. Nomina vero illarum urbium que pro imperatore erant contra prescriptas civitates sunt hec: Papia, que dicta
fuit Ticinea[p], urbs deliciarum, Cremona maxima aliarum, Cuma, Laudis. Ipso anno Lun- 1168.
bardi de 4 burgis qui fuerant sub marchione Montis-ferrati confluxerunt ad villam que Ruverei[q, 4] dicitur, super Albam fluvium, construentes ibidem civitatem novam, quam de nomine Alexandri pape tercii Alexandriam vocaverunt, credentes, quod ipso eis patrocinante vel ibidem chatedralem ecclesiam et episcopalem posse habere vel sedem episcopalem ab urbe Aquensi illuc transferri iuberet. Cives vero Nove Alexandrie Mediolano et aliis urbibus sue partis coniuraverunt[r]. Ille[s] autem que cum Papia pro inperatore aliis urbibus adversabantur predictam novam civitatem Alexandriam derisorie[t] eam civitatem de Palea vocaverunt, forte quia non erant ei domus murate, sed nec muri neque palifixum vel fossata vel munitiones alique lapidee, latericie[u] sive lignee.

a) existentis 2. b) Ewangelici 2. c) cathedali 1. d) Theod. 2. e) Virem. 1. f) Philipi 2. g) se r. 1. 2. h) frucif. sucensis 1. i) casillis 2. k) vicitur 2. l) chatenas 1. m) *deest* 1. 2. n) Brisxie 2. o) u. e. c. *des.* 2. p) Iticinea 2; *in* 1 I *a miniatore post additum ad* (I)pso *pertinet.* q) Rouveroi 2. r) C. a. N. A. *iterum scr. sed del.* 2. s) Illa (a *e corr.*) 1; Ille a. qui 2. t) derisiorie *corr.* derisorie 2. u) latericee 2.

1) Haec etiam ex incerto rumore nata sunt. 2) Mariam; v. SS. IX, p. 326. 3) Haec fabulosa esse, vix est quod moneam. 4) Roboreto.

Apud Ierosolimam. Balduinus rex Ierusalem, instigante magistro Hospitalis, parat
intrare Egiptum contra pactum quod fecerat cum Suardo[a, 1] rege Egipti, qui annua tributa
15000 numismata auri ei solvebat. Displicuit autem hoc propositum regis omnibus princi-
pibus transmarinis necnon et ipsi regi. Prevaluit tandem inportunitas magistri Hospitalis,
multa regi promittentis. Quod cum cognovisset rex Egipti, timore pariter et dolore cor-
reptus[b], mandavit regi Baldevino[c], ut ab hoc inutili proposito desisteret et ipse tributum[d]
annuum dupplicaret. Rege vero non adquiescente et exercitum parante, Suhardus Nore-
1168. hadini[e] regis Damasci et Sirie efflagitat[f] auxilium; qui misit ei principem milicie sue Sala-
hadinum, virum armis strenuum et in rebus bellicis satis expertem. His igitur sponsione
tributi, quod regi Ierosolimitano reddebatur, venit illectus. Die vero conducto pugnatum
est inter christianos et paganos nimis atrociter, multis hinc inde cede cadentibus; ubi licet
nostri victoria sint potiti, tamen in tantum sunt viribus et numero suorum attenuati, quod
eis ulterius procedere erat inpossibile et omnino inutile. Sicque rex Baldevinus rediit in
sua. Salahadinus vero videns Egiptum ubertate glebe et aeris temperie et omnium delicia-
rum[g] affluencia omnia mundi regna incomparabiliter anteire necnon et incolarum eius iner-
ciam, qui velud effeminati bello inabiles haberentur, cum cognovisset, regi eorum inherti
paravit insidias, et tandem nactus oportunitatem, ipsum regem Suardum[h] cum multis suo-
1171. rum peremit et regnum occupavit. Salahadinus, cunctis forcioribus locis regni amicis suis
necessariis munitis[i], diadema regni non sibi innexuit, sed domino suo cum omnibus spoliis
regni reportavit. Dominus vero eius Egiptum ab eo tenendam ei quoad viveret concessit
et post eius obitum, si supervixisset, sine alterius iugo liberam esse sanxcivit. Salahadinus[k]
1174? vero tantam domini sui Noradini assecutus est gratiam, quod moriens testamento ordinaret,
ut filiorum suorum tutor et proprie coniugis efficeretur maritus. Sicque duorum regnorum,
Sirie scilicet et Egipti, monarchiam obtinuit, sola morum civilitate eum ad tam insignia
honorum fastigia sublimante.

Lumbardi per insolentias imperatoris Frederici tedio et angore fatigati, Manueli Grecorum imperatori submittere eorum regnum deliberaverunt. Qui, eorum nuntiis ex diversis urbibus Lumbardorum ad hoc peragendum directis cum ingenti gaudio susceptis et imperatorie muneratis, mandavit, quodsi id ad effectum perducerent, quod omnia eorum mobilia dupplicaret. Habito super his Lumbardi cum[l] papa Alexandro consilio, retraxerunt se ab Manuelis Grecorum fidelitate, eo quod Greci sint pusillanimitate notati et semper animi levitate infideles inventi. Interim imperator, collecto ex omni Germania robore armatorum, iterato Mediolanenses radicitus destruere affectans, eos circa castrum cui nomen Creme[m] tentoria fixisse audivit. Tunc adveniens imperator ipsos cingxit exercitu copioso et per interpretem ait ad eos: 'Esne tu Mediolanum quod video'? Et unus pro[n] omnibus respondit: 'Sum utique'. Tunc imperator: 'Quomodo putas ad domum tuam reverti'? Et respondit: 'Per medium tui et exercitus tui mihi viam sternam, si alias viam non habuero'. Tunc imperator ad consilium marchionum, comitum et aliorum Italie principum recessit; Mediolanenses, accepta a castrensibus securitate, in sua redierunt.

Currente adhuc anno Domini 1169, ipsius Frederici[o] anno 17, Lodovici vero regis Francorum 33, Henricus rex Anglorum, illectus promissione regni Lumbardorum, inter filios fecit regni sui et aliarum provinciarum suarum distribucionem. . . . . . . Filias vero suas iam maritis eas poscentibus transmiserat. Quarum unam accepit dux Saxonie Henricus. Alia nupsit Alfonso regi Castellano in Hispania. Terciam iunxit sibi matrimonio Willelmus rex Sicilie; quo sine liberis mortuo, iunxit eam frater suus Richardus, tunc rex Anglie, Reimundo comiti Egidiensi. . . . . . .

Anno gracie 1170. Henricus rex[p] Anglie nuncios Manuelis imperatoris Grecorum miro suorum favore suscipiens et per civitates et castella eos deducens, quasi gloriam et opum suarum habundanciam eis[q] ostensurus, ducibus et comitibus ceterisque principibus tam secularis dignitatis quam ecclesiastici ordinis, ut apud Andegavem convenirent, man-

a) Suardę *corr.* Suardo 1. b) correctus 2. c) Balduino 2, *et ita infra.* d) a. tr. 2. e) Noradini 2. f) efl. 1. g) dil. 1. h) Suhard. 2. i) *deest* 1. k) Saladinus 1. l) cons. c. p. A. 2. m) Creime 2. n) per 1. o) Frid. 2. p) *deest* 1. q) *deest* 2.

1) Schawer. Haec post Balduini mortem (1162) Amalrico rege facta sunt.

davit. Quibus secundum edictum congregatis, voluntatem domini sui imperatoris regi et suis aperuerunt. Mandaverat enim imperator regi, ut filium[a] suum, cui nullam partem hereditatis inter fratres suos assignaverat[1], ei mittere maturaret; cui filiam suam, quam[b] unicam habebat, maritaret cum honore imperii, salva tamen maiestate imperatoris, dum viveret. Rege inducias eis 15 dierum assignante, et ecce nuncii comitis Amedei de Savoya[c] advenientes rogaverunt regem, ut dignaretur domino suo comiti iam dicto occurrere ad eum festinanti. Rex vero eorum peticioni satisfaciens, comitem apud Lemovicas[d] letus suscepit advenientem. Tunc comes obtulit regi ad opus filii sui unicam filiam quam habuit. Consuluit rex principes suos super matrimonio filii sui. Illi vero unanimes partem Grecorum attollunt; quibus rex amicabiliter gratias egit, quod[e] scilicet honorem suum diligerent, et ait: 'Si filium', inquid, 'meum imperatori transmisero, fratribus suis, si opus fuerit, adesse in necessitatibus non poterit, vel ipsi ausilio indigenti a fratribus qualiter subvenietur? Comiti assensio: filiam suam filio meo uxorem accipio. Nobilis quidem[f] est, licet pauper. Ex terra enim sua posset, qui strenuus esset, Italiam et Burgundiam[g] universam iusticiare, cum non pateat ingressus vel egressus ad utrasque nisi per eam'. Tunc maxima pars eorum qui hec audierant intellexit, quod rex ad regnum aspiraret Lumbardorum. Licenciantur Greci magnifice munerati. Comes, completa cum rege ebdomada, acceptis 6000 marcharum argenti, prestito super sancto sacramento se de cetero uxorem non accepturum, reversus est ad sua, filiam suam regi missurus, et in qualibet patria sub eo constituta castrum munitum nunciis regis Anglie assignaturum; quod totum fideliter de castris complevit, de uxore vero non accipienda religionem iuramenti transgressus est. Nam filiam comitis Gerardi de Mascons[h] accepit uxorem, de qua genuit Tomam, qui ei in comitatu successit. Sciendum, quod[i] comes Gerardus eundem comitem Savoie cepit, dum guerram secum haberent; unde pro redemcione sua in 6000 marcis ei tenebatur. Ille vero elegit periurium incurrere et, propria fama neglecta[k], pactum transgredi pocius quam illam solvere pecunie summam.

Anno[l] gracie[m] 1172. Baldwinus[n] comes Hanonie obiit. Huius Baldewini filius Baldewinus iunior duxit Margaretam, filiam Theoderici comitis Flandriarum superiori anno defuncti; cuius Margarete fratres fuerunt Philipus comes Flandrie, Matheus comes Bolonie, Petrus Cameracensis[o] electus, postea comes[p] Nivernensis et Autisiodorensis[q].

. . . .

Currente adhuc anno eodem, scilicet 1173. dominice incarnationis, fuit apud Lugdunum Gallie civis quidam Valdesius nomine, qui per[r] iniquitatem fenoris multas sibi pecunias coacervaverat. Is[s] quadam die dominica cum declinasset ad turbam, quam ante ioculatorem viderat congregatam[t], ex verbis ipsius conpunctus[u] fuit, et eum[v] ad domum suam deducens, intente eum audire curavit. Fuit enim locus narracionis eius, qualiter beatus Alexis in domo patris sui beato fine quievit. Facto mane, civis memoratus ad scolas theologie consilium anime sue quesiturus properavit; et de multis modis eundi ad Deum edoctus[w], quesivit a magistro, que via aliis omnibus cercior esset atque perfeccior. Cui magister dominicam sentenciam proposuit: *Si vis esse perfectus, vade et vende omnia que abes* etc. Matth 19,21

Et ad uxorem veniens, dedit ei opcionem, ut sibi mobilia vel immobilia omnium que habebat, in terris scilicet et aquis, nemoribus et pratis, in domibus, reditibus[x], vineis necnon in molendinis et furnis, eligeret retinendum. Que, licet multum contristata, quia id facere oportuit, inmobilibus hesit. Ille vero de mobilibus his a quibus iniuste habuerat reddidit, magnam[y] vero partem pecunie sue duabus parvulis filiabus contulit, quas matre earum ignorante ordini Fontis-Evrardi mancipavit; maximam vero partem in usus pauperum expendit. Fames enim permaxima tunc grassabatur per omnem Galliam atque Germaniam. Valdesius vero civis memoratus per tres dies in ebdomada a pentecosten usque ad vincula

a) filium — assignaverat *des.* 2. b) *deest* 2. c) Saxonia 2. d) Lemoicas 1; Lemovecas 2. e) sc. q. 2. f) quidam 1. g) Burgond. 2. h) Mascuti *vel* Masouti 1. i) *deest* 1. k) neclegta 1. l) 2 *alia pergit manu.* m) Domini 2 *constanter.* n) Balduinus 2 *semper.* o) Cameracesis 1. p) *deest* 2, *ubi* Nivernensis. q) Autisioderensis 1. r) *deest* 2. s) His 1. t) cogreg. 1. u) conpugtus 1; conpongtus 2. v) ēō 2. w) edocctus 2. x) reddit. *corr.* redit. 2. y) magna 2.

1) Falsa hac in parte, imo tota commentitia videtur haec narratio. BR.

sancti Petri cuntis[a] ad eum venientibus panem et pulmentum cum carnibus largiebatur. In assumpcione beate virginis quandam summam pecunie per vicos inter pauperes spargens, Matth. 6, 24. clamabat dicens: 'Nemo potest duobus dominis servire, Deo et mammone'[b]. Tunc accurrentes cives arbitrati sunt, eum sensum perdidisse. Et ascendens in loco eminenciori, ait: 'O cives et amici mei! non enim insanio, sicut vos putatis, sed ultus sum de his hostibus meis, qui me sibi fecerunt servum, ut semper plus essem sollicitus de nummo quam de Deo, et plus serviebam creature quam Creatori. Scio, quod me reprehendent plurimi, quod hoc in manifesto feci. Sed propter me ipsum et propter vos hoc egi: propter me, ut dicant qui me viderint possidere deinceps pecuniam, me amentem esse; set et propter vos hoc feci in parte, ut discatis in Deum spem ponere et non in diviciis sperare'. Sequenti vero die rediens de ecclesia, a quodam cive, quondam socio suo, peciit dari sibi ad manducandum pro Deo. Ille ad hospicium eum deducens, ait: 'Ego quoad vixero concedo vobis necessaria'. Que res cum pervenisset ad noticiam uxoris eius, non mediocriter contristata, sed velud amens effecta, ad archiepiscopum urbis cucurrit, et conquesta, quod scilicet vir eius panem ab alio quam ab ea mendicasset. Que res omnes qui aderant cum ipso presule commovit ad lacrimas. Tunc ex precepto presulis Burgensis hospitem suum secum ad presulis presentiam duxit. At mulier arripiens virum suum per pannos, ait: 'Numquid melius est, o homo, ut ego in te peccata mea helemosinis redimam, quam extranei'? Et extunc non licuit ei ex precepto archiepiscopi in ipsa urbe cum aliis cibum sumere quam cum uxore.

Anno gracie 1174. . . . .
Henricus iunior rex Anglie cum fratribus suis Ricardo et Galfrido a patre Henrico aversus, ope Lodovici regis Francorum[c] magnas in Anglia et Normania[d] suscitat calamitates. Penituit[e] pater terras suas inter filios divisisse, eo quod non erat ei ulterius spes ad regnum Lumbardorum. . . . . . . Comes vero Philippus Flandrie cum suis novum castrum de Driencurt[1] cingxit obsidione, ubi frater suus inclitus comes Matheus de Bolonia sagitta percusus occubuit, cuius funus a suis ad abbatiam Sancti Iodoci[f, 2] delatum, famosam ibidem habet sepulturam. In Anglia etiam comes Hugo Bigoth[g], collecta multitudine Brabancionum atque Flandrensium, castella aliqua cepit et civitatem Norvicensem, civibus in fugam versis, cepit. . . . . . . Flandrenses et Brabanciones, quos superius diximus a comite Hugone Bigoth Angliam introductos, qui etiam urbem Norvicensem ceperunt, terram sancti Eadmundi[h] intrantes, ab obviis sibi indigenis cum Cantebrigiensibus[i] intercepti, aut ibi fuerunt trucidati aut capti penis crudelioribus reservati.

Anno gracie 1175. Iacobus dominus de Avennis[k] Robertum quondam prepositum ecclesie Ariensi[3], tunc Cameracensis electus[l], per satellites suos interfecit iuxta Valencenas[m, 4]. Hic de Carnoto de humili gente natus, familiaritatem et amorem comitis Philipi Flandriarum eo fuerat adeptus, quod sororem comitis[5] de custodia comitis de Savoia, mariti sui, sua industria eripuit et eam comiti Flandriarum, fratri suo, restituit. Hic dum ab Henrico Remensi archiepiscopo pro Iacobo de Avennis dure increparetur, quod esset de infima gente, eum agrestem et villanum appellando, fertur sic respondisse: 'Non minoris', inquid, 'nobilitatis vel potencie fuerunt patres mei in archa Noe quam tui'. Hunc quidam negromancia arguerunt, forte quia, cum esset de infima gente et litteratura tenui, ad tantos eum fortuna provexit honores. Hunc cum post eleccionem suam comes Flandriarum ad regis curiam delegasset, et eundem rex ad prandendum cum eo invitasset, et ipso rege ei manicam, cum manus ablueret, tenente, cepit morosius abluere. Hunc cuidam monenti festinare[n], eo quod ei rex ministraret, respondit: 'Non est properandum', inquid, 'set in tali honore est diucius inmorandum. Tu vero qui murmuras sine tali regis obsequio vitam poteris terminare'. . . . . . .

Fredericus imperator instinctu Willelmi marchionis[o] Montis-ferrati ossidione[l] septem mensium Alexandriam civitatem de Palea vallavit, nec tamen cepit. Que civitas licet

a) cūtis 1. 2. b) m. 1. c) Anglorum 1. 2. d) Normannia 2. e) *vocabulum erasum* 2. f) Iudoci 2. g) *rubro* in *marg. add.* 2. h) Aeadm. 2. i) Catebr. 1; Canthebriensibus 2. k) Avernis 2. l) *ita* 1. 2. m) Velencenas 1. n) faffinare 2. o) marchiois 1.

1) Briencort. 2) S. Josse-sur-mer. 3) Aire. 4) *apud Condei* add. ed. Cf. Gest. epp. Camer. cont. c. 21, SS. VII, p. 509. 5) Gertrudem, uxorem Humberti; cf. SS. IX, p. 327.

murorum, palefixi et angeris careret munimine, tamen civibus bellatoribus aliarum urbium ita extitit munita, quod imperatori via non pateret ad eam capiendam vel alio modo destruendam. Deficiente sale in civitate, ita ut putaretur in proximo capienda, Lumbardi nocte quadam navem sale onustam aducentes, concives suos a salis inedia liberaverunt. Magno vero porcorum grege undique collecto pro exercitu imperatoris, cives, per purcellum, quem clamare fecerunt, dissipato, ad duo milia et 30 sunt adepti. Nam ad clamorem purcelli totus grex natando[a] currendo festinavit, et nisi aliquos ex eis imperatoris exercitus occidisset, omnes simul perdidissent.

Anno gracie 1176. Philippus illustris comes Flandrensis, coadunato exercitu copioso, castrum Guisiense in ulcionem Roberti prepositi Arie, post Cameracensis electi, obsedit, cepit et funditus subvertit. Cameraco, Roberto mortuo, successit[b] Alardus, homo grand-
evus; quo etiam in brevi defuncto[c], successit ei Rogerus de Waverin, Rome tempore Late- 1177.
ranensis[d] concilii consecratus[1]. . . . . . . 1178.

Mare terminos suos egressum multos homines in Anglia, in Flandria, Frisia et Hôlandia submersit. Fluviales[e] etiam aque excrescentes multos perire fecerunt.

Anno gracie 1177. . . . .

Waldesius civis Lugdunensis[f], de quo superius dictum est, facto voto Deo celi se de cetero in vita sua nec aurum nec argentum possessurum nec de crastina cogitaturum, cepit habere sui propositi consortes. Qui eius exemplum secuti, cunta pauperibus largiendo, paupertatis spontanee[g] facti sunt professores. Ceperunt paulatim tam privatis[h] quam publicis ammonicionibus sua et aliena culpare peccata.

Eodem[2] anno fuit in provincia Narbonensi castello Amillau[3] nimie simplicitatis iuvenis nomine Benedictus, qui opus a seculis inauditum, pontem scilicet super Rodanum rapidissimam fluviorum, apud Avenionem urbem inchoavit et in magna parte complevit. Hic tanti vulgi indocilis frequentia cingebatur, quod nunquam vidisse me meminerim tot populos convenisse. Acclamabat autem ei populus indisciplinatus preconia sanctitatis, miracula omnigena ei adscribendo, et cum esset sermone imperitus, actu et habitu incultus, submittebant se suis manibus episcopi et abbates, ab eo benedici exoptantes. Quidquid de indumentis eiusdem habere potuerunt, honore pretiôsarum reliquiarum cum magna diligentia servabatur. Claustrales vero Cisterciensis ordinis et aliarum professionum viri religiosi, quibus non erat copia eum adeundi, zonas suas vel aliquid tale ad benedicendum mittebant, e quibus apud Lingonas equum unum, asinos duos in veritate comperi ad eum venisse onustos.

Anno gracie 1178. Concilium Lateranense a papa Alexandro huius nominis tertio celebratur. Huic concilio interfuerunt archiepiscopi et episcopi 312. Hoc concilium dampnavit omnes ordinaciones Victoris antipape et eius successoris Paschalis necnon et Calixti. Dampnavit etiam[i] ordinaciones ab eis ordinatorum, Hereberti[k] Vesuntinensis archiepiscopi et aliorum archiepiscoporum et episcoporum per Burgundiam, Alemaniam et Italiam constitutorum. In hoc etiam concilio[l] statuta sunt multa ecclesie utilia, capitulis 44 comprehensa, que a[m] patribus qui adherant presentes fuerunt approbata et recepta, capitulis vero 12 reprobatis. Dampnavit hoc concilium hereses et omnes hereticorum fautores necnon et defensores. Waldesium amplexatus est papa, approbans votum quod fecerat voluntarie paupertatis, inhibens eidem, ne vel ipse aut socii sui predicacionis officium presumerent nisi rogantibus sacerdotibus. Quod preceptum modico tempore observaverunt[n]; unde extunc facti inobedientes, multis fuerunt in scandalum et sibi[o] in ruinam.

Fuerunt tunc cives quidam in civitatibus Lumbardorum, qui in domibus cum familia sua degentes, quendam modum religiose vivendi eligentes, a mendaciis, iuramentis et causis abstinentes, veste simplici contenti[p], pro fide catholica se opponentes. Hii accedentes ad papam, petierunt hoc eorum propositum confirmari. Quibus papa concessit, ut omnia

a) narrando 2. b) suscessit 2. c) defucto 1. d) Lareran. 2. e) *ita* 1. 2; Pluviales *ed.* f) Laudunensem *corr.* Lugdunensem 2. g) spontane 1. h) publ. q. pr. 2. i) nam *corr. ut videtur* etiam 2. k) Herberti 2. l) consilio 2. m) *pergit manu quae priorem codicis partem scripsit* 2. n) serv. 2. o) illis 2. p) contempti 2.

1) Cf. G. epp. Camer. cont. c. 23, SS. VII, p. 309. 2) Cf. supra p. 241. 3) Fortasse Milhaud prope Nîmes vel Milhau (dép. Aveyron) ad fl. Tarn?

eorum in humilitate fierent et honestate, set ne conventicula ab eis fierent, signanter interdixit, et ne in publico predicare presumerent, districte inibuit. Ipsi vero mandatum apostolicum contempnentes, facti inobedientes, se ob id excommunicari permiserunt. Hii se Humiliatos appellaverunt, eo quod tincta indumenta non vestientes, simplici sunt contenti. . . . . . .

Rex vero Philippus, patre vivente, duxit uxorem Elisabeth[a], filiam Balduini comitis Hanonie, neptem scilicet Philipi comitis Flandrie ex Margareta sorore. Cui comes concessit illam partem Flandriarum que est citra Leiam[b] fluvium, Frantie post mortem comitis perpetuo sociandam. Partem vero alteram, que est ultra Leiam[b] fluvium, heredibus Flandriarum reservavit; et quia comes prole caruit, a nepotibus suis, fratribus regine, hec confirmari fecit, ita tamen, quod, si soror eorum ab hac luce sine herede decederet[c], terra ex integro ad heredes rediret.

Anno gracie 1181. Papa Alexander ab hac luce subtractus, in ecclesia Lateranensi humatus, cum gloria resurrectionem expectat mortuorum; cui successit episcopus Hostiensis dominus Inbaldus Lucensis, Lucii[d] nomine alteratus. L u c i u s p a p a 167.

1184 Anno gracie 1182. Lucius papa disciscens a Romanis, Romam egressus, Verone se contulit; ubi imperator Fredericus ad eum veniens, hereticos, quorum contagione Lumbardia erat infecta, efesticavit[1]. Primum quidem in contione per interpretem, deinde idem imperator surgens coram omnibus in concione manum suam cum chirotecha[e] in quatuor partes agitans, comminando cirothecam in terram proiecit. Tulit etiam imperator legem, ut heretici nullo iure, nulla lege tuerentur libertatis.

Anno gracie 1183. Fredericus imperator Henricum ducem Saxonie, nepotem suum ex
1180. sorore, hoc tempore exheredavit, terram suam emulo suo Bernardo, viro potenti, contradidit et eum ducem Saxonie nominari constituit. Obsidente imperatore castrum Bruneswic,
1181. wic, quod Henricus exdux pro municiori loco habebat, uxor eius Matildis[f], filia Henrici regis Anglie, ibidem filium enixa, obsidione cingebatur[2]; vino vero in castro deficiente, mandavit iam dicta Matildis[f] imperatori, ut ei in tali articulo posite vinum mittere[g] dignaretur. Imperator vero dolium vini ei mittens, mox solvit obsidionem, quia municio castri eum ab eius impugnacione prohibebat; dicisse vero mandavit, quod ei hoc castrum[h] in helemosina dimittebat.

Anno gracie 1184. . . . .

Henricus iunior[3], durante guerra inter ipsum et patrem suum, quosque milites nominatos ex omni Francia, Germania, Burgundia, Flandria, Brabancia, Heinoia[i] et Lotharingia secum habuit. Pater vero per conducticios[k] Brabanciones[k] et rutharios partem suam defendit. . . . . . .

Anno gracie 1185. Principes Palestini potentiam Salahadini regis Sirie et Egipti suspectam habentes, qui superiori anno ad vadum Iacob[l] stragem non modicam fecerat de christianis[4], Heraclium patriarcam Ierosolimitanum ad partes Gallicanas transmiserunt. Hic multis principibus per quos transitum[m] habuit diadema regni Ierosolimitani obtulit, litteras singulorum principum Palestinorum patentes habens, continentes ratihabicionem, ut quod ipse patriarcha de negocio regni Ierosolimorum ordinaret firmum et ratum a cuntis haberetur. Pro dolor! oblatum diadema omnes semet ipsos amantes, que sua sunt querentes et non que Ihesu Christi, accipere recusaverunt. Sicque patriarcha passus repulsam, per Burgundiam[n], Franciam et Aquitanniam[o] transfretare statuit ad Angliam. Interea Lucio papa Verone mortuo, Mediolanensis archiepiscopus eligitur. U r b a n u s p a p a 168.[p] Hic papa tanta execracione Teutonicos habuit, ut eos a comuni helemosina sua amovere preceperit. . . . . . .

Anno gracie 1186. Baldevino[q], nepote Balduvini regis Ierusalem ex sorore, cui regnum
1185. iure propinquitatis debebatur, mortuo sub tutela comitis Tripolitani, coronam regni ipso

a) Elizab. 2. b) Leyam 2. c) diced. 1. d) Lucie 2. e) cirotheca 2 *hoc loco*. f) Mathildis 2. g) mitere 1. h) ei *iterum add.* 1. 2. i) Hannonia 2. k) *deest* 2, *ubi* Barb. l) Iaboc *codd.* m) trasitum 1. n) Burgond. 2. o) Aquitaniam traffr. 2. p) LXVIII. 2. q) Baldewino n. Balduini 2.

1) Cf. Jaffé nr. 9635. 2) Haec fabulosa sunt; Mathildis tunc temporis Luneburgi fuit neque obsessa. 3) Angliae. 4) De clade a. 1179. agi videtur; Wilken III, 2, p. 193 (cf. de vado Iacob ib. p. 44).

comite inconsulto per milites Templi matri[1] nuper defugti[a] redditam capiti mariti sui comiti[a] de Iaphe, Guidonis videlicet de Lisignun, innexuit; unde comes de Tripoli[2] exasperatus Salahadinum regem Syrie et Egipti ad invadendam Terram Sanctam invitavit.

Urbano successit Clemens[3]. Clemens papa 169. Hoc loco notatur capcio Ierusalem et aliarum urbium, que[b] omnia, quia in multis locis habentur, huic narracioni nostre 1187.
interserere inutile iudicamus.

Clementi in papatu successit Gregorius. Gregorius papa 170. Gregorius iste fuit huius nominis octavus. Hic fuit Albertus de Bonevento, cancellarius, vir magne sanctitatis et laudabilis parsimonie; in omnibus actibus suis religiosus fuit. Ecclesiam beati Martini, in qua habitum religionis sumpsit, semper cordi habuit, que etiam ei annuatim vestes secundum regulam procuravit. Hic placuit urbem Ierusalem describere, quia locus se obtulit describendi[c]. Ierusalem licet ab antiquo sue composicionis statu — — immundicie urbis diluerentur.

Anno igitur[c] Domini 1186. adhuc currente Terra Promissionis cum capite suo Ierusalem, scilicet civitate sancta, peccatis christiani populi exigentibus, a Salahadino rege potenti, interfectis principibus christiani exercitus, misere deserpitur, miserque populus christianus, qui eam incolebat, aut est sine misericordia paganorum gladio trucidatus aut vendicioni expositus, inmisericordius perpetue captivitati mancipatus. . . . . . .

Anno gracie 1188. . . . . . . Celestinus papa 171. Hic papa, mortuo felici viro Gregorio VIII[3], Rome prefuit in pace, Iacigtus[d] ante dictus, diaconus cardinalis Sancte Marie in scola Greca. Hic papa Henricum episcopum Albanensem[e], quondam Clarevalensem[f] abbatem, pro subvencione Terre Sancte delegavit ad Germaniam; ut, habitis conciliis per Germaniam ad succurrendum Terram Promissionis . . . . . .[g] Fredericus, pro malis que Lumbardis intulerat, ut aiunt, compugtus, signum crucis ad subventionem Terre Sancte suscepit, filio suo Henrico primogenito antea rege Germanorum ab eo declarato.
In cuius coronacione pater curiam tam solempnem et tam admirandam apud Maguncium 1184.
tenuit, quod nulla preterita etas ei similem unquam meminerit. Alium filium, ducem scilicet Suabie, peregrinacionis sue comitem habere voluit. Tercius[h] vero filius eius fuit Otto comes Burgundie, cui nupsit[i] Margareta, relicta Hugonis[k] de Oisi, filia comitis Theobaldi Blesensis. Quartus filius Frederici imperatoris fuit Philippus, primo clericus, postea dux Suabie, deinde rex Germanorum, qui duxit filiam Isaac imperatoris Grecorum. . . . . . .

In Cicilia Willelmus rex moriens Constanciam, amitam suam, testamento declaravit heredem et eandem Henrico regi Germanorum maritandam constituit, cum patrimonio suo, silicet Cicilia, Calabria atque Apulia[l]. Set, rege mortuo, Tancredus regnum invasit, nec tamen pacifice regnavit, Henrici militibus bella[c] eidem moventibus

Anno gracie 1189. Henricus comes Campanie et nobilis princeps Iacobus de Avennis viam Ierosolimitane peregrinacionis arripiunt. Hic Henricus filiam comitis de Namuco habebat[4], spem habens per eam Namucum castrum et comitatum habere. Balduvinus[m] vero comes Hanonie, nepos comitis ex sorore, adhuc ipso comite vivente Namucensi[n] valde sene, iniuste castrum abstulit et possedit, exheredata eius unica filia, quam superius diximus comitem Henricum habuisse. Hanc postea duxit comes Barri[5] uxorem. Que etiam, ipso mortuo, nupsit Wallerando[o] de Lemburch. . . . . . .

Anno gracie 1190. . . . .
Rex Philippus apud Ianuam urbem super mare febricitavit. Inde Mescenam[p] Cicilie navigio est advectus et ibi hiemavit in palacio regis. Rex vero Anglie foris urbem fixerat temtoria. Ibi accidit, seneschaldum[q] regis Anglorum interfici a civibus, dum cibos emeret regis. Quo audito rex Richardus motus in iram, iussit suos armari. At, civibus eum subsannantibus et dicentibus, quod per pedissequas[r] suas se ab eo defenderent, tunc furens

a) *ita* 1. 2. b) q̄ue 2. c) *deest* 2. d) Incigtus 1. e) Albanencem 2. f) Clarevalencem 2. g) *quaedam deesse videntur.* h) Tecius 1. 2. i) nūpsit 1. k) Hog. *corr.* Hug. 2. l) Apalia 1. 2. m) Balduinus 2 n) Namucensin 2. o) Waler. de Lemburth 2. p) Messeriam 1; Messenam 2. q) marescald. 2. r) pediseras 1.

1) Sibillae. 2) Raimundus. 3) Gregorio VIII. a. 1187. Clementem successisse, huic Coelestinum a. 1191, notissimum est. Gregorius misit Henricum legatum, qui obiit a. 1189. 4) Ermesendam sponsam habebat, sed ad eius nuptias non pervenit. BR. 5) Theobaldus. BR.

rex[a] suis minatus est mortem, nisi caperent civitatem. Qui acerrime irruerunt in hostes et discumfecerunt. Et introsilientes urbem per muros, quoscumque habuerunt obvios interfecerunt. Et, ne urbs capta penitus destrueretur, venit rex Francie subplicaturus regi Anglorum, ut suos a cede civium revocaret. Rex quoque Anglie, viso domino suo rege Francorum, ob eius honorem illico reversus est ad tentoria sua. Sequenti vero estate venerunt Aconum; ubi rex Francorum cum mirabili omnium favore susceptus est, Richardo rege aurarum et ventus intemperie retardato.

Anno gracie 1191. . . . .
Dux Fredericus Suabie, patre suo Frederico imperatore casu non magis miserabili quam mirabili in flumine necato, cum residuo exercitu Teutonicorum, iam corpore deficiens, ad exercitum[b] Francorum ante Aconum applicuit[c] moriturus. . . . . . . Acon capitur; in cuius obsidione mortui sunt incliti principes, quibus meliores secula futura non videbunt. Inter quos eminebant dux Suevorum, Philippus famosus[d] comes Flandrensis. Teobaldus[e] comes Blesensis, Henricus[f] comes Barrensis, Iacobus dominus de Avennis. Comitum[g] vero aliorum[d] ibi defunctorum[h] fuit numerus decem et octo. Principum, baronum et aliorum militum non fuit numerus. . . . . . .

Anno gracie 1193. Interea cum constaret per Franciam de morte Philippi comitis Flandrensis, Willelmus[i] venerabilis Remorum archiepiscopus, cuius tutele rex, nepos eius ex sorore, Francie gubernacula commiserat, saisivit Atrebatum, Ariam et Sanctum Audomarum, sicut Philippus comes regi concesserat, cum neptam suam duxit uxorem. . . . . . .

Anno gracie 1195. Symon[1], germanus Henrici ducis Luvanie[k], electus Leodiensis contra voluntatem Henrici regis Germanorum, qui prepositum Bunnensem illi sedi voluit subrogare, Remis de mandato Celestini pape a venerabili Remorum archiepiscopo Willelmo in episcopum Leodiensem est consecratus. Et post octo dies in eadem ecclesia ab eodem archiepiscopo consecratus est Iohannes Cameracensis episcopus, qui Rogero de Waverin successit, avunculo[l] suo. Hic Iohannes fuit decanus Atrebatensis. Symon Leodiensis episcopus, timens Henrici regis Germanorum seviciam, Remis morabatur; ad quem interficiendum missi sunt a perfido rege viri dolosi, qui finxerunt, se regis memorati iram incurrisse, et ob id non audebant in terra et in potestate eius commorari. Sicque virum innocentem deceperunt; qui, non inventa in urbe oportunitate perpetrandi[m] facinoris, spaciandi gratia eum extra urbem eductum proditores interfecerunt. Richardus rex Anglie, destructa Sarracenorum charvanna[n], et muris Aschalone[o], quos[p] ipse fecerat, subversis, revertens per Dalmaciam Ragusiensem, a duce Istrie[q,2] capitur, qui eum Henrico iam inperatori vendidit[r] pro marcis 40000. Nota, quod hoc anno fuit consecratus a papa Celestino in inperatorem. . . . . . .

[Henricus[s] 2003]. Hic est quem superius diximus Germanorum regem. Hic anno Philippi regis Francorum 14.[3] cepit regnare et eiusdem anno 16. obiit. Rex Francorum, cognito per literas inperatoris, Richardum regem ab eo detineri captivum, letus effectus fines Normannorum ingressus, Gizorcium[t] castrum munitissimum faucione Gileberti[u] de Vascolio occupavit, et multa vicina castra capiens, in brevi totam illam Normannie marchiam sue dicioni subiecit. . . . . . .

Anno gracie 1197. Celestinus papa et multi principes Germanie atque Italie graviter tulerunt, regem Anglie ab inperatore detineri, quia peregrinabatur, quando captus fuit; sucgesserunt[v] ei, ut liberum ad sua remitteret. Ipse vero dixit, se exigere ab illo pecuniam qua terram suam, Siciliam[w] scilicet, spoliaverat. Ad hec ait rex Anglie, se dotem sororis sue regi Tanchredo vendidisse, quondam uxoris regis Willelmi. Cum hec agerentur, Elianordis, mater regis Richardi, cum taxato redempcionis precio veniens, eum absolvit a manibus inperatoris et ad Angliam cum gaudio deduxit, et cum maiori a suis est susceptus.

Hoc anno, scilicet anno[x] gracie 1197. obiit Henricus inperator Romanus passione emi-

a) *deest* 2. b) excerc. 2. c) m. a. 2. d) *deest* 2. e) Theob. 2. f) Her. 2. g) Comitorum 2. h) defuct. 1. i) Willemus 2. k) Lunanie 2. l) avulculo 1. m) ĩpetr. 1. n) carv. 2. o) Ascal. 2. p) quas 1. q) Histrie 2. r) vedidit 1. s) *haec des.* 1. t) Gisorcium 2. u) Gisleb. 2. v) sug. 2. w) Cic. 2, *et ita post.* x) Anno Domini 1197. Hoc anno obiit inp. Henr. 2.

1) Albertus potius. 2) Ita pro *Austriae* scripsisse videtur; cf. p. 456, l. 19. 3) Lege: 10.

tricea die dominica 4. Kal. Octobris aput Mecenam civitatem Sicilie; inde[a] delatus ad civi-
tatem Panormum[b], apud Montem-regalem traditur sepulture. Ipso eodem anno circa octa-
vas epiphanie obiit papa Celestinus; cui successit Lotharius, Sanctorum Sergi et Bachi 1198. Ian 13.
diaconus cardinalis, Innocencii nomine alteratus et in crastinum post[1] Reminiscere, 9. scili- Febr. 21.
cet[c] Kal. Marcii, presbyter ordinatus et in cathedra sancti Petri in papam fuit consecratus. Febr. 22.
Innocencius papa 172.

Qui[2] Petro pridem cathedram[d] tibi terminus idem
Prebet et illud idem quod Petrus sumpsit ibidem.

Anno gracie 1198. Otto comes Pictavensis, filius Henrici ducis Saxonum, Richardi regis nepos ex Matilda sorore, procurante Richardo[e] avunculo habundanter expensas, in regem Germanorum est promotus et in inperatorem Romanorum electus. Richardus rex et Baldewinus[f] comes Flandrensis confederati, Philippum[g] regem Francorum inquietant. Rex plurima castra sibi dum in Alemannia moraretur erepta recuperavit. Comes vero Sanctum Audomarum cepit, Atrebatum obsedit, nec tamen cepit. . . . . . .

Anno gracie 1199. . . . .

Philippus dux Suevorum, frater Henrici inperatoris, simulans se non affectare inperium, suasit principibus Germanie, ut nepoti suo, filio Henrici inperatoris, essent[h] in ausilium; et cum ei plurimi assentirent, opposuit se Ottoni, sicque fit longa concertacio inter eos. Et cum prevaluisset pars Philippi, tunc fraudem detexit. Ita ut cunctis pateret, quod non iam pro nepote laboraret, cum se in regem Germanie Aquis fecit sublimare; set nec usquequaque Ottonem perdomuit, cui tamen perpauca relinquebantur[i]. . . . . . .

Anno gracie 1201. Baldewinus comes Flandrensis cum Henrico fratre suo et aliis in- 1202.
numeris in subsidium Terre Sancte profectus est. A Venicianis circumventus[k], in Venecia
cum suis fere per annum moram fecit; ubi per Venedorum maliciam multa sustinuit in-
commoda. Unde multitudo maxima a manibus eorum elapsa, incompleto voto, pudore se-
pulto, ad propria redierunt, dicentes, se usque Venetiam fuisse. Veneciani[l] quoque per 1203.
nostros etiam invitos ulti sunt de hostibus suis Iasiensibus[3], quorum civitatem captam fun-
ditus destruxerunt, unde excommunicacionis sentenciam incurrerunt, de qua absolvi meru-
erunt per subsidium, quod filio inperatoris Constantinopolitani[m] impenderunt. Inperator
vero, pater illius cuius superius fecimus mentionem, a fratre proprio, quem de captivitate
Saracenica[n] redimerat, excecatus, in vinculis tenebatur. . . . . . .

Durante adhuc anno[o] gracie 1208. fit magna profeccio Francorum [et[p]] Flandrensium in partes Constantinopolitanas[q] contra Grecos in ausilium Latinorum. . . . . . .

Hoc adhuc currente anno Philippus, qui contra Ottonem rex Teutonie fuerat consecratus et ipsum ab[r] omni regno fere iam expulsum persequebatur, dum apud Bavenbergensem urbem in domo episcopali diem minucionis sue custodiret, a quodam milite impie est interfectus. Otto, occiso Philippo adversario suo, eius filiam[4] sibi copulavit uxorem et tunc ab Innocentio papa III. declaratus est imperator. Fuit quoque uxor Ottonis ex filia Ysaac imperatoris Grecorum; unde Philippus dux Suevorum, dum viveret, ab Henrico inperatore Constantinopolitano requisitus, ut filiam suam ei mitteret uxorem, respondit: 'Putavitne advena ille, solo nomine imperator, filiam meam habere uxorem, ex utraque parte ex imperatoria stirpe editam, cui etiam orientale et occidentale imperium debetur iure parentum?' Post paululum subridens ait: 'Verum, si me imperatorem Romanum dominum suum velit recognoscere, mitam[s] heredem imperii illi in uxorem'. Nunciis ei respondentibus, se domini sui voluntatem nescire, res est induciata. . . . . . .

Anno gracie 1211. Fernandus alienigena[5], data sibi Iohanna[6], fit comes Flandriarum. Iohanna comitissa Flandrie consanguinea fuit Philippi regis Francorum; Elizabeth[t] mater

a) unde 2. b) Panermum 2. c) *deest* 2. d) catedra 2. e) av. R. 2. f) Balduinus 2 *semper fere.* g) Philipum 2, *et ita deinceps.* h) esset 1. 2. i) relinq̄ 1. k) circonv. 2. l) Veciani 1. m) Costinoplitani 1. n) Sarrac. 2. o) eodem anno 1208. 2. p) *deest* 1. q) Constatin. 1. r) iam ab o. r. f. iam 2. s) *ita* 1. 2. t) Elizabet 2.

1) Lege: *ante.* 2) Eosdem versus v. SS. XXIV, p. 134. 148. 3) Iadera (Zara). 4) Beatricem. 5) Filius regis Portugalliae. 6) Filia Balduini imperatoris; v. SS. IX, p. 330.

sua filia fuit Marie comitisse Canpanie, que fuit soror regis Francorum ex patre Ludovico. Fuit eadem Maria soror regis Anglie ex parte matris Elianordis. Hanc Iohannam sortitus est Fernandus coniugio.

Mai 13. Anno gracie 1212. Henricus dux Brabancie in die ascensionis dominice irrupit in civitatem Leodii, et multis civibus interfectis, bona eorum diripiens, spolia multa inde asportavit. . . . . . .

Nota[a]. Superiori anno hibernis[b] temporibus quidam presbiteri et alii clerici Parisiensis[c] diocesis convicti fuerunt errorem magistri Almarici innovasse, quam etiam defendere presumpserunt; unde iudicio ecclesie presentibus magistris theologis Parisiensibus primo fuerunt a domino Petro Parisiensi episcopo exordinati[d], deinde igne sunt conflagrati, quidam vero inmurati. Inter quos fuerunt precipui Stephanus presbiter parrochialis de Corbolio et magister Garinus eiusdem castri capellanus et magister Bernardus. Nota. Almaricus, cuius supra[e] fecimus mencionem, vir quidem subtilissimus, set ingenio pessimus fuit. In omnibus facultatibus in quibus studebat aliis contrarius inveniebatur. Item sciendum, quod iste magister Almaricus fuit cum domino Ludovico, primogenito regis Francorum, quia credebatur vir esse bone conversacionis et opinionis illese. Magister vero David, alter hereticus de Dinant, huius novitatis inventor, circa papam Innocencium conversabatur, eo quod idem papa subtilitatibus studiose incumbebat[f]. Erat enim idem David subtilis ultra quam deceret; ex cuius quaternis, ut creditur, magister Almaricus et ceteri heretici huius temporis suum hauserunt herrorem. Tercius trux et animarum lanista fidei et honestatis fuit magister Galterus de Muissi, canonicus Lingonensis, magni nominis vir. Hic dominam Blancam comitissam Campanie quesivit ludificare, non tantum anime sue, set proprii corporis contagione; set fraude conperta, qui interpellatus ad audienciam, veritus de iusticia, interposita apellacione Romane sedis, evasit. Item. Notandum, quod magister Almaricus[g], qui sepultus fuerat sepultura christiana, conbustus hereticus, ut superius dictum est, extrahitur[h] a sepultura et canibus expositus est, cuius ossa dispersa sunt per campos. Novissime vero omni[i] Almaricorum hereticorum fuit magister Godinus, qui Ambianie hereticus probatus est et ibidem igne fuit ustulatus. . . . . . .

Hoc ipso anno Otto, qui dudum excommunicacionis sentenciam ab Innocencio papa susceperat, etiam et deposicionis accepit. Suscitatus est etiam Ottoni hostis Fredericus adolescens, Henrici imperatoris filius ex Constancia regina Apulie. Hunc Fredericum misit papa Innocencius ad Magontinum archiepiscopum; qui cum multis sibi faventibus episcopis et aliis principibus reverenter eundem susceperunt. Post paululum vero temporis festinavit rex Francorum ei apud Vallem-coloris[k] super Mosam situm occurrere[l]; sed a Cathalauno[m] revertens, filium suum Ludovicum cum multis regni proceribus, ut ei confederaretur, transmisit; ubi confederacio inter eos iuramento est confirmata. Hugo de Petroponte[n] episcopus Leodiensis in ulcionem iniurie sue et sancto Lamberto illate[o], congregato exercitu copioso, cum duce Brabantino[p] conflixit et superavit et hostium multitudinem interfecit, quorum cadavera in monte de Staplis inhumata canibus et avibus fuerunt exposita et corrosa, tandem, vix permittente episcopo quibusdam abbatibus de terra ducis, sepulture sunt tradita[1].

Anno Domini 1213. Philippus rex Francorum legittimam coniugem suam Ingelburgen recepit in gratiam, defuncta prius illa quam de Alimannia superduxerat[2], que regi peperit filium, sibi scilicet equivocum[q], Philippum. Suscepit etiam ab eadem filiam[3], quam Philippus comes[r] Namucensis accepit uxorem; quo etiam mortuo, nupsit[s] Henrico duci Luvanie. Huius ducis filia[4] ex prima coniuge uxor fuit Ottonis imperatoris. Philippus rex in ramis

Apr. 7. palmarum procerum concionem Suessionis convocavit; ibique tractatum est de ducendo exercitu in Angliam, quod sub zelo rectitudinis[t] posse fieri arbitrabantur. Invitaverant enim barones Anglie regem Francorum contra regem suum Iohannem, Deo odibilem et suis omnibus invisum propter tirannides et impuritates, quibus regnum suum polluerat. Prepa-

a) *deest* 2. b) yb. 2. c) Pariensis 1. d) exod. 1. e) superius 2. f) incomb. 2 g) Almor. 2. h) extraitur 2. i) *ita* 1. 2; omnium? k) Valemc. 1. l) ei o. 1. 2. m) Chath. 2. n) Peîponte 1; Peroponte 2. o) illare 2. p) Brabatino 1. 2. q) equivacum 1. r) come 2. s) nupsit 1. t) retit. 1.

1) V. Ann. Rein., SS. XVI, p. 670. 2) Maria. 3) Mariam. 4) Maria ex uxore Mathilde.

rata vero post[a] pascha navium multitudine, armis etiam et aliis victui[b] necessariis munita, 1213.
supervenientes quidam a rege Anglie missi, docti ad prelium navale, totam illam navium
multitudinem fere, nunc multas, nunc plures, tandem septingentas insimul abduxerunt a
portu Flandrie Dam[c]. Paucam quoque[d] residuam navium iussit rex in ira et indignacione
in vigilia penthecostes[e] flammis[f] comburi. Villam etiam ipsam iussit redigi in favillam. Iun. 1.
Suspectos vero habebat indiginas rex, nutibus et signis consiliisque occultis Anglos iuvasse
irruentes; Franci namque a Flandrensibus habebantur exosi cum ipso rege eorum, qui,
comite Fernando[g] absente, Flandriam peragravit, totam sibi subponens, nec tamen sine
multa strage suorum peditum quidem et ignobilium personarum. Rex vero, acceptis obsidibus a Flandrensibus, reversus est in sua. Fernandus quoque, perditis duobus castris,
Sancto scilicet Audomaro et Aria, que filius regis occupaverat, amissa etiam regis gratia,
eo quod donaria a rege Anglorum receperat, in Angliam a facie regis fugiens et regi Anglorum confederatus, reversus, totam fere Flandriam sine multa dificultate[h] recepit, et insuper
urbem Tornacum, ad regem pertinentem, cepit, cuius partem non modicam incendio concremavit. Facta est ergo inter regem et Fernandum comitem concertacio longa, rege Anglie
in usus guerre[i] comiti[k] expensas largiter procurante. . . . . . .

Currente adhuc anno eodem hoc[l] anno gracie 1213, mense Februario Iohannes rex
Anglie cum multitudine copiosa suorum applicuit in parte Pictavie, que numquam ab eo
disciverat nec ab adversariis suis poterat expugnari, cum etiam, rege Iohanne a facie regis
Francorum fugiente in Angliam, rex Francorum sibi Normanniam, Cenomanniam, Andegaviam, Pictavie partem maiorem cum ipsa civitate Pictavorum subiceret. Aquitania, ceteris
licet ab eo remocior, ab ipso numquam recessit. Rex igitur Iohannes, ut dictum est, ad
Aquitaniam post annos[m] decem revertens, 15. scilicet anno[n] regni sui, sategit perdita recuperare. Rex vero Francorum filium suum Lodovicum[o] cum exercitu misit contra illum. Ipse
vero rex, viribus collectis, Fernando comiti Flandriarum et eius fautoribus se opponebat,
et ubique regi Francorum provenit victoria. Circa hec tempora Bernardus de Lippe, miles
armis strenuus et exercitatus, post multos claros triumphos de hostibus infirmatus nervorum contracione[p], monachatur in ordine Cisterciensi, cum quo post convalescenciam a
Magontino[q] archiepiscopo est dispensatum, ut per inferiores ordines ascendens[r] in sacerdotem promoveretur. Nec mora, de precepto domini pape ordinatur predicator Livonie.
Livonia[s], ritibus gentilium hucusque detenta, per predicatores de novo ad fidem est conversa; ubi memoratus Bernardus predicavit et electus est in episcopum. Interim unus filiorum
suorum[1] electus est in Ultraiectensem[t] episcopum et consecratus; a quo Bernardus pater
suus elegit episcopus consecrari. Alter vero filius eius electus est in Monasteriensem epi- 1218.
scopum[2]; qui ab eodem patre suo est benediccione episcopali consecratus. Hermannus[u],
tercius filius Bernardi, princeps tocius christianitatis[v] Livonie constitutus est[3], primogenito
fratre hereditatem patris, scilicet de Lippe, gubernante. Due vero filie[4] Bernardi sepedicti
benedicte fuerunt in abbatissas ob vite sue meritum et religionis exemplum.

Anno gracie 1213. . . . .

Eodem tempore, scilicet 4. Nonas Iulii, venit Otto rex Germanie Valencianas[w] in ausilium 1214.
Fernandi. Otto vero, licet eum papa pridem ab inperio pronunciasset depositum, inperatorem nichilominus se gerebat, et a multis habebatur augustus. Philippus rex Francorum
anno regni sui 35. bellum conmisit cum Ottone, qui in ausilium Fernandi venerat, die dominica, 6. Kal. Augusti non longe a civitate Tornaco, iuxta villam quam appellant Bovinas;
ubi victoria cessit regi Francorum Philippo, captis in conflictu bellico viris 140 nobilibus.
Inter quos erant comites quatuor, quorum precipuus fuit ipse autor[x] belli Fernandus Flan-

a) p. p. *des.* 2. b) n. v. 2. c) Dan 2. d) vero 2. e) petec 1. f) flamis 1. g) Fernado 1; abs. F. 2. h) *ita* 1. i) gurre 1. k) e. c. 2. l) h. a. gr. *des.* 2. m) d. a. 2. n) r. a. 2. o) Lud. 2. p) *ita* 1; contratione 2. q) Magut. 1. r) asend. 1. s) Lyv. 2. t) Ultraiecsem 1; Ultraiersem 2. u) Hermanus 1. v) christiatatis 1. w) Valencias 1. x) *ita* 1; auctor 2.

1) Otto a. 1215; cf. Ann. Stad., SS. XVI, p. 360. 2) Gerhardus Bremensis archiepiscopus electus a. 1219; cf. Scheffer-Boichorst, Mag. Iustini Lippiflorium p. 91. 3) Haec falsa sunt. Hermannus filius primogenitus patri successit; nullus filius, sed ipse pater princeps christianitatis Livoniae dici potest. 4) Quatuor filiae abbatissae fuerunt.

1214. drensis, Reginaldus Boloniensis, Willelmus Salesbriensis, et quidam[1] qui stipendia sequens cum Ottone venerat ex Germania. Rex igitur, ut dictum est, gloriose victoria potitus, in sua remeans, Reginaldum comitem Boloniensem in arta custodia Perone reliquid compeditum; Fernandum vero graviter plagatum secum ducens Parisius, ibique exceptus est cum triumpho. Indeque contra regem Anglorum Pictaviam properans, intra mensem reversus est, treugis usque in quinquennium inter eos firmatis.

Virginis a partu post annos mille ducentos
In quarto decimo fit Francia leta triumpho.

Hoc tempore magister Robertus de Curcim[a], presbyter cardinalis Sancti Stephani in monte Celio, missus a papa Innocencio pro subsidio Terre Sancte predicare per regnum Francorum: hic, habitis conciliis, multa contra dignitatem prelatorum et consuetudines capitalium ecclesiarum attemptavit[b]. Tandem apud Bituricas cum se sensissent gravari, interposuerunt appellacionem, et sic statuta cum concilio, quod ibidem celebrare ordinaverat, irritaverunt. Multi etiam alii a domino papa ad alias naciones missi ad predicandum pro subventione Terre Sancte multos sancte crucis characthere[c] munierunt. Inter quos erant precipui rex Hungarie, dux Istrie[d, 2], Willelmus Hollandie, Albericus presul Remensis, Walterus dominus de Avennis. Ipso adhuc anno manente, Fredericus Apulus rex Sicilie, qui morabatur in Suevia, audiens, quod Otto, eius adversarius, a Francis sine victoria remeasset, exercitu collecto, Aquisgranum obsedit. Consumptis[e] ibidem frustra diebus multis, cum gravi dampno exercitus sui, famem tandem ulterius non sustinens, vix in propria se recepit. . . . . . .

Anno gracie 1215. Otto quondam imperator propter victoriam apud Bovinas a Deo sibi denegatam fortune cedens, patrimonio suo contentus, animum tamen ab imperio non deposuit. Defecerant ab eius ausilio qui eius credebantur amici, quorum sequitur et favor pecuniam et fides fortunam[f]. Fredericus Appulus[g] Aquisgranum revertens, unde cum dedecore necdum finito anno recesserat, sine multa difficultate castrum obtinuit, ubi 8. Kal. Augusti in regem Germanorum sublimatus, mox de honore percepto Deo gratias solvens, pro subvencione Terre Sancte signum crucis assumpsit[h], cum aliis profecturus. Hoc anno mense Septembri multi nobiles viri, tam Flandrenses quam Brabancii, profusa regis Anglorum stipendia sequentes, in eius auxilium in Angliam transire[i] volentes, passi[k] naufragium submersi sunt. Similiter fuit de Hugone de Bova. Barones vero confortati dixerunt: 'Manus Domini manifeste est contra regem nostrum'. Timentes tamen de regis sui viribus, per internuncios de ferendo sibi auxilio Lodovicum, primogenitum regis Francorum, interpellaverunt, promittentes ei tocius insule monarchiam, Iohanne rege expulso. Acceptis ab eis obsidibus, multitudinem militum eisdem delegavit. Hoc eodem anno, mense Novenbri celebratum est Rome concilium[l].

Anno ab[m] incarnatione Domini 1215. Celebrata[3] est sancta et universalis sinodus Rome in ecclesia Salvatoris que Constantiniana vocatur mense[n] Novenbri, presidente dompno Innocencio papa III. pontificatus eius anno 18. In qua fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Ierosolimitanus[o]; Anthiocenus autem gravi languore detentus, venire[p] non potuit, set misit pro se vicarium Anderadensem episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem[q] et metropolitani 71. Ceterum abbates et priores ultra octingentos. Archiepiscoporum vero, episcoporum, abbatum, priorum et capitulorum absencium non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Sicilie in Romanorum inperatorem electi, inperatoris Constantinopolitani, regis Ierosolimitani, regis Francie, regis Cipri, regis Anglie, regis Hungarie necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum et aliorum locorum ingens fuit multitudo. In hac

a) Corszon 2. b) ateptavit 1. c) car. 2. d) Histrie 2. e) consuptis 1. f) formam 1. 2. g) Apul. 2. h) assupsit 1. i) t͡rassire 1; tr. in A. 2. k) passa 1. l) cocilium 1. m) ab inc. *des.* 2. n) mese 1. o) Ioros. 1. p) vin. 1. q) vero 2.

1) Teklenburgensis. 2) Aut dux Austriae intelligitur (cf. p. 452, n. 2), aut Otto dux Meraniae. 3) De hac longe propagata concilii notitia v. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 512.

sinodo fuit presens Reimundus[a] comes Tolose, qui obtulit se stare iudicio ecclesie, quod esset fidelis. Set clamantibus contra eum episcopis Gocie cum Widone[b], fratre comitis Montis-fortis[c], qui privilegia ipsius pape allegavit, quibus terra comitis fratri suo fuerat confirmata. Unde factum est, ut comes Sancti Egidiensis[d] tamquam manifestus hereticorum fautor abiudicatus est; terra vero comiti Montis-fortis[c] est confirmata. In hac etiam sinodo invenit dominus Gervasius abbas Premonstratensis coram domino papa gratiam multam, que maxime apparuit in tribus, quorum primum fuit, quod dominus papa per eum obtulit ordini cui ipse prefuit cenobium Sancti Quirici, quod in diocesi Reatina situm est, monachis inde amotis, qui infames extiterant; secundum vero fuit, quod dominus papa per eum vicesimam ordini Premonstatensi, que ab aliis ordinibus exigebatur[e], relaxavit; tercium, quod nec ipse papa nec aliquis cardinalium[f] ab eo aliquod munus accipere voluit. . . . . . .

Anno gracie 1217. . . . .

Apud urbem quam Lincolnium[g] vocant ceduntur milites domini Lodovici ab adversariis, et ibidem ipso die plus quam 300 milites amisit. Inter quos cecidit inclitus comes et illustris indolis Tomas[h] de Pertico, qui fuit ex sorore[1] Ottonis aliquando Romanorum inperatoris, tam Francorum regis quam Anglorum consanguinitate propinquus. . . . . . .

Anno gracie 1218. . . . .

In Frisia subita aquarum inundacione modico noctis spacio perierunt plus quam 8000 hominum.

Anno gracie 1219. Brucardus[i] et Wido, fratres Walteri domini de Avesnis, clandestina bella Iohanne comitisse Flandrie moventes, ab eius satellitibus capiuntur, et Widone nequiter occiso, Bruchardus[k] vulneratus arte custodie mancipatur. Hic ex clerico et cantore Laudunensi arma capescens militaria, sororem comitisse Flandriarum[2], eius fidei et tutele commissam, oblito omni iure legali, sibi federe coniugali consanguineam copulavit, forte arbitratus, per eam aliquam partem hereditatis posse adipisci. . . . . . . Terra hoc anno parce dedit fructus pro malicia inhabitancium in ea. Gelu itaque solito tempestius[l] facto, Nonis scilicet[m] Octobr., uvas fere ad maturitatem perductas exinanivit et amaricavit, ita ut vinum ex eis eliquatum acidum fieret et odiosum. In quo facto vaticinium Isaie videmus impletum: *Luxit vindemia, infirmata est vitis. Cum cantico non bibent vinum. Amara erit* Es 24, 7. 9.
pocio bibentibus illam[n].

a) Reimondus T. c. 2. b) Guid. 2. c) Motisf. 1. d) Egidii 2. e) exhig. 2. f) cardinalis 2. g) Lincolinum 2. h) Thom. 2. i) Bruchardus et Guido 2. k) Bruchadus 1. l) tempestatis 2. m) *deest* 2. n) *ita desinunt* 1. 2

1) Mathilde, quae nupsit Godefrido comiti Perticensi. 2) Margaretam; cf. SS. IX, p. 308; Albricum a. 1216, SS. XXIII, p. 905.

EX CHRONICO S. MARTINI TURONENSI.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Canonicus quidam[1] *ecclesiae S. Martini Turonensis anno* 1225.[2] *chronicon sic composuit, ut Roberti Altissiodorensis librum cum continuatione altera in epitomen redigeret, inter plagas ex illo excerptas vero multa alia, maxime de historia dioeceseos et civitatis Turonensis, praecipue ecclesiae S. Martini insereret. Roberti praefationem hic integram suo operi praefixit, praeterquam quod inter auctores, quos ille sibi usui fuisse dicit, Gregorium Turonensem adiecit, deinde pro Senonensibus archiepiscopis Turonenses se notasse scripsit*[3]. *Hos invenit in catalogo quodam ab editore dicto Chronico archiepiscoporum Turonensium*[4]. *Praeter hunc et Gregorii historiam ecclesiasticam et Miracula S. Martini exscripsit Sulpicii Severi Vitam S. Martini, Libellum de reversione S. Martini, Gesta regum Francorum, Gilberti chronicon pontificum et imperatorum, cuius codicem recensionis D habuit*[5], *Petri Bechini chronicon*[6], *Einhardi Vitam Karoli Magni et Annales, Turpinum, Hugonis Floriacensis Historiam Francorum brevem*[7], *Gesta consulum Andegavensium*[8], *chartas necnon ut videtur annales deperditos S. Martini*[9]. *Anno* 1227. *librum iterum edidit, res duobus annis post primam editionem gestas et nonnulla sub praecedentibus annis addens. Usque ad a.* 1219. *plurima quae ad historiam imperii vel pontificum pertinent ex Roberti libro eiusque continuatione vel aliis quae enumeravimus chronicis ex-*

1) Salmon, 'Recueil de Chroniques de Touraine' p. XVIII sqq., suspicatus est, auctorem chronici esse Paganum Gatinelli, canonicum S. Martini eius temporis, quem rei litterariae operam dedisse constat. Quod quidem facile concedi, sed adhuc certius comprobari non potuit. — In cod. Parisiensi nr. 4991. legitur: *A. D.* 1570. *Paschasius Robinus Delphius Andegavus Gesta comitum Andegavensium priscorum perquirebat, cum tandem hi annales per annos digesti a quodam Iohanne monacho Maioris-monasterii, ut alia exemplaria probant, in manus illius forte venerunt. Pascal Robin Dufaux* 1570 (cf. 'Hist. litt.' XXI, p. 679). Iohannes monachus Maioris-monasterii quidem Gesta comitum Andegavensium composuit, sed auctor huius chronici non fuit monachus Maioris-monasterii. 2) Dicit quidem de Friderico II. a. 1220. imperatore coronato: *Non tamen ad presens imperiali benedictione munitus.* Sed quae praecedunt et sequuntur ex Rob. cont. — 1219. exscripta sunt, et mox ipse Fridericum appellat imperatorem, ut haec temerarie forte ex Cat. imp. descripsisse videatur. 3) *De Orosio quidem, Gennadio, Cassiodoro, Gregorio Turonensi, Hugone Floriacensi aliisque diversis nonnulla interdum excipere et suis locis ea curavimus adaptare. Turonenses preterea archiepiscopos notavimus, sed minus quidem ordinate, quia annos eorum et gesta minime potuimus invenire.* Praeter ea quae litteris latius positis expressa sunt, omnia sunt verba Roberti; v. supra p. 227. 4) Ap. A. Salmon l. l. p. 201 sqq. 5) SS. XXIV, p. 119. In duobus codicibus Chronici Turonensis, quos infra afferemus, Cheltenhamensi nr. 1852, f. 23—29, et Parisiensi nr. 4991, f. 18′ sqq., Gilberti chron. rec. D exstat. — In eisdem f. 29′. et f. 22′. etiam Chron. archiep. Turon. modo memoratum continetur. 6) De quo v. infra. 7) Duchesne, Hist. Franc. script. III, p. 334—346. editam, ex qua nonnulla Actibus modernorum regum eiusdem, SS. IX, p. 377, subnotata sunt, cum pleraque cum eisdem conveniant. 8) Huius libri narrationes saepe, verba perraro cum nostro conveniunt. 9) Nimis contra chronologiam peccavit, modo res annis arbitrarie supponens, modo falsa annorum imperatorum et regum computatione instituta, ordinem temporum turbavit.

scripta sunt, quae omisimus, pauca ipse addidit, licet de rebus in Turonia gestis iam ab a. 1200. *circiter multa notatu valde digna apud eum inveniantur; denique vero annorum* 1220—1227. *historiam ipse tam luculenter, tam accurate, tam optime instructus enarravit, ut vix aequalem in regno Francico huius temporis relationem invenire possis*[1]. *Ex his plura quae ad rem nostram faciunt colligenda erant.*

Codices adhibuimus:

1) *Cheltenhamensem bibl. Phillippsianae nr.* 1852 *(olim Collegii Soc. Iesu Clarimontis Paris., tunc Meermanni), mbr. in* 4°, *saec. XIII, qui f.* 40—265[2]. *alteram editionem chronici, a.* 1227. *desinentem, continet.*

1[a]) *Parisiensem Lat. nr.* 4991, *mbr. saec. XIV, qui iam sub a.* 1219. *desinit, ultimo quaternione et duobus aliis (f.* 137—144. *et f.* 153—159) *deperditis. Cum vero eadem ac in cod.* 1. *chronico praecedant, haud dubie alteram editionem —* 1227. *praebuisse putandus est.*

2) *Bernensem nr.* 22 *(olim Bongarsii), mbr. fol., saec. XIII. ex., qui f.* 13 —140.[3] *primam chronici editionem, a.* 1225. *desinentem praebet*[4].

Codices 1. *et* 1[a]. *V. I. Waitz, Bernensem ipse exscripsimus.*

Maximam partem chronici Martene et Durand, Coll. V, col. 917—1072, *ex codice* 3. *ediderunt, lacunas eius locis cod.* 1, *quos Careau eis obtulit, explentes. Excerpta ex hac editione et apographo Meermanniano codicis* 1. *impressa sunt SS. R. Gall. X, p.* 280; *XI, p.* 346; *XII, p.* 461; *XVIII, p.* 200[5]. *Quae ad historiam Turoniae spectabant denuo edidit Salmon l. l. p.* 64—161, *codicibus* 1 *et* 1[a] *praesertim, sed parum accurate, adhibitis.*

In codice Cheltenhamensi f. 1—12. *et Parisiensi f.* 1—9'. *exstat tenuissima et ieiuna epitome chronici S. Martini, ab editore, Salmon l. l. p.* 162—200, *dictum Chronicon S. Martini abbreviatum. In illo vero codice exigui annales diversis manibus additi sunt, et quidem f.* 12. *altera manu a.* 1228—1251, *f.* 36'. *tertia manu a.* 1256—1292, *f.* 37. 38. *diversis manibus a.* 1294—1337, *ex quibus paucas notas appendicis loco damus.* *O. Holder-Egger.*

. . . .

Anno Constantini 28, regni Karoli tercio[a], tenuit Karolus synodum apud Garmaciam[b], et frater eius Karlomannus Bertam reginam duxit in uxorem. De ista Berta dicitur, quod vela telarum innumera contexuit et filavit. Hec enim post mortem suam in abbatia Bone-vallis sepulta est. . . . . . . Cf. A. Einh. 770.

Anno ab incarnatione Domini 791. et Hyrene 9. et Karoli 24. erant adhuc monachi in ecclesia beati Martini Turonis[c] sub Yterio abbate, in cuius ecclesie dormitorio[d] duo angeli ingressi sunt; unus extendebat indicem, et alter monachum quem ille ostenderat percuciebat; quorum unus, qui hec vigilans viderat, solus evasit, dicens angelo: 'Adiuro te per nomen omnipotentis Dei, ne me percucias'. Monachi illi, ut refert sanctus Odo, nimis deliciose vivebant et sericis vestibus induebantur, calciamenta enim[e] erant vitrei coloris. Quibus ita mortuis, Yterius[f] abbas cum residuo monachorum, quos deforis adduxit, apud Cormariacum[6], quam ecclesie beati Martini dederat, transivit cum tercia parte reddituum[g] et thesauri ecclesie beati Martini; nec multo post Karolus auctoritate Adriani pape canonicos in ecclesia beati Martini posuit et eis magistrum suum Albinum, id est Alchoinum, prefecit. . . . . . . Rob. Petr Bech. Rob.

a) *in ras.* 1. b) Garmatiam 1[a]. c) *sic* 1. d) dormiterio 1[a]. e) ā 1. f) Iterius *hoc loco* 1. g) redit. 1[a].

1) Quare Guillelmus de Nangiaco Ludovici VIII. Gesta ex hoc potissimum libro conscribere potuit, ex quo et in Chronico permulta excerpsit. Hoc iam vidit Brial, SS. R. Gall. XVIII, p. 291. 2) Quae chronico praecedunt v. Salmon l. l. p. XXXIV. 3) Quae praecedunt v. Hagen, Catal. cod. Bern. p. 13 sq. 4) Codex in Arvernia exaratus esse videtur, cum f. 139'. bis a duabus manibus scripta sint: *Anno Domini* 1318. *visus fuit a multis pullus galline habens quatuor pedes aput Magenciacum in Arvernia Clarimontis dyocesis.* Huius codicis apographum saec. XV. continet codex Vaticanus Ottobonianus nr. 750 (cf. 'Arch.' XII, p. 763). Nam nota de eclipsi lunae a. 1281, quae ibi addita est, etiam in hoc legitur: *Anno gracie* 1281. *die dominica ante festum beati Egidii luna existente* 14, *fuit eclisis lune ita.* 5) Ibi primo de compositione et pretio libri bene actum est. 6) Cormeri (dép. Indre et Loire).

796. Anno[1] Constantini 5. et[a] Karoli 29. posuit Karolus canonicos in ecclesia beati Martini Turonis auctoritate Adriani pape et eis, sicut superius dicitur, Alchuinum prefecit. . . . . . .

Rob A Einh 800 Anno Hyrene[b] 2. et Karoli 33. Geroldus dux Baioarie in Pannonia perimitur. Karolus autem causa orationis Turones[c] ad Beatum Martinum venit et ibi per aliquot dies moram fecit propter infirmitatem Legarde, uxoris sue, que ibi mortua est pridie Nonas Iulii et in ecclesia beati Martini sepulta. . . . . . .

Rob. Anno imperii Karoli 4. obiit sanctus Alcuinus abbas Beati Martini[d] et in eius ecclesia sepelitur. . . . . . .

816. Petr Bech. Anno Ludovici 3. Vascones[e] ab eius dominio deciscunt; sed ab exercitu eius edomiti cito resipiscunt. Tunc[2] Ludovicus imperator dedit ecclesie Beati Martini Turonensis[f] Adrisiacum, nonas et decimas dominicalium rerum, et quod canonici teloneum vel aliam consuetudinem non reddant, et quod habeant 12 naves quitas per flumina regni et terciam partem oblationum ecclesie sue, ita quod cera et oleum et alia sepulcro neccessaria remanerent[3]; et quod monachi Cormariacenses[g] non possint eligere abbatem[h] sine consensu canonicorum Sancti Martini Turonensis, inmo sint ei subiecti; et quod canonici[i] ex se ipsis eligant abbatem suum[4]. . . . . . .

901. Anno Arnulphi 11. et Karoli regis[k] 9. reddidit idem Berengarius rex[l] res Ytalie ecclesie beati Martini Turonensis ea conditione[m], quod in feriis ad matutinas: *Domine, ne in furore,* ad vesperas: *De profundis,* ad completorium[n]: *Domine exaudi,* pro se et pro suis successoribus dicerentur[5]. . . . .

987. Rob. Anno[o] Othonis 5. et Ludovici regis Francorum 1. iste Otho, a Iohanne papa ad imperium coronatus, reddidit Beato Martino res que ei ablate fuerant in Ytalia[6]. . . . . . .

. . . . Karolus Magnus genuit Ludovicum Pium imperatorem, Ludovicus genuit Lotharium imperatorem, Lotharius genuit Ludovicum imperatorem, Ludovicus genuit Karolum Crassum imperatorem. Quo mortuo sine herede, Hernulfus imperator, filius Karlomanni, filii Ludovici regis Germanie, fratris Karoli Calvi, imperium habuit et genuit Ludovicum imperatorem. Ludovicus genuit duas filias Placidiam et Mathildam, quarum primogenitam dedit Corrardo, filio Corrardi comitis, qui post eum imperavit; et aliam dedit Henrico, filio Othonis ducis Saxonie[7]; qui, mortuo Corrardo imperatore et Placidia, uxore eius, sine herede, imperavit cum Mathilda uxore sua, et ex ea genuit Othonem primum, qui post eum imperavit, et duas filias, Gerbergam, uxorem Ludovici Transmarini regis Francorum, matrem Lotharii regis et Karoli ducis, et aliam Havidim nomine, uxorem Hugonis Magni Parisiorum comitis et ducis Francorum, matrem istius Hugonis Capet, qui ita descendit de progenie Karoli Magni. . . . . . .

1056. Anno Henrici imperatoris 17. . . . . . . Tunc Guillermus dux Normannie Matildem, filiam Baldoini comitis Flandrie, duxit in uxorem in hunc modum: Cum ipsa a patre suo de sponso recipiendo sepius rogaretur, eique Guillermus dux Normannie a patre, qui eum longo tempore nutrierat, pre aliis laudaretur, respondit, nothum nunquam recipere se maritum. Quo audito, Guillermus[p] dux clam apud Brugis, ubi puella morabatur, cum paucis accelerat eamque regredientem ab ecclesia pugnis, calcibus et calcaribus verberat et castigat; sicque, ascenso equo, cum suis in suam patriam remeat. Quo facto, puella dolens in[q] lectum decubat; ad quam pater veniens, illam de sponso recipiendo interrogat et requirit; que respondens dixit, se nunquam habere maritum nisi Guillermum ducem Normannie[8]; quod et[r] ita factum est. . . . . . .

Rob Rome post Victorem Urbanus contra Henricum imperatorem in papam electus. Nam Henricus imperator et maxima pars cardinalium et universi de imperio quendam elegerunt, quem Paschalem vocaverunt, regno Anglie eis favente; pars vero cardinalium Urbanum elegit. Qui non multo post Franciam veniens, a rege Francie necnon et regni primatibus tanquam pater et papa suscipitur, ab eisque Paschalis respuitur et tanquam scismaticus[s] excomunicatur; et in fine Paschalis quassatur, et Urbanus ab universali ecclesia approbatur[t, 9].

Anno[u] Domini 1096. et Henrici imperatoris 40. et Philippi regis 36. Urbanus papa

a) *deest* 1a. b) Yrene 1a. c) Turon' 1. d) *in ras.* 1. e) Gasc. 1a. f) *deest* 1a. g) Cormaricenses 1a. h) abbatem — eligant *des.* 1a. i) *post* canon. *quaedam erasa* 1. k) *in ras.* 1. l) *sequentia in loco raso scr.* 1. m) condictione 1. n) complect. 1a. o) *haec cum praecedentibus et sequentibus in loco raso scr.* 1. p) W9 *h. l.* 1. q) ad 1a; in l. *in ras.* 1. r) et *deest* 1a. s) scimaticus 1. t) aprob. 1a. u) *haec des.* 1a, *foliis* 137—144. *excisis.*

1) Petr. Bech. dicit: *Anno regni Karoli* 28. *iam erant canonici apud Sanctum Martinum Karolus dedit Beato Martino Solarium et alias res Italiae.* 2) Petr. Bech. ad a. 816. sic: *Lodovicus dedit Beato Martino Adrisiacum.* 3) De diplomate inedito (a. 816, Aug. 30) refertur Böhmer-Mühlbacher, Reg. Kar. nr. 612. 4) Cf. dipl. ibid. nr. 690. 5) A. 896, Febr. 15. Cf. E. Mabille, 'La Pancarte Noire de St. Martin' p. 127. nr. CXV. 6) A. 998, Mai 1. Ibid. p. 74 sq. nr. XXIV. XXVI. 7) De hac fabula a Guillelmo de Nang. exscripta v. Waitz, 'Jahrb. Heinrich I.' p. 18, n. 3. Eandem secutus dicit noster supra de Conrado I: *Hic Corrardus habebat filiam primogenitam Ludovici imperatoris, et ob hoc habuit imperium.* 8) Eandem fabulam copiosissime narrat Phil. Mouskes v. 16902 sqq. 9) Haec falsissima esse, non monendum est.

apud Turones[a] mense Marcio concilium congregavit et ecclesiam Maioris monasterii dedi- 1096.
cavit et in media quadragesima in ecclesia beati Martini more Romano corona palmarum Mart. 23.
se coronavit et ibi missam ad altare dominicum celebravit.* Post in ramis palmarum com- Apr. 6.
busta est ecclesia beati Martini cum omnibus ornamentis, que in adventu pape extracta
erant a thesauro, et claustrum simul; et ob hoc mandavit papa omnibus, quod in remissio-
nem peccaminum isti ecclesie subvenirent. . . . . . .

*) *Libet hic annectere locum ex Historia comitum Andegavensium, quam Fulco Rechin IV. comes Andegavensis a.* 1096.[1] *conscripsit, edita primo ap. D'Achery, Spicil. X, p.* 392; *ed.* 2. *III, p.* 232; *deinde ap. Marchegay et Salmon, 'Chroniques d'Anjou' p.* 375 *sqq.; quorum editionem p.* 380 *sq. sequimur:*

In fine[2] cuius anni appropinquante quadragesima venit Andegavim papa Romanus Urbanus et am- 1096. Febr.
monuit gentem nostram, ut irent Ierusalem expugnaturi gentilem populum, qui civitatem illam et totam
terram christianorum usque Constantinopolim occupaverant. Tunc in septuagesima[3] dedicata est Febr. 10.
ecclesia sancti Nicholai ab ipso papa, et corpus avunculi mei Gosfridi[4] translatum de capitulo in
eamdem ecclesiam. Constituit etiam idem apostolicus et edicto iussit, ut in eodem termino quo
dedicationem fecerat indictum publicum celebraretur unoquoque anno apud Sanctum Nicolaum,
et septima pars poenitentiarum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur. Unde
discedens, Cenomanniam venit et inde Turonum; ibique datis venerabili concilio[5] decretis, media Mart. 23.
quadragesima coronatus est et cum sollemni processione ab ecclesia sancti Mauricii ad ecclesiam
beati Martini deductus; ubi mihi florem aureum, quem in manu gerebat, donavit, quem ego
etiam ob memoriam et amorem illius in Osanna semper mihi meisque successoribus deferendum Apr. 6.
constitui. Post cuius decessum in proxima die palmarum ecclesia beati Martini concremata est[6]. Apr. 13.
Ipse autem papa pervenit Sanctonas ibique pascha celebravit. Sequenti autem aestate ex prae-
cepto eius inierunt iter Ierosolimitanum non solum populi, sed etiam duces populorum, quorum
nomina ad evidentiam posterorum hic annotata sunt: Hugo Magnus, frater Philippi regis Gallo-
rum, Rotbertus dux Normannorum, Rotbertus comes Flandriae, Raimundus comes de Sancto
Egidio, Stephanus comes Blesiensis, filius Teothbaldi, Godefredus Lotharingorum et frater eius
Eustachius comes Boloniae, quorum societati Podiensis episcopus est adiunctus, multique alii
magnae virtutis proceres et episcopi, quorum nomina ad nostram notitiam minime pervenerunt.
Quorum exercitus in exordio tanti itineris quoscumque Iudaeos inveniebant aut ad baptismum
compellebant aut morte praesenti destruebant.

In Chron. S. Martini Turonensis brevi a. 542—1199, *ap. Salmon, 'Recueil' p.* 219. *haec nota:*

Papa Urbanus per septem dies et amplius quibus in Castro Novo *(Turonensi)* moratus est, cotidie solempniter a clero huius ecclesiae in porta thesaurarii recipiebatur, cum visitare veniebat sacrum beati Martini corpus.

Placet et addere partem narrationis 'De dedicatione ecclesiae Maioris monasterii' S. Martini Turonensis[7], *quam monachus quidam eiusdem monasterii statim conscripsit. Edita est ex ignoto codice a L. Bochel post Gregorii Turon. hist. eccl. II, p.* 225 *sqq.; Mabillon et Ruinart, 'Ouvr. posth.' III, p.* 386; *Salmon, 'Recueil' p.* 338 *sqq.* 1096. Mart 10.

Anno[8] ab incarnatione Domini 1095, sexto Idus Martii, luna 15, epacta 23, concurrentibus 2, qui
est annus Philippi Francorum regis 37. et Bernardi huius Maioris nostri monasterii abbatis ab ordi-
natione sua annus 13, Urbanus secundus papa, gloriosus et in nullo apostolica dignitate indignus, ab
urbe Roma veniens et sola caritatis gratia Gallias invisens, cum in Claromontano concilio in prae- 1095.
sentia quingentorum ferme patrum, archiepiscoporum scilicet, pontificum et abbatum, ipsis universis
una cum Radulpho Turonensi archiepiscopo acclamantibus et auctorisantibus, privilegia libertatis et
immunitatis — quae ipse papa nobis et coenobio nostro per manus reverendorum fratrum nostrorum
domni Bernardi Remensis cognomento Pontii, tunc prioris nostri, domnique Rangerii, qui postea
presbyter cardinalis sanctae Romanae ecclesiae ac deinde Regiensis archiepiscopus fuit et [in[b] prae-
fato concilio ut archiepiscopus et] cardinalis sedit, ab urbe Roma miserat — auctorisasset anno Nov. 18.
apostolatus sui 8, id est in octavis festi hiemalis beati Martini, tandem pacis et concordiae gratia inter
nos et Turonenses beati Mauricii canonicos, iam tunc decennio nos persequi non cessantes, faciendae 1096. Mart. 3.
monasterio nostro ab eodem visitato, ipsoque ab exiguitate nostra pro tempore competenter
satis, ut decuit, excepto et apud nos diebus septem, non sine multis expensis, repausato sive Mart. 10.
refrigerato, octavo demum adventus sui die, qui est terminus in prima fronte paginae anno-
tatus, dedicavit Deo in honorem sanctae Crucis ac beatissimae Dei genitricis perpetuaeque virginis
Mariae ac sanctorum apostolorum Petri et Pauli necnon et beati Martini maiorem basilicam
nostri huius Maioris monasterii, in qua fratres die[c] noctuque divino servitio incumbunt. Pridie

a) Turon' 1. b) *uncis incl. des. ed., inserui ex Libro de recommendatione provinciae Turonicae p.* 314. c) diu *ed.*

1) Ipse dicit, se 28 annis post (a. 1068) fratrem Gos-
fridum devictum comitatum Andegavensem tenuisse,
cum librum conscripserit; sed in fragmento historiae
servato etiam res a. 1097. narrantur. 2) Annum
a paschate orditur. 3) Cf. Ann. S. Albini, SS. III,
p. 168. 4) H. Martelli comitis Andegavensis.
5) A quo Fulco iussus est, Gosfridum fratrem captum
dimittere; cf. Order. Vital. IX, 4. Etiam de peccato
Philippi regis, qui Bertradam uxorem Fulconis ab-
duxerat et sibi copulaverat, actum est. 6) Petr.
Bech. falso ad a. 1097: 8. *Idus Aprilis combusta
est ecclesia beati Martini cum Castro.* 7) Mar-
moutier. Quam ne confundas cum ecclesia S. Martini
collegiata, cave. 8) Maxima pars huius narrationis
ad verbum transscripta est in libro 'De commen-
datione provinciae Turonicae' a monacho quodam
Maioris monasterii post a. 1208. conscripto, ap. Sal-
mon p. 314 sqq.

Rob. Anno Domini 1159. et Frederici[a] imperatoris 7. et Ludovici regis 22. obiit Adrianus papa; quo mortuo, cardinales[1] pro electione facienda in beati Petri ecclesia convenerunt, et pluribus nominatis, omnes unanimiter, excepto Octoviano, Sancti Martini presbytero cardinali[2] et S. Pisano[3] et G[uidone] Cremensi, Rolandum[b] cancellarium, qui Alexander dictus est, elegerunt. Cumque eum pontificali clamide induere festinarent, ipseque sicut bonus pastor se subtrahere[c] laboraret, dictus[d] Octovianus occurrit, et comminans ex parte imperatoris, ne illud fieret, inhibuit, et manibus cardinalium mantum arripuit et secum asportavit[e]. Quod dum nobilis quidam senatorum aspiceret, de manibus illius mantum excussit et aliis cardinalibus[4] reddidit. Quo facto, Octovianus clericum suum et mantum acclamavit[f]. Et illo occurrente vocanti et mantum, quod occulte asportaverat, extrahenti[g], idem Octovianus, extracto pilleo, demisso capite, cum predicti cardinales complices eius in partem aliam discessissent, a clerico suo sibi fecit mantum imponi; quod ambabus manibus arripiens et collo circumvolvens[h], capitio dependente ad terram, autem fimbriis[i] dependentibus circa collum, dum quidam adverse partis in eum insurgerent et tali clamide vellent exuere, ipse manibus circa collum vestem stringens[k], *Te Deum laudamus* sicut potuit exclamavit. Tunc occurrentibus complicibus eius, qui in angulis latitabant, et portis ecclesie apertis, amici eius et consanguinei[l] extractis gladiis in ecclesiam irruerunt. Cumque cohors illa Iudaica ad

1096. Mart. 9. siquidem, quae fuerat dies dominica, celebratis ex more missis ab eodem, adierat gradum ligneum sibi ad loquendum populo, ut est consuetudinis, in littore Ligeris praeparatum, et super eum cum archiepiscopis et episcopis et cardinalibus stans, et diutissime populo infinito, qui ob hoc ipsum undequaque sitienter convenerat, solemniter exhortationis verbum faciens . . . . . . Unde veniens, sermone finito, ipsa die in refectorio nostro cum duobus archiepiscopis et uno[m]
Mart. 10. episcopo atque cardinalibus suis refecit et, sicut dictum est, in crastino ecclesiam nostram solemniter dedicavit. . . . . . . Nomina autem pontificum qui dedicationi huic interfuerunt haec sunt: Hugo primas et legatus Lugdunensis archiepiscopus, Rodolphus de Aurelianis archiepiscopus Turonensis, Rangerius supradictus, Bruno Signiensis episcopus. Dominus vero Amatus[5] aegrotabat apud nos, foris scilicet in camera, sed eius tamen ope et consilio facta est dedicatio ipsa. Cardinales isti adfuerunt: Albertus presbyter, Testho presbyter, Gregorius diaconus Ticinensis, Iohannes Garcellus diaconus et primiscrinius. Qui omnes in Claromontano concilio fuerant. Domnus etiam abbas noster Bernardus et abbas Pruilliensis Otho affuerunt. Ipsa die sacratum est cimiterium ultra murum nostri cimiterii usque ad viam quae ducebat ad molendinos a domno Rangerio et ab episcopo
Mart. 11. Signiensi visu papae. In crastino vero sacravit ipse papa cimiterium Sancti Nicolai spargens aquam benedictam, et iubente eo, dominus Hugo primas et domnus Rangerius sacraverunt cimiterium. . . . . . .

Annales Vindocinenses (Labbe, Nova bibl. mss. I, p. 289; *Marchegay et Mabille, 'Chroniques des églises*
1096 Febr. 26. *d'Anjou' p.* 171) *tradunt:* 1095. . . . . . . Eodem anno 4. Kalendas Marcii consecravit Urbanus papa crucifixum Sanctae Trinitatis Vindocinensis coenobii[6] atque perdonavit septimam partem peccatorum suorum omnibus, qui unoquoque anno anniversarium eiusdem consecrationis diem ibidem celebrarent.

Annales S. Albini Andegavenses maiores a. 768 -1110 (*Labbe, Nova bibl. I, p.* 281; *Marchegay et Mabille l. l. p.* 27) *haec notant:* 1095. . . . . . . Eodem anno Urbanus papa Romanus devenit in Gallias, qui concilium Claro-monte egit 14. Kal. Decembris; in quo Philippum Francorum regem pro incesti adulterii crimine excommunicavit, ubi etiam christianam gentem, ut iter Hierosolymitanum a barbarie paganorum adquietarent, submonuit.

1096. Febr. 11. 1096. 3. Idus Februarii cum predictus papa in Andecava urbe resideret, luna cum esset 13, terribilem eclypsim passa est a media nocte usque ad lucem.

Annales ecclesiae S. Nicolai Andegavenses a. 320—1106, *non bene dicti Chronica Rainaldi archidiaconi S. Mauricii Andeg., haec sic referunt (SS. R. Gall. XII, p.* 478; *Marchegay et Mabille l. l. p.* 14): Anno 1095. papa Romanus nomine Urbanus post concilium apud Clarum-montem civitatem ab eo cum innumerabilibus personis episcoporum et abbatum celebratum apud Andecavam urbem descendit et ecclesiam sancti Nicholai consecravit. Monachi enim Sancti Albini, ut sua ecclesia consecraretur, noluerunt, pro qua re maxime papa venerat, adductus a Milone antea Beati Albini monachi, tunc temporis legato suo.

1099. Obiit Urbanus papa 4. Kal. Augusti; cui successit domnus Pascasius.

a) Feder. *saepe* 2. b) Roll. 2. c) substr. 2. d) doctus 1[a]. e) abstulit *M.* f) accl. — mantum *des.* 1[a]. g) *sic codd.; cum Epist. lege:* extrahente. h) circumvolens 1[a]. i) fybriis 1[a]. k) strigens 1[a]. l) et cons. eius 1. m) quatuor episcopis *De commend.*

1) Sequentia fere omnia ex epistola encyclica cardinalium Rolandinorum (Watterich, Vitae pont. II, p. 493 sqq.) exscripta sunt; cuius tamen auctor exemplar ab edito aliquoties recedens legisse videtur. 2) Iohanne. Octavianus fuit cardinalis S. Caeciliae. 3) Pisanus cardinalis Henricus dictus a parte Rolandi stetit, neque in epistola cardinalium neque alibi inter fautores Octaviani numeratur. 4) *in praedictorum fratrum reddidit potestatem.* Epist. card. 5) Archiepiscopus Burdegalensis. 6) Vendôme in Andegavia.

capiendum Alexandrum summum pontificem, Iuda precedente, concurreret[a], aliis ridentibus, 1159. aliis flentibus, Guillelmus[1] Cremensis super eum pallium suum iactavit[2], et postea cardinales cum suo papa in munitionem Sancti Petri se continuo retraxerunt. Quo facto, Octovianus per legatos imperatoris pecunia deceptos[3], per[b] amicos et consanguineos, per senatores pactione corruptos[c], per partem plebis errore deceptam, eis comminans diebus pluribus, illos ibi obsedit, et interim per legatos et litteras cunctos provincie episcopos[d] accersivit. Qui venientes et factum eius admirantes, nec minis potuerunt ad hec[4] nec blandiciis emolliri; sed omnes, excepto Ferentino episcopo[5], qui scolastica societate[e] devictus et castri promissione deceptus fuerat, intrepidi responderunt: 'Obedire oportet[f] Deo magis quam hominibus'. Tunc Octovianus videns episcopos suam presentiam abhorrere et etiam parato convivio non venire, nocte profugit ab Urbe; alii autem de custodia educti, pulsatis tintinabulis, accurrente[g] populo[h] et plaudente conductu nobilium Romanorum, de Romana urbe cum Alexandro papa egressi, Nimpham[i] devenerunt ibique papam consecraverunt, scismaticos[k], nisi infra octo dies resipiscerent[l], excommunicantes; qui elapsis octo diebus excommunicati fuerunt. Octovianus vero scismaticus, oppidis circinatis, duos cardinales[6], scilicet[m] episcopum Tusculanum[7] et Ferentinum et alium Apulie episcopum de Melfet[8], qui propter proditionem expulsus de regno Sicilie exulabat, per nuntios evocavit, et ab eis 15. die post consecrationem Alexandri pape maledictionem pro benedictione suscepit[9]. Hiis ita gestis, imperator tam minis et dampnis quam verberibus et vinculis omnes a parte Alexandri studuit revocare; et cum ad hoc precipitari non possent, ipse cum suis episcopis Octoviano scismatico assensum prebuit et auxilium impertivit. Rex vero Francie Ludovicus et rex Rob. Anglie Henricus cum suis episcopis omniaque regna Hyspanie Alexandrum in papam et dominum susceperunt. . . . . .

Anno Domini 1163. et Frederici[n] 11. et Ludovici regis 26. Alexander papa Turonis concilium in pentecosten celebravit et scismaticos cum omnibus episcopis et aliis qui ibi[m] aderant excommunicavit, et in festo beati Martini de Maio[10] in eiusdem sancti ecclesia ad portam Parve-aree[o] coronatus, Mai 12. missam ad altare dominicum decantavit. . . . . . .

Anno Domini 1180. et Frederici 28. et Ludovici 43. et Philippi, filii eius, 2. idem Philippus rex Rob duxit in uxorem Ysabellam, filiam comitis Hanocensis, neptem Philippi comitis Flandrie de sorore[11], et cum ea recepit Atrabatum cum omni terra, que fuerat comitis citra fluvium qui dicitur Lis[12]. Quam Guido Senonensis archiepiscopus unxit apud Sanctum Dyonisium in reginam; quod matri eiusdem Philippi regis et eius fratribus valde displicuit. . . . . . .

Anno Domini 1181. . . . . Tunc inter imperatorem Alemannie et ducem Saxonie pax reformatur tali pacto, Rob quod ducatum non reciperet, nisi prius septennio exulasset; et ob hoc ipse dux et uxor sua[13] cum filiis suis Guillelmo[p] et Othone postea imperatore ad Henricum regem Anglie, cuius filia erat, in Franciam venerunt; ibique cum rege longo tempore permanserunt. . . . . .

Anno Domini 1186. . . . . Per hos dies venit ex Calabrie partibus ad Urbanum papam Verone morantem qui- Rob. dam abbas nomine Ioachim, qui divinitus intelligencie donum acceperat a Deo, ut facunde et discrete enodaret difficultates quaslibet scripturarum; dicebat enim, quod ei ignoranti litteras attulerat angelus Domini librum[q], dicens: 'Vide, lege et intellige!' et ita divinitus fuerat instructus. . . . . . .

Anno Domini 1190. . . . . . Tandem Fredericus imperator, cum Tursac imperatore Grecorum qualicumque pace Rob composita, Bosphoro[r] transito, perambulans Asiam[s], multa suorum dampna patitur[t] tam per assultus hostium quam per penuriam victualium. Timebat[14] enim per equora transmeare, quoniam dicitur in hystoriis suis que Frederice nuncupantur, quod fatatum erat ei in aqua mori. Ipse vero soldanum Ychonii[u], Rob. qui forum venalium ad eum veniens deturbabat, usque Ychonium persecutus, circumiacentia loca succendit; deinde cum ad quasdam locorum venisset angustias, repperit Turcorum multitudinem infinitam, cum quibus congrediens, eos viriliter debellavit. Habito itaque de hostibus insigni triumpho, dum quemdam fluvium qui Salestricum dicitur Gilb D.

a) concurret 1a. b) et 2. c) coruptos 1a. d) *deest* 1a. 2? e) sotiet. 1. f) D. m. op. 2. g) acur. 1a. h) *deest* 1a. 2. i) Nipham 1. 1a. k) scim. 1a *saepius*. l) resipicerent 1a. m) *deest* 2. n) et L. r. 26. et Fr. 11. 1 o) auree 2. p) Will. *h. l.* 1a. q) dicens librum *corr.* l. d. 1. r) Boforo 2. s) Asyam 2. t) partitur 2. u) Ycon. *h. l.* 1a. 2.

1) Guido. 2) *chlamydem super eum aptavit* Epist., scilicet quam Octavianus inordinate induerat, ut praedictum est. 3) Senatores quosdam pecunia corruptos dicit Epist. 4) scil. ad consecrationem Octaviani. 5) Ubaldo. 6) Ferentinus non fuit cardinalis. — Epist. sic: *duos episcopos, qui a sedibus suis expulsi per Marchiam exulabant*. Noster vero praeter id quod episcopos nominat, rectius scribit, Melfiensem solum exulasse. Cf. Bosonis V. Alex., Watterich II, p. 381. 7) Imerum. 8) Richardum. 9) Hucusque noster cum epistola convenit. 10) Subventionis dicto, quod celebratur d. 12. m. Maii. MART. 11) Margaretha. 12) Eadem fere v. supra p. 36. in Clarii Cont. II. 13) Mathildis. 14) Haec verba leguntur in Chron. Mant., SS. XXIV, p. 217. Neque dubium, quin ex codice quodam Gilberti rec. D sumta sint, quae et in Chron. Mant. exscripta est. Historiae Fredericae laudantur in eadem, SS. XXIV, p. 134 n ††.

Rob. Gilb. Rob. transiret[a], heu! tantus princeps demergitur, suffocatur et moritur, vir quidem magnanimus, strenuus, largus, facundus, prudens gestisque preclarus ac sibi rebellium[b] fortis edomitor, et qui adeo imperium dilatarat, ut post Karolum Magnum parem gestorum magnificentia vix habuerit. Eo itaque mortuo, exercitus eius Antiochiam venit; ubi dum fessa reficiuntur corpora et infrunite[c] epulis se distendunt, tot et tanti ex eis egrotant et obeunt, ut de tanto exercitu vix pauca milia remanerent. Imperatoris filius, scilicet dux Suavie, corpus patris usque Tyrum detulit; quo ibidem sepulto, cum ad Ptholomaidis obsidionem venisset, paulo post obiit. Obeunt etiam[d] Philippus comes Flandrie, Theobaldus comes Blesensis, Stephanus comes Sacri-Cesaris procerumque ac nobilium turba quam plurima, ibi de diversis mundi partibus aggregata. . . . . . .

Gilb. Rob. Henricus, filius Frederici, tempore Clementis, Celestini et Innocentii imperat annis 7, mensibus 5. Huius anno primo et Philippi regis 13. Clemens papa moritur; cui Celestinus, vir grandevus, successit; qui in ipso die pasche consecrationem accepit et in crastino Henricum, Frederici imperatoris filium, ad imperium coronavit. . . . . . .

Anno Domini 1197. et Henrici 7. et Philippi regis 19. Theutonici qui mare transierant, dum omnia tribulanter actitant, inducias, quas nostri cum Turcis inierant, abrumpunt urbemque Berithum[e] oppugnant et capiunt. Quo Turci permoti, Ioppe civitatem pervadunt, obtruncant omnes, municionem diruunt soloque coequant. Tunc Philippus rex Francie duxit in uxorem filiam[1] ducis[f] Meranie[2] et Bohemie, de qua postea genuit Philippum comitem Bononie et uxorem[3] ducis de Lovanio[4]. . . . . . .

Gilb. D. Et eodem anno supposita est Francia interdicto a Celestino papa propter divortium regine Francie. Nec multo post idem papa obiit; cui Innocentius[g] successit, qui mense Ianuario die 8. electus est apud Septifolium, de quo ipse dixit:

Qui Petro pridem cathedram, tibi terminus idem,
Prebens illud idem quod Petrus sumpsit ibidem,
Sorte magistratus, ubi quando fuit cathedratus,
Accipiens apicem quem petit atque vicem.

Hic quantum fuerit gloriosus, eius operibus demonstratur. Fecit enim hospitale Sancti Spiritus et sancti Sixti[h] ecclesiam renovavit, librum de miseria hominis et decretales infinitas composuit. Instituit etiam primo pontificatus sui anno in urbe Romana conventum canonicorum regularium in nomine sancte et individue Trinitatis, in quorum regula hoc adiecit, quod redditus et proventus suos in tres partes dividerent, de quarum prima hospitalitatem servarent, de secunda captivos redimerent et se de[i] tertia sustentarent; et ita propter mortem Celestini pape et istius Innocentii innovationem. Instituit et ordinem[k] Minorum, qui omnibus abrenuntiantes, more apostolorum nudipedestres[l] ambulant. Rob. Ipso anno Henricus imperator in Sycilia commoratus, quorumdam contra se conspirantium insidiis appetitus, sed per fugam elapsus, conspirationis auctores horrendo supplicio condempnavit; nec multo post apud Messanam[m] obiit, Frederico, filio eius admodum parvulo, et uxore sua in manu Innocentii pape relictis; sed Philippo fratri suo pro dicto puero regendum[n] imperium dereliquit. Rob. Tunc Theutonici[o] qui transfretaverant, cum grandia se facturos sperarent, audita morte imperatoris, repatriant. Sicque miro Dei iudicio actum est, ut gentes, que de diversis mundi partibus confluxerant ad Ierusalem liberandum, aut inefficaces redirent aut diversis casibus interirent.

1198.[p] Philippus, frater Henrici, tempore Innocencii pro Frederico puero imperat annis 11.

Rob. Anno Domini 1198.[q] et Philippi imperatoris primo et Philippi regis 20. inter principes Alemannie fit acerba dissensio, aliis Philippum, defuncti imperatoris fratrem, aliis Othonem, ducis Saxonie fratrem, Richardi regis Anglie ex sorore nepotem, sublimare volentibus; et ita regnum istud diu quietum varie perturbatur et ab eodem Othone, auxiliante sibi rege Anglie, diversis assultibus impugnatur. . . . . . .

1209.[p] Otho, filius ducis Saxonie, nepos Iohannis regis Anglie, prius tamen comes Pictavie, Philippo imperatore mortuo, et Frederico, filio Henrici imperatoris, a magna parte deiecto, tempore Innocentii imperat annis 7. . . . . . .

Rob. cont. Anno Domini 1211 . . . . . Per idem tempus Ferrandus alienigena ex partibus Portugalensibus accipit in uxorem Iohannam Flandrie comitissam, filiam comitis Baldoini, qui fuit, sicut diximus, Constantinopolis imperator. Hoc apud regem Francorum regina Portugalensis, Ferrandi matertera, quondam uxor Philippi comitis Flandrie, sicut dicitur, pecunia procuravit. Sed rex postea de facto isto penitens, matrimonium, quod male et imperii vi fecerat, male et vi similiter, sicut dicitur, postea revocavit. . . . . . .

Anno Domini 1214. . . . . . . In diebus illis quando hec agebantur, scilicet 6. Kal. Augusti, Philippus rex Francie, commoto exercitu de Tornaco[r], apud Insulam remeabat. Quo cognito[s], Otho imperator, qui apud Valentianas in auxilium Ferrandi comitis Flandriarum advenerat et tunc a rege distabat per quinque miliaria, de Moretania[5] movit exercitum iuxta villam quam Bovinas appellant, non longe a Tornaco, ut in retrogardam regis Francie insultum faceret[t] inconsulte. Cumque rex imperatorem venientem cum exercitu cognovisset, iussit acies suas stare; visoque, quod hostes casu divino territi non venirent, iussit iterum acies[u] properare. Et cum iam fere medietas sui exercitus pontem Bovinarum

a) transsiret 1a. b) rebelium 1a. c) infirmitate 2. d) et *add.* 1a. e) Berinthum 1a. f) d. M. et B. *des.* 1a, *loco vacuo relicto.* g) *superscr.* sc. tertius 1. h) Syxti 1a; Systi 2. i) *deest* 1a. k) ordinationem 2. l) nudipedester 1. m) Messannam 2. n) *sequentia des.* 1a, *foliis* 153—159. *excisis.* o) Teut. 2. p) *numerus minio asscriptus* 1, *deest* 2. q) 1128. 2. r) Tornaio 1a. s) conito 1a. t) facere 1a. u) acciesF 1a.

1) Mariam vel Agnetem. 2) Bertholdi IV, qui nequaquam dux Bohemiae fuit. 3) Mariam. 4) Heinrici I. ducis Brabantini. 5) Mortagne, super fl. Scarpe inter Valenciennes et Tournai.

transisset, et rex prope pontem post exercitum iam venisset, Otho imperator appropians[a] et post retrogardam transiens, a latere exercitus versus septemtrionem protinus est reversus. Quod rex Francorum audiens, tubis insonuit, assumptisque armis regalibus, suas acies revocavit, et eas de tuenda corona regni Francie diligenter commonens, adversariorum exercitui[b] appropinquavit partemque campi maximam occupavit. Quid plura? Fere per spatium tocius diei invicem pugnaverunt. Tandem rex Francorum, Dei fretus auxilio, obtinuit[c] quod optavit; et licet diu fortiterque pugnaverit diuque ad terram prostratus iacuerit, tandem recuperato equo, hostes undique superavit. Otho autem imperator, dux Lovanie[1], dux de Lamborc[d][2], Huo[e] de Boves et multi alii victi[3] tergaque vertentes, fuge presidio se salvarunt, imperialia[f] insignia relinquentes. Comes vero Flandriarum Ferrandus, Reginaldus comes Bolonie et Guillelmus comes Salesberiensis[g] et frater eius[4] et duo comites Alemannie[5] et Arnulfus de Audenarde[h] et Bernardus de Hucemaigne[6], summus Othonis consiliarius, et multi magni nominis tam barones quam alii victi capiuntur vinctique[h*] in Franciam adducuntur. Ceterorum qui capiuntur infinitus est numerus. Multi tamen ex parte Othonis, pauci vero ex parte regis Francie perierunt. Et sicut illi qui capti fuerant aiebant, numerus militum Othonis[i] erat mille quingentorum et aliorum bene armatorum centum quinquaginta milia preter vulgus, et infra diem tercium habituri erant quingentos milites et pedites innumeros[k]. Sed misericors Dominus in rege Francie et suis Moysi canticum adimplevit. Nam persequebatur unus mille, et duo fugabant decem milia Rex enim[l], per- Deut. 32,30
acto negotio, captisque hostibus per castella sua in arcta custodia deputatis, Ferrandum comitem Flandrie secum ducens, Parisius est reversus, ibique a clero[m] et populo cum gaudio lacrimabili[n] et inauditis laudibus exceptus est[o] cum triumpho.*) De hoc siquidem bello quidam ait:

Annos bis septem Domini cum mille ducentis
Iunge, die quinta Iulii finem facientis
Frangunt Francigene Flandrensis cornua gentis,
Multis principibus tecum, Ferrande, retentis.
Tu quoque victus Otho[p]*, quid possit Francia sentis,*
A facie regis fugiens tua terga sequentis.

*) *In Ann. Uticensium Cont. Gastinensis coenobii Turonensis dioec., SS. R. Gall. XVIII, p. 322, haec notata sunt:*
1214. . . . . . . Eodem anno et mense, mense scilicet Iulio, in festo Septem dormientium pugnavit Iul. 27.
Philippus excellentissimus rex Francie contra Othonem imperatorem Romanum et contra Ferrandum comitem Flandrensem et comitem Boloniensem, Willelmum Cum-longo-ense, fratrem Iohannis regis Anglie, et alios comites et duces et barones, quorum non erat numerus; et in illo bello cepit predictos comites et alios nobiles, tam comites quam barones, et devicit Othonem et campum obtinuit.
1215. Rome celebrata est universalis synodus sub Innocentio 3. Kal. Decembris.
Ex codice S. Sergii Andegavensis sequentia descripta sunt inter schedas Baluzii, a Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou' p. 152, cum aliis notis S. Sergii in 'Chronicon S. Sergii' conglomerata:
1214. . . . . . . Eodem anno et tempore Philippus rex Francorum dimicavit contra Ottonem dictum imperatorem et comites Flandrie, Bolonie, Selesberie[q] et eorum complices apud Flandriam quadam die dominica, in festo Septem sanctorum dormientium mense Iulio; et fugato Dei auxilio Ottone Iul. 27.
predicto, a domino Innocentio papa excommunicato, cepit in bello illo comites predictos et alios multos de eorum militibus, scilicet 100 et 51 et amplius.
1215. Anno Domini 1215. celebratum fuit Rome concilium a domino Innocentio papa Romano Kalendis Novembris; in quo fuerunt duo patriarche, Ierosolimitanus et Constantinopolitanus, et archiepiscopi 71, episcopi 100 et abbates 211.
Annales S. Albini Andegavensis a. 1107—1220 *(Marchegay et Mabille l. l. p. 58):*
1214. Philippus rex Francie Ottonem imperatorem vicit et fugavit et comitem Flandrie, comitem Bolonie et multos alios nobiles in eodem bello cepit.
1220.[7] Obiit Otto, per papam Innocentium mirabiliter institutus et per eundem propter superbiam mirabilius destitutus nec postea restitutus.

a) aprop 1[a]. b) excitui 1. c) opt. 1[a]. d) *sic* 1. 1[a]. e) Hugo 1[a]. f) impe | ialia 1. g) Saleb. 1. h) Anden. 1. h*) victique *post corr.* vinctique 1; victique 1[a]. i) *deest* 1[a]. k) infinitos 1[a]. *M.* l) eum *e corr.* 1. m) p. et cl. *corr.* cl. et p. 1. n) lacribili 1[a]. o) *e corr.* 1. p) Octho *corr.* Otho 1. q) Selesbiae *ed.*

1) Heinricus I. 2) Heinricus III. 3) Eadem ipsa verba supra p. 313. apud Will. Britt. Reliqua quoque cum illius narratione proelii miro modo conveniunt. 4) Radulfus Bigot; cf. supra p. 392. 5) Otto de Teklenburg et Conradus de Tremonia. 6) Horstmar. De Bernhardo v. Ficker in 'Z. f. vaterl. (Westfäl.) Gesch.' N. F. IV, p. 291 sqq. 7) Immo a. 1218.

Cont Rob Nec mora, habito consilio, rex treugam firmavit usque in quinquennium cum rege Anglie, qui adhuc in Aquitania morabatur. Porro rex Sicilie[a] Fredericus Apulus[b], qui in partibus Suavie morabatur, audiens, quod emulus suus Otho a partibus Flandriarum sine victoria remeasset, obsedit cum multo exercitu Aquisgranum; sed cum multis diebus obsedisset ibidem nec posset famem et frequentes incursus ulterius sustinere, cum multo exercitus sui dampno vix in propria se recepit.

Anno Domini 1215. et Othonis imperatoris 7. et Philippi regis 37. . . . . . . Siquidem propter victoriam Othoni imperatori apud Bovinas a Domino denegatam defecerunt in tantum ab eius auxilio viri multi, quod fortune cedens et ab infortunio non discedens, in patrimonio suo, scilicet in terra Saxonum, deguit longo tempore, quasi imperio denudatus necnon et sociorum suorum solatio desolatus. Illo igitur sic cedente, Fredericus rex Sicilie Aquisgranum revertens, obsidet et expugnat, ibique 8. Kal. Augusti in regem Germanie sublimatur. Mox, ne[c] de honore percepto ingratus Deo existeret, signum crucis assumpsit, in subsidium Terre Sancte cum aliis profecturus. . . . . . .

Ipso anno mense Novembri, Innocentio papa tercio presidente, pontificatus eius anno 18. celebrata est sancta et universalis synodus Rome — — regis Hyspanie aliorumque regum et principum ingens affuit multitudo[1]. Ibique sancta synodus multa constituit multaque constituta a retroactis temporibus confirmavit, quorum pauca studuimus breviter annotare, scilicet[2]: Quod metropolitani cum suffraganeis[d] singulis annis concilia celebrent[e] ad excessus subditorum canonice corrigendos. Quod in qualibet ecclesia cathedrali magistrum theologie habeat[f], qui fructum prebende illius ecclesie percipiat, quamdiu perstiterit in docendo. Quod in quibuslibet provinciis de triennio in triennium eligantur duo abbates Cisterciensis[g] ordinis, qui alios duos sibi associent[h], cum quibus in abbatiis et prioratibus conventualibus, convocato capitulo, ordinent et corrigant que[i] viderint expedire. Abbas[k] iurisditionem et monachus locum monachi in diversis[l] abbatiis habere non presumat. Quod nullus de cetero novam religionem vel novam regulam inveniat. Quod iudicium aque vel ferri vel duellum nunquam fieri de cetero permittatur. Quod crisma et[m] eucharistia in cunctis ecclesiis sub fideli custodia clavibus adhibitis[n] conservetur, ne[o] per ea possint aliqua nefaria[p] exerceri. Quod quislibet saltem quolibet anno confiteatur peccata sacerdoti[q] et ad minus in pascha recipiat eucharistie sacramentum, nisi de consilio sacerdotis duxerit abstinendum. Quod medici corporum ad infirmos vocati, prius infirmos moneant et inducant, quod advocent medicos animarum, et quod pro corporis salute egrotis non suadeant quod in periculum anime convertatur. Quod ecclesia cathedralis vel ruralis ultra[r] tres menses non vacet[s], alioquin ad superiorem electio devolvatur. Quod, si electio communiter ab omnibus fieri nequeat, fiat per scrutinium trium fide dignorum, qui secreto et singulatim[t] vota cunctorum exquirentes et in scriptis redigentes, illum, in quem maior[u] pars vel sanior consenserit, mox publicent in communi, vel saltem viris ydoneis committatur. Quod electio per secularem potestatem facta non[v] valeat. Quod qui postulaverint cedendi licenciam cedere compellantur. Quod nullus habeat duo beneficia, quibus cura animarum sit annexa, vel in una ecclesia plures dignitates vel personatus, etiam sine cura animarum. Quod clericus sine causa laico fidelitatem non faciat. Quod constitutiones principum non preiudicent ecclesiis. Quod patronus ecclesie, qui clericum occiderit vel mutilaverit[w], ius patronatus amittat[x]. Quod talie vel exactiones nunquam a clericis exigantur. Quod nullus excommunicetur, nisi competenti monitione premissa. Quod copula coniugalis[y] quartum consanguinitatis gradum vel affinitatis inferius de cetero non excedat. Quod testimonium de auditu in causa matrimonii[z] non valeret. Quod religiosus sine consensu abbatis et maioris partis capituli sui non fideiubeat vel mutuo accipiat ultra summam expressam, alioquin conventus non teneatur super hoc respondere. Quod antique reliquie extra capsam nullatenus ostendantur[a]. Quod pro consecratione episcoporum, benedictione altarium, ordinatione clericorum, receptione monachorum, monialium vel aliorum regularium, ratione sepulturarum, exequiis mortuorum, benedictione nubentium, nichil de cetero requiratur, ita quod consuetudo laudabilis non mutetur. Quod Iudei a christianis inmoderatas usuras non recipiant et ad decimas et oblationes solvendas, quas de domibus et possessionibus suis a christianis percipere consueverant, per censuram eccle-

a) Syc. 1[a] *saepe*. b) Appulus 1[a]. c) nec 1; *deest* 1[a]. d) m. consufr. 2. e) celebrarent 2. f) *ita codd.* g) Cyst. 1. h) assotient 1. i) quod 2. k) Abbates 2. l) diversiis 2. m) *deest* 2. — eucar. *h. l.* 1. 1[a]. n) et habitis 2. o) nec 1[a]. p) nepharia 1[a]. q) proprio *add. ed. cum decr.* r) utra 1. s) vaccet 2. t) sigillatim 2. u) *deest* 1[a]. v) *post add.* 1[a]. w) mutul. 1. 1[a]. x) admittat 2. y) *intellige:* copulae coniugalis prohibitio, *ut habet decr. concilii tit.* 50. z) matrimoniali 2. a) ostendatur 1[a].

1) Haec omissa relatio de concilio in cod. Bernensi (2) etiam separate f. 10. scripta est. 2) Sequentia excerpta sunt ex decretis concilii (Mansi, Conc. XXII, p. 993 sqq.) titulis 6. 11—13. 18. 20—25. 28. 29. 43—47. 50. 52. 59. 62—69.

siasticam reddere compellantur, et quod ipsi et Sarraceni a christianis habitu distinguantur[a], et quod in diebus lamentationis et passionis dominice in publicum minime videantur. Quod nunquam super christianos iusticiis secularibus vel aliis publicis officiis preferantur. Hec et multa alia ibi instituta sunt, que longum est enarrare. De negotio[b] autem crucis ita[c] statutum est[1], quod qui laborem illum in propriis personis et[d] expensis subirent plenam veniam suorum peccaminum reportarent, de quibus ore confessi fuerant et contriti; aliis, qui non in propriis personis, sed propriis expensis iuxta sui facultatem illic viros ydoneos destinarent, et aliis, qui in personis propriis, sed non expensis propriis illuc irent, plena concessa est venia peccatorum. Huius autem remissionis fuerunt participes iuxta quantitatem subsidiorum omnes illi qui ad subventionem Terre Sancte de bonis congrue ministrarent vel ibi consilium vel auxilium impenderent oportunum. Clericis autem crucesignatis concessum est, quod redditus ecclesiasticos usque ad triennium quasi residentes perciperent vel pignori obligarent, essentque omnes tam clerici quam alii immunes a talliis et collectis, bonaque eorum quieta sub protectione apostolica remanerent, donec de ipsorum obitu vel reditu[e] aliquid certissimum audiretur. Si vero iuramento usuras reddere tenerentur, ad remittendum iuramentum et usuras similiter creditores protinus cogerentur. Et si Iudeis debita solvere non possent, quod seculares[f] principes sic utili dilatione providerent, quod[g] post iter arreptum usure non currerent, donec de ipsorum obitu vel reditu[h] certi essent. Torneamenta quoque usque ad triennium et guerre usque ad quadriennium omnino cessarent, pace integra vel firma treuga in toto orbe christiano firmiter observata. Ad opus ergo tam arduum peragendum dedit Innocentius papa 30 milia[i] libras et insuper tria milia marcharum argenti, que de quorumdam elemosinis ei remanserant, ad peregrinorum navigia preparanda. Cupientes autem prelatos et clericos universos in merito et in premio fieri participes et consortes, statuerunt, ut omnes clerici tam subditi quam prelati vicesimam ecclesiarum proventuum usque ad triennium integre solverent in subsidium Terre Sancte, exceptis quibusdam religiosis et crucesignatis, qui cum aliis erant in subsidium profecturi. Raimundus quoque[k] comes Tolosanus et filius suus Raimundus tanquam heretici condempnantur, multique alii heretici fautores[l] eorum gladio anathematis feriuntur. Libellus enim[m] vel tractatus de Trinitate, quem abbas Ioachim[n] contra magistrum Petrum Lumbardi edidit, reprobatur, et perversissimum dogma magistri Amorrici tanquam impii et heretici condempnatur. . . . . . .

Per idem tempus cum Otho imperator diu interdictum sancte matris ecclesie obser- 1218.
vasset morboque dissenterico laborasset, convocatis episcopis alioque clero, cum lacrimis absolutionem petiit petitamque recepit; sicque accepta penitencia, nature debitum suum solvit. Erat autem corpore magnus, facie letus, sermone iucundus, consilio providus, milicia strenuus, donis largissimus omnibusque moribus adornatus.

1216.[o] Fredericus Appulus rex Sicilie, filius Henrici imperatoris, mortuo Othone, sub Innocentio[p] et Honorio imperat annis . .[q]. Non tamen ad presens imperiali benedictione munitus[2]. . . . . . .

Anno[r] Domini 1220. et Frederici imperatoris 5. et Philippi regis 42. idem Fredericus ab Honorio papa Rome ad regimen[s] imperii imperiali dyademate coronatur. . . . . . .

Anno Domini 1221. et Frederici imperatoris 6. et Philippi regis 43. cum Pelagius sedis apostolice legatus populum Dei innumerabilem apud Damietam diu nichil proficere conspexisset cordisque affectu dilatare imperium christiani nominis hanelaret, excogitare cepit, utrum eos duceret ad urbem Alexandrie debellandam, an in partes Babilonie ascenderet contra flumen; auditoque, quod esset casale super ripam[t] fluminis divitiis et edificiis premunitum, distans a Babilone 23 stadiis et totidem a Damieta, ubi Nilus fluvius tripartitus tria ingentia flumina de se facit, quorum primum Alexandriam tendit, secundum Damietam, tercium in campos Taphneos[u] dinoscitur[v] defluisse[w], ubi etiam Sarraceni pontem navium fabricaverant, et ob hoc Casale-pons ab omnibus vocabatur, ad illud obsidendum et debellandum Pelagius legatus omnimode suspirabat. Movebat eum precipue liber quidam ab

a) distingantur 1. b) negoti 1. c) ista 1[a]. d) sed 1. e) redditu 2, *corr.* reditu 1. f) seculari iudices sic 2. g) quod — currerent *des.* 2. h) redditu 2. i) mille 2. k) *deest* 2. l) factores 2. m) etiam 1[a]. n) Ioachin 1. o) *deest* 1[a]. 2. p) Innocenc. 1 *saepius.* q) *spatium vacuum codd.*; annis *deest* 1[a]. r) *cod.* 1[a] *iam desinit sub a.* 1219, *extremis foliis abscissis.* s) regnum 2. t) rippam 2. u) Thaneos 2. v) disnosc. 2. w) *sic* 1; profluxisse 2.

1) Sequentia ex decreto de expeditione, Mansi l. l. p. 1058 sqq. 2) Cf. praef. p. 458, n. 2.

1221. ipso inter manubias hostium repertus, in quo continebatur, quod lex Marchometi[a] sexcentis annis tantummodo duraret menseque[b] Iunio expiraret, et quod de Hyspaniis[c] veniret qui eam penitus aboleret[1]; et ideo legatus, qui de Hyspaniis[d] natus erat, illum librum verissimum estimabat. Ex alia parte Acconensis episcopus[2] publice predicabat, quod David rex utriusque Indie ad christianorum auxilium festinabat[3], adducens secum ferocissimos populos, qui more beluino Sarracenos sacrilegos devorarent. Cumque legatus videret se dictum negotium sine Iohannis regis Ierusalem presentia minime adimplere, legatos ad ipsum dirigit, mandans et deprecans, ut compatiendo agminibus christianis ecclesie Romane se filium demonstraret et ad Damiete urbem quam cicius repedaret. Cuius precibus rex libenti animo acquiescens, protinus repedavit; cognitaque voluntate Pelagii, dictum cepit dissuadere negotium, asserens, populo Dei ibi incluso per terram sive per aquam posse nullatenus subveniri. Quod moleste ferens Pelagius, excommunicabat generaliter omnes illius negotii turbatores. Videns autem rex animum Pelagii non posse a proposito removeri, invitus promittit se cum eo illico[e] profecturum, eligens potius affligi cum christiano populo vel subiendo[f] martyrium, quam eum sine rectore relinquere vel in volutabro voluptatum secula-
Iun. 29. rium remanere. In festo autem apostolorum Petri et Pauli precepit rex[4] et legatus, ut omnes accincti[g] armis bellicis de civitate exirent et secum usque ad duos menses victualia deportarent. Die igitur assignata[5] christianus exercitus spe mercedis et corone iter arripiens, a finibus Damiete caute et ordinate progreditur, multitudine navium per alveum fluminis arma eorum[h] necnon et victualia[i] deferente. Multi autem eorum timentes, quod humiditas littoris[k] aut terre eos lederet dormientes, lectos ligneos et alios propriis humeris deferebant; sed ardor solis et labor itineris et frequens incursus hostium compulit eos illud honus relinquere ad duo miliaria Damiete. Sexdecim autem stadiis in longum et octo in latum extendebatur stolus exercitus christiani. Rex autem imperaverat, quod omnes congregatim, denso[l] agmine, gressu parvissimo et sine vocis strepitu incedentes, Parthos fugientes nullatenus insectarent, et sic die ac nocte non cessabant inimici crucis crucesignatos christicolas iaculorum et sagittarum grandine impugnare. Tandem preeuntes exercitum nostrum et ad pontem venientes, infra casale se receperunt, casale et pontis aditus armatorum multitudine munientes. Nostri vero in planicie littoris tentoria[m] posuerunt castraque sua palo et fossatis a parte hostium vallaverunt. Et sic tota regione clangore tubarum et armorum sonitu utriusque exercitus clipeorumque et galearum diversis coloribus resplendente, gaudebat Romanorum superba[n] nobilitas, Hyspanorumque et Gasconum non cessabat faceta garrulitas nec Theutonum cervicosa furiositas; sed singularis milicie Francorum humilitas, morum et armorum titulis[o] insignita, cum rege Ierosolimitano et Hospitalis et Templi milicia a clamorum strepitu et laudum iactancia se tenebat, et Christi exercitum a parte Sarracenorum ambiens, assiduos assultus hostium sustinebat. Porro Pisani, Venetii, Ianuenses, Siculi, Apuli[p], Affricani fuerant littoris et navium custodie deputati. Erat autem numerus christiani exercitus fere 70 milia preter vulgus. Ad succursum enim soldani Babilonie venerant innumeri Sarraceni, quorum soldanus videns multitudinem et audatie nostrorum sentiens magnitudinem, habito consilio, cum nostris noluit amplius dimicare; sed statim precepit viarum aditus custodiri, ne ad Christi exercitum possent vel succursus gentium vel victualia pervenire, sperans hac arte execrabili sine suorum lesione populum Domini deperire. Tandem peccatis nostris exigentibus cibisque deficientibus, et horrenda fames christianorum exercitum profligavit, et Nilus fluvius inundans more solito totam terram in noster erat exercitus occupavit. Sic enim et populus Dei vires inedia deperdebat et usque qua ad cavillas pedum in ceno aquarum palustrium residebat, ut merito posset dicere cum pro-
Ps. 68, 3. pheta: *Infixus sum in limo profundi, et non est substantia.* Ibi erat fletus et stridor dentium, ibi gemitus languentium, ibi ululatus plangentium, ibi clamor morientium, ut adimpleretur

a) Marcom. 2. b) que *deest* 2. c) Hyspanis 2. d) Hisp. *h. l.* 1. e) ilico 2. f) subeundo 2. g) accinti *corr.* accincti 1; acincti 2. h) fl. armatorum 2. i) vitualia 2. k) litoris 2 *semper.* l) depresso homine gr. 2. m) temptoria 1 *semper.* n) superna 2. o) titulo 2. p) Appulii 2.

1) In prophetia edita (Röhricht, Quinti belli sacri scr. min. p. 205 sqq.) haec non leguntur; sed cf. Albr., SS. XXIII, p. 910. 2) Iacobus de Vitriaco. 3) Cf. Oliveri Hist. Damiat. c. 33 (ed. Eccardi); Zarncke in 'Abh. d. sächs. Ges. d. W., phil.-hist. Cl.' 1876, p. 5 sqq. et 'N. Arch.' IV, p. 611 sqq. 4) Iohannes rex demum die Iul. 7. Damiatam venit; Oliv. c. 32. 5) Demum Iul. 17. iter coeptum est; Oliv. c. 34.

quod dictum est per prophetam: *Foris vastabit eos gladius et intus pavor.* Quod videntes 1221. Deut. 32, 25 aliqui sacerdotum Domini, petita licencia a legato, fere trecenti absque reliquo clero naves ascendunt, versus Damietam quam cicius navigantes; sed a Sarracenis, excepto uno, comprehensi, palmam martyrii sunt adepti; et sic Dominus a suo sanctuario inchoavit. cf. Ezech. 9, 6. Videntes itaque christiani se panis penuria et aquarum diluvio naufragari, habito diligenti consilio, versus Damietam iter arripiunt, intempeste noctis silentio castra sua vacua relinquentes. Sed Theutones furibundi sua tentoria relinquentes[a], eadem cremaverunt[1]. Quorum ignem videntes Egyptii, nostrorum fugam protinus cognoverunt. Nec mora, christicolas noctis cece tenebris per devia gradientes velociter insecuntur eosque ad duo pontis miliaria fugientes et usque ad genua in aquarum paludibus existentes magno impetu prosecuntur. Nostri vero longo labore itineris et ieiunio fatigati, ibi immobiles exstiterunt Domini misericordiam implorantes, et etiam, cum ultra incedere non valerent, incessantes insultus[b] hostium humiliter pertulerunt, ab eis mortem[c] solummodo prestolantes. Sed ille qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat, in cuius manu corda regum sunt Ezech. 33, 11. posita, et eos a presenti morte eripuit et in eis cor regis Egypti ad misericordiam emollivit. Nam soldanus Babilonie motus quadam misericordia naturali, eis a[d] vinculis et a morte pepercit et victus necessaria ministravit. Denique post multas pacis promissiones ab utraque parte propositas intervenit compositio in hunc modum, quod christiani Damietam Sarracenis redderent, et Sarraceni, treuga firmata usque ad octo annos, partem ligni crucis dominice, quam soldanus a Ierosolimis asportarat, christianis restituerent, et eis dato conductu usque in Syriam, utrique[e] utriusque populi captivos penitus liberarent. Quo ab utraque parte concesso, rumor, qui clam nichil agere consuevit, apud Damietam protinus evolavit universosque et singulos, audita fama infortunii, contristavit. Porro quibusdam[f] volentibus reddere civitatem, quibusdam nolentibus, orta est dissensio inter eos. Nam Venetii, Pisani, Ianuenses et Syculi cum omnibus de imperio nobilibus civitatem defendere conabantur, et ex alia parte Greci, Syrii, Armenii cum Hospitalis et Templi milicia et Hamerico vicecomite Toarcii et aliis nobilibus Francie, qui in urbe remanserant, eam reddere minabantur. Et ita Veneti et alii supradicti palatia regis, Templi et Hospitalis obsident, et ea diversis machinis impugnantes, in crastino beati Egydii in suam redigunt potestatem. Sept. 2. Cumque sic a gente imperii tota civitas teneretur, nostri, qui quasi capti remanserant, apud Damietam nuntios remiserunt, mandantes, quod, nisi civitas Damiete Egyptiis redderetur, loco eius Acconensem eis redderent civitatem. Quo audito, convenit[g] civitas universa in ecclesia[h] beate virginis, ut deliberaret, quid super hoc sit agendum. Videntes itaque sibi alimenta deficere, et quod iminente[i] hyeme non poterat eis aliquatenus subveniri, maiusque dampnum Acconensem urbem perdendo quam Damietam taliter retinendo[k], habito peritorum[l] consilio, civitatem Egyptiis unanimiter reddere decreverunt. Exiit ergo edictum, ut postera Sept. 6. die, scilicet in vigilia nativitatis beate Marie, universi et singuli de civitate exirent et, sua Sept. 7. secum portantes, in harena fluminis sua tentoria collocarent. Quo audito, clamor ad celum extollitur, et ab utroque sexu inauditus luctus, ululatus et gemitus civitatem occupans pervagatur[m]. Videres[n] clericos et fideles cum lacrimis ecclesias subintrantes, aras consecratas[o] et sanctorum ymagines evertentes, ne Sarraceni eis illuderent vel sanctorum loca pollurent vel christicolis aliquatenus irriderent. Sic igitur in vigilia beate virginis de civitate cum luctu[p] et lacrimis exierunt et super ripam fluminis sua tentoria posuerunt, ut merito possent dicere cum propheta: *Super flumina Babilonis illic sedimus et flevimus, dum recordare-* Ps. 136, 1. *mur [tui[q]] Sion*[r]. Cumque ibi de captivitate adducti essent innumeri, tantusque christianorum numerus excrevisset, quod ad eorum evectionem naves non sufficerent, regem Babilonis humiliter petierunt, ut pauperes christicolas dato conductu ducere faceret Palestinam. Qui peticionibus eorum libenter annuens, dato etiam filio suo obside, fere 70 milia eorum usque Ptholomaidam[s] per deserta conduci fecit. Aliisque, qui per[e] mare vel per desertum res suas ad presens non poterant reportare, ad illas revehendas unius anni spatium perdonavit; et sic in die nativitatis beate virginis Sarraceni Damietam intrantes, diem illum et noctem, Sept. 8.

a) rel. e. *des.* 1. b) assultus 2. c) sol. m. 2. d) et a 2. e) *deest* 2. f) quidam 2. g) covenit 1. h) ad ecclesiam 2. i) *sic* 1. 2. k) *verbum deesse videtur;* emergere *suppl. BR.* l) perito 2. m) pervagatus 2. n) Videns 2. o) consecrata 1. p) lacr. et luctu 2. q) *deest* 1. r) Syon 2. s) Ptol. 2.

1) Hoc confirmat Oliv. c. 37.

1221. accenso igne et luminaribus et infinitis musicis resonantibus, cum inaudita leticia vigilem deduxerunt. Christiani vero e contrario dolentes et flentes, sub silentio naves post diem tercium ascenderunt et ita a Damieta recedentes, in Syriam pervenerunt[a]. . . . . . .

Anno Domini 1223. et Frederici[b] imperatoris 8. et Philippi regis 45. venit Iohannes de Brenna rex Ierosolimitanus[c] in Ytaliam a partibus Orientis; ibique ab Honorio papa et Frederico imperatore honorifice est receptus. Nec multo post idem rex Ierosolimitanus[c] dedit Frederico imperatori[d], qui crucesignatus erat, filiam suam unicam[1] in uxorem cum toto regno Ierosolimitano[c], quod ex parte matris filiam contingebat. . . . . .

Postea circa festum pentecostes Henricus puer decennis, filius Frederici imperatoris, ex mandato patris ad regnum Alemannie coronatur[2]. . . . . . .

Dec. 14 In crastino autem sancte Lucie Iohannes rex Ierosolimitanus[e] Turonis veniens, in
1224. Mart. 3. ecclesia beati Martini cum processione recipitur. Ibique iterum prima dominica sequentis quadragesime rediens baculumque peregrinationis accipiens, ad Sanctum Iacobum est profectus. . . . . . .

Iun. 9. Anno Domini 1224. . . . . . . In octabis vero sequentis pentecostes Iohannes rex Ierosolimitanus a peregrinatione Sancti Iacobi Turonis est regressus cum filia[3] regis Galliciensis[4], quam in illis partibus duxerat in uxorem; que in ecclesia beati Martini cum processione sollempniter est recepta, dicto rege in eadem ecclesia baculum peregrinationis, quem ibi receperat, deponente. . . . . . .

Nov. 18. Postea in octabis beati Martini hyemalis inter Ludovicum regem Francie et Henricum puerum[f] regem Alemannie, filium Frederici imperatoris, apud Vallem-coloris[5] concilium celebratur. [Ibique[g] ambo multa de utroque regno tractaverunt. Sed nichil peragentes, ad propria redierunt[h]].

[Circa[i] hos dies Fredericus imperator a quibusdam episcopis regni sui potione veneni noxia intoxicatus, fere usque ad mortem protrahitur; sed vix in fine convaluit, tiriaca[6] et medicamentis aliis adiuvatus[k]; veritateque facinoris inquisita, episcopos, per quos hoc fuerat procuratum, in carcere mancipavit eosque tormentis variis interfecit. Alii vero duo, scilicet quidam clericus et quidam laicus, qui scelus illud precio perpetraverant, a Theobaldo comite Campanie, quem occidere simili nece cogitaverant, suspenduntur. Et sic red-
Ps 93,23. didit illis omnibus iniquitatem ipsorum, et in malicia eorum perdidit illos dominus Deus noster].

Anno Domini 1225. et Ludovici regis tercio, mense Aprili [.[l] . . . . . Eodem mense] venit quidam in Flandriam, qui dicebat se esse comitem Baldoinum Constantinopolis imperatorem, seque de Greco carcere quasi per miraculum liberatum. Erat autem sermone facundus, dictis facetus, armis strenuus, donis largissimus et plus quam dici debeat in militari negotio circumspectus. Quem videntes quam plurimi multaque signa comitis Baldoini quasi in eo deprehendentes, multa etiam gesta et dicta prefati comitis necnon et intersigna ab eo audientes et ea veraciter cognoscentes, eum[m] quasi dominum receperunt filiamque comitis Baldoini, Flandrie comitissam[7], quam diu exosam habuerant, ab omni fere comitatu Flandrie protinus eiecerunt. . . . . . .

Mai 14. In octabis vero ascensionis Domini Ludovicus rex concilium[n] Parisius celebravit, ubi cum Romano Sancti Angeli dyacono[o] cardinali, qui de novo in Franciam legatus advenerat, multa de negociis regni sui[o] regisque Anglie et terre Albigensium pertractavit. . . . . .[p] Tunc Flandrie comitissa iam comitatu quasi perdito desolata, regem Ludovicum adiit, multum deprecans, multa spondens, ut ei suum restitueret comitatum. Qui promissis acquiescens et precibus, [gentibus[q] adunatis], Peronam[r] adiit, ibique dictum comitem Flandrie
Mai 30. dato conductu ad colloquium convocavit. Sicque 3. Kal. Iunii prefatus comes cum gentium multitudine Peronam[r] venit, ubi presente legato a rege et ab aliis de multis rebus inquiritur, sed a pea respondere coram omnibus dedignatur. Quo viso, rex vehementer[s] accen-

a) devenerunt 2. b) Feder. 2 *saepius.* c) Ierosol' 1; Ierosolimis 2. d) imperatore 2. e) Ierosol' 1. f) filium regis Al. 2. g) Ibique — redierunt *des.* 2. h) *lacuna in membrana* 1. i) *haec des.* 2. k) *sic* 1. l) *quae sequuntur de siccitate in Francia* — Eodem mense *des.* 2. m) ei 2. n) P. c. 2. o) *deest* 1. p) *quae interposita sunt de pugna Hispanorum des.* 2. q) g. a. *des.* 2. r) Peronnam 2. s) vehenter 1.

1) Isabellam (Iolanthen). 2) Iam a. 1222, Mai. 8. 3) Berengaria. 4) i. e. Legionensis Alfonsi IX. 5) Vaucouleurs supra Mosam fl. 6) i. e. *theriaca.* 7) Iohannam.

sus, eum infra tercium diem a regno suo iubet egredi, dans ei conductum et licenciam re- 1225.
deundi. Ipse vero apud Valentianas rediens, a multis suorum deseritur. Et post infra dic-
tum castrum a quibusdam militibus capitur et tenetur, sed a plebe protinus liberatur. Fit
ubique per Flandriam hostilis vastatio. Nam comitissa cum armorum multitudine villas
peragrat et predatur civesque infinitis nummorum exactionibus aggravat et nobiles, qui
contra eam fuerant, exulatur[a]. . . . . . . In vigilia autem Magdalene Ludovicus rex Pari- Iul. 21.
sius concilium convocavit. . . . . . . Nec mora, in vigilia sanctorum Iacobi et Christophori Iul. 25.
circa mediam noctem infra fossata urbis Turonice pars maxima concrematur. Tunc ille,
qui se Baldoinum Flandrie comitem asserebat, sub specie mercatoris per Burgundiam
fugiens, a milite quodam captus Flandrie[b] comitisse redditur et carcere mancipatur. . . . . . .

Cumque[c] Flandrie comitissa, detento in carcere dicto comite Baldoino, recuperare Flandrie comitatum cordaque Flandrensium minime potuisset, ad eorum ignominiam et contemptum eum per maiores villas Flandrie fecit in quadriga distrahi et in patibulo quod pilorium dicitur cum duobus canibus hinc inde pendentibus hunc suspendi. Postremum vero, cum nec sic ad se retrahere eos posset, illum nec confessum de crimine nec convictum in patibulo quod gibetum dicitur apud Insulam Flandrie mori fecit. Sed, sicut a maiori parte magnatum et populi dictum est, super hoc crimen patricidii hec incurrit. Nam, quamvis aliqui eum mechum esse dicerent, alii illum Gorginum de Mez vocarent, alii eum Bertrandum de Rai[1] nominarent, hoc totum favore factum est comitisse. Nam nullus eorum fide dignus inventus est, qui illum alibi se cognovisse recoleret vel vidisse. Ipse vero manens in eodem proposito, se esse Baldoinum comitem Flandrie seque iniuste detentum a filia semper dixit. Et sic, populis lacrimantibus, circa Kal. Octobris in dicto patibulo spiritum exhalavit.

Circa hos dies Fredericus imperator Alemannie quosdam magnatum Apulie et Calabrie, qui contra eum diu rebelles fuerant nec debitam ei fidem servaverant, a terra expulit, quosdam in carcere mancipavit, quosdam diversis suppliciis interfecit, quosdam in exilio relegavit. . . . . . .

In sequenti vero festo sancti Andree apostoli. . . . . . . Nov. 30.

Per idem tempus occisus est Corradus[2] archiepiscopus Coloniensis a quodam nobili
nepote suo[3], eo quod eum excommunicatum pro manifesta iniuria nolebat absolvere, nisi
prius satisfaceret de commisso. Sed quia memor fuit iusticie Dei solius nec ad carnem
respiciens cor reflexit, Retributor bonorum operum eum innumeris signorum miraculis
illustravit. Parricida autem ille, qui patruum paternum et patrem occiderat, sequenti anno
fugitivus capitur, captus equis distrahitur[4], distractus in tres partes iudicio detruncatur, 1226.
detruncate partes triplici homicidio suspense ad ethera tripliciter puniuntur; fratres eius
insuper et sorores omnesque alii laici eum in gradu tercio attingentes exilio perpetuo[d]
condempnantur, clerici vero ordinibus et beneficiis privati, in abbatiis ad agendam peni-
tentiam detruduntur. . . . . . .

Tunc cum Richardus comes Soranus, frater[e] Innocentii pape, aliique Romani contra 1225.
nepotes pape Honorii de die in diem assuetis assultibus dimicarent, Honorius papa ab Urbe
egreditur[5] et apud Rietam[f] urbem usque ad initium quadragesime demoratur. 1226. Mart 4.

Interea filia[6] Iohannis regis Ierosolimitani apud Tyrum ad regnum Ierusalem de
mandato patris noviter coronata Appuliam aplicat, ubi Fredericus imperator in nativi- 1225. Dec. 25.
tate Domini eam apud Barletam[g] recipit in uxorem. Sed non multo post idem imperator
in quodam opido eam incarcerat et consobrinam eius, filiam Galteri[7] comitis de Brenna,
vi captam detinet et deflorat, a Iohanne rege Ierusalem, patre uxoris sue, quinquaginta
milia marcharum argenti repetens, quas Philippus quondam rex Francie reliquerat[8] in sub-

a) *deest* 2. b) *deest* 2. c) *ante haec iam desinit* 2 *his verbis:* dominumque de Bragerac regis sui subiugant ditioni. d) perpetu 1. e) fater 1. f) Rictam 1. g) Balletam *h. l.* 1.

1) Alii scribunt, ipsum confessum se esse Bertrandum de Rais; Phil. Mouskes v. 25454 sqq.; Rein. Leod., SS. XXVI, p. 679; Bald. Avenn. c. 235, SS. XXV, p. 455; Bald. Ninov. ib. p. 540; Albr., SS. XXIII, p. 916. 2) Immo Engelbertus. 3) Friderico comite de Ysenburg. 4) Immo rota flexu moritur. 5) Mense Aprili exeunte Tibur profectus, unde Iunio mense ex. Reate abit, et ibi usque in Febr. a. 1226. moratus est; cf. Potthast, Reg. I, p. 640 sqq. 6) Isabella (Iolanthe). 7) Qui frater Iohannis regis Ierosolimitani fuit. 8) V. testamentum eius, SS. R. Gall. XVII, p. 115, quo 150000 marcas argenti pro Terra Sancta legat.

sidium Terre Sancte, cum regnum Ierosolimitanum ex parte uxoris sue ad eius[1] dominium devenisset, nec antea in deputatos usus predictam pecuniam expendisset[2]; quas idem rex eidem imperatori reddere non volebat, quousque ad partes tenderet transmarinas et regnum et regni regimen recepisset; et ob hoc predictus rex a Barleta, ubi diu fuerat, discedere non audebat.

1225. Tunc[3] Iohannes comes Cabilonensis Henricum[4] comitem de Bar[5], qui in terram suam quoddam opidum contra ius de novo firmaverat, inito certamine, cum aliis multis cepit et carcere mancipavit; sed sequenti anno eum innumera redemptum pecunia a carcere liberavit[6]. . . . . . .

1226. Mense autem Martio Honorius papa per universas provintias predicatores cum litteris destinavit, qui ob Terre Sancte subsidium populis predicarent in remissionem omnium peccatorum, sicut superius continetur in Lateranensi concilio generali[7]. Statuensque, [ut[a]]
Ps. 78. in omnibus missis, exceptis dominicis et sollempnibus, *Deus venerunt gentes* post pacis osculum, ante sumptionem hostie salutaris ad implorandum super Terre Sancte subsidio divinum auxilium decantetur, et quod singulis mensibus fiat semel super hoc processio generalis, et quod ibi de cruce sermo ad populum proponatur, et quod in ecclesiis, in quibus conveniet processio generalis, ponatur truncus, in quo oblationes posite et per duos clericos et duos laicos conservate, per dyocesianum[b] loci cum[c] predicatorum consilio in Terre Sancte subsidio deputentur; mandans[8], quod Fredericus imperator iuramento prestito tenebatur ab Augusto mense nuper preterito in[d] biennium iter arripere transfretandi et ad ducendum et tenendum secum in expensis suis [mille[e]] milites in partibus transmarinis, ita quod, si aliquis de ipso numero statuto tempore deesse contigerit, quinquaginta marchis per annum[f] defectus militis redimetur, et ipsam pecuniam expendet imperator in terre subsidium ad testimonium et consilium regis Ierosolimitani et patriarche et magistri hospitalis Theutonicorum et aliorum ibidem Christo famulantium, prout viderit expedire. Et si imperatorem aliquo casu abesse contigerit, memorata pecunia per predictorum manus, sicut dictum est, expendetur. Tenetur insuper dare passagium duobus milibus militum et familiis eorundem et pro milite tribus equis et ducere secum centum celeendras et tenere quinquaginta galeas per totum biennium, si fuerit necesse, armatas. Quod si aliquo tempore illius biennii illas, vel quia necesse non sit vel ob aliam causam, contingeret non teneri, sumptus illi, qui in eis tenendis fierent, estimabuntur et in terre[g] negotio, sicut de aliis dictum est, expendentur. Tenetur etiam in omnibus passagiis a mense Augusto[h] nuper preterito usque ad biennium in manibus regis Ierosolimitani et aliorum prenominatorum deponere viginti milia untiarum auri vel equivalentia in argento; que omnia per manus imperatoris, si transfretaverit, in Christi servitio dividentur. Et si obierit vel non transierit, per manus predictorum, sicut superius dicitur, expendentur. Et si infra biennium quicquam humanitus de imperatore contigerit, et aliqua de his que superius sunt expressa solvenda remanserint, regnum suum Sicilie remanebit ad hec omnia obligatum, ita quod quicumque illud tenebit ea tenebitur integre adimplere. . . . . . .

Mart. 29. Postea* in dominica qua cantatur *Letare Ierusalem*, scilicet 4. Kal. Aprilis, Ludovicus

*) *Iuvat hic addere locum ex Vincentii Speculo historiali, SS. XXIV. inter excerpta eius onmissum. Ex libro XXX, c.* 125:

1223. Tricesimum septimum etatis[i] annum fere compleverat Ludovicus, quando fuit coronatus; et ipse quoque cum imperatore Frederico[9] pacis ac federis colloquium apud Vallem-coloris habuit.

Cap. 128. De captione Avignionis per regem Ludovicum.

1226. Ian. 28. Eodem anno die Mercurii ante purificationem Ludovicus rex et quam plurimi magnates, archiepiscopi, episcopi, comites et[k] barones apud Parisius per manum Romani cardinalis et legati contra Albigenses accipiunt signum crucis. Consequenter autem in paschali tempore anno Domini 1226. rex et omnes crucesignati Bithuris conveniunt. Inde procedunt per Nivernam et Lugdunum civitates apud Avignionem, urbem inexpugnabilem, ab ecclesia Romana per 7 annos excommunicationi subiectam propter hereticam pravitatem. Rege autem credente se habiturum pacificum transi-

a) *deest* 1. b) *sic* 1. c) eam 1. d) in b. *superscr.* 1. e) *deest* 1, *supplevi ex litteris laudatis.* f) anum 1. g) sanctae *add. Br.* h) Augusti *corr.* Augusto 1. i) sue *add. ed.* k) et c. ac b. *ed.*

1) scil. Friderici. 2) scil. Iohannes. 3) *Ante natale Domini* Albr. ad a. 1225 (SS. XXIII, p. 915). BR. 4) II. 5) Bar-le-Duc. 6) Cf. Albr. p. 918. 7) A. 1215, p. 467. 8) Sequentia conveniunt cum charta conventionis inter papam et imperatorem a. 1225, Iul. data, LL. II, p. 255. et saepius impressa. Ex qua papa litteris supra laudatis haec inseruit. 9) Non cum imperatore, sed cum filio eius Heinrico.

rex apud Parisius concilium[a] convocavit, ibique multa cum legato[1], episcopis et baronibus 1226. tractans de negotio[b] Albigensi, universis et singulis regni sui, qui ei debebant exercitum, mandavit per litteras et precepit, ut quarta dominica post resurrectionem dominicam in occursum eius cum armis debitis apud Byturicas convenirent, sic tractantes negocia, sic parati, quod possent cum eo in partibus[c] Tholosanis[d], quamdiu ibi moram faceret, demorari. . . . . . .

Anno Domini 1226. et Frederici imperatoris 11. et Ludovici regis 4. idem imperator apud Cremonem Ytalie concilium celebravit super extyrpatione hereticorum Ytalie et negotio Terre Sancte et concordia civitatum. Sed urbes Ytalie ob adventum eius confederate ei obedire eumque recipere noluerunt, immo eum inefficacem redire versus Apuliam compulerunt. . . . . . .

Tunc comes Marchie[2] a rege monitus et legato, filiam[3] comitis Tholosani[4], quam filio suo desponsaverat, reddidit comiti Tholosano. Quo facto, rex, legatus universique et singuli qui cruce signati erant 16. Kal. Iunii apud Byturicas[e] ex omni parte conveniunt, ibique Mai. 17. rex et legatus super negocio Albigensi multa consilio episcoporum et principum ordinant et discernunt. . . . . . . A Narbonensi enim provintia multi nobiles ad regem venerant et homagia fecerant ei, dissuadentes, ne per terram eorum, que penitus destructa fuerat, cum suo transiret exercitu, sed Rodanum apud Lugdunum transiens, Avionium tenderet et sic per pontem Avionii Narbonensem provinciam perveniret. Rex ergo, eorum consiliis acquiescens et impedimenta moveri precipiens, cum infinito exercitu Avernicum tendit, ibique cum comite Avernico[5] treugam firmans, Lugdunum urbem pervenit. In occursum enim eius et legati ibi Avionenses cives animo Iude proditoris advenerant, petentes absolutionis benefitium a legato, regi omnimode suplicantes, quod cum centum militibus et legatus cum archiepiscopis et episcopis tantum eorum urbem intrarent, civiumque iuramentis receptis, eis absolutionis benefitium impertirent[f]; rex insuper ab eis obsides reciperet, quod ei fideliter obedirent et pro posse suo cum victualibus exercitum sequerentur, facientes forum competens victualium, et quod Beauquaere[6] castrum, quod a comite Tholosano pro quadam summa pecunie obligatum tenebant, ei redderent, si pecuniam debitam se eis promitteret soluturum. Timebant enim, eo quod per 14 annos et amplius excomunicati fuerant pro Tholosano comite, quem fovebant. Rex igitur et legatus, proditionis periculum ignorantes, receptis obsidibus, eis que petierant concesserunt. Sicque illi gaudentes, cum dolere deberent, ad propria redierunt. Fama protinus evolante, quod Avionenses se regi Francie subdidissent, hii qui castrum de Beauquaere ex parte Avionensium civium contra regem munierant, Nerbonensi[g] archiepiscopo[7], qui ad regem venerat, obtum apud Avignionem propter quasdam previas pactiones, quas habuerat cum eisdem, porte clauduntur civitatis, et excluditur rex cum suis. Rex miratur, et spiritu virtutis assumpto, villam obsidet, suo obside[h] tripertito. In vigilia sancti Barnabe apostoli, que fuit quarta feria 1226. pentecosten, machine eriguntur, trabucheta, petrarie[i], mangonella; parum[k] prosunt. Hii qui Iun. 10. intus sunt viriliter se defendunt. Rex inestimabiles sumptus facit. Durat obsidio usque ad festum assumptionis beate Marie, maximaque mortalitas ibi pullulat; de nostris circa 2000 hominum Aug. 15. telorum[l] ymbribus et lapidum volatu et infirmitate propria moriuntur. Moritur ibi Guido comes Sancti Pauli, percussus lapide petrarie, vir armis strenuus, catholicus et honestus. Moritur etiam ibi episcopus Lemovicensis[8]. Comes Campanie[9] redit ad propria sine licentia domini regis vel legati. Tunc Avignionenses regis magnanimi constanciam attendentes, qui cum suis proceribus iuramento firmarat[m] se non recessurum, donec villa caperetur vel redderetur, 200[n] datis obsidibus de melioribus ville, iurant stare mandato ecclesie. Tunc de mandato domini legati, rege imperante, fossata implentur, trecente domus turrales, que in villa erant, et omnes muri circumquaque solo diruti coequantur. Villa absolvitur[o]; dominus legatus multas bonas et laudabiles constitutiones[p] inducit. Magister Nicholaus de Corbeya, monachus Cluniacensis, in ipsius loci episcopum consecratur. Rex, inde amoto exercitu, progreditur per Provinciam, et redduntur[q] ei pacifice civitates et castra et forterície omnes usque[r] ad leucas quatuor a Tolosa. Rex preficit toti illi regioni Hymbertum de Bello-ioco loco sui.

a) *in marg. eadem manu suppl.* 1. b) o *e corr.* 1. c) transmarinis *add. sed eadem manu del.* 1. d) Thol. *corr.* Tol. *h. l.* 1. e) Bytur' 1. f) impart. *corr.* impert. 1. g) *sic h. l.* 1. h) *sic ed.*; obsidei *cod. Berol. Lat. in fol. nr.* 75. i) petraria *c.* k) ut (vel) *add. c.* l) cel. *c.* m) firmaret *c.* n) d. 200 *ed.* o) absollv. *corr.* absolv. *c.* p) inst. *ed.* q) reddunt *c.* r) quoque *ed.*

1) Romano cardinali diacono S. Angeli. 2) Hugo X. 3) Iohannam. 4) Raimundi VII. 5) Willelmo X. 6) Beaucaire. 7) Petro Amelii. 8) Bernardus. 9) Theobaldus IV.

1226. viantes, humiliter suplicant et exorant, ut castrum de Beauquaere loco regis reciperet illudque a regis hostibus defensaret; qui statim castrum illud nobile sic recepit et usque in adventum regis illud sagaciter muniens custodivit. Avionenses itaque, qui a iugo Dei necnon et hominum diu cervices reiecerant, in mortem regis et legati et episcoporum conspiraverant, si ita soli, sicut promiserant, infra eorum urbem et menia pervenissent. Cumque
Iun. 7. in die pentecostes, scilicet 7. Ydus Iunii, rex prope Avionium[a] urbem fere per quatuor miliaria cum toto exercitu resedisset, civesque Avionenses, putantes conceptum scelus perficere, ad eum pervenissent, rumor, qui clam nichil agere consuevit[1], Deo dante, Avionensium insidias regi protinus revelavit[2]. Dumque sic inter regem et Avionenses de pace secreto diutius tractaretur, Galterus Blesensis[3] comes multique alii inter regem et Avionenses pacem factam esse credentes, armisque assumptis ab exercitu recedentes, elevatis vexillis circa urbem Avionensem veniunt; statimque Avionenses, credentes ibi regem, legatum et episcopos interesse, per muros dissiliunt, eos altisonis[b] blasphemiarum clamoribus et inaudita fulminatione iaculorum et lapidum appetentes. Qui videntes se ita ex insperato lapidum, iaculorum et sagittarum grandine sautiari, pro posse suo se viriliter defendentes, et hinc inde, prout poterant, latitantes, ad portam pontis fortuitu pervenerunt pontemque transeuntes[c], ex alia parte Rodani remanserunt, multique illorum deviantes ab aliis capti fuerunt, multique a lapidibus obruti perierunt. Seductione itaque sic comperta, rex ira suc-
Iun. 8. census prenimia, in crastino naves, quas secum portari faciebat in curribus, fecit in Rodanum iactitari, Guidonemque[4] Sagitte[5] comitem et Guidonem comitem Sancti Pauli et Iohannem Vindocinum comitem cum multis aliis in succursum aliorum transire precepit ex alia parte Rodani eosque ibi, donec super hoc haberet consilium, cum aliis demorari. Quo viso, Avionenses, qui eos qui transierant quasi pro captis habebant, pontem ab utraque parte celeriter diruerunt[6], ita quod exercitus ad ipsos nec ipsi ad exercitum transire extunc nisi navigio potuerunt. Tunc Franci, angustiis talibus coartati, consilium habuerunt, ut in quandam insulam, que inter eos et urbem in medio Rodani sita erat et ponti Rodani adherebat, navigio pertransirent, quia, prout eis videbatur, si transire[d] possent, ibi Avionenses vel Tolosanum comitem non timerent. Sicque esurientes et sitientes ad illam insulam transierunt[e]; sed confortati a Domino, ibi infinitam multitudinem animalium rep-
Ps 110, 4 5 perierunt, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam: *Memoriam fecit mirabilium suorum miserator et misericors[f] Dominus, escam dedit timentibus se.* Urbe igitur ab illa parte
Iun. 9. navigio sic obsessa, rex sequenti die Martis Avionenses per nuncios requisivit, ut homines suos, quos captos tenebant, ei redderent et pactiones illas, quas datis obsidibus ei servandas iuraverant, conservarent. Qui de seductione sua timentes, eos quos ceperant reddiderunt, sed spretis iuramentis et obsidibus, tenere pactiones alias noluerunt. Quo audito,
Iun. 10. rex sequenti die Mercurii, scilicet 4. Ydus Iunii, ex omni parte Avinionum urbem obsidet, eos diversis impugnans machinis et ab eis similiter impugnatus. Fecit enim pontem de navibus super Rodanum fabricari, per quem sui poterant usque ad alios, qui in insula morabantur, et etiam usque in aliam partem Rodani vel transire sine periculo vel morari. Multi etenim nobiles provincie Narbonensis ad regem venerunt, seque suaque dedentes, munitiones suas in manu regia posuerunt[7]. Marsilienses insuper arma, naves, machinas et victualia ad exercitum detulerunt et, quamdiu regem ibi morari oportuit, ei in omnibus decenter et assidue servierunt. . . . . . .

Rege igitur Ludovico Avinionum[g] urbem sic incessanter machinarum assultibus diruente, Avionenses, mortis exitum prestolantes ignemque mirifice iacientes, partem magnam machinarum regalium combuxerunt[h] et Amorricum Copeau, qui regis petrarias aliasque machinas faciebat, ictu petrarie, suis meritis exigentibus, occiderunt[8] iuxta illud Ovidii:

a) Avionīū 1. b) altissonis 1. c) trāsseuntes 1. d) traňsire 1. e) transsierunt 1. f) miseri | cor 1. g) Aviniou̅ 1. h) *sic* 1.

1) Phil. Mouskes v. 25707 sqq. scribit, quendam pauperem hominem regi proditionem enuntiasse. 2) Cf. epist. Romani legati, Vaissète, 'Hist. de Languedoc' ed. nova VIII, p. 838, nr. 253, datam Iun. 9, qui papae iam scribit, se regi praecepisse, ut civitatem Avinionensem 'ab heretica pravitate purgaret'. 3) Cf. Phil. Mouskes v. 25690 sqq. 4) De Monteforti, fratrem Simonis IV. 5) i. e. Sidon (Saiette) in Syria. 6) Haec omnia a praelatis et baronibus crucesignatis exponuntur in epist. ad imperatorem data, Vaissète l. l. VIII, p. 840, nr. 254. 7) Multorum litteras vide Vaissète l. l. VIII, p. 858, nr. 258, § 4 sqq. 8) Cf. Phil. Mouskes v. 25866 sqq.

Nec est lex iustior ulla Ars amat. I, 655 sq
Quam necis artifices arte perire sua.

Nec mora, 6. Idus Augusti Guido comes Sancti Pauli ictu petrarie in quodam assultu occiditur; 1226. Aug. 8. et, nisi a baronibus Francie, qui contra regem occulte conspiraverant, negotium turbaretur, in illo assultu a Francis civitas caperetur. Nam cum Petrus comes Britannie ab Honorio papa litteras[1] impetrasset super divorcio inter Ferrandum comitem et Iohannam comitissam Flandrie celebrando et etiam matrimonium accusaret eamque consentientem sibi desponsandam preordinasset[2], rex iratus hoc audiens nec operi nefando consentiens, Ferrandum comitem 40 milia[a] librarum Parisiensium[b] redemit eumque in sequenti nativitate Domini, receptis ab eo et a baronibus Flandrie munitionibus, iuramentis et obsidibus, a carcere liberavit. Et ob hoc[3] Petrus comes Britannie cum Campanie et Marchie comitibus multisque aliis baronibus contra omnes, rege non excepto, conspiraverant[a], sicuti dicebatur, Avionenses[c] necnon et comitem Tholosanum in tantum fovens et adiuvans[4], quod ad eos suos nuntios cum muneribus transmittebat, eorumque munera nuntiosque recipiens, se suspectum regi et omnibus exhibebat. Comes insuper Campanie Theobaldus, qui regis cognatus erat[5] cognatamque regis uxorem[6] habebat et in domo regia cum rege nutritus fuerat, quem etiam idem rex contra Herardum de Brenna, qui ex parte uxoris[7] petebat Campanie comitatum, in quantum poterat adiuvarat[a], honoris immemor et amoris, regem et dominum inter hostes in tamque urgenti negocio dereliquid; veniensque in Franciam, ad sui nominis suique generis dedecus et ignominiam, quasi regi et regno insultaturus[d], urbes suas et oppida muris et propugnaculis reparavit. . . . . . .

Tunc circa Septembris initium, cum barones contra[e] regem Francie, rege inscio, conspirassent eique inceptum crucis negotium dissuaderent, gentesque regalis exercitus de die in diem fetore aeris infirmarentur et velud Egyptii muscarum multitudine turbarentur et tum languore, tum ictu lapidum, tum iaculis morerentur, Avionenses mortem evadere cupientes, regi Francie occulto Dei iudicio se dederunt superque satisfatione[a] sancte ecclesie et regi debita in legatum se compromittentes, regi centum et quinquaginta obsides super hoc tradiderunt. Quo facto, legatus, habito regis, episcoporum et baronum consilio, villam intravit, ecclesias mundavit, episcopumque et clericos ibi instituens, universis et singulis civibus absolutionis benefitium impertivit. Nec mora, 4. Idus Septembris, scilicet die Iovis, Sept. 10. circa meridiem ab urbe egrediens, convocato rege et civibus, arbitrium suum protulit in hunc modum: Quod omnes muri ville turresque et propugnacula necnon et trecente meliores domus solo tenus equarentur fossataque omnia replerentur, et sic usque ad quinquennium remanerent, ita tamen, quod sine mandato domini pape infra quinquennium ea[f] reficere non valerent. Addens et precipiens, quod Avionenses sex milia marcharum argenti et omnia arma et omnes ville machinas regi darent castrumque de Beauquaere et peccuniam pro qua illud obligatum habuerant regi concederent et quitarent, episcopo Avionensi marchas argenteas mille dantes, tenentes expensis suis 30 milites in Terra Sancta usque ad triennium commorantes, iniunctam eis insuper a domino papa penitentiam facientes. Quo dicto, Avionenses lacrimantes admodum recesserunt; Francique necnon et indigene, quos Avionenses diu vi[g] depaverant[h], statim domus, muros et propugnacula diruerunt fossataque omnia repleverunt. Et sic Avinionum civitas, que nec Deo obedire volebat vel homini, sicut Ninive a Domino derelicta, subvertitur et quassatur iuxta illud psalmographi: *Nisi* Ps. 126, 1. *Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* . . . . . .

Tunc cum rebelles urbes Ytalie Fredericum imperatorem inefficacem recedere ab Ytalia[8] coegissent et merces suas ducere per imperium sine conductu eius et licentia minime potuissent, cum illo pacifice componentes, sexaginta milia librarum imperialium et cum

a) *sic* 1. b) Pariensium 1. c) Avioneses 1. d) insultatorus *corr.* insultaturus 1. e) cē (circa) 1. f) *superscr.* 1. g) *eadem manu in marg. suppl.* 1. h) *forte* depredaverant; depravaverant *Br.*

1) Quae non exstant. 2) Huic opinioni pondus addunt litterae comitissae Iohannae ap. Baluze, Miscell. VII, p. 254, quibus se perstringit ad accipiendum maritum Ferrandum. BR. 3) Scil. quod rex de Ferrando liberando tractaret. Nam demum a. 1226. Dec. ex., ut praedictum, comes solutus est. Cf. Vinc. XXX, 129. 4) Cf. Phil. Mouskes v. 26073 sqq. 5) Avia eius Maria fuit soror Philippi II. regis, patris Ludovici VIII. 6) Agnetem, filiam Guichardi IV. domini de Belloioco (Beaujeu). 7) Philippinae, quae fuit filia Henrici II. comitis Campaniae, cui filios non relinquenti successit frater eius Theobaldus III, huic filius Theobaldus IV. 8) scil. superiore, quam solam hoc nomine intelligit auctor.

1226. expensis suis quadringentos milites in Terra Sancta commorantes per biennium eidem imperatori fideliter promiserunt. Et sic in libertate sua remanserunt.

Iohannes vero rex Ierosolimitanus, qui Frederico imperatori, socero[1] suo, regnum Ierosolimitanum reliquerat et iam dudum ab eo iratus discesserat, videns eum ex sua filia quandam filiam genuisse, naturali pietate commotus, eum de pace per nuntios humiliter requisivit eique, sopita discordia, de pecunia, quam Philippus rex Francie in subsidium Terre Sancte reliquerat, satisfecit. . . . . . .

1227. Interea[2] legati ex parte Henrici regis Alemannie pro confirmanda[a] sotietate et amicicia pristina ad regem Francie pervenerunt, receptique honorifice, ad illam confirmandam Milonem Belvacensem episcopum in Alemanniam perduxerunt.

Mart. 18. Nec mora, 15. Kal. Aprilis in urbe Romana moritur Honorius papa III, etate senior, pietatis et misericordie singularis. Sedit autem in papatu annis decem, mensibus novem.
Mart. 19. Cui in crastino successit Gregorius IX, natione Campanus. Qui prius Hostiensis episcopus Hugunchio vocabatur[b].

a) firm. *corr.* confirm. 1. b) *sic desinit* 1.

EX CONTINUATIONE CHRONICI S. MARTINI ABBREVIATI.

f 12 1251. Hoc anno ierunt pastores et quasi motu maligno ibant per patriam facientes multa dampna pluribus et maxime in civitate Turonensi. Iacobinus quidam ribaldus erat eorum rex, qui sanabat claudos violenter hoc modo: capiebat infirmos per tibias et membra et ita fortiter stringebat, quod propter dolorem quem habebant dicebant se sanos esse, ad hoc quod possent de manu sua evelli.

f 36' 1256.[a] Hoc anno fuit Theobaldus comes de Bar captus in bello de Hollende[3] et vulneratus in oculo.

1264. Ivit Karolus comes Andegavensis, frater sancti Ludovici regis Francie, tunc ex mandato et auctoritate apostolica contra Manfredum regem Sicilie. . . . . . .

Nov. 23. 1283. Hoc anno fuit magnus tumultus ventorum in vigilia sancti Clementis. Et circa pentecosten sequentem[4] mortuus fuit Karolus rex Sicilie et Martinus papa.

1290. Satis fuerunt vina, satis bona. Et venerunt in Franciam duo cardinales, dominus Giraldus de Palmis et dominus Benedictus, qui post papa Bonefacius, cum maxima pompa et expensis super ecclesias sumptis. . . . . . .

f. 37. 1297.[b] Ivit rex Francie in Flandriam cum inestimabili apparatu. . . . . . .

1299. Fuit pax inter regem Francie et regem Alemanie in planis de Vauquelaur.

1300. Comes [Flandrie[c]][5] et fillii[d] sui[6] ad voluntatem regis se miserunt. . . . . . .

1328. Rebelles fuerunt Flamingi contra regem Francie et comitem[7] a comitatu Flandrensi expulerunt et multos nobiles suos occiderunt. Demum accedente ibi rege cum ducibus Britanie[8] et Burgondie[9], cum comitibus de Blesis[10], de Henaust[11], de Vindocino et pluri-
Aug. 23. bus aliis nobilibus, Flamingi venerunt in vigilia festi beati Bartholomei ante papiliones regis ita tempestive[e], quod, nisi esset comes de Hanone, qui eis obviavit, rex captus esset ab eis; sed quidam[f] miles de Francia vocatus dominus Reginaldus de Lauro ante regem ab eis fuit peremptus, qui miles regem ab eis deffendebat; et tunc regem oportuit equum ascendere, ipso rege adhuc non armato; et erat inter eos quedam mulier eorum defferens vexillum; sed nutu divino omnes ibi extincti fuerunt gladiis et aliis diversis penis; et tunc receptus fuit eorum comes in comitatu proprio. Et fuerunt mortui quatuordecim milia Flamingorum, et dirrupte municiones de Brugis et de multis aliis vilis[d] in Flandria situatis. . . . . . .

a) *alia manu pergit c.* b) *sequentia variis manibus scripta c.* c) *post add. c.* d) *sic c.* e) tamp. *c.* f) quidem c.

1) i. e. genero. 2) Dies proxime praecedens est a. 1227, Mart. 16, quo tempore Ludovicus IX. rex cum Hugone Marchiae et Petro Britanniae comitibus pacem fecit. 3) Prope Westkappel inter Margaretam comitissam Flandriae et Wilhelmum regem commisso. 4) Minime; sed Karolus a. 1285, Ian. 7, Martinus a. 1285, Mart. 28. mortui sunt. 5) Guido. 6) Robertus et Wilhelmus. 7) Ludovicum I. 8) Iohanne III. 9) Odone IV. 10) Guidone de Castillione. 11) Wilhelmo I.

EX PETRI BECHINI CHRONICO.

Petro Bechini filio chronicon succinctum ab origine mundi usque ad a. 1138. *tribuitur nota codicum:* Ab Heracleo usque ad hoc tempus additum est a Petro Bechini filio; *quae vero non in fine operis, sed post annale* 1122. *legitur, cum tamen iam antea rerum a.* 1128. *et* 1137. *mentio facta sit. Unde dubitatio fit, num totus liber ab hoc compositus, an potius quidam eiusdem libellus in chronico exscriptus sit. Certe vero etiam quae post illam notam leguntur auctori totius operis tribuenda sunt. De Petro Bechini nihil constat, cum ex libro appareat, auctorem fuisse canonicum S. Martini Turonensis vel sane aliquo modo eidem ecclesiae addictum. Qui simplicissimo modo, temporum ordinis parum vel paene nulla ratione habita, libellum inde ab aevo Carolorum ex Willelmi Malmesburiensis Gestis regum Anglorum, Annalibus Einhardi, Catalogo quodam pontificum, notis chartisque S. Martini composuit. Qui tamen libellus non parvam auctoritatem nactus est, cum a Pontiniacensi, Andegavensi, Turonensi scriptoribus*[1] *exscriptus sit et complures codices eius, Parisiensis nr.* 2825, *ex quo b. m. G. H. Pertz nonnulla enotavit, Vatic. Christinae reg. nr.* 561. 609. 1852, *omnes saec. XII, Musei Britann., Cotton. Vespas. D. XIII, comitis de Ashburnham Barrois nr.* 251 *(cf. 'N. Arch.' IV, p.* 613, *ubi notae additae usque ad a.* 1199. *impressae sunt) adhuc exstent. Partem chronici primus edidit Duchesne, Hist. Franc. SS. III, p.* 365 *sqq., deinde integrum fere Salmon, 'Recueil' p.* 1—63, *ex qua editione exigua fragmenta excerpsimus et chronico S. Martini Turonensi subiecimus.* *O. Holder-Egger.*

. . . .

Henricus[2] anno regni 5. vel 6. die sancti Michaelis[3] Robertum fratrem[4] cepit et Guillelmum comitem Moretonii, Will. Malm. V, 395.
Normanniamque ut suam habuit. De illo bello Robertus de Belesmo evasit, sed a rege captus est. Roberti 1103.
comitis uxor mortua erat, antequam captus esset[5]; de qua filium habuit Guillelmum, qui filiam[6] comitis Andegavensis[7], postea regis Ierusalem, duxit; sed ab illa propter cognationem separatus, sororem[8] reginae Franciae[9], uxoris Lodovici regis, duxit, data ei Flandria 1127.
post obitum Caroli comitis. Sed Guillelmus non diu vixit, lancea manu percussus. 1128.

160. papa Benedictus decimus mensibus 9, diebus 20.

161. papa Nicolaus secundus annis 2, mensibus 6, diebus 25.

162. papa Alexander secundus annis 11, mense 1.

Hildebrandus ab Alexandro cancellis apostolorum prefectus, Ugoni abbati Cluniacensi quae Ugo cogitaverat dixit, ib. III, 263-265.
id est quia pro tali honore Hildebrandus tumebat; et eidem mortalitatem, quae in quadam urbe post fuit, predixit. Episcopum symoniacum, qui proposita conditione dicere non potuit: *et Spiritu sancto*, cum dixisset: *Gloria Patri et Filio*, deposuit. Hic Hildebrandus post Alexandrum papa fuit.

163. papa Gregorius VII. annis 12. Hic ab Henrico, filio Henrici imperatoris Alemanniae, anno papa- ib. 266.
tus 11. a Roma expulsus est, inducto Gumberto[a], quia eos[b] excommunicabat qui anulum et baculum de manu laica acciperent.

164. papa Victor tertius mensibus 4, diebus 7. Hic dictus est abbas Desiderius Cassinensis; fer- ib.
tur eum ad primam missam obisse, veneno hausto in calice.

165. papa Urbanus annis 12, mensibus 5, diebus 18. Hic primo remansit[c] Odo dictus, prius ib.
prior Cluniacensis, inde Ostiensis episcopus.

Henricus, filius Henrici, regnavit[d] annis 50; habuit filios Conradum, qui, Italia subiugata, apud Aretium Tusciae ib. 288
obiit, et Henricum, qui ipsum patrem regno expulit. Hic ut pater Urbanum Roma expulit[10].

Urbanus in Galliam veniens iter ad Ierusalem predicavit capiendam et orationis gratia limina Sancti Martini expetiit anno Verbi incarnati 1097[11], pontificatus autem 9, per apo-

a) *sic codd. pro* Guuiberto. b) *deest cod. Par.* c) *sic ed.;* Remensis archidiaconus *Will. Malm.* d) regnis *ed.;* regnum *cod. Par.*

1) Supra p. 89. 195. 458. 2) Rex Angliae. 3) *in vigilia s. Michaelis* Will. Malm. 4) Ducem Normanniae. 5) Cf. Will. Malm. IV, 389. 6) Sibyllam. 7) Fulconis V. 8) Iohannam, filiam Reinerii marchionis Montis-ferrati. 9) Adelinae. 10) V. Will. Malm. III, 289. Henrico V. noster ascribit, quae ibi de Henrico IV. dicta sunt. 11) Immo a. 1096, Mart.

stolica scripta[1] precipiens, ut nemo in ecclesia beati Martini preter papam et regem et archiepiscopum Turonensem semel in omni vita sua cum processionis honore reciperetur.

1111. 166. papa[a] Pascalis II. annis 17. Hic ab Henrico imperatore captus fuit; sed concessis investituris ecclesiarum per baculum et anulum, liberatus est et in Gallias venit[2]. . . . . . .

Will. Malm. V, 420. Henricus rex Angliae filiam Mathildem ex Mathilde natam dedit Henrico imperatori Alemanniae, qui quintus imperator eius nominis Paschalem papam cepit. Ex ea prolem non habuit. Quo mortuo, Mathildis in Angliam rediit, data postea Gaufrido comiti Andegavis, filio Fulconis, de quo prolem vivente
ib. 418. patre suo suscepit. Henricus, mortua uxore Mathilde et apud Westmonasterium sepulta, ubi per 17 annos et semis relicto regno vixerat, aliam duxit uxorem Adalam, filiam comitis de Luvanio. . . . . .

Anno Verbi incarnati 1137.[b] siccitas magna fuit a Martio usque in Septembre.

Anno Verbi incarnati 1122. ecclesia beati Martini combusta est . . . . in festo sancti Georgii[c].

Ab Heracleo usque ad hoc tempus additum est a Petro Bechini[d] filio[e].

ib. 432. 434. 167.[f] papa Gelasius II. paucos menses et[g] dies. Hic Iohannes Garanus[h] dictus cancellarius fuit Pascalis, et ab Henrico Roma expulsus, inducto Burdino, apud Cluniacum obiit, veniens in Gallias.

ib. 430. 432. 168.[i] papa[a] Calixtus II. annis 6. Hic primo fuit Viennensis episcopus Guido, et Burdinum in Cava monachum fecit. Hic in Gallias venit anno Verbi incarnati 1119[3].

169. papa Honorius secundus annis 5; anno Verbi incarnati 1129.[4] obiit. Hic primo Ostiensis episcopus dictus Lambertus.

170. papa[a] Innocentius II. annis 9. Hic Gregorius dictus est, cardinalis tituli Iohannis et Pauli. Petrus Leonis se papam faciens, eum Roma expulit, qui in Gallias venit; sed auxilio Lotharii imperatoris Alemanniae Romae rediit, Rogerio duce Apuleiae ab Apuleia pulso, qui Petro Leonis favebat. Lotharius Roma reversus obiit, et Petrus Leonis anno antipapatus nono, uti dignum erat, obiit anno Verbi incarnati 1138, pontificatus Innocentii[k] 9.

Iohannes[5] de Temporibus vixit annis 361 a tempore Karoli Magni, cuius armiger fuerat. . . . . . .

a) *deest cod. Par.* b) 1127. *cod. Christ.* 561; *ad a.* 1137. *eadem verba Ann. S. Florentii Salmur.* c) Gregorii *cod. Par.* d) Bechinni *cod. Christ.* 1852. e) *hic desinit cod. Christ.* 561. f) 168. *cod. Par.* g) vel *cod. Par.* h) *sic cod. Par. et ed.; i. e.* Gaitanus. i) 158. *cod. Par.* k) Innocentis *ed.*

1) Jaffé nr. 4207. 2) Iam a. 1107, multo antequam captus sit. 3) Potius hoc anno in Galliis Cluniaci electus est. 4) A. 1130, Febr. 14. 5) Haec fabula unde orta sit, nescio. Eadem per Willelmum Godellum (supra p. 197) et Robertum Autiss. ad Vincentium XXVII, 16. pervenit, ex quo in Martinum Oppav. (SS. XXII, p. 469) transiit et ita latius propagata est.

EX NICOLAI DE BRAIA CARMINE DE GESTIS LUDOVICI VIII. REGIS.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Nicolaum Braiae alumnum, ut poeta se ipsum inducit, primus Brial et plerique hunc secuti coniiciebant esse Nicholaum Braiacensis ecclesiae[1] *decanum, cuius in charta a.* 1202.[2] *mentio fit; quod satis probabile est, etsi pro certo haberi nequit. Hic Willelmi Brittonis Philipida imitatus carmen de gestis Ludovici VIII. post mortem huius regis*[3] *conscripsit, quod Willelmo Arverno episcopo Parisiensi (a.* 1228—1248*) his versibus dedicavit*[4] *(v.* 17 *sqq.):*

Et tu quem decorat virtutum scema, sophie
Gratia, quem genitrix et virgo pudica pudicum
Esse sibi gaudet famulum, quo presule ridet
Artibus ingenuis vernans urbs Parisiensis,
Quo festivat eam[a] Alvernia fomite felix,
Gemma sacerdotum, cleri decus, huc ades! Aures
Huc adverte tuas ceptis, patiare camenam,
Presidioque tui Braie Nicolaus alumnus
Gaudeat, et robur tua gratia conferat illi.

a) festinat cum *Ch.*

Carmen non integrum, sed fine destitutum servatum est, ni forte imperfectum relictum. Versibus qui adhuc exstant 1870 *duo praecipue bella, Rupellense et Avinionense, cui poeta ipse praesens interfuit, enarrantur. Istius belli descriptio suo pretio non carens*[5]*, quamvis luculentiores narrationes Philippi Mouskes et Chronistae Turonensis habeamus, huic tomo inserenda erat. Poeta in carminibus veterum, Ovidii praesertim, bene versatus, eorum more, omni apparatu mythologico, ut ita dicam, adhibito, narrationem exornat et arte metrica satis prompte utitur. Sed opus eius misero modo corruptum ad nos pervenit. Unicus enim codex manuscriptus olim Ioannis Beslii, non ante saec. XV, ut putaverimus, exaratus, nunc deperditus videtur, ex quo Duchesne, SS. R. Franc. coaet. V, p.* 290 *sqq., carmen innumeris mendis maculatum neglegentissime imprimi fecit; quorum quidem permulta D. Brial in sua editione, SS. R. Gall. XVII, p.* 311 *sqq., sustulit, sed satis uberem messem nobis aliisve in emendando opere laboraturis reliquit. Etiam rationem verborum scribendorum saec. XIII. usitatam restituimus.*

O. Holder-Egger.

1) Bray-sur-Seine (dép. Seine et Marne). 2) Impressa 'Hist. litt. de la France' XVIII, p. 85 sq. V. de eo ibid. p. 80 sqq. 3) Regem mortuum v. 3 sqq. indicant: *cui ni fatales fila sorores Tam cito rupissent vite, florente iuventa.* 4) Non ante a. 1228. igitur opus absolutum est. Certius tempus definiri nequit, sed non multo post hunc annum hoc factum esse credere maluerimus. 5) Iniustius Brial carmen 'rerum historicarum pene vacuum' dixisse videtur, praesertim cum necdum Philippi Mouskes narrationem multo uberiorem et luculentiorem legisset.

1226.

. . . .
Iam per tres aurora dies hilaraverat orbem
Lampade purpurea, cum nobilis ille, leonis
Corde gerens animum, Ludovicus ab urbe[1] recessit,
Innumera procerum sua signa sequente phalange.
Nobilis atque potens urbs est gazisque superba,
Quas congessit ibi patrum discreta vetustas,
Queque . . . .[a] parte lyei
Palmite, sortitur hinc[b] nomen Avinio dicta[2].
Eius utrumque latus rapidis duo flumina cingunt
Undis: a dextra Rhodanus, Durentia leva[c],
Qui maiorat aquis[d] maioris nominis undas[e]
Et Rhodani coniunctus aque defertur in equor
Precipiti lapsu; sed aquis ferventibus horum
Non fertur citius volitans per inane sagitta.
Preterea moles celsa precelsior arce
Ingenti spatio claudit pre menibus urbem.
Sed qua[f] plana iacent, duplices stant ordine muri
Et fosse duplices stagnantes amne perenni
In . . . . .[g] cinctus; at murum facta priorem
Indago valli longa statione coronat.
Pons autem celsus Rhodani supereminet undas,
Urbi contiguus, via tuta volentibus ire.
Ergo cum regem loqueretur rumor adesse,
Per medium pontis traducat ut agmina ductor,
Gens urbis confisa loci munimine tuti,
Proditionis habens inter precordia virus,
Consilio sumpto, cum rex intraverit urbem,
Ante tamen pontem transducta parte virorum,
Fraude sub occulta decrevit claudere portas
Et regis vincire manus captumque tenere,
Exclusos donare neci rectore carentes
Atque bipertitos, si sors sibi faverit equa.
Gentibus innumeris iam rex post post terga relictis
Cum sudore gravi magnoque labore suorum
Venerat ad pontem Sorge[3], qui distat ab urbe
Dicta ter decies stadiis, his addito bina.
Et iam Phebus equis curru languente petebat
Hesperium littus[4], tunc miles in aggere ripe
Castra locat, donec Tytan novus innovet orbem
Et nova lux noctis ventura coherceat umbras.
O cece mentis nubes! O pectoris error
Stultaque simplicitas! Vos omnia fallitis! Ecce,
Finibus extremis violentos[h] inter et hostes
Miles inarmatus et tutus dormit et illos,
Est quibus arta fides, presumit credere[i] fidos.
Non credebat enim regum fortissimus ille
Gallorum rector, quin[k] agmina tuta per urbem
Duceret et tutos quin posset habere meatus.
Interea celeri fama referente per urbis

a) *spatium vacuum Chesn.;* fere ex omni circumdata *suppl. Br. bene ex sententia, neque tamen feliciter verbis electis propter elisionem Nicolao non usitatam.* b) huic *edd.* c) a l. *Ch.* d) aquas *edd.* e) undis *Br.* f) quia *edd.* g) Innumera c. *Ch.;* Maceriam cingunt *male coniecit Br.; meliorem proponere nequivimus, ni forte* Instar habent (*vel* Ingeminant WATT.). h) violentes *Ch.* i) *sic emend. Br.;* caedere *Ch.* k) *sic Br.,* quorum *Ch.*

1) Bituricensi (v. 1322 sqq.: *Sed Bituricenses letus tendebat ad arces. Illic diffinit procerum discretio, regem Exspectare viros regalia signa sequentes*), quo advenit die Mai. 17 (Chron. Turon. supra p. 473). Die igitur Mai. 20. inde egressus est. 2) i. e. a vino. 3) Sorgue fl., qui Rhodanum influit. 4) Cf. Ovid. Fast. II, 73; Verg. Aen. VI, 6.

Compita, quod regis stant[a] iam prope castra, cruentum 1226.
Monstrum prefectus, cui maior in urbe potestas,
Nocte fere media cives convenit in arce
Et perquirit ab hiis, si quod[b] de proditione
Previsum fuerat ad opus perducere vellent.
Insidiosa cohors occulto cordis in antro
Fel sceleris refovens, prefecti voce recepta,
Se completuram[c] quod iam decreverat ante,
Si fortuna suum, sors prebeat eque favorem[d].
Sic hostis perversus iter pervertere regis
Cogitat. At Iudex, qui iusta[e] lance rependit
Unicuique suam mercedem, colla superba[d],
Omnia disposuit aliter quam perfidus hostis.
Insontem fraudare volens fraudatur et idem,
Vincula fraude parans iusto vincitur iisdem.
Iam tenebras noctis rutilans Aurora rigabat,
Amplexus fugiens veterisque cubile mariti[1],
Cum, resonante tuba, rex tolli castra iuberet
Mane novo[2], credens tute transire per urbem.
Consilium quoque tunc procerum monitusque sequutus,
Precipit arma capi, ne sit depulsus inermis
Miles, si cives fera prelia forte minentur;
Ignorabat enim mores et pectora gentis
Illius, unde suum rex agmen in ordine ponit.
Adventus ergo regis testante procella
Pulveris, egressi, sub veste latentibus armis,
Perveniunt cives — sed adhuc distabat ab urbe
Octo fere stadiis cum robore Martius heros —,
Inter quos unus, cui publica summa loquendi
Traditur a reliquis, ita creditur esse locutus,
Dum potuit cum rege loqui: 'Fuit unica nostri
Voti summa virum tante cognoscere fame
Et tanto servire duci, sed, rex bone, nostras
Mentes innumerum deterret turba virorum,
Belli signa sequi quos te ductore videmus.
Si cum tot nostre portas intraveris urbis,
Aut nostras rapiet natas effrena iuventus
Ista vel uxores, fervore libidinis usta,
Aut de te confisa manus extendere nostris
Presumet rebus: nos certe cuncta timemus;
Nec venit hoc agmen stabilis sub imagine pacis,
Armis assumptis: sic ad patriam Menelaus
Ibat adulterii vindex per bella futurus.
Nec perferre potest communia[f] nostra, quod urbis
Nostre quis subeat armato corpore portas.
Urbem tu poteris; rapidas exercitus ille
Navigio transnabit aquas Rhodani nec in urbem
Intrabit nostram. Quis enim non horreat arma?
Pacem diligimus; et nostri sola voluntas
Est iuris servare fidem pacemque fovere'.
Sic ait; ac armis ad regis iussa remotis,
Discedunt cives propere portasque recludunt;
Credebant etenim regem retinere ligatum.
At Pater omnipotens, qui sontes urget et angit,

a) *sic Br.*; stat *Ch.*
b) quid *edd.*
c) complect. *Ch.*
d) *quaedam excidisse, patet.*
e) iuxta *Ch.*
f) communio *edd.*

1) Cf. Verg. Aen. IV, 585; Georg. I, 447. 2) Die Iun. 7, dominica pentecostes.

1226. Insontem regem pietate tuetur ab hoste:
Nam rex precautus premisit in urbe quiritum[1]
Innumerum turmas, acieque sequente, remansit,
Quorum rector erat, omen iam Protheselai[a.2]
Sortitus, Sancti Pauli comes[3]. Ergo putantes
Eggregium[b] regem cives intrasse suumque
Credentes facinus compleri posse, repulsis
Agminibus regis intrare volentibus, obdunt
Portas appositis firmis utrimque catenis.
Sed iam transierat precedens turma, nec ullus
De tot militibus retinetur in urbe prophana.
Quid facis, o demens hostis? quid retia tendis
Et laqueos iustis? Tua primum consule fata
Fortunamque tuam vigili circumspice mente;
Fallere dum temptas alios, te fallis, et artes,
Quas inferre paras aliis, tibi sunt nociturae.
At bene si fecisse putas, quin accipis arma?
Quin invadis eos ope fida regis egenos?
Et numero paucos et inermes irrue tutus!
Que te causa tenet? Quid iam victos revereris?
Perfice propositum, si tantum sit tibi mentis!
Sed tua mens sceleris iam conscia deficit in se
Et sibi diffidit, sceleris quia displicet actor,
Et tantum cepisse scelus piget, et[c] tua facta
Impia contempnis[d], te desperatio tanta
Sollicitat tantusque timor, quod[e] fluminis undis[f]
Precipitas pontem Rhodanique voragine mergis[4].
Cumque comes regis a castris se phariseum[g]
Cerneret et secum tam paucos, horret, ut agna,
Que divisa suo grege sola[h] relinquitur arvis,
Pertimet inde lupos, hinc ursos, inde leones,
Quippe vacillantes socios videt ille timore.
Inde graves planctus exire[i], nec ullus eorum
Sperabat dubie vitare pericula mortis;
Hic gemit, hic queritur, hic flet, vocat ille beatum,
Quem sua terra tenet, illi subiere parentes,
Huic coniunx natusque suus patriique penates[5].
Qualiter equoreas aquilo dum turbidus undas
Afflat et afflatu disrumpit lintea navis,
Exclamant homines metuuntque perire sub undis
Orta peste[k], tamen animos solamine rector
Confirmat dubios et spondet dona salutis:
Sic comes occultans discreta mente timorem
Inque sua facie protendens signa leonis,
Solatur socios et eos hortatur ad arma:
'Ecquid', ait, 'comites, animos dimittitis? An sunt
Et vobis vires et tela manusque potentes?
Si pauci simus[l], deffensio suppleat audax,
Et preceps[m] animus comes aptus rebus in arctis,
Pulcrius[n] est pugnando mori[6], maiorque refulget

a) Pertheselai *edd.*
b) *ita Ch.*
c) ut *contiicit Br.*
d) contemnas *edd.*
e) quid *Ch.*
f) undas *Ch.*
g) *i. e.* separatum; *v. Ducang. s. v.*
h) solo *Ch.*
i) excire *Br.*
k) *sic fortasse pro* pernicie, periculo; *vel legendum:* Intempeste *cum mendo prosodico?*
l) sumus *edd.*
m) princeps *edd.*
n) Perlevis *edd.*

1) i. e. militum, ut medio aevo usitatur = 'Ritter'. 2) Qui primus Graecorum ante Troiam occisus est. Il. II, 698 sqq. Cf. Ovid. Met. XII, 68. 3) Guido. Sed Chron. Turon. supra p. 474. et Phil. Mouskes v. 25690 sqq. narrant, primum Galterum comitem Blesensem cum militibus urbem adiisse; comitem Sancti Pauli huic in subsidium missum esse. 4) Galteri Blesensis militibus pontem transgressis et multis aliis navigio in eorum auxilium missis, Avinionenses pontem destruxerunt, ne hi transire possent, ut Chron. Turon. l. l. luculenter tradit. 5) Cf. Ovid. Her. III, 67; Verg. Aen. II, 717; Lucan. I, 353. 6) Cf. Phil. XI, 232, supra p. 372.

Gloria, quam vinclis hostis perducere vitam 1226.
Et fieri rapidi predonis preda pudenda.
Seu nos dura fames, seu nos gravis impetus hostis
Provocet ad mortem, dabit hoc[a] solamen inire
Antidotumque necis, quod pro Christo moriemur.
Sed genus hoc mortis est vivere, mors ea felix,
Cuius dat morsus eterne premia vite'.
Sic ait; at torpens animus fragilisque quiritum
Ante timore redit, de corde renascitur ardor
Et belli rabies, si forsitan irruat hostis.
Assumptis igitur armis, in margine ripe
Ad mandata ducis sua tunc tentoria figunt;
Sed nimis est illis angustia magna ciborum.
Unde dolor; regisque procul vexilla videre
De facili poterant, sed non accedere regi.
  At rex immodice stimulo stimulatus acuto
Ire, percepto molimine proditionis,
Obsidione parat urbis circumdare muros.
Protinus applicitis muris hostilibus alis,
Rege iubente, locant mixti cum plebe quirites
Castra; secant vites; redolenti pascua feno,
Messe solum, fructu spoliari se dolet arbor
Ante suum tempus; non est quod predo relinquat,
Nil manet intactum. Sed cui Campania paret[1]
Deerat adhuc[2] Britonumque[b] comes[3] perstrennuus armis
Et plures alii, quorum non nomina novi.
Sed septem vicibus rubeos non viderat orbis
Aurore vultus[4], cum venit turma quiritum
Maxima cum cetu peditum, ductoribus illis.
Utque plaga cingit sylvas indagine[5] longa
Venator, nequeuntque plagas evadere cervi,
Nec fuga nec levitas prodest velocibus illis,
Retia quin[c] subeant omni latitantia parte:
Sic urbem longa rex obsidione coronat,
Nec fuga tuta patet inclusis civibus urbe.
Tunc rex artificum manibus tormenta parari
Mandat, que[d] crebro dissolvant menia iactu,
Milia que[d] mortis discrimina ferre minentur.
Nec minor inclusis est muros cura tueri.
Astant armati custodes intus et extra,
Servantes aditus et propugnacula muri;
Non desunt funde, non desunt tela nec arcus,
[Funda[e] iacit lapides, arcus trahit eminus arcum].
Vespere[f] tela secant, illic balista minari
Vulnera non cessat et cladem mortis amare.
  Interea dum rex animo deliberat urbis
Excidium, satrape vicinis urbibus adsunt,
Qui se mandato dedentes[g] et sua regi,
Intentam sceleri recolunt ab origine gentem
Urbis, et[h] in spoliis et raptibus esse paratam.
Quis teneat lacrimas, audito quod furibunda
Gens adeo fuerit, ut non dubitaverit olim
Excoriare, Dei[i] posito post terga timore,

a) hic *edd.*
b) Britonesque *Ch.*
c) qui *Ch.*
d) qui *edd.*
e) *hunc versum post v.* 1561. *praebent edd., ibi certe falso positum.*
f) *sic edd., forte* Corpora *vel* Viscera?
g) dedantes *Ch.*
h) *supplevi metri causa.*
i) Deo *Ch.*

1) Theobaldus IV. comes. 2) i. e. nondum advenerat. 3) Petrus Mauclerc. 4) i. e. ante diem Iun. 17; cum Iun. 10. obsidio coepta sit; supra p. 474. 5) Cf. Verg. Aen. I, 121: *saltusque indagine cingunt.*

1226. Eggregium[a] probitate virum floremque quiritum,
Guillelmum comitem[1], pro cuius Orengia morte
Luget adhuc tristis, domino spoliata fideli[b].
Ecquis dinumeret homicidia, furta, rapinas,
Quas tulit iniuste vicinis et peregrinis?
His super auditis rex estuat ignibus ire,
Seque tenere tribus automnis[a] obsidionem
Et turres equare solo cum menibus altis
Et gentem[c] variis affligere cladibus urbis[d],
Iurat et affirmat, nisi se gens impia dedat[2].
  At comes illustris et in armis alter Achilles
Sancti cognomen Pauli sortitus et illi,
Quos fortuna suos socios committit, in arcto
Sunt nimio[e] positi[3], terrore fameque coacti.
Iamque tribus roseos Titoni nupta[4] diebus
Extulerat vultus[5], ex quo, dape deficiente,
Languebat ieiuna cohors; nec gratia sompni
Blanda refecit eos, vigilantibus effuga curis.
Iam pene famis[f] clades suppresserat ipsos
Et labor armorum, que nocte dieque ferebant,
Cum duce Martino cui dat cognomen oliva[6]
Collibus aeriis descendere turma quiritum,
Exhebetans Phebum clipeorum luce, videtur;
Quos procul ut vidit agmen regale, tumultu
Intonat horrisono[7]: 'Rapide curratis ad arma!
Ecce ruunt hostes, mors ecce propinqua, sed Hector
Quilibet extiterit, et inultus[g] non cadat unus[h],
Iam nequit ulterius nobis fortuna nocere.
Sed quis, summe Pater, defuncta cadavera nostra
Condit[i] humo, quia[k] nos includimur[l] undique sevis
Hostibus et nullum speramus habere iuvamen?
Numquid[m] aves rapidique lupi sevique leones
Corpora disglutient latos dispersa per agros?
Nonne fere nobis bustum miserabile fient?'
His comes auditis dubios solatur et auget
Hortatu mentes et corda resuscitat egra.
Quantum funda potest lapidem transmittere iactu,
Distabant acies, quas dux Martinus agebat,
Et partes poterant iam reddere mutua verba,
Cum gladios iecere suos Martinus et illi
Qui secum veniunt in firme federe pacis,
Tergaque cornipedum, sudoris sorde fluentes,
Oblita[n], pro sevo dispensant oscula[o] bello.
Tum per castra volans cum divite copia cornu[8]
Cuncta cibo bachoque replet, plebs languida grates
Dat Domino, gaudet miles, merore sepulto.
Quantaque prefuerat[p] angustia, quantaque mentis
Tempestas, tantus succedit plausus, et almam
'Spem revocans recreat lenimine corda quiritum.
Dulcior esse solet meste[q] post verbera sortis
Plausus, plusque sapit mel post absinthia[r] dura.

. . . .

a) *ita Ch.* b) *hic sequitur v.* 1548. *edd.* c) Ingentem *Br.* d) urbem *edd.* e) nimia *Ch.* f) *versus claudicat, cum syllaba fa brevis sit.* g) *sic bene emend. Br.;* vultus *Ch.* h) armis *edd.* i) Condis *Ch.;* Condet *Br.* k) quid *edd.* l) includunt *Ch.;* includis *Br.* m) Nonquam *Ch.* n) Oblata *Br.; quaedam excidisse patet.* o) escula *Br.* p) perfuerat *edd.* q) *sic coniecit Br.;* mixtae *Ch.* r) abscinthia *Ch.*

1) IV. de Baucio principem Arausicanum, a. 1218. ab Avinionensibus occisum. Cf. Honorii III. epist., SS. R. Gall. XIX, p. 665 (Potthast nr. 5888); ubi *in frusta conscissus* esse dicitur. 2) Cf. Vinc. Spec. hist. XXX, 128, supra p. 473. 3) scil. in dextra ripa Rhodani consistentes, flumine a castris regis praeclusi. 4) Cf. Ovid. Fast. I, 461: *Tithono nupta;* cf. ib. III, 403 sq. 5) Sequentia igitur Iun. 10. gesta sunt. 6) *Martins d'Olive* Phil. Mouskes v. 25787. 7) Existimant enim eos Avinionenses, dum postea eos partis regiae esse intelligant. 8) Cf. Ovid. Met. IX, 88: *Divesque meo bona Copia cornu est.*

Nuntius ad regem legatur, singula narrat[1]; 1226.
Plaudit et exultat rex toto pectore, grates
Dat Domino, cuius virtus sic concutit hostes.
Convocat ergo duces, enodat singula; gaudet
Tota ducum series; et adhuc gratantibus illis
Regis ad indomiti[a] rumor celer advolat aures,
Quod comiti sociisque suis[2], per proditionem
Hostilemque dolum quos amisisse timebat,
Contulerat gratum Deus et fortuna iuvamen.
Ergo magnificas grates agit Omnipotenti,
Auxilio cuius sua gens servatur ab hoste.
Preparat inde rates, ratibusque rudente ligatis
Inque modum pontis in fluminis amne locatis,
Liber per rapidas fit transitus omnibus undas.
Iam muri fractura patens turresque caduce
Molibus immissis tormenti viribus urbem
Deterrent, cunctisque patens est ianua mortis.
Regnat ibi timor ambiguus luctusque stuporque
Mentis, spem vite penitus removente timore.
Ergo sollicitis[b] deflectere principis iram
Pertemptant precibus cives et munere misso;
Sed donum venie non inveniunt, quia[c] primo,
Obsidibus primis vili de plebe creatis
Missis, egregium voluerunt fallere regem;
Et sic fallaces fallacia propria fallit.
Iamque diu regis quassus[d] labor extitit omnis,
Et sine perfectu gazas consumpserat amplas:
Nam quantum[e] muri iacti de luce molares
Dirruerant, tantum de nocte viri reparabant.
Sic hostes latuere diu, sic questio plebis
Regis sollicitas talis circumsonat aures:
'Machina[f] terrestris, quorum ditione tenetur
Gallia, Gallorum, que[g] longo tempore iuxta
Hanc villam, cuius iam menia fracta dehiscunt,
Consumet tua magna potens sua tempora nunquam[h].
Ex quo venimus, posset iuga Gallica ferre
Tota fere regio. Quo virtus inclita? Quo mens
Martia? Dedecus est nos hic consumere fruges[3]
Et nullum gessisse lucrum'. Fremit inclitus heros
Ut leo crudelis stimulatus verbere caude,
Si quis in obliquum tendat venabula pectus.
Ergo per[i] auditum sumptis communiter armis,
Clangorem lituum vacuus vix sustinet aer.
Conveniunt proceres, venit ecce! lucerna quiritum
Egregius Sancti Pauli comes, undique cinctus
Agmine non minimo: sic illum fata trahebant[4].
Quos postquam vidit, gemitus a pectore ducens,
Rex affatur ita: 'Si vos mea gratia tangat,
Aut si commoveat mentes discretio vestras,
Martis in officium presenti luce patebit;
Nec solum nostri debetis amore moveri,
Sed Christi, cuius vos arma movetis honore.
Omnia linquistis[k], sponsas et pignora cara

a) indimiti *Ch.*
b) sollicicis *Ch.*; solliciti *Br.*
c) quoque *edd.*
d) cassus *Br.*
e) promptum *Ch.*
f) *haec misere corrupta emendare non conamur.*
g) quid *Br.*; quam?
h) Namque *coniicit Br.*
i) post *coniecit Br., quod cum metro pugnat.*
k) liq. *Br.*

1) Scilicet regem Angliae Rupellam capturum, spe frustratum esse; quae in omissis narrantur. 2) Trans Rhodanum consistentibus. 3) Cf. Phil. X, 627, supra p. 361, n. 10. 4) Cf. Ovid. Trist. II, 1, 341: *sed me mea fata trahebant*; ib. III, 6, 15.

1226.
Et natale solum: sic ergo vestra probetur
Virtus, ut nostrum vivat decus omne per evum.
Hactenus arrisit nobis victoria: per vos[1]
Sub iuga Flandrenses nostri venere parentis,
Per vos succubuit olim Normannia, per vos
Gens Rupellensis solo terrore coacta,
Me pro rege tenet, domino subiecta priori;
Ergo cavete viri, ne gesta priora maligna
Denigrare queat infamia, ne bona vestra
Mordeat invidia stillanti dene veneno.
Tantum[a] carus ero vestro[b] sub pectore, quantum
Fortiter egeritis'. Dum sic ait, inclitus armis
Ille comes Sancti Pauli sic subicit: 'O quam
Est stultum verbo consumi tempus[c] inani,
Nam, dum nos loquimur, iam possent menia frangi
Iamque subintrari per mille foramina. Iam sol
Tendit ad occasum, nec labilis hora recurret;
Quidquid agant alii, mea robora primus in hostes
Experiar, redimamque mee mala crimina gentis'.
Dixit[2] et ante suos galeatus vertice tendit
Ad muros rapidus, veluti ruit horrida tygris,
Cum quis ei rapuit fetus sub rupe latentes.
Stulte, quid ad mortem properas? Tibi proxima mors est,
Et nescis! O summe Pater, caligine prompta
Mens hominis summissa iacet, quia[d] limine[e] mortis
Sepe resultat homo, plausum redigente[f] dolore.
Ille tamen felix moritur, [remigratio[g]] cuius
Ad Dominum nec mors debet[h], sed vita vocari.
Irruente manu, turris spectator ab arce
Conclamat, spectans: 'Cives, curratis ad arma!
Nunc opus est armis, deffendite menia, vestri
Ecce! ruunt hostes'. Populus convenerat urbis
Totus ad hanc vocem; fit tantus clamor in urbe,
Quam magnus fieret, si quatuor aere fratres[3]
Nubem concuterent inter se bella moventes.
Ascendunt muros; iaculantur tela, sagitte
Densius[i] imbre cadunt, plagas et fata pluentes,
Nec stragem spargunt leviorem qui per inane
Grandinis instar eunt lapides. Obit is [lapidatus[k]],
Ille sagittatus per utrumque latus gemit, alter
Vulnera crure gerens; huic cervix, casside fracta,
Frangitur; huic clipeus leva, minitante[l] labore,
Decidit; hunc urit ignis cum sulphure mixtus.
Sed licet hostilis rabies tot fata minetur,
Mens tamen et preceps[m] animus sub pectore regnat,
Nec seve mortis discrimen inire perhorrent.
Iamque propinquabant acies, indagine valli
Prostrata penitus et fossis aggere plenis
Lignorum lapidumque gravi, scalasque parabant
Iam muris aptare suas; et tunc timor hostes
Invasit tantus, ut[n] desperare coacti
Effugiunt[o] murumque sinunt[o]. Sed dum super omnes
Militie fervore calens et laudis honore

a) Tantus *Ch.* b) nostro *Ch.* c) corpus *Ch.* d) quin *Br.* e) lumine *Ch.* f) indigente *Ch.*; indignante *Br.* g) *spatium vacuum Ch.*; migratio *Br.* h) Domini *Ch.*; dī (debet) in dn̄i (domini) *in cod. corruptum fuisse videtur.* i) Dempsius *edd.* k) *sic suppl. Br.; deest, spatio vacuo rel., Ch.* l) invitante *edd.* m) princeps *edd.* n) quod *Br.* o) *sic ed.; eodem modo poeta peccavit v.* 1847.

1) Rectius per patrem Guidonis Galcherum. 2) Hic assultus die Aug. 8. factus est. 3) i. e. venti. Cf. Ovid. Met. I, 60. VI, 693.

Dictus sepe comes[1] muros ascendere temptat, 1226
Proh dolor! excutitur ingenti mole[2] peremptus.
Quod rex ut vidit, animi vix sustinet iram,
Et cordis gravis astringit dolor intima, vixque
Spiritus officium poterat complere loquele;
Nec flebat, lacrimas etenim siccaverat ardor.
Ergo suis iubet ille viris vexilla referre,
Corpus et attolli; paretur, et omne relinquunt
Propositum. Redeunt hostes, cedentibus illis,
Et quos ante timor fugisse coegerat, illos
Consolidat redditque viros audacia maior,
Et rursus lapides et spicula, mente resumpta,
Coniciunt, valuitque parum fuga devia gentis.
Me quoque iam, memini, volitans per inane sagitta
Irruit, at[a] grates[b] egi non corpore leso.
Tum dolor et planctus et lamentatio castris
Pullulat; una fuit mors publica causa doloris,
Qualiter Iliacis[c] mors Hectoris omnibus olim
Causa doloris erat, quem sevus traxit[d] Achilles.

Interea regis dum mens foret egra dolore
Tanto, leticie nova causa supervenit, omnem
Langorem mentis removens curasque repellens.
Namque timor tantus et prosternatio mentis
Totius patrie populos invasit, ut urbes,
Que prius indomite fuerant semperque rebelles,
Legatos misere suos cum munere multo,
Sese dedentes et ei servire parate[3].
Tota fremit regio, poscentibus undique castra
Regis legatis. Non[e] omnia gaudia regis
Prima domus recipit cordis; videt absque labore
Et sine[f] cede sue gentis mortisque periclo
Ipse suis pedibus patriam succumbere totam.
Qualis Alexander, sibi cum quadrangulus orbis
Succubuit, talis modo rex est; exulat ira
Cordis, quam comitis mors impia moverat ante.
Ergo postquam rex augeri robora vidit,
Maiores animos concepit, qualiter olim
Iulius a Gallis collecto robore victis,
Pompam Pompeio Romaque negante triumphi[4].
Tunc ex quadratis, visu mirabile, lignis
Erigitur turris, a cuius culmine cerni
De facili poterat quidcunque[g] fiebat in urbe;
Quodque fuit maius, pons ligneus arte paratur
Longus et extremus et muris altior urbis,
Armatis via tuta viris, hosti[h] timor ingens,
Quem duplices gessere rote poterantque[i] movere.
Turrigereque[k] rates Rhodani per flumen euntes,
In quibus evehitur armis munita iuventus,
Hostibus accessus prohibent ad fluminis undas[l].

a) et *Ch.* b) gentes *edd.* c) liacis *Ch.*; Iliaci *Br.* d) texit *edd.* e) Nunc *vel* Namque *coniicit Br.*; *haec gravius corrupta videntur.* f) siue *Ch.* g) quodc. *Br.* h) horti *Ch.* i) poteratque *Ch.* k) Turrigenaeque *Ch.* l) *reliqua deperdita sunt, codice Chesnii hic desinente.*

1) S. Pauli. 2) Lapide petraria iacto concussus est. 3) Cf. Vaissète ed. nova VI, p. 608, et chartas ibid. VIII, p. 843, nr. 257, quibus Biterris, Albi, Nemausus, Carcassona regi se submittunt. 4) Cf. Ovid. Ex Ponto III, 4, 95.

EX ANNALIBUS NORMANNICIS.
ED. O. HOLDER-EGGER.

Annales Colonienses saec. IX. et X. (SS. I, p. 97) transscripti sunt in Annalibus S. Benigni Divionensibus (SS. V, p. 37). Quorum exemplari saec. XI. ineunte, ut videtur, in Normanniam delato coniuncti sunt Annales breves in illis partibus compositi, a Iohanne baptista et Christo nato incipientes[1]*, quorum pleraeque notae saec. VIII. et IX. in. cum Annalibus Laurissensibus maioribus et eis qui vocantur Einhardi conveniunt*[2]*. Annales tali modo conscripti non multo post serie archiepiscoporum Rotomagensium inserta aucti et usque ad a. 1085. circiter deducti sunt, quos ideo optimo iure Rotomagenses appellare licet*[3]*. Autenticus ille codex annalium deperditus est, sed permulta exstant exemplaria in diversis monasteriis Normanniae descripta et simul, ut fieri solebat, aut ampliata aut decurtata et continuata. Quoddam exemplar etiam in Angliam delatum multis annalibus non modo in Anglia sed etiam in Dacia compositis fundamentum dedit*[4]*. In Normannia ex antiquis illis annalibus derivati sunt Annales Rotomagenses, quos habemus, Gemmeticenses, S. Ebrulfi Uticenses, S. Stephani Cadomenses, Montis S. Michaelis in Periculo maris, S. Wandregisili Fontanellenses*[5]*, Fiscannenses*[6]*, S. Taurini Ebroicenses. Annales Cadomenses ex*

1) Omnia exemplaria ab hoc tempore incipiunt. 2) Ex his quidem orta videntur, sed perraro verba retenta sunt, saepius sententiae illorum abbreviando mirum in modum corruptae, ut hae notae per multorum manus ad compilatorem Rotomagensem pervenisse videantur. 3) In eis legebatur ad a. 1084. nota, quae in plerisque exemplaribus derivatis servata est: *Hoc anno obiit Matildis Angliae nobilis regina, de cuius nobilitate largiflua multa apud nos habentur beneficia.* Nescio, cui ecclesiae hoc maxime conveniat. Nota 1063. *(Dedicatio sanctae Mariae Rotomagensis ecclesiae)* ecclesiam S. Mariae Rotomagensem indicare videtur, cum alia ad monasterium S. Audoeni Rotomagense pertineant, ut nota a. 1006: *Obiit Heldebertus abbas, qui restauravit monasterium Sancti Audoeni.* Sed Annales minime in hoc monasterio ortos esse, certissime probatur nota a. 1073: *Hoc anno invaserunt monachi Sancti Audoeni Iohannem Rotomagensem archiepiscopum* etc. 4) De origine, fontibus et propagatione horum annalium egerunt Bethmann, SS. VI, p. 475; R. Pauli, 'Forsch. z. D. Gesch.' XII, p. 148 sqq., et 'Nachr. d. Gött. Ges. d. W.' 1878, p. 9 sqq.; G. Waitz, 'Nordalb. Studien' V, p. 5; Usinger, 'Die Dänischen Annalen u. Chroniken' p. 42; Hardy, 'Descr. Catalogue' I, p. 658; L. Delisle, Orderici Vitalis hist. eccl. ed. Le Prevost V, p. LXVIII sq. et 'Chron. de Robert de Torigni' I, p. XVI. et passim; L. Theopold, 'Krit. Unters. über d. Quellen d. angels. Gesch.' p. 83 sqq.; F. Liebermann, 'N. Arch.' IV, p. 26 sq., et 'Ungedr. Anglo-Normann. Geschichtsq.' p. 31, ubi bene monet, nomina archiepiscoporum Rotomagensium postea annalibus esse illata. Nos etiam nonnulla certius et accuratius stabilire potuimus. 5) Horum, qui primo usque ad a. 1110. deducti et usque ad a. 1204. continuati erant, pars ex codice Dunensi edita est SS. R. Gall. XII, p. 771. Codicis Dunensis apographa duo saec. XVI. XVII. continent codices Bruxellenses nr. 7815. 7821 (SS. VI, p. 475, n. 7; 'Arch.' VIII, p. 506). Inserti sunt compilationi in cod. saec. XV. Parisiensi, olim S. Germani 580; cf. Delisle ap. Le Prevost V, p. LXVIII. 6) Annalium Fiscannensium exerpta ex codice Cantabrigiensi dedit b. m G. H. Pertz SS. XVI, p. 482. Habemus apud nos excerpta ex cod. Parisiensi nr. 10130, saec. XIII, a V. Cl. A. Molinier exscripta, quibus demonstratur, hunc codicem, ex quo Labbe, Nova bibl. I, p. 325 sqq., sua excerpta edidit (repetita SS. R. Gall. XI, p. 363; XII, p. 377; XVIII, p. 350; XXIII, p. 429), ex illo esse derivatum. Atque cum hoc in plerisque — a. 1214. congruunt Ann. S. Taurini Ebroicenses cod. Paris. nr. 4861, editi SS. R. Gall. XII, p. 776; XVIII, p. 353; XXIII, p. 465. Pauca ex eis reliquis subnotavimus.

autentico iam transscripti sunt, antequam series archiepiscoporum Rotomagensium illi illata esset. Uticenses ex codice Annalium Rotomagensium etiamtunc a Labbeo viso transsumti esse videntur, reliqui num ex codice Labbeano an ex eius archetypo exscripti sint, illo codice, ut videtur, deperdito, diiudicare nequeo. Ex quinque exemplaribus notas saeculi IX. pleniores, deinde quae res imperii tangunt exhibere placuit.

I) Annalium Rotomagensium codex antiquus, quem Labbeo A. d'Hérouval praebuit, a. 1709. *etiamtunc Senonibus a Martenio visus, teste Labbeo usque ad a.* 1087. *una manu exaratus erat. Quae sequebantur aliae manus addiderant. Nunc nonnisi duo recentes codices* 1) *Parisiensis nr.* 5659, *saec. XV, et* 2) *Parisiensis nr.* 5530, *saec. XVI, a V. Cl. A. Molinier collati, consuli potuerunt. Quos cum non ex ipso codice autographo Labbeano, sed ex eius exemplari haud paucis locis depravato et mutilato exscriptos esse apud nos constet, editionem Labbeanam (Nova Bibl. I, p.* 364 *sqq.), etsi nimis mancam et parum accuratam, aliquoties in auxilium vocare, continuationem saec. XIV. ex hac sumere debuimus. Excerpta horum annalium quae in compilatione a.* 1546. *cod.* 3) *Rotomagensis nr.* 187[1], *qui inscribitur Chronicon triplex et unum, continentur, vix quidquam ad rem facere videbantur. Labbeanae editionis partes repetitae sunt SS. R. Gall. XI, p.* 386; *XII, p.* 784; *XVIII, p.* 357, *cum codicibus collatae XXIII, p.* 331.

II) Annales S. Ebrulfi Uticenses (St. Evroul, dioec. Lisieux) cyclo paschali prima manu usque ad a. 1091, *dehinc variis manibus usque ad a.* 1503. *adscripti sunt cod. Parisiensis Lat. nr.* 10062 *(Suppl. Lat. nr.* 801*), olim S. Ebrulfi; ex hoc descripti in cod. Parisiensi Lat. nr.* 11885, *prima manu usque ad a.* 1204, *altera usque ad a.* 1237; *ex quibus eos edidit L. Delisle in Orderici Vitalis Hist. eccl. ed. Le Prevost V, p.* 39 *sqq.*[2] *Aliud exemplar nunc cod. bibliothecae S. Genovefae Parisiensis, in Gastinensi monasterio exaratum ibique continuatum est, cuius partes impressae sunt SS. R. Gall. XII, p.* 773; *XVIII, p.* 322. *Excerpta nostra damus ex autentico codice a V. Cl. A. Molinier reviso*[3].

III) Annales Gemmeticenses (Jumièges) hucusque inediti exstant in codice 1) *Vaticano reginae Christinae nr.* 553[b], *olim S. Wandregisili Fontanellensis*[4], *saec. XIII, ex quo V. Cl. Mau notas hic prolatas excerpsit. In codice* 2) *Parisiensi nr.* 14663 *(olim S. Victoris nr.* 287*)*[5], *saec. XV, f.* 168 *sqq. exstant Annales a.* 1087—1239. *maximam partem ex Gemmeticensibus excerpti, cum aliis vero notis coniuncti, cuius varias lectiones et quae ex additamentis eius nobis exhibenda erant a V. Cl. A. Molinier exscripta subnotavimus. Editi sunt SS. R. Gall. XII,* 786; *XVIII, p.* 343. *Eorundem annalium fragmentum*[6] *a.* 1187—1210. *subiectum erat Roberti de Torinneio*

1) Cf. Ed. Frère, 'Catal. des mss. de la bibl. munic. de Rouen' p. 87; A. Chéruel, Normanniae nova chronica e tribus mss. collecta (Cadomi 1850. 4°). Quae hic ex Ann. Rotomag. repetiit et varias lectiones ex eodem codice SS. R. Gall. XXIII, p. 331 sqq. annotatas sine fructu quidem consuluimus. Moneo, multa quae in hac compilatione, nescio num ex Chron. S. Laudi an S. Catherinae repetita, leguntur, ex Ann. Gemmet. sumta esse. — Fragmenta Ann. Rotomag., quae D'Achery, Spicil. II, p. 819; ed. 2. fol. III, p. 613, edidit, nobis nihil praebuerunt. 2) De codicibus lege ibid. p. LXIX sq. 3) Gastinensis continuationis excerpta pauca v. supra p. 465, n. *. 4) Cf. 'Arch.' XII, p. 289; Delisle, 'Chron. de Robert de Torigni' I, p. XVII sq. Codicis autentici Gemmeticensis fragmentum usque ad a. 874. exstat in bibl. Rotomagensi Y 15 [87/60] (cf. Delisle l. l. p. XVI; 'Arch.' VIII, p. 373). Num notae Fontanellenses in codice Vaticano additae sint, ignoramus quidem, sed quae a nobis praebenda erant haud dubie omnia ex Gemmeticensi codice sumta sunt. Quod etiam ex compilatione supra n. 1. laudata cognosci potest. 5) De hoc codice v. SS. VI, p. 295 sq. et praesertim Delisle l. l. I, p. XXVIII sqq. 6) Ut monuit Delisle l. l. II, p. 145 sq.

chronico in 3) *deperdito codice S. Mariae de Voto*[1], *ex qua in editione principe a.* 15 *Sigeberti et Roberti editum*, *et exinde saepius*, *ut Continuatio Roberti*, *postremo SS.* *Gall. XVIII*, *p.* 338 *sqq. repetitum est.*

IV) Annalium S. Stephani Cadomensium (Caen) notas exscripsit V. Cl. M *ex codice Vaticano reginae Christinae nr.* 703[2], *f.* 41 *sqq.*, *ubi prima manu usq* *ad saec. XII. in. scripti*, *variis manibus continuati sunt. Editi erant a Duchesne*, *Normann. p.* 1015 *sqq.*, *partes repetitae SS. R. Gall. XI*, *p.* 379; *XI*, *p.* 779; *XVI* *p.* 348.

V) Annales Montis S. Michaelis in Periculo maris (Mont-St.-Michel), *prima manu usque ad a.* 1112. *exarati*, *deinde variis manibus continuati exstant* *codice Abrincatensi nr.* 211, *olim Montis S. Michaelis nr.* 204, *edidit V. I. L. Delisl* *'Chron. de Robert de Torigni' II*, *p.* 207 *sqq.*, *qui monet*, *partem a.* 1135—1173. *fo* *ipsius Roberti abbatis*, *celeberrimi scriptoris*, *manu exaratam esse. Ex hac editione* *cerpta nostra sumsimus. Partis a.* 506—1154. *horum annalium apographum saec. X* *continet codex Abrincatensis nr.* 213, *f.* 70, *ex quo eos edidit Labbe*, *Nova bibl.* *p.* 347; *ab eo repetita SS. R. Gall. X*, *p.* 247; *XI*, *p.* 255; *XII*, *p.* 772, *et Mig* *Patrol. Lat. CCII*, *col.* 1321.

I.
EX ANNALIBUS ROTOMAGENSIBUS.

. . . .

754. Remigius adeptus est sedem ecclesiae Rothomagensis, eiecto ab episcopatu Ragenfrido.

A Div 756. Ibi benedictus est rex Pipinus a sancto Stephano papa Parisius et filius eius Karolus et Karlomagnus et filia Sigila[a] inter sacra missarum solemnia, precipiente sancto Petro et sancto Paulo et sancto Dionisio.

757. Sanctus Bonifacius Maguntinus archiepiscopus[b].

758. Paulus[c] papa.

cf. A. Laur. 757. 761. Constantinus[d] imperator Pipino donaria misit.

763. Hiemps illa maxima.

766. Paulus papa obiit.

767. Constantinus papa[e].

A Div 768. Pipinus rex obiit 8.[f] Kal. Octobris. Stephanus[e] papa.

769. Initium regni Karoli regis.

771. Karlomagnus[g], frater Karoli, obiit 2. Nonas Decembris. Adrianus[h] papa.

772. Meinardus Rothomagensis archiepiscopus.

cf. A. Laur. 774. Karolus Romam vadit. Inde reversus, Papiam cepit cum rege Desiderio, captis civitatibus et direptis[i] universis Italiae.

A Div 776. Conversio Saxonum.

778. Karolus in[k] Yspanias intravit. Karolus Saxoniam venit.

cf. A. Laur. Karolus Pampiloniam urbem destruxit; apud Caesaraugustam

II.
EX ANNALIBUS UTICENSIBUS.

. . . .

755. In hoc anno domnus Remigius adeptu sedem aecclesiae Rotomagensis, eiecto ab episcopatu genfrido.

756. Ibi benedictus est Pipinus rex a sancto Stephano Parisius et filius eius Karolus et Karlomagnus et filia Sigila sacra missarum solennia, precipiente sancto Petro et sancto et beato Dionisio.

757. Sanctus Bonefacius Maguntius archiepiscopus

758. Paulus papa.

761. Constantinus imperator Pipino donaria mittit

763. Hiemps illa maxima.

766. Paulus papa obiit.

767. Constantinus papa.

768. Pipinus rex obiit 8. Kalendas Octobris. Stephanus

769. Initium regni Karoli regis.

771. Karlomagnus, frater Karoli, obiit 2. Nonas Dece Adrianus papa.

772. Meinardus Rotomagensis archiepiscopus.

774. Karolus Romam vadit. Inde reversus, Pa cepit cum rege Desiderio, captis civitatibus et direptis versis Italiae.

776. Conversio Saxonum.

778. Karolus Pampiloniam urbem destruxit; apud saraugustam exercitum suum coniunxit et, acceptis obsi

a) Sigilla 1. b) *deest* 1. c) P. p. *des.* 1. d) *haec des.* 2. e) Anno sequente Stephanus papa 2, *ubi sub sequente anno* St. p f) 8. K. O. *des.* 2. g) Karomagnus 2. h) A. p. *des.* 2. i) un. It. dir. 1. 2. k) *deest* 1.

1) Cf. de eo SS. VI, p. 296. 2) Cf. 'Arch.' XII, p. 304. 3) Codicem idem descripsit l. l. p. 209 sqq.

dditionem nostram ita instituimus, ut quae ex Ann. S. Benigni in Ann. Rotomag. erunt in omnibus exemplaribus minutissimis litteris, quae ex Ann. Lauriss. et Ein- excerpta videbantur in Ann. Rotomag. minutis, reliqua magnis litteris, in ceteris laribus vero omnia cum Ann. Rotomag. convenientia minutis litteris imprimi, ubi erba paullo ab his vel a fonte communi, Ann. S. Benigni, recedebant litteras latius ecerimus.

1) Ex Annalibus Normannicis inscripsimus quae damus ex Annalibus 9—1272, qui in codice supradicto Parisiensi nr. 14663 (olim S. Victoris nr. 287) XV. fragmento Chronici Roberti de Torinneio subiuncti[1] et ex eo ut continuatio ti a Duchesne, SS. Normann. p. 1003 sqq.; SS. R. Gall. XII, p. 788; XVIII, p. 345; , p. 212. impressi sunt. Sed ut V. I. L. Delisle l. l. II, p. 145. monet, vix recte haec pars continuatio Roberti appellari potest, immo auctor, qui non ante saec. XIII. scripsisse putandus est, haec ex annalibus non servatis vel saltem nobis ignotis sisse videtur. Temporum ordinem miro modo turbavit, cum nullam rem vero anno uerit, aliquoties non minus quatuordecim annis a vero aberraverit. Nec quo loco rit, perspici potest, cum de omnibus dioecesibus, multis urbibus et monasteriis Nor- ae aliqua tradiderit.

O. Holder-Egger.

III.
X ANNALIBUS GEMMETICENSIBUS.

. . . .

. Stephanus papa. Huius tempore Pipinus rex r, ab ipso consecratus apud Parisium, et filii eius l Karlomannus et filia Sigila inter sacra missarum sol- precipientibus sancto Petro et sancto Paulo et sancto

Remigius adeptus est sedem ecclesie Rothoma- iecto ab episcopatu Ragenfrido.

Sanctus Bonefacius Maguntinus archiepiscopus.

[a] Paulus papa.

Constantinus imperator Pipino donaria mittit.

Paulus papa obiit.

Constantinus papa.

Stephanus papa. Pipinus rex obiit. Initium[2] regni gis.

Adrianus papa. Karolomannus obiit.

Reinardus Rothomagensis archiepiscopus.

Karolus Romam vadit. Inde reversus, Papiam cepit, Desderio[b] dimicavit, captis civitatibus et direptis Ytalie opidis.

Conversio Saxonum cepit.

Karolus Hispanias intravit. Panpiloniam urbem de- ad Cesaraugustum exercitum admovit et, acceptis

IV.
EX ANNALIBUS S. STEPHANI CADOMENSIBUS.

. . . .

Annus

755. Benedicitur Pipinus rex a sancto Stephano papa Parisius, et filii eius Karolus et Carlomannus et filia Sigila.

756. Paulus papa.

761. Constantinus imperator Pipino donaria mittit.

766. Constantinus papa.

768. Pipinus rex obiit. Initium regni Caroli regis. Stephanus papa.

770. Karlomannus obiit, frater Karoli.

772. Adrianus papa[3].

774. Karolus Romam vadit. Inde reversus, Papiam cepit cum rege Desiderio. Captis civitatibus universis Italiae, apud[4] Caesaraugustam exercitum coniunxit et, acceptis obsidibus, subiugatis Sarracenis, per Narbonam et Wasconiam Franciam rediit.

775. Conversio Saxonum[5].

779. Karolus Pampiloniam urbem destruxit. Karolus Saxoniam venit.

r. c.? b) *sic c.*

elisle l. l. I, p. xxx. 2) Hoc habent A. Rot. et Utic. cum A. Div. ad a. 769. 3) Hoc ad hunc annum 4) Res a. 774. et 778. confusae. 5) Hoc ad a. 776. A. Div. cum ceteris.

I.
EX ANNALIBUS ROTOMAGENSIBUS.

cf. A. Laur exercitum suum coniunxit et, acceptis obsidibus subiugatisque Sarracenis, per Narbonam[1] et Wasconiam Franciam rediit.

780. Guillebertus Rothomagensis archiepiscopus. Saxonia capta est[a]. A. Div

781. Karolus Romam vadit.

cf. A. Laur 785 783. Witichingis[a*] cum sociis in Atiniaco baptizati, partem regnis Karolo contulerunt.

A. Div 786. Signum crucis in vestibus. Iterum Karolus Romam perrexit, deinde ad Sanctum Benedictum et Capuam.

788. Karolus per Alemaniam venit ad fines Baiuariae[b].

790. Tassilo[c] dux venit in Franciam, et Baiuaria[d] capta est.

cf. A. Laur 794 792. Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur Wulti[e]. Sinodus facta est Franconovult, presidentibus apostolicae sedis legatis Theophilacto et Stephano episcopis. Et auctoritate[f] cf. ib. 792 sanctorum Felix episcopus, qui dogmatizabat, dominum Iesum non proprium, sed adoptivum Dei esse filium, dampnatus est et perpetuo exilio relegatus.

A. Div 793. Karolus Hungrorum regnum vastat.

796. Leo papa.

cf. A. Einh. 801 799. Terraemotus magnus factus est, qui pene totam Ytaliam concussit et tectum ecclesiae beati Pauli cum suis trabibus magna ex parte deiecit.

A. Div 800. Domnus[g] Karolus rex imperator factus est et a Romanis appellatus est augustus. cf. A. Einh. 801 Qui illos, qui Leonem papam dehonestaverant, morte dampnavit, sed precibus papae morte indulta, exilio retrusit. Ipse enim[h] papa Leo imperatorem eum sacraverat.

804.[i] Leo papa in Franciam venit et in Carisiaco villa nativitatem Domini cum Karolo imperatore celebravit.

A. Div 808. Transitus[2] sancti Leugeri[k] episcopi et confessoris, capellani ipsius Karoli.

cf. A. Einh. 810. Karolus cum Nicheforo imperatore Constantinopolitano pacem fecit.

cf. ib. 812 811. Nicheforus obiit. Michael imperator[k*], gener eius, qui Karolo imperatori legatos suos cum pace mittit.

813. Karolus apud Aquisgranum palatium Ludovico filio suo coronam imperii imposuit. In 5 partibus regni sui, scilicet Maguntiaco, Remis, Turonis[3], pro utilitate christianitatis concilia celebrari fecit.

A. Div 814. . . . . . . Karolus imperator[l] obiit, qui pro magnitudine operum[m] agnominatus est Magnus. Initium regni Ludovici[n], filii eius[o].

815. Bernehardus rex Langobardorum[p] excecatus et mortuus est.

cf. A. Einh. 818 819. Imperator Ludovicus perrexit in Britanniam, interfecto Mormanno[q].

820. . . . . . Stephanus papa.

A. Div 822. Fames valida.

823. Visio Wetani. Natus[4] est Karolus, filius Ludovici, in Franconovult[r] Idus Iunii; in quo palatio novo illo anno imperator

II.
EX ANNALIBUS UTICENSIBUS.

subiugatisque Sarracenis, per Narbonam et Wasc[…] Franciam rediit. Karolus in Yspanias intravit. Karolus Sa[…] venit.

780. Saxonia capta est. Guillebertus Rotomagensis [...] episcopus.

781. Karolus Romam vadit.

783. . . . . . . Witichingis cum sociis in An[…] baptizati, partem regni sui contulerunt.

786. Signum crucis in vestibus. Iterum Karolus Roma[…] rexit, deinde ad Sanctum Benedictum et Capuam.

788. Karolus per Alemanniam venit ad fines Bawariae[…]

790. Tassilo dux venit in Franciam, et Bawaria capta [...]

792. Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur Vulti. S[…] facta est Franconovurt, presidentibus apostolicae sedis [...] Teophilato et Stephano episcopis. Et auctoritate sanc[…] Felix episcopus, qui dogmatizabat, dominum Iesu[…] proprium, sed adoptivum Dei esse filium, dampna[…] et perpetuo exilio religatus.

793. Karolus rex Hungrorum regnum vastat.

796. Leo papa.

799. Terraemotus magnus factus est, qui pene [...] Italiam concussit et tectum aecclesiae beati Pauli cu[…] trabibus magna ex parte deiecit.

800. Domnus Karolus rex imperator factus est et a [...] appellatus est augustus. Qui illos, qui Leonem papa[…] honestaverant, morte dampnavit, sed precibus papae [...] indulta, exilio retrusit. Ipse enim papa Leo imper[…] eum sacraverat.

804. Leo papa in Franciam venit et in Carisia[…] nativitatem Domini cum Karolo imperatore celebra[…]

808 Transitus sancti Liudgeri episcopi et confessoris [...] lani ipsius Karoli.

810. Karolus cum Nicheforo imperatore Const[…] politano pacem fecit.

811. Nicheforus obiit. Michael imperat, gene[…] qui Karolo imperatori legatos suos cum pace mittit[…]

813. Karolus apud Aquisgranii palacium Ludovi[…] suo coronam imperii imposuit. In 5 partibus re[…] scilicet Mogunciaco, Remis, Turonis, Cabillone, pro [...] christianitatis concilia celebrari fecit.

814. . . . . . . Karolus imperator obiit. Inicium regn[…] vici, filii ipsius Karoli Magni.

815. Bernehardus rex Langobardorum exceca[…] mortuus est.

819. Imperator Ludovicus perrexit in Britanniam [...] fecto Mormanno.

820. . . . . . . Stephanus papa.

821. Paschalis papa.

822. Fames valida

823. Visio Wetani. Natus est Karolus, filius Lud[…] Franconofurt Idibus Iunii; in quo palacio novo illo anno i[…]

a) accepta 1. a*) Witingiungis 2. b) Bauiarie 1. 2. c) *haec des.* 1; Tassilio 2. d) Bauiaria 2. e) multi 1. 2. [...] g) donnus 1; dūs 2. h) vero 2. i) 803. 2. k) *sic Labbe;* Leodegarii 1. 2. k*) imperavit 2. l) *deest* 2. [...] n) *deest* 1. o) sui 1. p) Long. 1. 2. q) Normanno 1. 2. r) Francono ultimo 2.

1) Narbona in Ann. Lauriss. non commemoratur. Forte haec vox corrupta ex *etiam et Nabarros* A. Laur. 2) Haec ad a. 809. A. Div. 3) Excidit *Cabillone,* quod A. Utic. praebent. In utroque exemplari excidit *Arelati,* ut [...] a. 813. habent. 4) Haec ad a. 824. A. Div., ut [...]

III.

...X ANNALIBUS GEMMETICENSIBUS.

... subiugatisque Sarracenis, per Narbonam et Was-...ranciam rediit.

... Karolus Saxoniam venit.

... Gillebertus Rothomagensis archiepiscopus. Saxonia

... Karolus Romam vadit.

... Withicingis cum sociis in Atiniaco baptizati, par-...ionis Karolo contulerunt.

... Signum crucis in vestibus. Item Karolus Romam per-...de ad Sanctum Benedictum et Capuam.

... Karolus per Alemanniam venit ad fines Baicarie.

... Cassilo[b] dux venit in Franciam, et Baicaria capta est.

... Karolus pergit in Sclavos qui dicuntur Vulti.

... Synodus facta est Francovurt[c], presidentibus apo-...dis legatis Theophilato et Stephano episcopis. Et ...te sanctorum Felix episcopus, qui dogmatizabat, ... Ihesum non proprium, sed adoptivum esse Dei ...ampnatus est et perpetuo exilio relegatus.

... Karolus Humgrorum[b] regnum vastat.

... Obiit Adrianus papa; cui successit Leo.

... Karolus rex imperator factus est et a Romanis appellatus ... Qui eos, qui Leonem papam dehonestaverant, ...ampnavit, sed precibus pape morte indulta, exilio ... Ipse Leo papa eum imperatorem sacraverat.

... Terremotus factus est magnus, qui pene totam ... concussit et tectum ecclesie beati Pauli cum suis ...s ex parte deiecit.

... Obiit Remigius Rothomagensis archiepi-...; cui successit Hugo, filius Karoli impera-...

... Leo papa in Franciam venit et in Carisiaco villa ...em Domini cum Karolo imperatore celebravit.

... Transitus sancti Lyudgeri episcopi et confessoris, capel-...s Karoli.

... Karolus cum Niceforo imperatore Constantino-... pacem fecit. Niceforus obiit. Michael imperator, ...ius, Karolo imperatori legatos de pace mittit.

... Karolus apud Aquisgrani palacium Ludovico filio ...onam imperii imposuit.

...[d] Karolus imperator obiit. Initium regni Ludovici.

... Bernebardus[b] rex Langobardorum excecatur et ...

... Ludovicus imperator perrexit in Brittanniam, inter-...lormanno.

... Fames valida.

... Visio Wetani. Natus est Karolus, [filius[e]] Ludovici. Paschalis ...udovicum[3] Rome in die pasche imperatorem nominavit.

...m c. b) sic c. c) Frācoruuit (?) c. d) DCCCXV. c.? e) deest c.

...hunc annum A. Div. 2) Ad hunc annum A. Div. 3) Cf. p. 494, n. 1. ...c A. Div. cum reliquis ad a. 786.

IV.

EX ANNALIBUS CADOMENSIBUS.

780. Karolus Romam vadit[4].

781. Witicingis cum sociis in Atiniaco baptizati, partem regioni contulerunt.

785. Karolus[5] perrexit Romam, deinde ad Capuam et Sanctum Benedictum. Signum crucis in vestibus.

790. Tassilo dux venit in Franciam, et Bawaria capta est.

797. Leo papa.

799. Terremotus magnus factus est, qui pene totam Italiam concussit et tectum ecclesie beati Pauli cum suis trabibus magna ex parte deiecit.

800. Karolus rex factus est imperator et a Romanis augustus appellatus.

804. Leo papa in Franciam venit et in Carisiaco villa cum Karolo imperatore nativitatem Christi celebravit.

808. Transitus sancti Liudgeri episcopi et confessoris, capellani ipsius Karoli.

810. Karolus cum Niceforo imperatore Constantinopolitano pacem fecit.

814. Karolus imperator obit. Initium regni Ludovici, filii eius. Karolus Ludovico Aquisgrani palacio coronam imperii imposuit.

816. Stephanus papa.

818. Paschalis papa.

819. Ludovicus in Britanniam abiit, interfecto Mormanno.

4) A. Div. cum reliquis ad a. 781.

I.

EX ANNALIBUS ROTOMAGENSIBUS.

A. Div. hyemavit. Et a Paschali papa in die paschae Romae coronatus[a] [1] et imperator est appellatus.

cf. A. Einh. 824 825. Alia vice rex Ludovicus perrexit in Britanniam.

828. Ragnoardus[b] episcopatum Rothomagensem accepit.

831. In isto anno dereliquerunt Ludovicum et elegerunt Lotharium.

833. Redditum est Ludovico regnum.

834. Gregorius papa.

836. Herio[2] insula translatio sancti Philiberti[c] 7. Idus Iunii, quando Normanni vastaverunt Britanniam et alias terras.

838. In isto anno accepit Gumboldus[d] archiepiscopatum Rothomagensem.

A. Div. 840. Ludovicus imperator obiit[e] 12. Kal. Iulii, et[f] Droco, frater eius, detulit Ludovicum ad sepeliendum Mediomatricum civitatem.

ib. 841. Bellum inter[g] fratres, scilicet Ludovicum, Lotharium et Karolum, filios Ludovici imperatoris, haut procul ab urbe Autisiodorensium, in quo christianus utrimque populus mutua se cede prostravit[h].

842. Translatio sancti Audoeni, quando[i] Normanni vastaverunt Rothomagum, succenderunt monasterium[k] eius Idibus[l] Maii.

848. Sergius papa.

849. Paulus archiepiscopus ordinatus fuit.

851. [Hoc[m] tempore] venerunt Normanni in Sequanam. Et iterum venerunt alii Normanni.

852. Leo[n] papa.

ib. 855. Obiit Lotharius, filius Ludovici[3]. Obiit Paulus archiepiscopus. In hoc quoque anno fuit ordinatus Wanilo archiepiscopus.

859. In[o] isto anno cepit gelare 2. Kal. Decembris et finivit Nonis Aprilis.

860. Benedictus[p] papa.

862. Nicholaus[q] papa.

865. Venerunt Normanni medio Iulio.

866. Obiit Wanilo archiepiscopus; cui[r] successit Adalardus.

ib. 868.[s]

869. Item fames et mortalitas hominum et pestis animalium. Obiit Adalardus; cui successit Riculfus.

871. Ventus validus.

II.

EX ANNALIBUS UTICENSIBUS.

hiemavit. Et a Paschali papa in die paschae Romae cor[...] imperator est appellatus.

825. Alia vice rex Ludovicus perrexit in Brit[...]

827. Eugenius papa.

828. . . . . . . Ragnoardus episcopatum Rotoma[...] accepit.

831. In isto anno dereliquerunt Ludovicum et [...] Lotharium. Valentinus papa.

833. Redditum est Ludovico regnum.

834. Gregorius papa.

836. Herio insula translatio sancti Filiberti 7. Idu[...] quando Normanni vastaverunt Britanniam et alias [...]

838. In isto anno accepit Gumboldus episcopatum [...]magensem.

840. Ludovicus imperator obiit 12. Kalendas Iulii, et [...] frater eius, detulit Ludovicum ad sepeliendum Medio[...]cum civitatem.

841. Bellum inter tres fratres, scilicet Ludovicum, Lo[...] et Karolum, filios Ludovici imperatoris, haut procul ab urb[...]siodorensium, in quo christianus utrimque[t] populus mutua [...] prostravit 7. Kalendas Iulii, diviso regno.

842. Translatio sancti Audoeni episcopi, [...] Normanni vastaverunt Rotomagum et succenderunt [...]sterium illius Idus Mai.

848. Sergius papa.

849. Paulus archiepiscopus ordinatus fuit.

851. Hoc tempore venerunt Normanni in Sequa[...]

852. Leo papa. Et iterum venerunt alii Norm[...]

855. Obiit Lotharius imperator, filius Ludovici. [...] Paulus archiepiscopus. In hoc quoque anno fuit or[...] Wanilo archiepiscopus.

859. In isto anno cepit gelare 2. Kalendas Dec[...] et finivit Nonis Aprilis.

860. Benedictus papa.

862. Nicholaus papa.

865. Venerunt Normanni medio Iulio.

866. . . . . . . Obiit Wanilo archiepiscopus; cui [...]cessit Adalardus.

868. Fames valida.

869. Item fames et mortalitas hominum et pestis ani[...] Obiit Adalardus; cui successit Riculfus.

871. Ventus validus. Adrianus papa.

a) est *add.* 1. b) Ragoardus *L.* c) Phileb. 1. d) Guiuildidus *L.* e) obit 1. f) *deest* 2. g) tres *excidit in* 1. [...] *A. Div. et ceteri habent; haec om. L.* h) 7. Kal. Iul. *exciderunt in* 1. 2, *quae A. Div. et ceteri habent; haec om. L.* i) enim *ad*[...] *quod L. cum ceteris omittit.* k) *sic L.;* monasteria 1. 2. l) Idus 2. m) H. t. *des. L., A. Gemm., sunt vero in A. Utic.;* [...] n) L. p. *ad a.* 853. 1 *cum A. Gemm.* o) *haec des.* 1. p) B. p. *ad a.* 859. 1. q) N. p. *des.* 2. r) c. s. A. *des.* 1. [...] valida, *quod reliqui habent, cum A. Div. excidit in* 1. 2; *haec om. L.* t) utrique *c.*

1) scil. Lotharius, quod nomen etiam in A. Div. deest. 2) Cf. A. Engolism., SS. XVI, p. 485; Chron. [...] SS. II, p. 252. 3) 4. Kal. Octobr., quae A. Gemm. ex A. Div. praebent. exciderunt in reliquis exemplaribus.

III.

ANNALIBUS GEMMETICENSIBUS.

lia vice Ludovicus perrexit in Brittanniam.

Sanctus Hugo Rothomagensis archiepiscotus est monachus Gemmeticensis.

aignoardus[a] accepit episcopatum Rothomagensem.

)uidam dereliquerunt Ludovicum et elegerunt

Eugenius papa.

Redditum est Ludovico regnum.

Valentinus papa prefuit diebus 40; succesorius papa III.

Herio insula translatio sancti Philiberti abbatis umi[b], quando Normanni vastaverunt insulas ni maris.

Obiit sanctus Rothomagensis archiepisco o nomine.

Gumboudus Rothomagensem cathedram suscepit.

udovicus[c, 1] imperator obiit. Drogo, frater eius, eum

Bellum[1] inter filios Ludovici, Lotharium, Ludovicum, et Karolum, 7. Kal. Iulii haut procul ab Autisiodoro.

Translatio sancti Audoeni archiepiscopi, quando vastaverunt Rothomagum et succenderunt monallius Idibus Maii.

Sergius papa.

Paulus archiepiscopus ordinatus.

Venerunt[d] Normanni in Sequanam. Et iterum alii Normanni.

Leo papa.

Obiit Lotharius rex, filius Ludovici, 4. Kal. Octob.

Obiit Paulus archiepiscopus; successit[e] Wanilo s.

Benedictus papa.

Venerunt Normanni Medontam[2].

Obiit Wanilo archiepiscopus; cui successit Ada-

Nicholaus papa. Fames valida.

Obiit Adalardus archiepiscopus; successit Riculfus.

s et mortalitas hominum et pestis animalium.

Adrianus papa.

IV.

EX ANNALIBUS CADOMENSIBUS.

824. Ludovicus[3] in pascha a Paschali papa Romae coronatur et imperator est appellatus. Eugenius papa.

827. Valentinus papa.

830. Gregorius papa.

831. Reliquerunt Ludovicum et elegerunt Lotharium. Redditum est Ludovico regnum.

836. Herio insula translatio sancti Filiberti, quando Normanni vastaverunt Britanniam et alias terras.

840. Ludovicus imperator obiit. Droco, frater eius, episcopus detulit eum ad sepeliendum Mediomatricum.

841. Bellum inter fratres Ludovicum, Lotharium et Karolum, filios Ludovici, in quo populus christianus utrimque mutua se caede prostravit.

842. Translatio sancti Audoeni, quando Normanni vastaverunt Rotomagum et succenderunt monasterium eius.

843. Sergius papa. A. Div

846. Leo papa.

851. Hoc tempore venerunt Normanni in Sequanam.

852. Et iterum venerunt alii Normanni.

855. Obiit Lotharius imperator, filius Ludovici

856. Benedictus papa[4].

865. Venerunt Normanni medio Iulio.

868. Fames valida. Item[5] fames et mortalitas hominum et pestis animalium. Nicholaus papa.

870. Ventus validus[6].

rdus *corr.* Raignoardus *c.* b) Iunis *c.* c) Lulodov. *c.* d) Tenerunt *c.* e) succ *semper fere c.*

falso anno ascripta. 2) Foede ex *medio Iulio* corruptum. 3) Cf. p. 494, n. 1. 4) A. Div. ad a. 855. 5) Haec ad a. 869. 6) Hoc A. Div. ad a. 871.

I.
EX ANNALIBUS ROTOMAGENSIBUS.

872. Obiit Riculfus archiepiscopus; cui successit Iohannes.

874. Iohannes[a] papa.

875. Obiit Wito archiepiscopus; cui successit Franco.

A. Div. 876. Obiit Ludovicus rex. Iterum[1] Karolus Ytaliam ingreditur[b], et eandem terram Karlomagnus per aliam viam[c] intravit. Inde Karolus territus fugit et in eodem itinere mortuus est. Hoc anno Rollo cum suis Normanniam penetravit 15. Kal. Decembris.

878. Adrianus papa.

ib 879. Ludovicus rex Saxonum, adhuc fratre suo Karlomagno[d] vivente, Baiuariam[e] ingreditur.

[880.[f]] Inicium[2] belli Francorum contra paganos. Ludovico, filio Ludovici[g], primum exeunte ad pugnam Deoque donante, potiti sunt victoria, et pars innumerabilis eorum maxima[h] cecidit.

884. Sedes Normannorum in Duisburg.

888. Karolus obiit imperator. Arnulfus[i] rex imperator efficitur.

893. Inicium regni Karoli pueri. Huius miles Hagano. . . . . .

898. Hungari[k, 3] Italiam ingressi multa fecerunt. Et Arnulfus obiit[l] imperator, ac Ludovicus in regem elevatur.

Zendebaldus[4] rex filium Arnulfi occidit

904. Bellum inter Conradum[m] et Adalbertum Francos, in quo Conradus[m] cecidit.

908. . . . . . . Hungari[5] Saxoniam et Thuringiam[n] vastant.

911. Ludovicus, filius Arnulfi, obiit. Burcardus dux occiditur[o]. Conradus, filius Conradi, in regem elevatur.

919. Conradus[p] rex obiit, et Henricus successit[q].

927. Hoc tempore firmata est amicitia inter regem Francorum Ludovicum et Henricum regem Teutonum[r]. In quo placito fuit Willermus dux Normannorum et Ricardus dux Burgundionum[s]. Willermus vero de placito rediens, filium Ludovici[t] Lotharium de sacro fonte levavit apud Lugdunum.

ib. 936. Henricus[u, 6] obiit, et Otto successit[q].

II.
EX ANNALIBUS UTICENSIBUS.

872. Obiit Riculfus; cui successit Iohannes.

874. Iohannes archiepiscopus Rotomag[...] obiit.

875. Obiit Witto; cui successit Franco.

876. Obitus Ludovici regis. Iterum Karolus Itali[...] greditur, et eandem terram Karlomagnus per aliam viam [...] Inde Karolus territus fugit et in eodem itinere mortu[...] Iohannes papa. Hoc anno Rollo cum suis Norma[...] penetravit 15. Kalendas Decembris.

879. Ludovicus rex Saxonum, adhuc fratre suo Karlo[...] vivente, Bawariam ingreditur. Initium belli Francorum [...] paganos. Ludovico, filio Ludovici regis, primum exeunte ad p[...] Deoque donante, potiti sunt victoriam, et pars innumerabilis [...] maxima cecidit.

884 Sedes Normannorum in Diusburg.

886. Marinus papa.

888. Karolus imperator obiit. Arnulfus rex imperat[...]citur. Adrianus papa.

889. Stephanus papa.

893. Inicium regni Karoli pueri. Huius miles Hagano. .

898. Hungari Italiam ingressi multa fecerunt. Et A[...] obiit imperator, ac Ludovicus in regem elevatur. . . . . . .

900. Zendebaldus[v] rex filium Arnulfi occidit.

904. Bellum inter Conradum et Adalbertum Francos, [...] Conradus cecidit.

908. . . . . . . Hungari Saxoniam et Thuringiam vasta[...]

911. Ludovicus, filius Arnulfi, obiit. Burcardus rex oc[...] Conradus, filius Conradi, in regem elevatur. . . . . . .

919. Conradus rex obiit, et Henricus successit. . . . .

927. Hoc tempore firmata est amicicia inter [...] Franciae Ludovicum et Henricum regem Theutonu[...] quo placito fuit Willemus dux Normannorum et Ric[...] dux Burgundionum. Willemus vero de placito re[...] filium Ludovici Lotharium Lucdono de sacro fonte le[...]

934. Henricus obiit, et Otto successit. . . . . .

a) I. p. *des.* 1. b) aggreditur 1. 2; *haec om. L.* c) *deest* 1. d) Karolom. 2. e) Baviariam 1. 2. f) *ad a.* 879. *haec re[...] cum A. Utic., sed vide A. Div. et Gemmet* g) regis *excidit in* 1. 2, *quod A. Div. et ceteri habent.* h) et m. 1. 2. i) Arnulp[...] *semper;* 1 *postea.* k) Hungarii 1. l) imp. ob. 2. m) Conraud. 2. n) Tur. 1. o) cecidit *L.* p) Conrardus 2. q) [...]cedit *L.* r) Teuthon. 1. s) Burgundorum 1. t) Lodov. 2. u) *haec des.* 2. v) *haec iterum ad a.* 902. *scripta c.*

1) Haec A. Div. ad a. 877. 2) Haec ad a. 881. A. Div. 3) Haec A. Div. ad a. 895; A. Colon. ad a. 899. 4) [...] ad a. 900. A. Div. 5) Ad hunc annum A. Colon.; A. Div. ad a. 909. 6) A. Div. ad a. 935.

III.

NNALIBUS GEMMETICENSIBUS.

2. Obiit Riculfus archiepiscopus; cessit Iohannes.

4. Iohannes papa.

5. Obiit Wito archiepiscopus; it Franco.

6. Rollo in Normanniam cum nit 15. Kal. Decembris.

. Obiit Ludovicus rex. Iterum[1] Italiam ingreditur et eandem terolomannus per aliam viam. Karolus territus fugit et in eodem itinere est.

. Ludovicus rex Saxonum, adhuc uo Karomanno vivente, Baioariam ur.

. Initium[2] belli Francorum contra . Ludovico, filio Ludovici regis exeunte ad pugnam, Franci Deo potiti sunt victoria, et pars pagamaxima cecidit.

2. Martinus papa.

3. Adrianus papa.

4. Stephanus papa. Sedes norum in Duisburg.

. Karolus imperator obiit. Arnulimperator efficitur.

. Initium regni Karoli[a] pueri.......

. Ungari Ytaliam ingressi multa fecerunt. Et Arnulfus imperator ue Ludovicus in regem elevatur. ldus rex filium Arnulfi occidit.

. Bellum inter Conradum et Adal- Francos, in quo Conradus cecidit.

. Ungari Saxoniam et Turingiam . . . . . .

. Ludovicus, filius Arnulfi, obiit. s dux occiditur. Filius Conradi in regem.

. . . . Conradus quoque rex Henricus successit.

7. Confirmata est amicicia inter Francorum Ludovicum et Henregem Tehtonicorum; cui platerfuit Willelmus dux Norman- Ricardus dux Burgundie. Rediens Willelmus dux, filium Ludovici ium apud Lugdunum de sacro evavit.

. Henricus rex obit; Otto suc- . . . . .

IV.

EX ANNALIBUS CADOMENSIBUS.

873. Carlomannus abbas a patre suo Carolo Calvo excaecatur.

875. Obiit Ludovicus rex. Item Karolus Italiam ingreditur et eandem terram Karlomannus per aliam viam. Inde Karolus territus fugit, et eo itinere mortuus est.

878. Adrianus papa.

879. Ludovicus rex Saxonum, adhuc Carlomanno vivente, Bawariam ingreditur.

880. Initium belli Francorum contra paganos. Ludovico, filio Ludovici, primum exeunte ad pugnam Deoque donante, potiti sunt victoriam, et pars maxima eorum cecidit.

881. Karolus imperator.

883. Sedes Normannorum in Duisburg.

885. Karolus[3] imperator obit. Arnulfus rex efficitur imperator.

894. Initium[4] regni Caroli pueri. Huius miles Hagano.

896. Arnulfus[5] imperator obit.

897. Ludovicus[5] in regem elevatur. Hungari Italiam ingressi multa fecerunt.

898. Zendebaldus rex filium Arnulfi interfecit.

903. Bellum inter Conradum et Adalbertum Francos, in quo Conradus cecidit.

911. Ludovicus, filius Arnulfi, obit.

919. Conradus rex obiit; Henricus successit[b].

935. Hoc tempore firmata est pax inter regem Francorum Ludovicum et regem Teutonum Henricum. In quo placito fuit[c] Willelmus dux Normannorum et Ricardus dux Burgundionum. Willelmus rediens, filium Ludovici Lotharium de fonte levavit.

936. Henricus imperator obit; Otto successit

V.

EX ANNALIBUS MONTIS S. MICHAELIS.

. . . .

875. Hoc[d] anno cum suis Rollo Normanniam penetravit.

878. Adrianus papa.

888. Karolus imperator obiit; cui successit Arnulfus.

893. Initium regni Karoli pueri.

898. Arnulfo successit Ludovicus. . . . . . .

911. Ludovico successit Conradus. . . . . .

919. Conrado successit Heinricus, filius eius[6].

926. Hoc tempore firmata est amicitia inter regem Franciae Ludovicum et Heinricum regem Theutonum[e]. In quo placito fuit Willelmus dux Normannorum et Richardus dux Burgundionum. Willelmus vero de placito rediens, filium Ludovici Lotharium Lugduno de sacro fonte levavit.

934. Henrico Otto successit.

a) add. sed expunctum c. b) succ̄ c. c) fluit c. d) praecedentia omisit L. Delisle, ut ex Ann. Rotomag. exscripta. e) Theu- c.

1) hunc annum haec recte referunt A. Div.; falso A. Rotom. et Utic. ad a. 876. 2) Ad hunc annum haec A. Div. c ad a. 888. A. Div. 4) Haec ad a. 893. A. Div. 5) Haec ad a. 895. A. Div. 6) Falso additum.

I.
EX ANNALIBUS ROTOMAGENSIBUS.

943.[a] Occiditur Willermus dux Normannorum, filius Rollonis, 16. Kal. Ianuar.[b]; cui succedit[c] Ricardus, filius eius, qui Vetus dicitur. . . . . . .

A Div. 951. Otto rex Italiam ingressus, eam sibi subiugavit.

957. Liudulfus[d], Ottonis regis filius, subiugata sibi Italia, ibidem[e] obiit.

961. Otto puerulus in[f] regem elevatur[g] in Aquisgrani palatio.

972. Otto imperator obiit. . . . . . .

983. Otto iunior[h] imperator[i] obiit, et Otto, filius eius infans, successit[k].

988. Hoc tempore Lotharius rex Francorum terram Arnulphi[1] invasit, quia sibi servire noluit, Attrebatensem urbem et plures municiones cepit. Sed Ricardus[2] eum [regi[k*]] pacificavit. . . . . . .

999. Gerbertus papa.

Ib. 1002.[l] Otto imperator obiit, et Henricus successit[k].

1003. Iohannes papa.

Ib. 1024. Obiit Benedictus papa. Henricus imperator obiit; successit[k] Cono imperator augustus.

1034. Iohannes, frater Benedicti, papa[m].

1039. Clemens papa, Suicherus[n] dictus Bavenberghensis[o] episcopus. Obiit Conradus imperator; successit[k] Henricus, filius eius.

1048. Damasus papa.

1049. Hoc anno Leo papa concilium Remis tenuit.

1054. Leo papa, qui et Bruno, obiit.

1056. Obiit Henricus Romanus imperator; cui successit[k] Henricus, filius eius.

1057. Obiit Victor papa.

1058. Obiit Stephanus papa.

1060. . . . . . . Nicholaus papa. . . . . . .

1062. Alexander papa secundus.

1073. Gregorius papa, prius[p] Hildebrannus vocatus[q].

II.
EX ANNALIBUS UTICENSIBUS.

942. Occiditur Willemus dux Normannorum, filius [Rol]lonis, 16. Kalendas Ianuarii; cui successit Ricardus, [filius] eius, qui Vetus dicitur. . . . . . .

951. Otto rex Italiam ingressus fuit eamque sibi subi[ugavit]. . . . . . .

957. Liudulfus, Ottonis regis filius, subiugata sibi Italia, [ibi]dem obiit.

961. Otto puerulus in regem elevatur in Aquisgranii pa[latio].

972. Otto imperator obiit. . . . . . .

979. Iohannes, occiso Nicheforo, per uxo[rem] eius regnavit; cuius neptis Teophanu Ottoni im[pe]ratori nupsit.

983. Otto iunior imperator obiit, et Otto, filius eius in[fans], successit.

999. Gerbertus papa.

1002. Otto imperator obiit, et Henricus successit.

1003. Iohannes papa.

1024. Henricus imperator obiit; successit ei Cono i[mpe]rator augustus. Obiit Benedictus papa.

1034. Iohannes, frater Benedicti, papa.

1036. Benedictus papa, nepos Benedicti e[t Io]hannis.

1039. Obiit Conradus imperator; successit Hen[ricus] filius eius. Clemens papa, Suicherus dictus Bavenberg[hensis] episcopus.

1048. Damasus papa.

1049. Hoc anno Leo papa concilium Remis hab[uit].

1054. . . . . . . Leo papa, qui et Bruno, obiit.

1056. Obiit Henricus Romanus imperator; cui succ[essit] Henricus, filius eius.

1057. Obiit Victor papa.

1058. Obiit Stephanus papa. . . . . . .

1060. . . . . . . Nicholaus papa. . . . . . .

1062. Alexander papa secundus.

1073. Gregorius papa, prius Hildebrannus. . . .

---

a) *deest* 2. b) Iunii 2. c) *sic* 1. *L.*; successit 2. d) Liudulphus 1. 2; Ludulfus *L.* e) *deest L.* f) el. in r. 1. 2. g) eleva[tur] h) minor *L.* i) *deest* 1. k) succedit *L.* k*) *deest* 1. 2? l) 1001. 1. m) pape 1. n) Suicerus 2. o) Vavembergh[ensis] p) *deest L.*; primus 1. q) *a.* 1087, *teste Labbeo, desiit prima manus in cod. originali.*

1) Comitis Flandriae. 2) Dux Normanniae.

III.

ANNALIBUS GEMMETI-CENSIBUS.

3. Occiditur Willelmus dux Nor-
rum, filius Rollonis. Successit
rdus, primus filius eius.

. Otto rex Ytaliam ingressus, eam
iugavit.

. Liudulfus[a], Ottonis regis filius,
a sibi Ytalia, ibidem[b] obiit.

. Otto puerulus in regem elevatur
sgrani palacio.

. Otto imperator obiit. . . . . .

. Otto iunior imperator obiit, et
ilius eius, successit. . . . . . .

3. Lotharius rex Francorum ter-
rnulfi invasit, quia sibi servire
Sed Ricardus eum recon-
it. . . . . .

9. . . . . . . Gerbertus papa ef-
r.

2. Otto imperator obiit; Hen-
uccessit.

24. Benedictus papa obiit. Hen-
mperator obiit; successit Cono im-
r augustus. . . . . .

036. Benedictus papa eligi-
epos supradicti Benedicti.

39. Obiit Cono imperator; suc-
Henricus, filius eius. Clemens
eligitur, Sincherius dictus Ba-
rgensis episcopus.

48. . . . . . . Damasus papa.

49. Leo papa concilium Remis
it.

54. Obiit Leo papa, qui et
. . . .

56. Obiit Henricus Romanorum
ator; successit filius eius Hen-

57. Obiit Leo papa; successit
r.

58. Obiit Victor; successit
ricus[1] papa. . . . . . .

60. Nicholaus papa. . . . . . .

62. Alexander papa secundus.

072. Obiit Alexander papa
dus; successit Gregorius, Hil-
nnus vocatus.

IV.

EX ANNALIBUS CADOMENSIBUS.

942. Occiditur Willelmus, filius Rollonis, 16. Kal. Ianuar. Succedit Ricardus Vetus. . . . . . .

950. Otto[2] rex ingressus Italiam sibi subiugavit.

956. Liudulfus[3], Ottonis regis filius, subiugata sibi Italia, ibidem obiit.

961. Otto puer in regem elevatur in Aquisgrani palacio. Otto ex rege fit imperator.

972. Otto imperator obiit.

988.[c] Lotharius terram Arnulfi nolentis sibi servire invadit, Atrebatum et plures munitiones cepit. Sed Ricardus eum regi pacificavit.

1002. Otto imperator obiit; Henricus successit.

1003. Iohannes papa.

1024. Henricus imperator obiit; successit ei Cono imperator augustus. Obiit Benedictus papa.

1034. Iohannes, frater Benedicti, papa.

1036. Benedictus papa, nepos Benedicti et Iohannis.

1039. Obiit Conradus imperator; successit Henricus, filius eius. Clemens papa, Sincherus dictus Bavenbergensis episcopus.

1048. Damasus papa.

1049. Hoc anno Leo papa concilium Remis habuit.

1054. Leo papa, qui et Bruno, obiit.

1056. Obiit Henricus Romanus imperator; cui successit Henricus, filius eius.

1057. Obiit Victor papa.

1058. Obiit Stephanus papa.

1060. Nicholaus papa hoc anno coronatus est.

1062. Alexander papa secundus.

1073. Gregorius papa, prius Hildebrannus vocatus.

V.

EX ANNALIBUS MONTIS S. MICHAELIS.

943. Hoc anno occiditur Guillelmus, filius Rollonis; cui successit Richardus, filius eius, qui Vetus dicitur.

951. Otto rex Italiam ingressus eamque sibi subiugavit.

983. Otto iunior imperator obiit, et Otto, filius eius, successit.

989. Hoc tempore Lotharius rex Francorum terram Arnulfi invasit, quia sibi servire noluit, Atrepatensem urbem et munitiones plures cepit. Sed Richardus eum regi pacificavit.

999. Gerbertus papa.

1002. Otto imperator obiit, et Henricus successit.

1003. Iohannes papa.

1039. Clemens papa. Obiit Corradus[d] imperator; Henricus, filius eius, successit.

1048. Damasus papa. . . . . . .

1053. Leo papa, qui et Bruno, obiit.

1056. Victor papa.

1057. Stephanus papa.

1060. Nicholaus papa.

1062. Alexander papa.

1073. Alexander papa prefuit[e]. Huic successit Gregorius, qui prius Heldebrannus vocatur.

. c. b) odid' *corr.* obid' c. c) DCCCCLXXVIII. c. d) C. i. *in loco raso* c. e) *lege:* obiit.

phanus IX, ante papatum sic nominatus. 2) A. Div. ad a. 951. 3) A. Div. ad a. 957.

II. EX ANNALIBUS UTICENSIBUS.

1084. . . . . Roma ab Heinrico imperatore papa Gregorius VII. expellitur, Ravennensis subrogatur. Fit dissensio magna per omnem Occidentem.

1087. . . . . E Mirrea in Barrum corpus beati Nicholai translatum est 9. die Maii[a].

III. EX ANNALIBUS GEMMETICENSIBUS.

1084. Roma ab imperatore Henrico capitur; papa Gregorius expellitur, Guibertus subrogatur. Et facta dissensio magna per omnes occidentales ecclesias.*

1087. . . . . . . Eodem anno obiit papa Gregorius. Cui successit per unum mensem abbas Sancti Benedicti Montis Cassini. Et huic successit Urbanus. Eodem[b] anno moritur Robertus dux Appulie qui vocabatur Wiscardus. Cui successerunt[c] Rogerius et Boamundus, filii[d] eius, et Guido iunior. Eodem anno translatum corpus sancti Nicholai a Baro in terram Rogerii ducis Apulie nono die Maii.

V. EX ANNALIBUS MONTIS S. MICHAELIS.

1085. Obiit Gregorius papa.

1087. . . . . . . In eodem anno obiit Gregorius papa; cui successit per unum mensem abbas Sancti Benedicti Montis Cassini[1], et post eum[e] successit Urbanus. Et Rotbertus dux Apuliensis moritur, qui vocatur Wiscardus; cui successit Rogerius et Boamundus, frater eius.

*) *Ann. Fontanell., SS. R. Gall. XII, p.* 771: Anno 1086. fit altercatio papatus inter Witbertum et Odonem cognominatum Urbanum. Succedit Witbertus dictus Clemens.

a) *a.* 1091. *desinit prima manus; dehinc aliae manus.* b) *abhinc* 2 *cum his annalibus convenit.* c) succ. 1. d) fi' 1. e) cum *c.*

EX ANNALIUM ROTOMAGENSIUM CONTINUATIONIBUS.

Anno Domini 1095. Urbanus papa concilium tenuit apud Clarum-montem, cui interfuerunt episcopi et abbates Normanniae; in quo a prefato papa sancitum est[a], ut crucibus in vestibus fixis[b] christiani cum armis Ierusalem pergerent; quod et[c] factum est.

Anno Domini 1097. Obiit[d] Urbanus papa; cui successit Paschalis secundus. . . . . . .

Anno Domini 1107. Obiit[d] Henricus Alemannie imperator; cui successit iunior Henricus, filius eius.

Anno Domini 1111. Obiit[d] Paschalis papa; cui successit Gelasius. . . . . . .

Anno Domini 1119. Obiit[d] Gelasius papa; cui successit Calixtus papa. . . . . . .

Anno Domini 1125. Obiit[d] Calixtus papa; cui successit Honorius. . . . . . .

Anno Domini 1128. . . . . . . Hoc anno interfectus est Willermus nobilissimus comes Flandriae, filius Roberti comitis Normannorum[e], miles nulli[f] comparabilis probitate; qui post superatam pene Flandrensium ineffabilem nequitiam, dum Alost[g] quoddam castrum in terra ducis de Loven[h] obsedisset et[i] inimicos suos viriliter oppugnasset, in tantum scilicet, ut predictum castrum se reddituros fide promitterent, ibidem[k] in dextera[l] manu percussus lancea, sexto Kal. Augusti occubuit.

Anno Domini 1130. Honorius obiit; cui successit Innocentius. . . . . . .

Iul. 22. Anno Domini 1174. Hoc[m] anno mense Iulio die festivitatis sanctae Mariae Magdalenae rex Franciae[n] Lodovicus . . . . . . venit et civitatem Rothomagensem[o] usque ad vigiliam
Aug. 14. assumptionis beatae Mariae obsedit. . . . . . . In hac obsidione dux Burgundiae[2], comes Flandriae[3], comes Heinricus[4] et[p] Theobaldus comes iuvenis[q.5] et alii plures comites fuere.

a) sancitur *L.* b) *deest* 1. c) sic *add.* 1. 2; *cf. A Mont. S. Mich. p.* 512. d) *haec om. L.* e) Normanniae *L.* f) nullius 1. g) Alos 1. h) Lovein 2. i) ibi *add.* 2. k) idem *L.* l) dextra *L.* m) *a.* 1135. *desunt altera manus in cod. originali, teste Labbeo; dehinc aliae manus.* n) Francorum Ludov. *L.* o) Rotomagensium 1. p) comes 2. q) Nivertiensis 1. 2.

1) Desiderius, Victor III. 2) Hugo III. 3) Philippus. 4) Campaniae. 5) Blesensis.

Anno Domini 1202. . . . . . . Hoc anno iter arripuit comes Flandrie Balduinus et multi alii nobiles ad terram Iherosolymorum[a].

Anno Domini 1205. . . . . . . Otto[b] rex Alemannie pugnavit contra Philippum ducem Suavie, qui Coloniam obsederat[c], et civitatem liberavit[d]. . . . . . . cf. A. Gemm.

Anno Domini 1208. . . . . . . Interfectus est Philippus[e] dux Saxonum[1], et Otto ab omnibus in imperatorem est[f] electus. . . . . . .

Anno Domini 1209. Otto rex Alemanie coronatus est in imperatorem a domno papa Innocentio, quamvis aliqui cives Romani contradicerent. [Et[g] statim orta est discordia inter domnum papam et ipsum et cives Romanos pro quibusdam castris]. cf. A. Gemm.

Anno Domini 1211. . . . . . . Eodem anno [mense[h] Septembri] Reginaldus[i] comes Boloniensis fecit muniri castrum Moritonie contra regem Francie, quod eodem mense ab eodem rege obsessum est et ei redditum, et omnia castra eiusdem comitis, sed et tota[k] terra eius in manu regis capta sunt. Dicebatur tum[l] publice, quod idem comes confederaverat sibi[m] Pictavienses, Britones et Flandros, Anglos, et imperatorem etiam[n] dicebant in succursum eius fore venturum. Sed hec omnia falsa fuerunt. . . . . . . cf. A. Gemm.

Anno Domini 1212. . . . . . . Reginaldus comes Bolonie a Philippo rege Francie[o] omni terra spoliatur[p] et a regno expellitur, sed ab Ottone et Iohanne Anglo[q] recipitur. . . . . . .

Hoc[r] anno pueri et puelle in regno Francie[s] cum aliquibus adolescentulis[t] et senibus vexilla, cereos, cruces et thuribula portantes, processiones faciebant per urbes, vicos et castella, cantantes et Gallice proclamantes: 'Domine Deus, exalta christianitatem et redde nobis veram crucem'! et multa alia decantabant; et unaqueque processio, quia varie erant, pro[u] voluntate sua variabat[v]. Res vero a seculis[w] inaudita multis fuit admirationi; quod[x], ut credimus, presagium fuit eorum[y] que in sequenti anno contigerunt. Nam dominus papa ad regnum Gallie[z] et ad omnia regna catholica legatos destinavit et tantam multitudinem hominum ad succursum Terre Sancte cruce signari fecit, quorum numerum solius Dei scientia colligit.

Anno Domini 1213. . . . . . . Eodem anno Philippus rex Francorum[a], collecto exercitu et multo[b] navium apparatu, transfretare proposuit in Angliam, ut regem Iohannem expelleret et regnum sibi subiugaret. Congregata ex omni parte infinita navium multitudine in portu qui vocatur Dam[c], Angli subito navibus firmatis[d] superveniunt et, navali apparatu regis Francie[e] violenter abducto, transfretandi ei adimunt potestatem. Unde rex ira succensus contra Ferrandum comitem Flandrie, qui cum ipso non venerat, totam Flandriam, ipso penitus expulso, sibi subiugavit. Fredericus[f] rex, dictus infans Apulie, Romanorum sibi vendicare conatus est[g] imperium. Otto imperator a domino papa Innocentio excommunicatur.

Anno Domini 1214. . . . . . . Ferrandus Flandrie[h] comes a Philippo rege Francie[i] pulsus a Flandria, Ottonem Alemanie et Iohannem Anglie reges expetiit et pepigit fedus cum eis; quorum fretus auxilio[k], regressus in Flandriam, eam pene totam de manu regis Francie[i] potenter eripuit auxilio virorum illustrium Willermi comitis Salesberiensis[l], fratris regis Anglie, et comitis Bolonie[m] Reginaldi. Iohannes rex Anglorum in Aquitaniam[n] classe transvectus, reconciliatis[o] sibi magnatibus terre multis, magnam partem terre suo iuri restituit. Philippus itaque rex Francie[p], misso contra eum Ludovico primogenito suo[q], ipse collecto exercitu Flandrensibus, quorum vires iam[r] nimis excreverant, censuit occurrendum. Igitur intra fines Flandrie fit utrimque[s] concursus, et dispositis aciebus inter Mauritaniam[2] et Tornacum[t], sexto Kalendas Augusti, die etiam[q] dominica pugna committitur; et in conflictu plurimi cecidere[u], Franci tamen palmam victorie obtinuerunt. In hoc bello capti sunt

a) Hierosol. *L.* 2; Iherosolimitanam 1. b) *haec om. L.* c) et murum *add.* 2; et vicit *A. Gemm.* d) et lib. 2. e) Philipus 1. f) *deest L.* g) *sic L.; haec des.* 1. 2. h) m. S. *des.* 1. 2, *sed sic L. cum A. Gemm.* i) *deest L.; exstat in A. Gemm.* k) totae terrae captae 2. l) tamen 1: cum 2. m) *deest* 1. n) et *L.* o) Francorum *L.* p) spoliatus *L.* q) Anglorum suscipitur 1. r) *haec sub a.* 1213. *L., ubi* In hoc. s) Francorum *L.* t) adolescentibus 1. u) *deest* 1. 2. v) variebat 1. w) multis sec. inaud. *L.*; seculo 2. x) admirationique *L.* y) pr. futurorum 1. 2. z) *deest* 1. a) Francie 2. b) iusto 2. c) Dan 1. d) armati *L.* e) Francorum *L.* f) *haec habet L. ante* Hoc anno pueri, *sed ad a.* 1213, *hoc ordine:* Otho — excommunicatur. Fredericus — imperium. g) vind. conatur *L.* h) Flandrensis *L.* i) Francorum *L.* k) consilio 2. l) Saresburie *L.* m) Boloniensis *L.* n) Acquit. 1. 2. o) reconsil. 1. p) Francorum *L.* q) *deest L.* r) *deest* 1. 2. s) utriusque *L.* t) Torniacum 2. u) ceciderunt *L.*

1) Nota errorem. 2) Mortagne.

egregii bellatores[a], quatuor[b] comites, Pilutus[c, 1] Alemannus, Ferrandus Flandrensis, Willermus Salesberiensis[d], Reginaldus Boloniensis[e], et senescallus Ottonis et alii plures milites. Post hec rex Philippus contra regem Anglie movet[f] exercitum, sed legatis intervenientibus, quinquennales inter eos firmantur inducie; et ita rediit[g] rex Francorum[h], et rex Iohannes in Angliam se recepit. . . . . . .

cf. A Gemm. Anno Domini 1215. Rome generale concilium a papa Innocentio celebratur circa Nov. 1. Lateranum, quod incepit in festo omnium sanctorum et diu duravit, quod[h*] nunquam audivimus celebratum; ubi[i] multis constitutionibus super statu ecclesiastico promulgatis, Iudeis indixit signum circulare in pectoribus baiulare, ut inter ipsos et christianos discretio[k] vestium haberetur. . . . . . .

Anno Domini 1216. . . . . . . Innocentius papa obiit; cui successit[l] Honorius. . . . . . .

Anno Domini 1218. . . . . . . Crucesignati[m] per mandatum et indulgentiam domini pape de diversis christianorum regnis ad terram Iherosolimitanam iter arripuerunt. Inter quos rex Hungarie, dux Austrie et multi alii nobiles Romani imperii et[n] etiam quam plures Gallie nobiles, fratres etiam Henrici regis Anglie, filii Iohanni regis*, et Ricardus comes Cestrie, et magnitudo magna Anglicorum iter arripuerunt, sed[o] inspirante divina clementia civitatem Damiete obsederunt[p]. . . . . . .

Anno Domini 1224. . . . . . . Eodem anno facta est fames valida fere per totum orbem et precipue in Flandria; sed Deo gratias! nullum audivimus fame interiisse.

Anno Domini 1227. Obiit Honorius papa; cui successit Gregorius. . . . . . .

Apr. 4. Anno Domini 1236, die[q] Veneris infra octabas pasche celebrata fuit electio in ecclesia Rothomagensi, et fuit electus concorditer vir venerabilis magister Petrus de Colle-medio[r], prepositus ecclesie beati Audomari in Flandria; et quia non consensit requisitus, missum[s] fuit ad curiam ad ipsum postulandum, et iniunxit ei dominus papa mandando[t] per litteras, quod reciperet in virtute obedientie archiepiscopatum; et sic ad ultimum consensit infra Oct. 16. octabas[u] beati Dionysii apud Parisius in domo Templariorum. . . . . . .

Mart. 29. Anno Domini 1239, die Martis post pascha archiepiscopus Petrus[v] arripuit iter versus curiam Romanam, sed[w] impeditus guerra imperatoris, ultra Lugdunum non[x] processit.

Anno Domini 1240. . . . . . . Hoc[y] anno in mense Octobris citatus fuit dominus[z] Petrus Rothomagensis archiepiscopus et multi alii prelati de regno Francie ad concilium 1241. Febr. 2. generale celebrandum in curia Romana. Qui arripuerunt iter ad purificationem beate Marie proxime sequentem

Anno Domini 1241. Cum[a] predicti prelati de regno Francie et Anglie elegissent ire navigio Romam ad mandatum domini pape, occurrit eis filius imperatoris[2] cum Pisanis et multitudine armatorum[b] et eosdem cepit et captos[c] duxit ad imperium patris sui, qui eos incarceravit et diu detinuit incarceratos. . . . . . .

Hoc[d] anno obiit Gregorius[e] papa quartus[f]; et vacavit sedes per decem septimanas post[g] obitum eius. Postea creatus fuit alius, qui dictus fuit Celestinus, qui solum[h] vixit per 17 dies, nec unquam usus[i] est[k] bulla; cui successit[l] Innocentius papa[m] quartus.

Anno Domini 1245. Celebravit[n] Innocentius papa quartus concilium universale circa Iun. 24. nativitatem beati Iohannis baptiste[m], et in illo[o] concilio fuit depositus Federicus quondam imperator. . . . . . .

Anno Domini 1261. Obiit Alexander papa quartus; cui successit Urbanus papa quartus Aug. 29. et fuit creatus[p] circa decollationem sancti Iohannis baptiste. . . . . . .

Anno Domini 1264. Fuit[q] bellum apud Leaux[r, 3] inter Henricum regem Anglie[s] et baro-

*) Oliverus *add.* 1. 2 *(deest L.), est, ut videtur, scriptor captionis Damiatinae.*

a) pugnatores *L.* b) *deest* 1. 2. c) Pilitus *L.* d) Saresbur. *L.*; Salleber. *h. l.* 1. e) Bollon. 1; Bonon. 2. f) Anglorum movit *L.* g) reddit 1. h) r. Philippus in Franciam 2. h*) quoniam *L.*; *forte* quantum *ut A. Gemm.* i) ita *L.* k) seu divisio *add. L.* l) succedit *L.* m) Signati cruce 1. n) in quibus pl. *L.* o) et *L.* p) *deest* 1. q) *haec sub a.* 1235. *habet L.* r) Collo-medio 1. 2. s) missus 2. t) mandato *L.*, *ubi* per l. *des.* u) octavas 1. v) *deest* 3. w) et praepeditus *L.* x) n. pr. *des.* 2. y) H. a. in *des. L.* z) *deest* 2. a) *apud L. praecedunt sub h. a. quae in* 1. 2 *sequuntur de siccitate, unde L.:* Eodem anno cum. b) armata *L.* c) raptos *L.* d) Eodem *L.* e) p. Gr. *L.* f) *sic codd. et L. pro* nonus (*fort.* IV. *pro* IX). g) p. o. e. *des. L.* h) solummodo *L.* i) visa 2. k) fuit *L.* l) succedit *L. semper fere.* m) *deest L.* n) Hoc anno cel. *L.* o) eodem 1. p) consecratus *L.* q) *haec in fine huius anni posita L., ubi* Eodem anno fuit. r) Leans *L.* s) Anglorum *L.*

1) Cf. quae ad Ann. Gemmet. p. 511. annotavi, ubi iidem quatuor comites nominantur. Similiter etiam Chron. Laudun. supra p. 456. 2) Enzius. 3) Lewes, comit. Sussex.

nes regni eius; in quo videlicet bello multi interfecti sunt, et capti fuerunt in eodem bello
Ricardus rex Alemannie, frater dicti regis, et [dominus[a]] Edwardus[b], filius eiusdem[c] regis,
et plures alii a domino Simone Montis-fortis comite de Liecestria[d]; et dictum bellum fuit
3.[e] Idus Maii. . . . . . . Hoc[f] anno obiit Urbanus papa quartus in crastino sancti Remigii; Oct. 2.
et vacavit sedes usque ad festum sancte[g] Agathe, et tunc fuit creatus in papam episcopus 1265 Febr. 5.
Sabinensis, qui vocatus fuit Clemens papa quartus. . . . . . .

Anno Domini 1265. . . . . . . Hoc anno arripuit[h] iter versus Romam mense Maio
dominus Karolus comes Andegavie, frater[i] Ludovici regis Francorum[k], ad liberandum
regna Sicilie et Apulie de manu Menfredi[l], spurii[m] filii Frederici quondam imperatoris, qui
ea occupaverat violenter post mortem patris sui. [Hoc[n] anno elevatus est in regem Sicilie
Karolus, frater regis Ludovici[g] Francie et comes Andegavie]. Et[m] eodem anno quarto Kalen- 1266.
das Martii commissum est bellum inter predictum Karolum in Apulia et[o] Menfredum, [qui[n]
occupaverat regnum Sicilie et Apulie. In quo bello] devictus est Menfredus[p] et interfectus,
et multi proceres Apulie capti sunt[p*]. . . . . . .

Anno Domini 1268. Obiit Clemens papa quartus; et vacavit sedes per tres annos et
quatuor menses. . . . . . .

Anno Domini 1271. Viterbii interfectus est in quadam ecclesia civitatis Henricus de
Alemannia[1] a Simone Montis-fortis et Guidone, fratre eius. . . . . . .

Anno Domini 1272. . . . . . . Hoc anno electus est in papam quidam[q] archidiaconus
Leodicensis, qui vocabatur Thebaldus[r], et morabatur tunc temporis in partibus Iherosoli-
mitanis[s], et vocatus est Gregorius decimus.

Anno Domini 1274. Concilium Lugdunense a domino Gregorio papa celebratum Kalen-
dis Maii; in quo concilio concessit dominus papa decimam omnium proventuum ecclesia-
sticorum usque ad sex annos ad prosequendum negotium crucis in terram Iherosolimitanam.

Anno Domini 1275. . . . . . . Obiit Gregorius X. circa octabas[t] epiphanie Domini; 1276. Ian. 7 —13
cui successit Innocentius V. . . . . . .

Anno Domini 1276. . . . . . . Hoc[u] anno obiit Innocentius papa V. circa festum beati
Iohannis baptiste; cui successit Adrianus papa, qui solum vixit per tres septimanas. Postea Iun. 24.
creatus est[v] alius, qui vocatus est[w] Iohannes papa XXI, qui non[x] vixit per annum.

Anno Domini 1277, pridie Idus Maii, scilicet die Veneris ante penthecostem, in sero Mai. 14.
corruit camera domini pape super[y] dictum papam. De qua ruina dominus papa graviter
vulneratus, septima die[z] post dictam ruinam mortuus est; et vacavit sedes per sex menses Mai. 20.
et amplius. Hoc anno die sancte Katherine creatus est in papam dominus[a] Iohannes Gai- Nov. 25.
tanus[b] diaconus cardinalis et vocatus est[c] Nicolaus papa III.

Anno Domini 1278, in translatione sancti Nicholai fuit confirmata electio facta de Mai. 9.
magistro Guillelmo[d] de Flava-curia[e] a domino papa Nicolao, et consecratus fuit in curia a
predicto papa die dominica ante ascensionem Domini, videlicet 11. Kalendas Iunii et die Mer- Mai. 22
curii sequente pallium suum recepit, videlicet[f] in festo sancti Urbani . . . . . . Mai. 25

Anno Domini 1280, [11.[g]] Kalendas Septembris, die Iovis octavis assumptionis beate[h] Aug. 22.
Marie[f] virginis obiit Nicolaus papa III; et vacavit sedes per dimidium annum. . . . . . .
Eodem[i] anno in cathedra sancti Petri creatus fuit in papam Simon[k] tituli[l] Sancte Cecilie 1281. Febr. 22.
presbyter cardinalis et vocatus fuit Martinus papa quartus. . . . . . .[m]

Anno Domini 1282. . . . . . . Fratres Minores impetraverunt a domino papa, ut pos-
sent audire confessiones et absolvere, prelatis minime requisitis; propter quod orta fuit
magna contentio inter prelatos regni Francie et fratres predictos.

Anno Domini 1283. . . . . . . Eodem anno tota Romaniola venit ad obedientiam
domini pape, non tam devotione et amore quam timore Francorum. . . . . . .

a) *sic L.; deest* 1. 2. b) Edouardus *L.* c) ipsius 1. d) Licestria 1. e) in 1; in tertio *L.* f) H. a. *des. L.* g) *deest* 2. h) m. M. a. i. v. R. *L.* i) domini *add.* 1. k) Francie 1. l) Manfr. *L.* m) *deest L.* n) *haec des.* 3. *L.* o) et M. *des.* 3; Menfreidum 2. p) *deest L., ubi* qui dev. est; Menfreidus 2. p*) *deest* 1. q) quidem 1. r) Thedaldus 1. 2; Theobaldus *L.* s) Iherosolimis 1. t) octavas 2. u) H. a. *des. L.* v) fuit 2. w) fuit *L.* x) *deest L.* y) s. d. p. *des. L.* z) *deest L., ubi* septimo. a) dominum 1. 2? b) Gattanus 2. c) *deest* 1. d) Guillermo 1. e) Flavencuria 2. f) *deest L.* g) *deest* 1. 2. h) sancte 2? i) E. a. *des. L., ubi* Die s. P. ad cathedram. k) S. 1; G. 2. l) titulo *L.* m) *hoc anno desinunt codd.* 1. 2; *quae sequuntur ex sola editione Labbei repetivimus, eius rationem scribendi secundum huius temporis morem mutantes.*

1) Filius Richardi regis.

Mart. 29. Anno Domini 1285. . . . . . . Eodem anno quarto Kal. Aprilis, videlicet die Iovis proxima post pascha, obiit Martinus papa IIII; cui succedit Honorius papa IIII.

1287. Apr. 2. Anno Domini 1286. . . . . . . Eodem anno die Mercurii ante pascha obiit Honorius papa IIII; et vacavit sedes Romana fere per annum; et in sequenti festo cathedre sancti
1288. Febr. 22. Petri frater Hieronymus presbyter cardinalis, qui fuerat minister ordinis fratrum Minorum, in papam eligitur, vocatus Nicolaus IIII. . . . . . .

1292. Apr. 4. Anno Domini 1291. Nicolaus papa IIII. Rome moritur in die parasceue; vacavitque sedes apostolica annis duobus et tribus fere mensibus.

Anno Domini 1292. Mortuo imperatore Radulpho, principes electores imperii Adulfum de Aunatione[a] in regem eligunt.

Anno Domini 1294, die septima Iulii frater Petrus de Murrone, vir mire sanctitatis, in papam eligitur, assumpto nomine Celestini quinti; sedit usque ad vigiliam sequentis festi
Nov. 24. sancte Catharine; qui in presentia cardinalium in consistorio cessit papatus oneri et honori.
Dec. 24. Benedictus Caietanus cardinalis post cessionem Celestini V. in vigilia nativitatis Domini in papam assumitur et vocatus est Bonifacius papa VIII, vir utique magnanimus et non mediocriter literatus.

Anno Domini 1295. Bonifacius papa statuit apostolorum, euangelistarum et quatuor doctorum festa duplici officio celebrari.

Anno Domini 1297. Bonifacius papa sextum librum Decretalium a se editum ad studia misit. Hoc etiam anno mense Augusti Bonifacius papa apud Urbem-veterem Ludovicum huius nominis nonum quondam Francorum regem, Philippi regis avum, canonizavit et sanctorum confessorum catalogo annotavit. Orta discordia inter Bonifacium papam et Columpnenses propter fratris processum, Iacobum et Petrum de Columpna a cardinalatus dignitate deponit.

Anno Domini 1298. Fit gravis pugna inter Adulfum regem Alemannie et Albertum ducem Austrie, in qua Adolfus rex occiditur; et eodem anno prefatus Albertus per electores imperii in regem eligitur. Papa Bonifacio Viterbii cum sua curia residente, fit ibidem et in adiacentibus partibus maximus terre motus, qualis antea visus non fuerat. Item bellum inter regem Francie et comitem Flandrie et regem Anglie; et treugis initis[b], compromiserunt reges in papam Bonifacium.

Anno Domini 1299. . . . . . . Albertus in regem Romanorum electus, missis ad papam Bonifacium solempnibus ambaxatoribus, electionem suam petiit confirmari; sed papa pro tunc ipsum non admisit, sed repulit.

Anno Domini 1300. Papa Bonifacius concessit hoc anno visitantibus limina apostolorum Petri et Pauli Rome peccatorum indulgentiam generalem, statuens et concedens indulgentiam consimilem ipsa limina visitantibus quolibet anno centesimo; et ibi fuit concursus maximus populorum.

Anno Domini 1302. Rebellantibus Flandrensibus contra regem Francie Philippum, fit bellum mense Iulii prope Curtracum, in quo Robertus comes Atrebatensis, patruus regis, et una cum eo quasi totus flos militie Gallicane decedit, non quidem virtute hostium, sed incautela pugnantium cadentium in fossata, que adversarii antea fecerant et cooperuerant fraudulenter.

Anno Domini 1303. Bonifacius papa electionem Alberti in imperatorem electi, quam
Sept. 7. antea repulerat, confirmavit in odium regis Francie. Eodem anno in vigilia nativitatis beate Marie Bonifacius papa Anagnie, unde oriundus erat, et ibi cum sua curia residebat, capitur, et thesaurus suus discerpitur; et post triduum liberatus, Romam vadit; ubi sequenti mense Octobris non tam ex infirmitate quam pre cordis angustia, dum esset corde magnanimus, diem clausit extremum. Eodem anno, mortuo Bonifacio, frater[c] Nicolaus cardinalis episcopus Hostiensis, qui fuerat magister ordinis Predicatorum, in papam eligitur et fuit vocatus Benedictus papa XI; qui satis cito post promotionem suam fecit processus generales contra illos qui capi fecerant papam Bonifacium, et specialiter contra Guillelmum de Nogareto et Sarram de Columpna et quosdam alios.

Anno Domini 1304. Benedictus papa XI. mense Iulii moritur; et vacavit propter discordias cardinalium usque ad mensem Iunii anni sequentis. . . . . . .

a) *sic L. pro* Nassowe (Assowe). b) irritis *L.* c) fuit *L.*

Anno Domini 1305. . . . . . . Mense Iunii in vigilia pentecostes Bertrandus de Gutto archiepiscopus Burdegalensis, natione Vasco, in papam eligitur et vocatur Clemens V. Iun. 5.

Anno Domini 1308. Imperator Albertus per nepotem suum, filium fratris, occiditur. Eodem anno Henricus comes Luxemburgensis per principes electores eligitur in festo epiphanie[1] et Aquisgrani in regem Alemannie coronatur. 1309 Ian. 6.

Anno Domini 1309, mense Iulii Clemens papa V. confirmavit electionem Henrici comitis Luxemburgensis in imperatorem Romanorum electi. . . . . . .

Anno Domini 1311. Papa Clemens generale concilium celebravit in civitate Vienne; et prima sessio fuit eiusdem concilii 17. Kal. Novembris. Et fuit presens in dicto concilio rex Francie Philippus et tres eius liberi, videlicet Ludovicus, Philippus et Carolus, qui post ipsum successive regnaverunt[2]. In hoc concilio generali fuit cassatus et perpetua prohibitione suspensus ordo Templariorum, et eorum bona fuerunt applicata ordini Hospitaliorum sancti Iohannis Iherosolimitani. Et in eodem concilio fuerunt edite multe constitutiones Clementine, que usque ad tempus successoris Clementis publicari non potuerunt. Hoc etiam anno mense Aprilis papa Clemens Avenioni in consistorio publice excusavit regem Francie Philippum de eo quod factum fuerat contra Bonifacium papam VIII, dicendo, quod rex fecerat ad bonum finem; et Guillelmum de Nogareto absolvit iniunxitque ei penitentiam et specialiter, quod in proximo generali passagio personaliter transfretaret.

Anno Domini 1313. . . . . . . Hoc eodem anno moritur imperator Henricus mense Augusti. Et Clemens papa V. sanctum Petrum de Murrone[a], quondam papam Celestinum V, sanctorum confessorum catalogo sociavit.

Anno Domini 1314. . . . . . . Clemens papa V. 12. Kal. Maii in castro de Roquamora[3] super Rodanum moritur; vacavitque sedes propter maximam discordiam cardinalium, qui propter commotionem familiarium suorum conclave exire compulsi sunt, abinde usque ad mensem Augustum anni 1316. . . . . . . Eligitur in discordia in regem Alemannie Ludovicus dux Bavarie et Fridericus dux Austrie. Factoque bello inter Ludovicum et Fridericum, idem Fridericus capitur, et Ludovicus absque confirmatione aliqua regnum usurpavit.

Anno Domini 1315. Ludovicus nonus[4] rex Francie cum exercitu magno equitum et peditum vadit in Flandriam, que sibi et eius progenitoribus rebellaverat et adhuc rebellabat. Sed fortuito tanta fuit aquarum inundatio, quod oportuit regem negotio infecto recedere. . . . . . .

Anno Domini 1316. . . . . . . Iacobus Duesa cardinalis episcopus Portuensis, oriundus de Caturco, in papam eligitur in Lugduno die 7. Augusti et assumpsit nomen in papatu Iohannes XXII.

Anno Domini 1317. Papa Iohannes XXII. canonizavit et sanctorum catalogo annotavit Ludovicum quondam episcopum Tolose, filium Karoli regis Sicilie, virum sanctum, qui fuerat de ordine fratrum Minorum.

Anno Domini 1320. Reformatur pax inter regem Francie Philippum et Flandrenses[b], mediante Gaucelino cardinali, apostolice sedis nuncio ob hoc misso. Iohannes papa canonizavit sanctum Thomam quondam episcopum Herfordonensem[c] regni Anglie. . . . . .

Anno Domini 1323. Iohannes papa XXII. Avenioni, ubi cum sua curia residebat, canonizavit sanctum Thomam de Aquino de ordine fratrum Predicatorum mense Augusti.

Anno Domini 1325. Hoc anno, quia Iohannes papa XXII. electionem factam de Ludovico de Bavaria ad imperium noluerat confirmare, idem Ludovicus malo usus consilio, pro imperatore se gerens, contra voluntatem pape intravit Italiam. . . . . . .

Anno Domini 1328, mense Maii Ludovicus de Bavaria veniens Romam, insano ductus consilio, creavit antipapam fratrem Petrum de Corbario ordinis fratrum Minorum, et ab eodem antipapa sic creato fecit se imperatorem coronari. Idem quoque antipapa fecit anticardinales et omnes officiales curie et fecit se vocari Nicolaum papam V; sed in eodem anno mense Augusti idem Ludovicus et antipapa de Urbe expulsi, iverunt ad civitatem Pisanam, ubi recepti fuerunt.

Anno Domini 1330. Frater Petrus de Corbario antipapa per Pisanos capitur et ad papam

a) Marrone *L.* b) Flandrienses *L.* c) Herfrodon. *L.*

1) Hoc die coronatus est. 2) Haec post a. 1322. scripta esse, apparet. 3) Roquemaur prope Avinionem. 4) Immo decimus.

Iohannem apud Avenionem adducitur, ubi, publice confessatis suis erroribus, et absolutione a sententia excommunicationis obtenta, in privata custodia est detentus, in qua miser et infelix diem clausit extremum. Mense Novembri Guillelmus de Duroforti archiepiscopus Rotomagensis moritur; et 14. die sequentis Decembris Iohannes papa XXII. magistrum Petrum Rogerii, natalibus Lemovicensem, archiepiscopum Senonensem ad ecclesiam Rotomagensem transtulit. Iste Petrus fuit famosissimus magister in theologia et vir magni consilii; et hunc papa Iohannes primo monasterio Fiscannensi in abbatem, deinde ecclesie Atrebatensi in episcopum prefecit, quem[a] subsequenter ad dictam Senonensem et deinde ad Rotomagensem ecclesias transtulit[1] . . . . . .

Sept. 29 Oct. 6. Anno Domini 1332, in octavis post festum sancti Michaelis rex Francie Philippus Iohannem, filium suum primogenitum, accinxit . . . . . . et fuit solempne festum Parisius, in quo interfuerunt cum rege Francorum Iohannes Bohemie et Philippus Navarre reges . . . . . .

Anno Domini 1333, mense Iulio Iohannes papa indixit generale passagium ultramarinum. . . . . . .

Anno Domini 1334, Decembris die 4. Iohannes papa XXII. moritur pontificatus sui anno 19, et eiusdem mensis 21. Iacobus de Furno ordinis Cisterciensis, presbyter cardinalis, natione Tolosanus, in papam eligitur et fuit vocatus Benedictus XII.

Anno Domini 1336. Ludovicus de Bavaria pro imperatore se gerens mittit ambaxatores ad papam Benedictum, petens reconciliationem et absolutionem a sententiis in eum latis per papam Iohannem propter scisma et rebellionem, quam fecerat contra ecclesiam Romanam; sed ipsius requesta pro tunc non fuit exaudita, pro eo quod non petebat in forma debita; et dicebatur, quod absolutionem impediebat rex Francie Philippus; quod satis apparebat per multa argumenta. . . . . . .

Anno Domini 1337. . . . . . . Eodem anno rex Anglie, perverso ductus consilio, alligat se cum Ludovico scismatico de Bavaria contra regem Francie, pecunia multa data . . . . . .

Anno Domini 1338. Rex Anglie Eduardus cum exercitu suo transfretavit in Brabantiam, volens sibi regnum Francie vindicare, dicens ipsum regnum sibi tanquam proximiori debitum, ut successione Karoli quondam regis, avunculi sui; propter quod rex Francie Philippus et cum eo rex Boemie et rex Navarre duxque Normannie[2] cum exercitu valde magno vadunt Ambianis, exinde, si opus esset, ulterius progressuri; sed nihil agendo ab Ambianis recesserunt. Hoc etiam anno Benedictus papa XII. archiepiscopum Rotomagensem magistrum Petrum Rogerii in cardinalem ecclesie Romane assumpsit die 17. Decembris et cum eo alios quinque presbyteros cardinales creavit. . . . . . . Rex Anglie non audens Francorum regnum intrare, vadit ad Ludovicum de Bavaria; fortificatisque colligationibus inter eos, idem Ludovicus constituit eum suum vicarium in imperio; et extunc rex Anglie in Brabantiam rediens, publice se gessit pro vicario imperii et contra Romanam ecclesiam et regem Francie totis viribus machinatur. Electores imperii se alligant cum Ludovico de Bavaria et declarationes faciunt contra Romanam ecclesiam[b].

Apr. 24. Mai. 7. Anno Domini 1342. Benedictus papa XII. decessit vigilia sancti Marci et in crastino sancti Iohannis ante Portam Latinam, que dies fuit secunda rogationum, fuit electus in summum pontificem Petrus Rogerii, cardinalis Rothomagensis vulgariter appellatus, qui fuerat archiepiscopus Rothomagensis et prius Senonensis et antea Atrebatensis episcopus, Sept 15 21. et appellatus est Clemens VI. Iste Clemens creavit in octavis[c] sancte crucis sequentis[3] decem cardinales, quorum unus erat frater suus[4] monachus, et alius nepos et iuvenis[5], et omnes erant Lemovicenses, exceptis duobus vel tribus. . . . . . .

a) qui *L.* b) *'quae sequuntur alia manu diversoque scripturae genere exarata sunt' notat L.* c) *ita correxi;* ordinibus *L.*

1) A. 1342. papa Clemens VI. electus est. 2) Iohannes, filius Philippi VI. regis. 3) *Die* 20. *mensis Septembris a.* 1342. V. Clementis VI, Baluze, Vitae pap. Avenion. I, p. 243. 4) Hugo S. Laurentii card. presb. factus. 5) Guillelmus S. Mariae in Cosmedin card. diac. factus.

EX ANNALIUM UTICENSIUM CONTINUATIONE.

1095. . . . . . . Urbanus papa apud Clarum-montem ingens concilium tenuit et iter in Ierusalem contra paganos inire christianos admonuit. . . . . . . cf. A. Rot.

1099. . . . . . . Hic Urbanus papa obiit. Cui Paschalis successit. . . . . . .

1106. . . . . . . Buamundus in Hesperiam venit, cum cometes apparuit. Obiit Henricus imperator; cui Karolus[1], filius suus, successit. cf. A. Gemm

1111. Boamundus dux obiit. Karolus imperator Paschalem papam cepit.

1118. Pascalis papa obiit. Cui Gelasius successit, cuius in ecclesiam se intrusit [Burdinus] hereticus. . . . . . .

1119. . . . . . . Obiit Gelasius papa secundus 4. Kalendas Februarii. Calixtus secundus papa maximam synodum Remis tenuit. . . . . . .

1125. Hoc[2] in tempore multorum principum mutatio facta est: Karolus-Henricus quintus imperator obiit; cui Lotharius Saxonum dux successit. Karolus Flandrie dux in ecclesia orans ad missam occisus est, et Guillelmus Normannus successit, qui sequenti anno peremptus est. Defuncto Calixto II. papa, Honorius successit.

1130. . . . . . . Romae[2] Honorius papa obiit. Mox in ecclesia nimium scisma exortum est. Nam a quibusdam Gregorius diaconus in papam electus est et Innocentius nominatus est, ab aliis vero Petrus Anacletus consecratus est.

1133. Lotharius imperator Romam obsedit, ut pacificaret populum Dei, qui post Gregorium seu Petrum errabant; sed, negocio imperfecto, post ebdomadas 7 recessit. . . . . . .

1138. Lotharius[2] imperator, dum de subiugata sibi Apulia rediret, obiit; cui Conradus, nepos Karoli imperatoris, successit. Rogerius vero rex Siciliae Apuliam reoptinuit, Innocentium papam per Rogerium filium suum cepit et pacem cum illo ad libitum suum fecit. Petrus scismaticus subito obiit.

1139. Innocentius papa ingens concilium Rome tenuit.

1142. . . . . . . Obiit Innocentius papa; cui successit Scelestius.

1143. Defuncto Scelestio, eodem anno successit Lucius.

1144. Lucio successit Eugenius.

1147. Conradus imperator et Ludovicus rex Francorum cum maximo christianorum exercitu Ierusalem adeuntes (?), per Ungariam et Constantinopolim ierunt. . . . . . . fraudem (?) . . . . . . cum per deserta quedam. . . . . . . morte consumpt . . . . . .

1153. Obiit Eugenius papa; Anasthasius successit.

1154. . . . . . . Obiit Anasthasius papa; Adrianus successit.

1160. . . . . . . Obiit Adrianus papa; cui successit Alexander.

1163. . . . . . . Alexander papa Turonis concilium tenuit, ubi Octovianum scismaticum cum suis suffraganeis excommunicavit.

1179. Alexander papa ingens Rome concilium tenuit.

1181. Obiit Alexander papa III; cui successit Lucius.

1185. Obiit Lucius papa III; cui successit Urbanus.

1187. Obiit Urbanus papa; cui successit Clemens.

1191. Obiit Clemens papa; cui successit Celestinus. . . . . . .

1193. Rex Anglie Ricardus de Ierusalem rediens ab imperatore Alemannie capitur. . . . . .

1194. Rex Anglie ab Alemannia in terram suam revertitur. . . . . . .

1198. . . . . . . Obiit Celestinus papa; cui successit Innocentius papa III.

1208. Otho, filius ducis Saxonie, nepos regum Anglie, [comes[a]] Pictavensis, mense Novembri, Rome honorifice imperator est effectus. . . . . . .

1215. Innocentius papa Rome ingens concilium tenuit.

1216. . . . . . . Obiit Innocentius papa; cui successit Honorius.

1225. Obiit Honorius papa; cui successit Gregorius Hostiensis episcopus. . . . . . .

1243. Obiit Gregorius VIII.[b] papa; cui successit Innocentius. . . . . . .

1261. Obiit Alexander papa; cui successit Urbanus.

a) *deest c.* b) *sic c.*

1) De hoc Heinrici V. nomine v. Orderic., supra p. 12. [Annales his annis ex Orderico excerptos putarim, non Ordericum eis usum, ut alii statuerunt; nisi haec ab ipso Orderico addita putes, cum eadem manu ipsius historiam et Annalium partem scripta esse, Delisle testetur (l. l. p. LXIX) G. W.] 2) Cf. Order., SS. XX, p. 53.

1264. Obiit Urbanus papa; cui successit Clemens.

1265. Hoc anno commisit prelium Symon comes de Monte-forti contra Henricum regem Anglie et Ricardum regem Alemannie et contra eorumdem filios, quos primo in bello cepit; sed ad ultimum eorum gladiis, proh dolor! cum Henrico, ipsius filio, miserabiliter occubuit.

1266. Karolus comes Andegavis, a papa Clemente rex Sicilie coronatus, conta Mainffridum pugnavit apud Beneventum, ac Dei gratia Pullia, Calabria, Sicilia subiugate sunt ei.

1275. Obiit Gregorius decimus papa; cui successit Innocentius V, qui eodem anno obiit.

1280. Obiit Nicholaus papa. Obiit[a] Martinus papa.

1298. . . . . . . Et rebellaverunt rex Anglie et comes Flandrie contra regem Francie, nepotem sancti Ludovici predicti.

1334. . . . . . . Eodem anno [obiit[a]] Iohannes papa XXII; cui successit Benedictus duodecimus, monachus Cisterciensis ordinis.

1342. Hoc anno obiit Benedictus XII; cui successit Clemens VI, vir mirabiliter sullimatus, qui prius fuit vocatus magister Petrus Rogerii, magister in theologia, condam monachus ordinis sancti Benedicti et post abbas Fiscannensis et archiepiscopus [Senonensis[b]] et inde archiepiscopus Rothomagensis et inde cardinalis.

1370. Obiit Urbanus V; cui successit Gregorius XI.

EX ANNALIBUS GEMMETICENSIBUS.

cf. A. Rot. 1095. . . . . . . Eodem anno Urbanus papa, qui prius in Italia concilium tenuerat pro exortatione Yerosolimitani itineris, iterum apud Clarum-montem concilium tenuit et instituit, ut christiani fixis crucibus in vestibus Ierusalem pergerent. . . . . . .

1099. . . . . . . Mortuus est Urbanus papa; successit Paschalis *.

cf. A. Utic. 1106. . . . . . . Eodem anno moritur Henricus imperator; successit Karolus, filius eius. . . . . . . **

1107 Paschalis papa Franciam venit. Concilium apud Trecas tenuit. . . . . . .

1118. . . . . . . Obiit et Pascalis papa. Gelasius et Gregorius successerunt.

1124. Obiit Calixtus papa; successit Honorius.

1125. Obiit Henricus Romanus imperator.***

1132. Obiit Honorius papa; successit Innocencius.

1137. Obierunt Petrus Leonis et Lotharius imperator; successit Coradus, nepos Henrici.

1143. Obiit Innocencius papa; cui successit Celestinus. . . . . . . Obiit Celestinus papa; successit Lucius.

1146. Obiit Lucius papa; successit Eugenius.

1146. Eugenius papa Parisium venit. Rex Ludovicus cum regina Ierusalem perrexit. . . . . . .

1154. . . . . . . Ipso anno obiit Eugenius papa; cui successit Adrianus, genere Anglicus. . . . . . .

1160. . . . . . . Hoc etiam anno obiit Adrianus papa; cui per dissensionem Romanorum duo successerunt: Victor, quem imperator suscepit, et Alexander, quem ceteri[c] omnes susceperunt.

1163. Alexander[d] papa tenuit concilium Turonis civitate, in quo Octovianus antipapa, quem Victorem nominabant, et sequaces eius excommunicati sunt. . . . . . . †

1174. 1175. Henricus III. rex iunior et Philippus comes Flandrie cum omnibus copiis suis[e] simulaverunt se transire in Angliam. Quod audiens rex maior Henricus, eos scilicet mare intrasse, et nesciens eos continuo redisse[f], transfretavit et non inveniens eos in Angliam,

*) *Ad a.* 1105. *(falso pro a.* 1107*) Ann. Fiscann., Labbe I, p.* 326, *et Ann. S. Taurini Ebroic., SS. R. Gall. XII, p.* 777: Dedicatio de Caritate[1] a Paschali papa 7. Idus Martii.

**) *Ann. Gemm. ex cod. Vatic. reg. Christ. nr.* 322 *(SS. R. Gall. XII, p.* 775*)*: 1106. Boamundus Rothomagum venit.

***) *Addit. cod.* 2: 1128. Occisus est Guillelmus Flandrensis comes, filius Roberti Normannorum ducis.

†) *Addit. cod.* 2: 1167. Rothomagi apud Pratum obiit Matildis imperatrix Romanorum, filia Henrici regis primi Anglorum et mater Henrici Anglorum secundi, 4. Ydus Septembris obiit, et apud Beccum delata, ante altare beate Dei genetricis Marie in eadem ecclesia honorifice sepulta est.

a) *sic pro* successit *c.* b) *deest c.* c) alii susc. 2. d) *haec ad a* 1164. 2. e) sui 1? f) *sic* 1. 2.

1) La Charité, monasterium ad Ligerim fl. situm. Cf. Jaffé, Reg. p. 493.

totam terram in brevi pacificavit. Interim vero Ludovicus rex Francorum[a] et Henricus rex iunior Anglorum et Philippus Flandrensis cum omnibus copiis suis urbem Rothomagum obsederunt. Restiterunt eis fortiter cives et ceteri regis fideles. Quod audiens rex senior, continuo ab Anglia rediens, Rothomagum venit, et adventu eius liberata est civitas. Nec multo post reformata est inter reges concordia. Redierunt filii ad patrem. Pax ecclesie et populo Dei reddita est.*

1179. Concilium Rome fuit generale sub Alexandro papa. . . . . . .

1180. Philippus rex Francorum accepit uxorem filiam[1] comitis Henau[2], neptem Philippi Flandrensis comitis. . . . . . .

1181. Obiit Alexander papa tercius; successit Lucius.

1188.[b] Fredericus imperator cum multis suorum, Philippus rex Francorum, Henricus rex Anglorum et Ricardus, filius eius, crucem[c] assumpserunt, ut subvenirent christianis in Palestina, et factus est numerus signatorum magnus.

1189. Fredericus imperator egressus est de terra sua cum exercitu magno, ut subveniret christianis in Tyro et Tripoli et Antiochia laborantibus, et usque ad Antiochiam viam sibi et suis comparavit. . . . . . .

1191. Ricardus rex Anglorum et Philippus rex Francorum mare transierunt. Precesserat eos Yacobus de Avennis cum septem navibus; cuius auxilio rex Guido, qui a captivitate redierat, Acram urbem iam obsederat. . . . . . .

1192. Acra civitas regibus christianorum reddita est tertio anno ab eo quo obsessa fuerat. Philippus rex Francorum mox rediit. Ricardo vero regi Anglorum remanenti reddite sunt urbes Yannia, Cesarea et Ascalon; quo dum transiret, conflixit cum Sarracenis. Erat autem[d] semper in primo conflictu, portitores necessariorum in medio, Iacobus de Avennis in extremis. Igitur, supervenientibus Sarracenis, Yacobus et nepotes eius in prelio ceciderunt. Ricardus vero rex hoc audiens, magno dolore permotus, equo currente mox rediit et omnes inimicos Dei in fugam convertit.

1193. Ricardus rex Anglorum rediens in terram suam, in terra imperatoris Alemannorum captus est a quodam duce Austrasiorum[e] et tandem traditus imperatori[f]. . . . . . .

1194. Distracti sunt thesauri ecclesiarum per totam terram regis Ricardi, calices etiam fracti et venumdati; et missa sunt precia eorum in Alemanniam pro redemptione regis Ricardi, 30[g] milia marcarum imperatori, ceteris vero infinitam[h] pecuniam. . . . . . .

1197. Archiepiscopus Maguncie[3] cum multitudine Alemannorum et cum rege Hungarie[4] et regina[5] profectus est in Palestinam contra Sarracenos, et obtinuerunt Barut[i] et quasdam alias urbes[k] et regem christianorum creaverunt Hamericum. . . . . . .

1198. . . . . . . Eodem tempore[l] archiepiscopi et episcopi et duces imperii, defuncto imperatore suo, elegerunt imperatorem Othonem, nepotem regis Ricardi, fratrem Henrici ducis Saxonie. Ricardus vero rex cum multis expensis eum ad imperium transmisit. O laudabilis[m] viri laudabile[n] factum, qui totum mundi imperium nepoti suo comparavit! Nondum tamen imperator nominatus est, sed rex tantum.

1199. Obiit Ricardus[o] rex Anglorum cum dolore suorum 8. Idus Aprilis. . . . . . .
Successit ei eodem anno Iohannes, frater eius, in ascensione Domini coronatus. . . . . . . Mai. 27.
Convenerunt autem ad eum una die quindecim comites, inter quos erant comes de Bar[6], comes Flandrensis[7] et comes Bolonie[8], et omnes contra regem Francorum coniuraverunt[9].

1205. . . . . . . Otto vero fortissimus rex Alemannorum pugnavit contra Philippum cf A Rot
ducem Suavie, qui Coloniam obsederat, et vicit hostesque suos alios fugavit, alios in ius suum captos reduxit, Coloniam liberavit, preda copiosissima[p] potitus est.

*) *Ann. S. Taurini Ebroic., SS. R. Gall. XII, p. 777:* 1178. Hoc tempore surrexit quidam magister Arnaudus nomine, magistri Petri Abelardi discipulus, qui multa contra Romanam ecclesiam predicabat; propter quod eum Fredericus imperator fecit comburi.

a) Frac. 1? b) *hic incipit* 3. c) cruces acceperunt 3. d) ipse *add.* 3. e) Austrie 2. f) Alemannie *add.* 2. g) *ita* 1. 2; cxxx 3. h) *ita* 1. 2; infinita pecunia 3. i) Bruc 1. k) civitates 3. l) anno 3; 2 *haec brevius:* Otto, nepos regis Ricardi, electus est imperator. m) miserabilis 2. n) miserabile 2. o) Ric̄ 1. p) copiosa 2.

1) Elisabeth. 2) Balduini V. 3) Conradus. 4) Emerico. 5) Margaretha. 6) Theobaldus I. 7) Balduinus. 8) Reginaldus. 9) Cf. Rymer, Foedera I, p. 36 sq. litteras comitis Boloniae regi datas; quarum instar eae ceterorum fuerunt. BR.

1206. . . . . . . Rex Otto cum Philippo duce Suavie de pace multa locutus, pacem facere non potuit, sed Coloniam reliquit.

1207. Rex Otto venit in Angliam et, quibusdam pactionibus interpositis[a] cum rege Iohanne, triginta milia marcharum argenti absportavit et Alemanniam rediit. . . . . . .

cf. A. Rot. 1209. Octo rex Alemannorum Rome consecratus est imperator Romanorum, quamvis cardinales pauci et pars aliqua senatorum contradicerent. Unde in urbe Roma fuit bellum tribus diebus inter partes. . . . . . .

cf. A. Rot. 1211. . . . . . . Eodem anno mense Septembri Reginaldus comes Bolonie, patefacta inimicicia quam diu habuerat[b] contra regem Francorum Philippum, muniri fecit castrum Moritolii[1]. Quod eodem mense obsessum est ab eodem rege. Et per totum regnum Gallie divulgatum est, quod Brittones et Pictavi et etiam Andegavenses et Cenomannenses fere omnes parati erant rebellare contra iam dictum regem. Timebatur etiam, Anglos[c] in auxilium rebellantium venturos[c] esse et Othonem imperatorem superventurum. Sed tamen quarto die captum est castrum Moritolii, orta inter eos dissensione qui intus erant. . . . . . .

1212. Facta[2] est commocio puerorum per totam fere Galliam a Windonico[3] castro et deinceps per civitates et plurima castra et villas vagantium et dicentium, se Deum querere, nec potuerunt choiberi, donec fama urgente ad propria remearunt.*

1213.** Rex Francorum Philippus proposuit ire in Angliam, eam sibi adquisiturus. Quod cum audisset rex Anglorum Iohannes, pacem fecit cum domino papa, episcopos et monachos et barones, quos expulerat, revocavit. Exercitum permaximum congregavit, naves habuit bene armatas 1200; misit etiam servientes sibi contra Francos, qui pecuniam multam et naves multas et etiam quosdam captivos apud Dan[d] abstulerunt. Ideoque rex Philippus sine[e] honore choactus est repatriare, et filium suum Ludovicum in[f] expugnandam Flandriam remanere[g] coegit. . . . . . .

1214. Eodem anno Iohannes rex Anglie, firmato federe cum Reginaldo Bolonie et Ferrando Flandrie comitibus, eos cum gente preelecta et stipendiis sufficienter expositis[h] transmisit in Flandriam, ut eam a regis Francie dominio revocarent, qui eam pro parte vastaverat et fere totam sibi vendicaverat. Sed idem rex eis restitit in manu potenti. Interea rex cum Anglicis suis, Pictavis et Wasconibus in Pictaviam transfretavit, terras quas amiserat eorum viribus adepturus, si id quod strenue aggressi fuerant prudenter et fideliter prosecuti fuissent. Sed occursum filii regis Francie Ludovici[i] non prestolantes, urbem Andegavensem, quam iam adepti fuerant, reliquerunt. Postea a castro quod dicitur Rupes-monachi aufugerunt. Augentur interea vires comitum predictorum; quibus confisi nec regis exer-

*) *Additamentum cod. 2:* Apulie [rex[k]], filius Henrici imperatoris, qui Federicus, accepta grande summa pecunie, consociatus[l] est cum rege Francorum, et iuravit ei, quod contra Otthonem imperatorem et contra omnes homines pro rege Francorum et pro se ipso staret et repugnaret.

**) *Ann. Fiscann. cod. Paris.:*

1213. Otho imperator reversus est[4] in Alemanniam. Rex Ampoliensis venit ad regem Francie.

1214. Vicit Philippus rex Francorum Ferrandum comitem Flandrie et Othonem, qui fuit imperator.

1215. Sequenti anno sinodus universalis facta est Rome sub Innocentio papa.

In Notis Saviniacensibus, quarum apud nos est Bethmanni apographum cod. Paris. nr. 4862 *(olim S. Trinitatis Saviniac.; cf. SS. VI, p.* 294*), editis Baluze, Miscell. II, p.* 317 *sq.; SS. R. Gall. XVIII, p.* 351. *leguntur:*

1213. Philippus rex Francorum potentissimus, coactis pene totius regni sui viribus, cum ingenti exercitu profectus est in Flandriam, ut inde transfretaret in Angliam. Cumque idem Philippus classem plurimam in portu qui dicitur Dam coadunasset, Iohannes rex Anglie, consilio Reginaldi comitis Boloniensis missis multis armatorum millibus in mioparonibus, pene totam classem illam diripuit. Ex quo casu rex Francorum turbatus, infecto negotio reversus est.

1214. . . . . . . Capti sunt a Philippo rege tres comites, Boloniensis, Flandrensis, Saleseriensis[5]. . . . . . .

1215. Innocentius papa III. celebravit concilium in ecclesia Lateranensi, quantum nunquam fuit ante celebratum, in[m] quo convenerant excellentiores et literatiores persone ecclesiastice totius christianitatis, ut orbis in eo contineri videretur. . . . . . .

a) *sic* 2. 3; int'potōis 1. b) dissimulaverat 2. c) regem in Anglos . . . . . . venturum 2. d) in Flandria *add.* 2. e) s. h. *des.* 2. f) ad 2. g) cum manu valida remanere fecit 2. h) compositis 2. i) interim *add.* 2. k) *deest c.* l) consecratus *c.* m) in — videretur *des. cod. Paris.*

1) Mortain (Manche). 2) Eadem in Notis Saviniac. mox laudandis. 3) Vendôme. 4) scil. ex Italia. Praecedentia enim congruunt cum Ann. Fiscann., SS. XVI, p. 482, sed hic ad a. 1210. 1211, quae ibi ad a. 1211. 1212. Cum bis conveniunt Ann. S. Taurini Ebroic. 5) Cf. Ann. Fiscann., SS. XVI, p. 482.

citum metuentes nec Deo reverentiam exibentes, die dominica 6. Kal. Augusti in regem Francie, qui iam contra illos acies suas disposuerat, in impetu furoris bellici fortiter irruerant iuxta pontem Bovinarum. Prevaluit autem regis exercitus non cum magna sanguinis impensa. Igitur capti sunt comites 4 ipsa die, Reginal[a] comes Bolonie, Ferrandus comes Flandrie, Willelmus comes Saresberie et Pellutus[1] comes Theutonicus. Huic bello interfuit Otho Romanus imperator, sed a papa Innocentio per excommunicationis sentenciam reprobatus, vir quidem in armis strenuus et robustus, sed minus prudenti consilio fretus, ultioni divine subiectus, terga fuge committens, manus[b] regis Francie evasit. Ilico rex Anglie fedus iniit treugarum quinquennium[c, 2] cum rege Francie et recessit in Angliam, ubi satis pervicaciter se habuit erga suos. . . . . . .

Iul. 27. — cf. A. Rot.

1215. Innocencius papa III. Rome concilium celebravit in ecclesia Lateranensi, quantum nunquam fuerat antea celebratum; ubi multis constitutionibus super statu ecclesiastico promulgatis, Iudeis indixit signum circulare in pectoribus baiulare, ut inter ipsos et christianos discretio[d] vestium haberetur[3]. cf. A. Rot.

1216. . . . . . . Eodem anno mense Iulio obiit Innocencius papa III, vir non minus eloquentie torrente profluus quam sapiencie luce prefulgens; in urbe Perusii mortuus et sepultus est. Cui successit Honorius papa III. . . . . . .

EX ADDITAMENTIS
cod. 2.

Anno 1226. Obiit Ludovicus rex, filius regis Philipi, apud Monpensier in Alvernia, dum rediret de Avinione, quam sibi subiugaverat cum magna parte patrie. . . . . . .

Anno 1234. Ludovicus rex Francie duxit uxorem Margaritam, filiam comitis Provincie. . . . . . .

a) Reginaldus 2. b) regem Francie vix evasit 2. c) *sic* 1; quinquennii 2. d) *e corr.* 1.

EX ANNALIBUS S. STEPHANI CADOMENSIBUS.

Annus

1106. . . . . . . Hoc ipso anno obiit Henricus imperator Alemannie; cui successit filius eius Henricus. . . . . . . Hoc anno obiit Hugo Lugdunensis archiepiscopus, apostolicae sedis legatus.

1112. Hoc[a] tempore vicesimo die mensis Augusti in quadam campi planitie, quae sita est inter Andeleium et Nogionem factum est prelium inter Ludovicum regem Francorum et Henricum regem Anglorum, ubi Normanni Francos fugaverunt et Guillelmum Clitonem postea Flandriae comitem abire et fugere permiserunt.

1118. Obiit[a] Paschalis papa.

1119. Obiit Gelasius papa. Cui successit Calixtus.

1128. Obiit Willelmus comes Flandriae.

1133. Scisma in ecclesia. Duo enim papae Romae quidem fuerunt ordinati, sed uno ibidem remanente, alter apud Gallias devenit, tam a Gallis [quam[b]] ab[b] occidentali ecclesia receptus. Alter vero Romam tenens ab orientali ecclesia receptus est.

1167. Obiit Mathildis imperatrix, filia regis Henrici et mater iunioris Henrici regis . . . . . .

1192. Hoc[a] anno eundem Ricardum ab Hierusalem incaute redeuntem cepit dux de Osterriche. Pro cuius redemptione totius regni ecclesiae calicibus et thesauris spoliatae sunt. Hoc[c] anno Philippus rex Franciae multa oppida Normanniae cepit et Rothomagum obsedit, dum rex Ricardus in Alemannia teneretur.

1193. Hoc anno rex Ricardus liberatus est. . . . . . .

1215. Fuit[a] universale concilium apud Romam, presidente domino Innocentio papa III, in quo fuerunt episcopi 422 et duo patriarchae, Constantinopolitanus et Ierosolimitanus.

. . . .

a) *alia manus incipit c.* b) *quaedam erasa c.* c) Hoc — teneretur *alia manu post add. c.*

1) Idem qui a Will. Brittone, Phil. X, 408, supra p. 356, et aliis Pilosus vocatur, i. e. Hirsutus, 'Raugraf'.
2) Chartam pacis v. SS. R. Gall. XVII, p. 103. 3) V. decretum cap. 68. Mansi, Conc. XXII, col. 1055.

1244. Hoc anno venit Innocentius . . .[a] apud Lugunum super Rodanum . . . . .[a] aput . . . .[a] cum Fredericus tunc (?) imperator . . . . .[a] olici pontificatus sui . .[a]

1294. Hoc anno resignavit Celestinus papa sedi apostolice.

a) *haec detersa c.*

EX ANNALIBUS MONTIS S. MICHAELIS.

A Rot. 1095. Hoc anno apud Clarum-montem Urbanus papa concilium tenuit, cui interfuerunt episcopi et abbates Normann[niae], et in quo a prefato papa sanccitum est, ut crucibus in vestibus fixis christiani cum armis Ierusalem pergerent; quod et factum est.

1102. Paschalis papa. . . . . . .

cf. A Utic. 1106. . . . . Boamundus in Galliam venit uxoremque accepit. Pictavis concilium fuit. Henricus imperator moritur, et successit Karolus, filius eius . . . . . . Paschalis papa Franciam venit, et concilium apud Trecas agitur[a].

1137.[b] . . . . . . Obiit Lotharius imperator, et successit Corradus. . . . . . .

1142. . . . . . . Obiit Innocentius papa, et successit Coelestinus.

1143. . . . . . . Obiit Coelestinus papa, et successit Lucius.

1144. Obiit Lucius papa, et successit Eugenius. . . . . . .

1151. Obiit Corradus imperator, et successit Fredericus, nepos eius. . . . . .

1152. Mortuo Eugenio papa, successit Anastasius. . . . . . .

1153. Obiit Rogerius rex Siciliae, et successit Guillelmus, filius eius[1].

1154. Obiit Anastasius papa, et successit Adrianus. Robertus de Torigneio, monachus Becci, electus ab omni conventu Montis, factus est abbas eiusdem loci. . . . . . .

1158. . . . . . . Corpora trium magorum qui Christum quaesierunt apud Mediolanum reperta ad Coloniam translata sunt[2].

1159. . . . . . . Obiit Adrianus papa, et successit Alexander.

1163. In octabis pentecostes Alexander papa tenuit concilium Turonis; cui nos interfuimus qui haec scripsimus[3].

1167. . . . . . . Obiit Matillis imperatrix, mater Henrici regis, et sepulta est Becci.

1214.[c] Hoc anno caupti[d] sunt comes Flandrensis, comes Bolonie, comes Saleberie[4], comes Pilosus[5] Alemannie in bello a Philipo rege Francorum et multi alii[*].

*) *Ex aliis Annalibus Montis S. Michaelis a.* 605—1154. (*ed. Delisle, 'Chron. de Robert de Torigni' II, p.* 233 *sq.*, *haec notanda sunt:*

Anno 1128. occisus est Willermus comes Flandrensis, filius Roberti ducis Normannorum.

Anno 1147. perrexit Conradus imperator Alemannorum et Ludovicus rex Francorum et socii eorum Ierusalem, ubi parvum vel nichil profecerunt.

a) *prima manus desinit a.* 1112. b) *notae annorum* 1135—1173. *eadem manu scriptae.* c) *hinc aliae variae manus pergunt c.* d) *sic c.*

EX ANNALIBUS NORMANNICIS.

1173.* Ludovicus rex Francorum cum Henrico iuniore rege Anglorum et Philipo comite Flandrensi maximaque multitudine militum obsedit Rothomagum; sed cito in terram suam cum exercitu suo rediit, eum nemine prosequente . . . . . .

*) *Primae recensioni chronici Roberti de Torinneio a.* 1157. *desinenti circa a.* 1160. *monachus quidam Beccensis continuationem non parvi momenti a.* 1157—1160. *adiecit, quae in tribus codd. mss. a Bethmanno enumeratis (SS. VI, p.* 295 *sq.) E* 4. *E* 7b. *E* 8g6 *exstat, ab eo vero Sigebertum praesertim in his codicibus evolvente non*

1) Cf. Chron. Roberti, SS. VI, p. 503. 2) Robertus p. 508. dicit, tantum corpora reperta, non Coloniam translata esse. 3) scil. Robertus de Torinneio, abbas Montis S. Michaelis (cf. eius chronicon SS. VI, p. 513) aut monachus quidam cum eo Turonis fuit. 4) Cf. Ann. Fiscann., SS. XVI, p. 482. et supra p. 510, n. **. 5) Cf. supra p. 511, n. 1. 6) Etiam tres alios affert Delisle II, p. 143 sq., duo vero horum apographa priorum.

1175. Discordia orta est inter papam Alexandrum et imperatorem Federicum, qui[a] 1177.
hoc in anno in concordiam redierunt.

Anno 1177. Hoc anno obiit Alexander papa; successit Lucius. . . . . . . 1181.

1180. Philippus comes Flandriarum duxit uxorem[1] filiam regis Portugallie[2]. Obiit 1184.
Lucius papa; successit Urbanus III. . . . . . . 1185.

1181. Obiit Urbanus papa; successit Gregorius VIII. . . . . . . 1187.

1182. . . . . . . Mortuo papa Gregorio, Clemens III. presidet. . . . . . . 1187.

1186. . . . . . . Mortuo papa [Clemente[b]], Celestinus III. presidet. 1191

1188. . . . . . . Datis et acceptis treugis cum paganis, rex Ricardus rediens ad terram 1192.
suam, intravit mare; sed vento navem rapiente, applicavit in partibus Austrie, captusque
est a Leopoudo duce Austrie, traditur Henrico imperatori et per annum in eius carcere
detinetur.

1190. Rex Anglorum Ricardus, datis obsidibus pro peccunia sue redempcionis, solutus 1194.
est a carcere imperatoris. Cuius liberationem audiens, rex Philippus tristis in Franciam
cum suo exercitu revertitur.

1191. . . . . . . Lypoudus dux Austrie, qui regem Richardum captivaverat reverten- 1194.
tem a Iudea, gravi percussus infirmitate, obsides quos tenebat pro predicti regis redemp-
cione liberos reverti [fecit[b]] ad propria, mortuusque est circa natale Domini. . . . . . .

1194. Mortuo papa Celestino, Innocentius III. presidet. . . . . . . 1198.

1197. Comes Balduinus Flandrensis Ierusalem pergens, cepit Constantinopolim. . . . . . . 1203.

1206. Otto confirmatur et efficitur Romanorum imperator. 1209.

1207. Discordia oritur inter Innocentium papam et Othonem imperatorem; movit 1210.
imperator exercitum et excommunicatur a papa.

1209. Otho imperator totam sibi acquisivit Apuliam et revertitur in Alemanniam.
Iohannes rex Anglorum contra regem Philippum parat exercitum, conducens ac muneribus
corrumpens comitem Flandrensem, comitem Bolonie, mittens etiam comitem Saleberien- 1214.

reperta et praeter parva fragmenta, iam SS. R. Gall. XIII, p. 300 sqq. impressa, praetermissa est, postea vero a L. Delisle, 'Chron. de Robert de Tor.' II, p. 165—180. edita. Unde unum saltem locum exscribere iuvat.

1159. . . . . . . Kalendis Septembris Adrianus papa universae carnis ingressus est viam; cui successit Rollandus, cancellarius Romanae ecclesiae, qui et Alexander dicitur, papa 173, licet quidam de clero Octavianum cardinalem presbyterum elegissent, qui et Victor dicitur, de quo prefatus Alexander in litteris suis ad regem Anglorum transmissis[3] inter cetera dicit: *Duo vero, Imerius[4] videlicet de Sancto Martino et Guido Cremensis[c], Octavianum nominantes, ad eius electionem pertinaciter intendebant. Unde et ipse Octavianus in tantam audaciam vesaniamque prorupit, ut mantum, quo[d] nos renitentes et reluctantes iuxta morem ecclesiae Odd.[5] prior diaconorum induerat, tamquam arrepticius a collo nostro violenter excussit et secum inter tumultuosos fremitus asportavit. Quod[e] cum quidam de senatu de manibus eripuisset, mantum, quem[e] secum asportaverat, abstracto pilleo et inclinato capite per manus capellani sui ambitiosus assumpsit. Verum ex divino iudicio contigit, quod ea pars manti, quae tegere anteriora debuerat, multis videntibus et ridentibus, posteriora tegeret. Et cum ipse emendare studiosius[f] voluisset, quia capitium manti extra se raptus non poterat invenire, collo fimbrias circumduxit, ut saltem mantus ipse appensus ei quoquo modo videretur. Quo facto, portae ecclesiae, quae firmatae fuerant, reserantur, et armatorum cunei, quos pecuniae largitione conduxerat, evaginatis gladiis, cum immenso strepitu concurrerunt[g]. Fratres vero timentes, ne a militibus truncarentur, se in munitionem ecclesiae nobiscum pariter receperunt, ibique novem diebus continuis, ne exinde exiremus, fecit nos quorumdam senatorum assensu, quos pecunia corruperat, die noctuque armata manu custodiri. Deinde idem senatores, recepta inde pecunia, in artiori et tutiori loco apud Transtyberim posuerunt et post triduum, cum consecrationem assensu cleri et populi accepissemus, ipse cum suis ab Urbe recessit, quaerens per coactionem imperatoris Alemanniae episcopos coadiutores, quibus consecrari posset. Noverit interim dignitas vestra, quod eum cum suis coadiutoribus excommunicavimus. Unde monemus vos, ne eum vel suos vel litteras aliquando recipiatis.*

a) quievit *c.* b) *deest c.* c) Cremon' *E* 4. d) quod *codd.* e) *sic codd.* f) studiosus *E* 7b. g) incurr. *E* 4.

1) Mathildem. 2) Alfonsi I. 3) Iisdem, quas paucis mutatis multis principibus ecclesiasticis et saecularibus per orbem misit = Jaffé nr. 7127. 7129. 7130. 7136. 7137. 4) *I.* in codice Ann. Ian. scriptum falso *Iohannem* interpretatum esse Pertzium SS. XVIII, p. 28, notat Delisle, monens, Imerium card. episc. Tusculanum quondam fuisse monachum S. Martini de Campis; sed *Iohannes* hoc loco legunt alia exemplaria impressa huius epistolae et epist. encyclica cardinalium Rolandinorum, Watterich, Vitae pont. II, p. 493, ubi card. presb. SS. Martini et Silvestri intelligitur. 5) Ita etiam unus Ragewini codex, SS. XXI, p. 471; alii *Odo* vel *Otto*.

sem[a] ad expugnandum regem Francorum. Unde bellum gestum est apud Bouvinas; capti sunt comites, atque eorum exercitus victus a rege Francorum Philipo. Quo audito, Otho imperator, qui pro rege Anglorum veniebat in dictorum comitum[b] auxilium[1], ad partes suas revertitur. Ferandus vero comes Flandrensis Parisius in turri que vocatur le Louvre, Rainaldus comes Bolonie in turri de Gollet[2] perpetuo incarcerantur atque ibidem moriuntur[3]. . . . . . .

1215. 1211. Celebratum est sanctum universale concilium Lateranense, in quo multa utilia statuta sunt, pertinentia ad statum universalis ecclesie; inter que et illud statutum fuit, ne nove religiones sive ordines amplius in Dei ecclesia multiplicarentur; sed qui ad religionem transiret unam de approbatis assumeret, ne religionum diversitas gravem confusionem in Dei ecclesia generaret. Quod paucis potuit temporibus observari. Hoc sanctum concilium Innocentius III. congregavit eidemque presedit anno sui pontificatus 18. . . . . . .

1216. 1212. Obiit Innocentius papa. Honorius III. papa 181. presidet. Huius temporibus ordo Minorum de partibus Lombardie venit, cuius institutor fuit quidam qui vocabatur Franciscus, civis Assisii, fratribus regulam componens ac precipiens, ut fratres nec domum nec locum nec aliquam rem sibi appropriarent, sed tamquam peregrini et advene in paupertate et humilitate in hoc seculo discurrerent circumquaque. Cuius regulam predictus Honorius confirmavit. Eodem tempore ordo Iacobitarum a quodam qui Dominicus vocatus [est[c]] inventus, de Hispanie partibus super terram ascendit, qui sibi postmodum nomen imposuerunt Predicatorum. Isti duo ordines cum magno gaudio propter conversacionis novitatem ab ecclesia et populo sunt recepti, et ubique ceperunt predicare nomen Christi. Ad quorum ordines multi nobilium et iuvenum sophistarum propter novitatem insolitam transierunt, in tantum quod in pauco tempore terram repleverunt, ut vix civitas aut castrum famosum posset inter christianos reperiri, in quo predicti ordines loca sibi non edificassent, eligentes in hominum multitudine conversari. Quorum ordinum duo primi institutores, Dominicus scilicet et Franciscus, meruerunt ab ecclesia vite sanctitate in cathologo sanctorum numerari. . . . . . .

1226. 1219. . . . . . . Eodem anno obiit comes Bolonie in carcere regis Francie. . . . . . .

1227. 1220. Obiit Honorius papa; Gregorius IX. papa 182. presidet. . . . . . .

1227. Controversia circa hec[d] tempora orta est inter ecclesiam Romanam et Federicum imperatorem, que in tantum exarsit, ut omnes Lombardie et Tuscanie civitates in duas partes scinderentur, una parte favente ecclesie, alia imperatori, ad invicem bellum perpetuum et intestinum habentes. . . . . . .

1241. 1230. Obiit Gregorius papa. Celestinus IIII. papa 183.[e] presidet, qui sedem tantum tenuit per 17 dies et mortuus est. Papa vero Gregorius eodem anno contra Federicum prelatos Gallie plurimos ad consilium convocavit; quorum plurimi a predicto Federico sunt capti et incarcerati. Unde captus fuit Rothomagensis archiepiscopus[4], abbas Fiscampnensis[5] et alii multi*. . . . . . .

1243. 1230. Mortuo Celestino papa, Innocentius IIII. papa 184.[e] presidet. . . . . . .

1244. 1231. Innocentius papa Lugdunum venit propter controversiam Federici. . . . . . .

1245. 1232. Innocentius papa apud Lugdunum magnum prelatorum consilium contra Federicum Romanorum imperatorem congregavit. Qui vocatus ad concilium, non comparens,

*) *Ann. Lirensis monasterii (Martene et Durand, Thes. III, p.* 1433; *SS. R. Gall. XXIII, p.* 468) *praebent haec:*

Anno Domini 1241. cepit Fredericus imperator tres legatos et archiepiscopum Rothomagensem et abbatem Fiscanensem et plures alios euntes Romam ad concilium, convocatos a papa Iun 24. Gregorio; qui eodem anno mortuus est circa festum sancti Iohannis; et fuit Roma sine papa fere duobus annis.

Anno 1242. factus est Innocentius summus pontifex. . . . . . .

Anno 1245. domnus Innocentius papa residens apud Lugdunum celebravit ibidem concilium Iul 1. in octava sancti Iohannis baptiste; in quo concilio dampnatus fuit Fredericus imperator. . . . . . .

Anno 1250. post natale Domini[6] mortuus est Fredericus post multas iniurias illatas et dampna ecclesie et religioni facta; qui in fine perveniens, octies mille uncias auri legavit domino pape ad restitutionem dampnorum que fecerat ecclesie. Insuper et in reditum regni sui Apulie assignavit omnes sumptus quingentorum militum usque ad septem annos in subsidium Terre Sancte.

a) Salebernensem *c.* b) comitatum *c.* c) *deest c.* d) hoc tempore *c.* e) LXXXIII. *c.*

1) Falso opinatur, imperatorem proelio non interfuisse. 2) Primo Peronae incarceratus, postea Goulet translatus. 3) Ferrandus a. 1226, Dec. liberatus est. 4) Petrus II. 5) Guillelmus III. 6) Immo Dec. 13.

a predicto Innocentio universalique concilio perpetuo anathemate condempnatur, et ne
ammodo[a] pro imperatore habeatur aut imperator nominetur, omnibus catholicis inhibetur.
In hoc imperium Romanum cessasse videtur secundum prophetiam, ut dicitur, Sibille, que
ait: *Post nullus*. . . . . . .

1240. Federicus quondam imperator et condempnatus moritur. Eius filius Corrandus 1250
in Apulia et Calabria tirannizat. Innocentius papa a Lugduno Romam revertitur. Eodem 1251.
anno per totum regnum Francie falsi pastores surrexerunt et a diabolo delusi et incitati,
ut mare contra Sarracenos transirent, despicientes clerum et ideo laicis et populo multum
accepti. Sed multis malis ab eisdem illatis clericis et ecclesie Dei, tandem turpiter necati
sunt, et eorum multi suspensi; et cessavit tempestas. . . . . . .

1242. . . . . . . Mortuo papa Innocentio, Alexander IIII. papa 185. presidet, prius 1254.
Ostiensis episcopus et Renaudus vocatus. . . . . . .

1246. Circa hec tempora Ricardus comes dictus Pictaviensis, frater regis Anglorum, 1257.
in regem coronatur Alemanorum. Ibi nil prosperum[b] agens, post duos annos, parum
amplius ad suum comitatum in Angliam est reversus. . . . . . .

1248. Corando mortuo, Menfredus, Federici condam condempnati filius spurius, in 1254.
Apulia et Calabria tirannizat regnumque Sicilie sibi usurpat. Sed, suis exigentibus meritis,
a papa Alexandro anathematizatur.

1249. Mortuo papa Alexandro, Iacobus patriarcha Ierosolimitanus, vocatus Urbanus IIII. 1261.
papa 186. presidet. Hic vocavit ad cardinalatum G[uidonem] Narbonensem archiepiscopum,
Radulfum Ebroicensem episcopum et Simonem regis[c] Francie cancellarium et Turonensem
thesaurarium. . . . . . . Carolus comes Andegavensis vocatus est a papa Urbano ad
regnum Sicilie contra Menfredum; obtuleruntque eidem Romani, ut esset alme Urbis
senator.

1250. Mittitur Simon Sancte Cecilie presbyter cardinalis legatus in regno Francie ad[d] 1264.
petendum decimam usque ad triennium comiti Karolo ad conquirendum regnum Sicilie
contra Menfredum. Regnum Francie ingressus, prelatos et abbates, capitula atque priores
Parisius convocavit et secundum mandatum apostolicum usque ad triennium decimam red-
dituum ecclesiasticorum ab eis obtinuit. . . . . . . Cometa apparuit per tres menses. Ur-
banus papa obiit; cui Guido Sabinensis episcopus, Anglie destinatus legatus, successit; qui
fuerat primitus uxoratus, post[e], ut dicitur, miles, uxore mortua factus est episcopus Sancte
Marie de Podio in Alvernia, dehinc Narbonensis archiepiscopus, post ab Urbano papa ad
cardinalatum vocatus[1], dictusque est Clemens IIII. et in papatu[f] presidet 187; qui statim de
litteris papalibus clausulam *Et quidam alii* amovit propter abusum et indignam vexationem
pauperum[2].

1251. Comes Simon de Monte-forti cum aliis comitibus et baronibus Anglie atque cum 1264.
Londoniensibus[g] contra regem Anglie rebellant, omnes alienigenas expellentes a regno.
Rex cum filio suo Edwardo et Ricardo rege Alemannorum contra eos instruit bellum. Capi-
tur rex cum filio et rege Ricardo fratre suo multisque aliis, plurimis occisis et aliis
per fugam evadentibus; predicti reges a dicto Simone captivi tenentur. . . . . . .

1252. . . . . . . Comes Andegavie in Urbem transiit per mare, senatoriam[h] Urbis reci- 1265.
pit, in regem Sicilie, Apulie et Calabrie coronatur, exercitum parat ad debellandum Main-
fredum. Crux Apulie in subsidium dicti regis in Galliis predicatur, et euntibus plenaria
conceditur indulgencia peccatorum. Comes Flandrensis[3], cui predictus rex suam filiam[4]
desponsavit, cum episcopo Althisiodorensi[i, 5], comite Vendosmie[6] pluribusque aliis nobi-
libus per Lombardiam absque obstaculo transeunt usque Romam in subsidium regis Sicilie.
Rex Sicilie exercitum suum, post natale recedens a Roma, duxit contra Mainfredum, hostem 1266.
ecclesie publicum. In Apulia bellum conseritur apud Sanctum Germanum; victus fugiit
Mainfredus cum suis reliquiis apud Capuam[7]. Rex cum suo exercitu eum insequitur;

a) admodo *c.* b) vel prospum *c.* c) regem *c.* d) et ad *c.* e) et? f) papam *c.* g) Lodonn. *c.* h) senatorem *c.* i) Althidiosorensi *c.*

1) Cf. Not. S. Martialis, supra p. 436; Mart. Opp., SS. XXII, p. 441. 2) Tale decretum reperire nequivi. Verba clausulae forte corrupta. 3) Robertus, filius Guidonis comitis. 4) Blancam. 5) Guidone de Mello. 6) Burchardo V. 7) Haec falsa sunt: Manfredus non fuit apud Sanctum Germanum, nec proelium ibi commissum est, sed castrum a Carolo expugnatum.

a Capua fugiit versus Beneventum cum multo viarum discrimine. Ibidem adveniente rege, ex utraque parte bellum [conseritur[a]]; duabus aciebus Mainfredi cedentibus, omnes alii in fugam convertuntur[b]. Tanta multitudo hostium occiditur, quod, oculis ne videretur[c], celarent campum. Mainfredus occiditur; Iordanus comes Guebellinus[1] et Perrusinus[2] de Florentia cum pluribus aliis capiuntur. Sic regnum Sicilie sibi predictus rex subiugavit. Uxor Mainfredi[3] per mare fugiens, cum filiis capta est a civibus de Barlete ac reducta et regi Sicilie tradita cum ingentibus thesauris, quos, ut dicitur, secum defferebat[*]. . . . . . .

1267. Mart. 25. 1253. . . . . . . Ludovicus rex Francorum. . . . . . . parlamentum parat Parisius in quadragesima ad festum dominice annunciationis, et coram omnibus. . . . . . . crucem assumpsit; in quo loco plurimi nobilium crucem assumpserunt, scilicet comes Britannie, comitissa Flandrie. . . . . . .

1267. 1254. . . . . . . Karolus rex Sicilie, pacato regno, ad curiam pape revertitur, et ab eo contra quasdam urbes iam diu a predecessoribus excommunicatas mittitur, scilicet primitus contra Senem antiquam, cuius[d] fortissimum castrum Pulchebone[4] expugnat, et illi redditur. Quo facto, contra Pisanos transit et omnia terre nascentia circa urbem devastat. Sed Sarracenis de Nocheriis[e, 5] rebellantibus[f] in Apullia contra eum, ab obsidione revocatur atque ad debellandum Sarracenos in Apullia revertitur; ubi a cardinali Radulfo de Pisis, legato ibidem ad reformandum statum ecclesie destinato, indulgentia plenaria euntibus contra Sarracenos predictos predicatur.

Henricus, frater regis Hispanie, ab Yspania relegatus a fratre, cum in Affrica diu servisset, tandem ad regem Sicilie et curiam venit pape et a[g] populo Romano in[g] senatorem Urbis est electus. Qui postmodum, orta[h] controversia inter papam, cardinales et ipsum, in Urbe thesauris ecclesias suis spoliat et, ut dicitur, magnam peccuniam cardinalium in custodiam depositam rapit. Unde ad ipsum debellandum ex[i] iussu pape rex Sicilie exercitum mittit. . . . . . .

1268. 1255. Coradinus[k], filius Coraudi, condam filii Federici, ab Alemannia exercitum traducit contra regem Sicilie Karolum, et a civitatibus rebellibus ecclesie deducitur usque Romam, et in odium regis Sicilie et ecclesie a Romanis cum maximis honoribus recipitur, et Urbem intravit plurimosque nobilium Urbis per inanes promissiones suas[l] exercitui iunxit, Henricum, filium regis Yspanie, senatorem Urbis, sibi sociavit et terram Apulie et Calabrie ei[m] dare se promisit, Romanosque heredes, si in bello moreretur, instituit et exercitum maximum ad Urbem movit, ut predictas terras debellaret, quas sibi iure hereditario vendicabat. Auditoque quod veniret, Karolus rex cum exercitu suo, quamvis multo minori, illi obviam venit. Prelium in campo Palentino committitur; Coradinus vincitur; magna strages fit sui exercitus; capitur ipse cum filio ducis Astrucie[6], capitur et Henricus senator Urbis cum nobilibus Romanorum; et post per iudicium nobilium terre Coradinus et filius ducis Astrucie cum multis aliis nobilibus decapitantur. Henricus senator captivus in
Aug. 23. carcere detinetur. Hoc bellum gestum est die Iovis post octavas assumpcionis beate Marie. Eodem anno satis tempestive post bellum rex Karolus electus est in senatorem Urbis, et per alium[n] senatoriam administrare illi concessum est; et revertitur ad bellandam Nuche-

*) *In Ann. S. Taurini Ebroic., s. XIII. coaevis manibus continuatis (SS. R. Gall. XXIII, p. 467) haec leguntur:* 1264. Obiit Urbanus papa, qui, antequam electus fuisset in papam, erat patriarcha de Iherusalem, natus apud Trechas, et erat nomen eius magister Iohannes de Trecis. Cui eodem anno subcessit Guido cardinalis episcopus Sabinensis, qui antea fuerat archiepiscopus Narbonensis, et vocatur Clemens quartus.

Bis sex centeni decies sex quatuor anni
Pretereunt, comitem dum postulat Andegavensem
Regem constitui Pullia tota sibi.
Karolus est ille, qui fregit milia mille
De grege Manfredi, supponens omnia cedi.

a) *deest c.* b) convertantur *c.* c) viderentur *c.* d) *lectio forte corrupta;* Senenses cives *Du Chesne.* e) Roch. *c.* f) rebellentibus *c.* g) *deest c.* h) ortus vel orta *c.* i) et *c.* k) Corandus *h. l. c.* l) suo? m) vel *c.* n) aliam *c.*

1) Lancia. 2) i. e. Petrus Asinus. 3) Helena. 4) Poggibonzi; cf. Ann. Ian., SS. XVIII, p. 261; Ann. Placent., ib. p. 524. 5) Lucera. 6) i. e. Austriae. Fridericus fuit filius Hermanni VI. marchionis Badensis, a. 1248. ducis Austriae constituti.

riam in Apullia civitatem Sarracenorum rebellem*. . . . . . . Radulphus de Pisis Albanen- 1268.
sis episcopus cardinalis legatus pro negocio crucis a papa Clemente in Francia ad suppli-
cationem regis[a], et Simon presbyter cardinalis tituli Sancte Cecilie, qui legatus fuerat pro
negocio regni Sicilie[b], recedit.

Obiit Clemens papa circa festum sancti Andree apostoli; et inter cardinales contentio Nov. 30.
magna oritur de pontifice eligendo, non valentes in unum concordare, in tres partes ita
divisi, ut due partes non possent in aliquem promovendum convenire, sicut electio[c] pape
requirit.

1256. A rege Sicilie Karolo Nuceria rebellis civitas Sarracenorum capitur. . . . . . . 1269.
Adhuc tanta fuit hoc anno cardinalium dissencio, quod papam eligere non potuerunt. . . . . . .

1257. . . . . . . Tandem, intervenientibus nunciis, pacem fecerunt[1] cum rege Tunes[d] 1270.
et Barbarie, ut subditus esset dictus rex regi Sicilie et tributum eidem redderet consuetum,
quod diu reddiderat antecessoribus suis; sed per multos annos cessaverat, quia Sicilia[e] et
Apulia erant in contentione. . . . . . . Circa quadragesimam rex Sicilie Karolus et rex 1271.
Francie Philippus venerunt apud Viterbium cardinalibus supplicantes, ut eligerent papam.
Sed nichil profuit. Et cum ibidem morarentur, filii Simonis de Monte-forti Simon et Guido
cum auxilio comitis Ruffi[2] in ecclesia Henricum de Alemannia, filium regis Ricardi, cogna-
tum suum, hominem prudentem et pium, qui nec in bello fuerat ubi pater illorum occisus
fuerat, et pro illorum revocatione laboraverat, nequissime occiderunt, quamvis in custodia
regum esset et coram eis Simon primogenitus eundem assecurasset; et eo occiso in eccle-
sia apud Viterbium, recesserunt liberi in terram comitis Ruffi, qui Guidoni filiam suam
dederat in uxorem.

1258. . . . . . . Cardinales circa mensem Septembris papam elegerunt quendam archi- 1271.
diaconum Leodicensem, genere Placentinum, nomine Theodinum[3], qui tunc causa[f] pere-
grinationis transierat mare cum Edwardo, filio regis Anglie primogenito, et morabatur apud
Achonem. . . . . . . Circa quadragesimam apostolicus a transmarinis partibus Romam 1272.
rediit et ibidem consecratus est in papam vocatusque Gregorius X. papa 188. Obiit rex
Anglorum Henricus et rex Alemannie Ricardus, frater eius, in Anglia. . . . . . .

1259. Hoc anno Gregorius prelatorum concilium et capitulorum citavit prefigens
a mense Maii in duos annos[g. 4].

*) *Annales breves usque ad a.* 1272. *deducti cod. bibliothecae Parisiensis dictae Arsenal nr.* 919 *(Hist. Lat.* 2*), quos in Normannia vel Britannia compositos censet A. Molinier, has praebent notas ab illo descriptas.*

1214. Capti fuerunt Ferrandus et comes Bononie, et Octo imperator turpiter recessit.

1268. Hoc anno superavit Karolus Manfredum. 1266.

1270. Karolus superavit Coradinum, cepit et interfecit. . . . . . . Karolus expugnavit Noche- 1268.
riam; voluntati Karoli regis exposuerunt se pagani.

a) mittitur *add. ed.* b) Cecilie *c.* c) electus *c.* d) al. Tunie *add. c.* e) Sicilie et Apulie erat *c.* f) causam *c.* g) *deest c.*

1) scil. Carolus rex Siciliae et Philippus III. rex Franciae in Tunesia morantes. 2) i. e. Guidonis Rubei de Maritima. 3) Theobaldum. 4) Cf. Not. Lemovic., supra p. 437.

EX ANNALIBUS S. MEDARDI SUESSIONENSIBUS.

Qui medio saeculo XIII. hos annales conscripsit brevem rerum Francicarum conspectum praemisit, sive ab ipso confectum, sive — quod verisimilius est et titulo praemisso indicari videtur — ex antiquiore libro sumtum, qui ex Gestis Francorum, Fredegario et Annalibus, quales in Lotharingia inferiore apud Laubienses, Floreffienses, S. Quintini monachos servatos videmus, est conflatus. Postea notae partim ex domesticis fontibus haustae, partim de rebus tam in Gallia quam ubique terrarum gestis aliunde acceptae usque ad a. 1249. *adiectae sunt, iisque etiam quaedam de Friderico II. imperatore memoriae tradita. Quae num uni an pluribus debeantur scriptoribus, non satis constat. Hoc loco priorem partem ad a. usque* 987. *integram, ex altera proponimus ea quae ad rem nostram faciunt.*

Exstant in cod. Parisiensi nr. 4998, *saec. XIV (de quo v. 'Arch.' VIII, p.* 345*) fol.* 29 *sqq.*[1], *quem cum Dacherii editione, Spicil. II, p.* 781. *(edit.* 2, *II, p.* 486*) contulit socius noster Ern. Dümmler. Ibidem recentius apographum servatur ('Arch.' VIII, p.* 313*), alíud Hannoverae (ibid. p.* 635*). Fragmenta scriptorum rerum Gallicarum et Francicarum collectioni (Vol. III. IX. X. XI. XII. XVIII.) inserta sunt.* *G. W.*

INCIPIUNT QUEDAM EXCERPTA DE CRONICIS.

497. Lodoveus rex Francorum sextus, paganus sicut antecessores sui reges, a sancto Remigio archiepiscopo Remensi baptizatur. Huius Clodovei, primi regi Francorum christiani, fuit uxor sancta Crochildis regina. Tempore (G. Fr c. 16.) Clodovei sanctus Mamertus episcopus Viennensis claruit. His temporibus in Vienna urbe terre motus maximus fuit. Ibi multe ecclesie et domus multorum concusse fuerunt et subverse. Illic bestie multe oberrantes, lupi, ursi ac cervi, ingressi per portam civitatis, devorantes quam plurimos, per totum annum hoc faciebant. In vigilia siquidem sancte pasce dum sanctus Mamertus episcopus in eadem civitate missarum sollempnia celebraret, palatium regale, quod in eadem civitate erat, divino igne succensum est.

(c 19. A Laub) 512. Clodoveus primus rex Francorum christianus obiit, et quatuor filii eius, Theodericus, Chlodomirus, Childebertus et Chlotarius, regnum eius inter se equaliter diviserunt. A transitu sancti Martini usque ad obitum Chlodovei centum duodecim anni.

(cf G Fr c. 24.) 517. Chlotarius et Childebertus, frater eius, peremptis nepotibus, scilicet duobus filiis Chlodomiris fratris sui iam defuncti, partem regni Francorum quam tenebant inter se diviserunt.

(A Laub) 524. Sanctus Benedictus magnus habetur; Boetius occiditur.

544. Sanctus pater Benedictus obiit. Sanctus Medardus et sanctus Gildardus magni habentur.

(A. Laub) 556. Sanctus Medardus Noviomensis episcopus obiit, quem Chlotharius Francorum rex honorifice sepelivit et ecclesiam in honore ipsius extra civitatem Suessionensem miro opere fabricavit et multis opibus ditavit.

(G. Fr. c. 29.) 567. Chlotarius tenens totum regnum Francorum obiit; quem quatuor filii eius cum magno honore Suessionis defferentes, in basilica beati Medardi sepelierunt anno quinquagesimo primo regni sui. Quatuor enim filii eius, scilicet Charebertus, Gumtramnus, Chilpericus atque Sygebertus, de regno Francorum divisionem legitimam inter se fecerunt. Accepitque Charebertus regnum avunculi sui Childeberti sedemque constituit Parisius. Gumtramnus accepit regnum avunculi sui Chlodomiris sedemque constituit Aurelianis. Sigebertus vero regnum avunculi sui Theodorici sedemque constituit Remis. Chilpericus vero accepit regnum patris sui Chlotarii sedemque constituit Suessionis. Chrannus (ib. c. 28.) vero, filius Chlotarii, cum inimicus esset patris et rebellis, iussit eum predictus Chlotarius rex, pater eius, cum uxore

1) Cf. etiam SS. R. Gall. XVII, p. 433; 'Hist. littér.' XXI, p. 692.

et filiabus igne consumi; et sic factum est. De Chilperico vero, filio Chlotarii, exivit progenies regum Francorum, scilicet Lotharius magnus rex Francorum, quem habuit ex Fredegonde uxore sua pessima, que postea fecit predictum Chilpericum regem, maritum suum, causa adulterii sui occulte occidi. cf. G. Fr. c. 35.

570. Sanctus Vedastus obiit. A. Laub

574. Sanctus Germanus Parisiensis episcopus obiit. A. Leod. A. Floreff.

583. Pelagius papa. Mauricius imperator, cuius filium sanctus papa Gregorius sacro fonte levavit.

584. Sanctus Gaugericus magnus habetur. cf. Sig. 594

590. Profitente Simone multis cruciatibus affecto, tunica Domini integra reperta est in archa marmorea in sancta civitate Ierusalem. Fred. c. 11

592. Gregorius Magnus ordinatur papa. cf. A. Floreff.

604. Focas imperator. Hic[1] papa Bonefacio petente statuit sedem ecclesie Romane caput ecclesiarum esse, et Pantheon permittit dedicari in sancte Marie omniumque sanctorum honore. P. D. IV, 36.

611. Eraclius imperator, qui crucem dominicam a Persida in Ierusalem reportavit

622. Sanctus Gaugericus obiit.

629. Sanctus Bavo obiit. A. Laub. A. Flor

641. Constantinus, filius Eraclii, imperator.

656. Sancta Gertrudis obiit.

660. Adventus corporis sancti Benedicti in Gallias.

672. Sanctus Audoenus archiepiscopus Rothomagensis et sanctus Leodegarius episcopus Augustidunensis insignes habentur.

678. Theodericus rex, Childerico fratre suo interfecto, in regno Francorum restitutus est.

681. Ebroinus princeps Francorum et dux, prefectus palatii et maior domus, interfectus est. cf. G. Fr c. 47.

687. Pippinus senior, pater Karoli Martelli, princeps Francorum et dux, prefectus palatii et maior domus sub Theoderico rege effectus est. cf. A. L. Fl.

693. Theodericus rex obiit; Clodoveus, filius eius, successit. cf. ib

695. Clodoveus puer rex obiit; Childebertus, frater eius, successit.

712. Childebertus rex Francorum obiit decimo octavo Kalendas Maii, sepultusque est apud Causiacum in basilica sancti Stephani prothomartyris; Dagobertus iunior puer, filius eius, successit. G. Fr. c. 50.

714. Pippinus senior princeps Francorum et dux, prefectus palatii et maior domus, obiit, et Karolus dictus Martellus in loco patris sui successit. Optinuitque predictus Pippinus senior principatum sub suprascriptis regibus, Theoderico scilicet, Clodoveo, Childeberto et Dagoberto iuniore, viginti septem annis. cf. A. Laub.

720. Daniel quondam clericus successit Dagoberto iuniori in regno et Chilpericus nuncupatur. G. Fr. c. 53.

725. Chilperico, nuncupato Danieli, successit in regno Theodericus rex Francorum. ib.

731. Obiit Beda presbiter. A. Laub.

741. Theoderico regi successit in regno Francorum Hyldricus, qui postea fuit depositus et in monasterio beati Medardi Suessionensis[2] tonsoratus. Zacharia papa. Hildricus Francorum rex. Karolus dictus Martellus princeps et Francorum dux, prefectus palatii et maior domus, obiit; Pippinus vero iunior Parvus et Karlomannus, filii eius, loco eius successerunt. cf. A. L m. A. Laub.

745. Karlomannus, frater Pippini iunioris Parvi, monachus efficitur, et Pippinus iunior Parvus, frater eius, totum principatum Francorum solus obtinuit. A. Leod.

750. Pippinus iunior Parvus, princeps Francorum et dux, prefectus palatii et maior domus, filius Karoli Martelli, per auctoritatem Zacharie pape[3] electus est ad regem et unctus per manus sancte memorie Bonefacii archiepiscopi et elevatus est a Francis in regno Francorum in monasterio Sancti Medardi Suessionensis; Hildricus vero, qui false rex vocabatur, tonsoratus est et in monasterium missus est. cf. A. L. m.

754. Stephanus papa, qui venerat in Franciam adiutorium et solatium querendo pro iusticiis ecclesie Romane, Pippinum unctione sacra confirmavit in regem Francorum.

768. Pippinus iunior Parvus rex Francorum obiit, et Karlomannus et Karolus Magnus, filii eius, regnare ceperunt. A. Laub.

771. Karlomannus obiit, et Karolus Magnus solus regnare cepit in regno Francorum.

801. Karolus Magnus imperator Romanorum factus est. Terre motus magnus factus est.

814. Karolus Magnus imperator Romanorum et rex Francorum obiit quinto Kalendas Februarii, hora diei tercia, anno etatis sue septuagesimo secundo, sepultusque est in ecclesia Aquisgrani[4], quam ipse edificaverat. Ludovicus vero piissimus, filius eius, in regno et in imperio successit. Soror eius erat Berta, inclita mulier et filia predicti Karoli Magni imperatoris. Castrum Vyci super Axonam cum omnibus appenditiis suis donatum fuit ecclesie beati Medardi Suessionensis per liberalitatem predicte inclite Berte. Einh. V. Car

826. Corpora sanctorum Sebastiani et Gregorii et quorundam aliorum sanctorum a Roma delata sunt in ecclesiam beati Medardi Suessionensis tempore Eugenii pape et Ludovici Pii imperatoris. cf. A. Leod.

1) Eadem verba tam a Paulo quam a Sigeberto paulo recedentia leguntur in Ann. Floreff., SS. XVI, p. 619. 2) Cf. A. Lob., SS. XIII, p. 228. 3) Eadem confere verba ap. Ekkehardum a. 752. leguntur; sed *a Francis* nonnisi in Ann. Laur. mai. Aliud annalium Francorum exemplar, qualis fragmenta SS. XIII, p. 27. edidimus, exscriptum putarim. *Per auctoritatem Zachariae Romani pontificis* etiam in fragmento cod. Hannoverani, qui Translationem S. Alexandri continet, legitur; *per auctoritatem et imperium . . . Zachariae papae,* Clausula, Bouq. V, p. 9. 4) Cf. A. Lob., SS. XIII, p. 231.

A Leod 828. Corpora sanctorum Marcellini et Petri Roma delata sunt in[1] ecclesia beati Medardi Suessionensis tempore Eugenii pape et Ludovici.

839. Ludovicus Pius imperator et rex Francorum obiit duodecimo Kalendas Iulii[2], et
A Laub filii eius succedunt Lotharius, Ludovicus et Karolus Calvus. Iste Karolus Calvus postea fuit imperator Romanorum. Ipse enim mutare fecit corpora sanctorum Medardi et Sebastiani et Gregorii et aliorum et ponere in criptas sexto Kalendas Septembris.

877. Karolus imperator et rex Francorum obiit, et Ludovicus Balbus, filius eius, successit.

880. Ludovicus Balbus rex Francorum obiit, et Ludovicus et Karlomannus, filii eius, succedunt.

883. Ludovicus, filius Ludovici Balbi, rex obiit, anno vero sequenti frater eius Karromannus rex obiit.

889. Odo cepit regnare.

893. Karolus iunior, nepos Karoli imperatoris, cepit regnare.

898. Odo rex obiit, et Karolus, filius Ludovici iunioris, regnavit. Iste Odo rex ecclesiam beati Medardi in sua mundeburde et successorum suorum in perpetuum suscepit. Fecit etiam predictus rex Odo castrum de Vyco et de Sancto Medardo firmare propter insurgentium Danorum insolentiam, et multa alia bona, possessiones et confirmationes ecclesie beati Medardi contulit.

917. Hungri[3] primum Rhenum transierunt et usque Burgundiam pervenerunt.

919. Conrardus rex obiit, et Henricus succedit.

922. Robertus rex efficitur. Anno sequenti interfectus est a Karolo rege preliando, et Rodulphus rex regnare cepit. Eodem anno Karolus rex captus est.

936. Rodulphus rex obiit, et Ludovicus, filius Karoli iunioris, regnare cepit.

937. Hungri Europam, Franciam et Burgundiam vastaverunt.

954. Ludovicus rex obiit, et Lotharius, filius eius, succedit. Eodem anno Hungri secunda vice Franciam vastaverunt.

965. Monachi[4] apud Sanctum Quintinum in insula ponuntur.

979. Ludovicus Pius, filius Lotharii, rex effectus est, patre vivente et volente.

980. Saxones Franciam vastaverunt et a Francis cum imperatore suo Othone fugati sunt.

986. Ludovicus rex, filius Lotharii regis, obiit, et Hugo cognominatus Chapez dux Francorum, Karolo, fratre Lotharii regis, avunculo Ludovici regis, filii Lotharii, traditione capto et apud Aurelianensem urbem cum uxore sua incarcerato, rex Francorum effectus est; et ita disiunctum est regnum Francorum a genealogia Karoli Magni imperatoris et regis Francorum. . . . . . .

1127. Inclytus Karolus comes Flandrensis a suis perversis hominibus occiditur. . . . . . .

1131. Philippus rex obiit, et Ludovicus iunior, frater eius, rex effectus est, patre vivente, scilicet Ludovico Grosso. Innocentius papa secundus, qui illis diebus in Franciam venerat, predictum Ludovicum iuniorem, Philippo rege fratre eius defuncto, qui duobus annis et dimidio regnaverat, Remis inunctum consecravit. Gaufridus cognominatus Collum-cervi, abbas ecclesie beati Medardi, episcopus Cathalaunensis effectus est, et Odo abbas successit. Ecclesia beati Medardi Suessionis dedicatur a dompno Innocentio papa secundo predicto pontificatus sui anno secundo in honore beate Marie semper virginis et sanctorum apostolorum et martyrum et in honore beati Medardi episcopi et confessoris Idus Octobris. Predictus siquidem papa ante dicationem ecclesie predicte Odonem abatem ecclesie beati Medardi, nolente sed contradicente episcopo Suessionensi, in civitate Aurelianis benedixit pridie Kalendas Octobris. . . . . . .

1146. Ludovicus iunior rex Francorum et Conraldus imperator Romanorum cruces acceperunt contra paganos et multi alii principes christianorum et infinita multitudo populorum; et anno sequenti cum maxima multitudine armatorum, equitum et peditum per Constantinopolim Iherosolimam profecti sunt et inclitam civitatem Damascum cum Balduino

1) Haec perperam auctor repetivit. 2) Cf. Ann. Lob. l. l. 3) Eadem verba in Ann. S. Quintini a. 913. leguntur, SS. XVI, p. 507, sed ad hunc annum pertinere, recte Dümmler, 'Ostfr. R.' II, p. 610, n. monuit. 4) Cf. Ann. S. Quintini a. 963. l. l. p. 508.

rege Iherosolimitano obsederunt; sed a quibusdam militibus christianis Syriis traditi, nichil profecerunt, et ita reversi sunt unusquisque in patriam suam, nichil vel parum in terra promissionis proficientes.

1148. Eugenius papa Remis concilium tenuit. . . . . . .

1178. Alexander papa generale concilium Rome in ecclesia Latheranensi celebravit in dominica medie quadragesime. . . . . . .

1187. . . . . . . Lucius papa, qui successerat pape Alexandro, qui concilium tenuit generale, decessit, et Urbanus papa ei successit.

1188. . . . . . . Urbanus papa decessit, et Celestinus successit. . . . . . .

1197. . . . . . . Celestinus papa obiit, et Innocentius tertius successit. . . . . . .

1209. . . . . . . Innumera multitudo infantium et puerorum de diversis partibus, civitatibus, castellis, villis, castris et agris Galliarum absque licentia et assensu parentum exeuntes, dicebant, se causa sancte crucis querende iter ultra mare arripuisse; sed nichil profecerunt; omnes enim diversis modis perditi[a], mortui vel reversi sunt. Dicunt quidam et pro certo affir[mant], quod de decennio in decennium quod[b] antequam illud mirabile accidisset, quod[b] pisces, rane, papiliones et aves simili modo secundum genus suum et tempus proficiscebantur. In illo tempore vero tam immensa multitudo piscium capta est, ut omnes mirabiliter mirarentur. Quidam vero senes et decrepiti istud pro certo affirmant, quod de diversis Galliarum partibus innumera multitudo canum apud castrum Campanie quod vocatur Monshymer congregata est. Ipsi vero canes in duas partes divisi, ad invicem fortiter et acriter pugnantes, fere omnes sese mutuo cede interfecerunt, et paucissimi reversi sunt. . . . . . .

1212. Philippus rex Francie cum Francis multitudine maxima navium congregatis ad portum quod dicitur Dens in Angliam voluit transfretare, sed Ferrando comite Flandrentium sibi cum multis aliis impediente, quibusdam navibus suis admissis, reliquas vero iussit igne consumi, et sic ceptum suum imperfectum reliquit et reversus est. . . . . . .

1214. Bellum fuit apud pontem de Bovines inter Phillippum regem Francie et Francos ex una parte et Fernandum comitem Flandrensem et Otonem dictum imperatorem et Guillermum Longam-spatam, fratrem Iohannis regis Anglie, comitem Salesberiensem et Regínaldum comitem Bolonie et Hugonem dominum de Bova et multos alios principes Alemannorum, Theutonicorum, Hainoensium, Flandrensium et Anglorum; et omnes fugati sunt a Francis, parum vel nulli occisi. Multi capti, inter quos Fernandus, Guillermus, Reginaldus et multi alii nobiles Flandrensium, Anglorum, Alemannorum et ceterorum. . . . . . .

1216. Innocentius papa tertius generale concilium Rome celebravit. Eodem anno decessit, et Honorius successit. . . . . . .

1225. Quidam rusticus lecator nomine Bertrannus de Raiz finxit se consilio quorumdam Flandrensium esse comitem Flandrie Balduinum, imperatorem Constantinopolitanum, et multi Flandrenses adheserunt ei, maxime Valencenienses et Hahenoenses; et optinuit maximam partem Flandrie, resistentes et contradicentes tam ipsos quam terras illorum tam ferro quam igne vastando. Ad ultimum vero colloquium habuit cum rege Francorum Ludovico apud castrum Perone, salvo ire et salvo venire, salvo venire et salvo redire. Ibi vero malicia et fraude Flandrensium et predicti Bertranni multis argumentis, indiciis et intersignis detecta et probata, iussus est predictus Bertrannus a regno Francorum indilate recedere. Qui postea in Campaniam, unde oriundus erat, per manus Erardi militis domini de Chaistenai captus et iterum in Flandriam reductus et per villas et castella et nundinas ductus, cognitus est a multis, et pater et mater eius et fratres et alii parentes eius. Ipse siquidem publice confitebatur singulis, quia ipse esset Bertrannus[c] de Raaz. Ad ultimum vero suspensus est apud villam que vocatur Insula.

1226. Ludovicus rex Francie cum maximo Francorum exercitu in virtute magna in terram Albigenssium profectus est et civitatem Aviennensem obsidione circumdedit et post multos assultus et labores ipsam sibi subiecit cum multis civitatibus, villis et castellis. . . . . . . Honorius papa tercius obiit, et Gregorius papa nonus successit. . . . . . .

1229. Fredericus Romanorum imperator cruce signatus cum exercitu Longobardorum et Alemannorum et quorumdam aliorum christianorum in terram Surie profecti sunt. Colloquium siquidem habito inter ipsum imperatorem et paganos per internuntios, restitute

a) perdidi *c.* b) *ita c.* c) Betrannus *c.*

sunt ei quinque civitates cum chaminis et viis publicis constitutis inter ipsas. Civitas sancta Iherusalem restituta est preter templum Domini, Bethleem, Rama, Nazareth et Ioppen. Treuga siquidem inter ipsos decem annorum facta, ipse Fredericus cum magno gaudio suorum in sancta Iherusalem profectus est et coronam et diadema in basilica Sepulcri tamquam rex Iherosolimorum portavit. De predictis vero civitatibus non poterant murari nec firmari preter civitas sancta Iherusalem et Ioppen et quoddam castrum, quod erat hospitalis sancti Iohannis Alemannorum. Custodibus siquidem suis in turrim David et civitatibus et alias, prout sibi placuit, ordinatis et positis, et locis sanctis visitatis, reversus est in terram suam excommunicatus, sicut ante fuerat. Cum autem reversus fuisset, in rebus et possessionibus ecclesie Romane et ceterarum ecclesiarum, Templariorum et Hospitalariorum crudelius arma movit quam umquam fecerat. . . . . . .

1236. . . . . . . Hereticorum maxima multitudo, quos quidam vocabant Bulgaros, alii Piflos, per diversas civitates et castella Francie, Flandrie, Campanie, Burgondie et ceterarum provinciarum, procurante quodam Roberto fratre Predicatore, capti, examinati et probati per archiepiscopos, episcopos et ceterorum graduum ecclesiasticorum prelatos, ad ultimum dampnati et tamquam heretici secularibus potestatibus sunt traditi. Quidam vero ipsorum ad agendam penitentiam in carcere sunt retrusi. Alii vero, qui heresibus renuntiare noluerunt, igne consumpti sunt, et bona ipsorum a secularibus potestatibus sunt recepta. Non solum istud factum est in isto anno, sed ante per tres continuos annos et post per quinque continuos annos et plus. Dicebatur siquidem a multis, quod infinita multitudo hereticorum per diversas partes Gallie disperse erant. . . . . . .

1239. . . . . . . Gregorius papa nonus Fredericum imperatorem Romanorum, regem Longobardie, Alemanie, Apulie, Sicilie et Iherosolimorum, per longum tempus excommunicatum anathematizat et tam in spiritualibus quam in temporalibus dampnat. Temporalia vero Frederici dicti imperatoris, prout multi experti sunt, usque ad obitum predicti Gregorii noni pape parum vel nichil imminuta sunt propter hoc. Predictus vero Fredericus abstulit multa diversis ecclesiis in imperio illius et regnis constitutis, multis episcopis, archiepiscopis, abbatibus et ceterorum graduum ecclesiasticorum ministris ab ecclesiis suis et locis expulsis, exulatis. Eodem anno Iachobus episcopus Prenestinus apostolice sedis venit legatus in Franciam*. . . . . . .

1240. . . . . . . Quedam genera hominum, qui vocantur a quibusdam Tartarini, a quibusdam vero Comani, a quibusdam vero peritis creduntur esse Hysmaelite, id est filii Hysmáelis, quem habuit Abraham ex Agar ancilla sua, quos[a] David vocat Agarenos. Predicti vero comedentes carnes hominum, bestiarum, avium et serpentium et suggentes et bibentes sanguinem et parum panis et vini utentes, cum innumera multitudine et incredibili equitum et peditum tam virorum quam mulierum regna Boemye et Hungarie et ducatum Polonie et quasdam alias terras maximas et optimas in illis partibus sitas ferro et igne devastant, maximas et incredibiles cedes utrorumque sexuum tam virorum quam mulierum facientes nec aliquo sexui parcentes. . . . . . .

EX CONTINUATIONE[b].

1254. Obiit Conraldus, filius illius pessimi persecutoris ecclesie Frederici quondam imperatoris. . . . . . .

*) *Edit. add.:* circa ephiphaniam Domini et recessit circa purificationem beatae Mariae.

a) quod *c.* b) *haec in codice paullo post f. 31'. leguntur.*

EX HISTORIIS ANONYMI REMENSIS.
ED. O. HOLDER-EGGER.

Iam quater in lucem prodierunt historiae vulgari sermone compositae quas titulo anonymi Remensis inscribimus, primo editae a L. Paris sub titulo 'La chronique de Rains' Parisiis 1837, *deinde a De Smet, Corpus chron. Flandriae t. III, inscriptae 'Chronique de Flandre et des croisades', tertio ex parte SS. R. Gall. t. XXII. insertae, ubi nomen primae editionis receptum est, denique a Natali de Wailly Parisiis* 1876. *sub titulo 'Récits d'un ménestrel de Reims au treizième siècle', et hoc nomen prioribus quidem multo aptius videtur, neque hoc tamen integrum recipere potuimus. Pro certo quidem statuendum est, auctorem aliquando Remis vixisse, qui lites inter Guillelmum archiepiscopum Remensem et cives Remenses a.* 1223, *inter Thomam archiepiscopum et abbatiam S. Remigii a.* 1259. *actas luculenter exponat et in his utrique archiepiscopo infensum se ostendat. Deinde opus eius constat compluribus narrationibus, quibus variae res a tempore Ludovici VII. regis usque ad a.* 1260. *gestae exponuntur, inter se nec cohaerentibus neque omnino secundum ordinem temporum dispositis nec continuam rerum gestarum seriem exhibentibus, quare minime chronicon, bene vero verbo Francogallico 'récits' vel 'contes', quo vocabulo auctor ipse librum laudat, dici potest. De auctore nihil constat, sed pro certo habendum est, eum laicum fuisse, cum nihil clericalis studii in eo inveniatur, immo ubique eruditionem laicalem*[1] *sermone, opinionibus, permultis proverbiis popularibus citatis, fabulis popularibus enarratis*[2] *et imitando effictis*[3] *prodat, de compluribus episcopis et clericis acriter iudicet, curiam Romanam avidam salsis et acerbis facetiis reprehendat, contentionum inter Fridericum imperatorem et pontifices, quarum causas omnino fabulose enarrat, culpam in papam conferat. Regibus Franciae maxime addictus, eorum praecipue gesta, bella contra reges Angliae et barones Franciae gesta, praesertim proelium Bovinense, narrat eosque summis laudibus effert, adversarios eorum, ut reges Angliae, gravi odio persequitur; praeterea bella contra Sarracenos aut a regibus Franciae aut ab aliis gesta, ut expeditionem a.* 1189—1192, *bella Damiatina a.* 1219—1222. *et a.* 1249—1250, *fabulas de Saladino, acta Iohannis regis Ierosolimitani describit, tum maxime quae in orientalibus provinciis Franciae et vicinis territoriis imperii, in Flandria, Hannonia, comitatu Namucensi, gesta sunt exponit. Bella filiorum Margarethae comitissae Flandrensis, Avesnensium et Domnipetrensium, uberius describens, his et matri omnino favet,*

1) Aliquoties quidem etiam versus Sacrae Scripturae laudat, sed hoc minime repugnat. 2) Ut cap. 44. fabula de paro et rustico, quam Wieland noster carmine inscripto 'Der Vogelsang' enarravit. 3) Ut cap. 38, ubi fabula de lupo Isengrino et capra efficta, contentiones Margarethae comitissae Flandriae et filii eius Iohannis de Avesnis exponit.

illos acerbo studio persequitur et omnia ab eis gesta in eorum odium convertit. Quare auctorem civem Remensem fuisse, vix crediderim. Quid enim civi Remensi et principibus Flandriae? Certe in territoriis eorum dominio subditis, sive in Hannonia sive in comitatu Namucensi, eum aliquando degisse, coniecerim. Librum, ut N. de Wailly demonstravit, a. 1260. *conscripsit*[1]. *Prioribus narrationibus, quibus res ante multum temporis gestas refert, ut de Roberto comite Drocensi stulto, Eleonora regina Saladinum sibi maritum petente, de liberatione Richardi regis per Blondellum, quam celeberrimam fabulam ipse primus protulit, omnino fabulosa sunt, nec minus quae de rebus extra Franciam gestis, de rebellione Mediolanensium, de contentione imperatoris et pontificis narrat. Plerisque quidem aliquid veri inest, sed hoc fabulis supercrescentibus, ut ita dicam, fere contectum et extinctum est. Ubi res sui temporis narrat, facta quidem quae omni populo innotuerunt, bella, rebelliones, proelia, expeditiones, obsidiones, nuptias et natalicia et mortes principum, historiam Pseudo-Balduini, alia satis bene narravit, etiamsi a gravibus erroribus minime cavit, reliqua vero, causae eventuum*[2], *tractatus et colloquia principum, maximam partem omnino fictitia sunt. Ut breviter dicam, quae populus de praecipuis eventibus sibi narrabat congerit, et haec semper vivide et luculenter describit, dialogos personarum agentium fingit, vegeto sermone quasi agantur res exponit, facetiarum lepore narrationes perspergit, semper fere studio alterius partis ductus, alteri ironia salibusque acerbis illudit; certe igitur more poetarum res enarrat, nec negarim carmina composuisse virum qui tam commode, tam eleganter sermone vulgari utitur, tam bene carminum popularium peritum, sed nihil est cur cum VV. Cl. V. Le Clerc*[3] *et N. de Wailly suspicemur, poetam quendam quem vocant minstrellum auctorem fuisse, quin etiam per terras migrantem has narrationes audientibus decantasse*[4]. *Quae de indole, intentionibus, fide auctoritateque hi viri doctissimi, ille sane candideque in commentatione laudata, hic in praefatione editionis optime disseruerunt legas velim, cum nihil nisi haec repetere possim. Sed hic aliquanto acerbius et iniustius de auctore iudicasse videtur. Verum quidem est, paucissima capita et haec maxima cum cautione ad res gestas cognoscendas in auxilium vocari posse, sed hoc ideo evenit, quod auctor res praeteritas ex narrationibus popularibus, ut N. de Wailly bene intellexit, quarum nonnullae etiam ab aliis auctoribus traduntur, percepit. Quare non 'mendacia et fictiones' ei exprobrari*

1) p. XXXI sq. Thomas archiepiscopus Remensis vivebat, cum librum componeret (§ 467: *L'archevesque Thomas qui ore est)*; dicit Margaretham reginam a. 1260. fuisse gravidam *(et si estoit la roïne grosse d'enfant pres de gesir)*, et § 355, ubi liberos Ludovici IX. enumerat, Agnetem natam a. 1260, Aug. nondum nominat. Ibidem Heinricus filius ducis Brabantiae vocatur, cum pater eius Heinricus III. iam a. 1260, Febr. defunctus sit. 2) Ut causae bellorum inter comitem Boloniensem et Philippum regem, inter hunc et Ottonem imperatorem propositae. 3) 'Hist. litt. de la France' XXI, p. 712 sqq. 4) Valde miror, virum tam bene in litteris illius temporis versatum hoc conclusisse (p. VII) ex verbis saepissime usitatis: *Ci vous lairons esteir, desoremais revenrons, vous dirons, parlerons, sachiez de voir, que je vous ai ci nommeiz, que vous avez oï, dont vous orrez parleir* etc. Nam hoc si rectum esset, omnia chronica illius saeculi vulgari sermone conscripta (exceptis iis quae ex lingua Latina translata sunt) a minstrellis composita esse aliquis iure coniecerit, cum haec vel similia in omnibus chronicis illius aetatis occurrant. Afferam Chronicon Hannoniense quod dicitur Balduini Avennensis, Chronicam regum Franciae a. 1286, Chronicam Flandrensem, Iohannem de Joinville (ed. N. de Wailly § 634. *Or revenrons a nostre matiere;* § 559. *Li dus de Bourgoingne de quoy je vous ai parlei;* § 505. *Ci apres orrez les justices et les jugements* etc.). Nemo horum auctorum unquam legentes, sed audientes alloquitur. Et quid mirum? Ideo saec. XIII. vulgari sermone historiae conscribebantur, ut a laicis intelligerentur; sed laici legere nesciebant, immo hae historiae audientibus recitabantur, in castris a capellanis, in oppidis a clericis vel iam crebrioribus personis artem legendi doctis; quod bene sciverunt auctores.

debuerunt[1], *sed phantasiae ubertas et mira describendi facultas laudibus efferri. Ex libris scriptis certe perpauca sumsit*[2], *monendum tamen, nonnulla miro modo cum Philippi Mouskes narrationibus convenire. Quamvis non multum boni fructus pro rebus gestis cognoscendis ex his historiis capi possit, eo plura ad mores et consuetudines illius saeculi perspicienda faciunt, etiam quae populus Francogallicus de rebus magnatum mundi sibi narrabat novisse iuvabit, neque quisquam has historiolas plenas iucunditate, alacritate, spiritu sine magna delectatione leget.*

N. de Wailly, de his historiis meritissimus, auxilio omnium qui exstant codicum tam optimam editionem paravit, ut nihil facere potuimus nisi quae hic proponenda erant ex hac exscribere, rarissime tantum, ubi variae lectiones codicum id suadere videbantur, ab ea recedentes. Idem etiam de codicibus eorumque affinitate et derivatione egregie disseruit[3], *quae in brevius contrahentes hic repetimus, pauca quae nobis visa sunt addentes. Omnes qui exstant sex codices fluxerunt ex eodem exemplari (A) iam nonnullis lacunis et aliquot mendis vitiato. Ex hoc ipso descriptus est:*

A1) Codex Musei Britannici Mss. add. nr. 11753, *mbr. s. XIII. Reliqui vero omnes quinque codices derivati sunt ex exemplari deperdito (A*) post a.* 1295, *ut editor optime demonstravit*[4], *ex A descripto. Ex A* fluxerunt:*

A2) Codex Rothomagensis civit. O 53. *s. XIV.*

A3) Codex Parisiensis Franc. nr. 10149, *in quo demum s. XVI. exarato non modo formae verborum, sed etiam ipsa verba iam tunc non usitata mutata et sententiae alteratae sunt.*

Ex codice A derivatus est quoque codex B, in Hannonia, ut videtur, exaratus*[5], *in quo caput quo Iohannes de Avesnis exemplo Isengrini lupi illuditur et alia in eius odium dicta omissa, alia in eius et unus locus in Richardi regis Angliae laudem addita erant; menda et lacunae a librario aliquatenus sublata et expletae erant. Ex hoc codice fluxerunt:*

B1) Codex Bruxellensis, quem De Smet typis expressit, nec numero nec aetate codicis notatis.

B2) Codex Parisiensis Franc. nr. 24430, *s. XIV, ex quo solo L. Paris editionem suam paravit.*

B3) Codex Musei Britannici Mss. add. 7103, *cuius apographum recens Parisiense Franc. nr.* 13566. *ab editore in SS. R. Gall. t. XXII. in auxilium vocatum est. In duobus postremis codicibus multa a librariis addita et mutata sunt.*

1) Attamen monendum est, quod viro docto simplex credulitas primi editoris et aliorum, qui pulcherrimas fabellas pro veris vendebant, refellenda fuerit.

2) N. de Wailly quidem p. XXXVII sq. quaedam affert, quibus probet, librum Latinum auctori usui fuisse, sed haec non magni momenti et incerta mihi videntur. Sunt vero, ex quibus coniici possit, auctorem Vinc. Bellov. Spec. hist. (vel etiam Cont. — 1226. versionis Francogallicae historiae regum Franciae a. 1214, SS. R. Gall. XVII, p. 431) legisse. Cf. praesertim Merlini prophetiam de Ludovico VIII. Montpensier mortuo ab utroque laudatam.

3) 'Recueil des notices et extraits des manuscrits' XXIV, 2, p. 289 sqq. et in praefatione editionis p. XVII sqq.

4) p. XXXIII. edit. Nam § 355. cod. A 1 praebet: *Et sachiez de voir que celle damoisele que li rois de France prist a famme ot a non Marguerite, qui mout* **est** *bonne dame et sage et* **a** *dou roi huit enfanz;* reliqui codices extrema verba sic mutaverunt: *qui mout* **fu** *bonne dame et sage et* **ot** (vel **eut**) *dou roi huit enfanz.* Margaretha regina vero demum a. 1295. obiit.

5) Cum de Wailly p. XXV. non quidem contendat, sed tamen, falsa sua coniectura migrantis minstrelli seductus, suspicetur, auctorem ipsum in Angliam et Hanноniam profecturum, ut ibi historias decantaret, haec mutasse, obliviscitur quod ipse demonstraverat, codicem B post a. 1295. exaratum et iam multis mendis et lacunis maculatum fuisse. Mirum sane, si auctor ipse opus suum sic deformasset. Immo codex B a vel pro quodam Hannoniensi, quem comitatum Avesnenses possidebant, exaratus est, quod etiam permultis formis verborum dialecti Hannoniensis omnibus codicibus recensionis B communibus probatur.

In codicibus A nulla divisio capitum invenitur, quae quidem in codicibus B, sed in quoque diversa, instituta est, nam B 1 142, B 2 32, B 3 54 capitula praebent, quorum rubricas annotare noluimus, sed divisionem capitum et paragraphorum a N. de Wailly institutam retinuimus. Hic editor illas formas et rationem verborum scribendorum induxit, quas in registris scabinorum Remensium s. XIII. invenit, quae haud raro cum formis codicis A 1 bene conveniebant[1]*. Non nostrum est diiudicare, num hoc laudandum sit in editione libri, de cuius auctore nihil fere constat; immo maximas gratias agimus viro doctissimo, ex cuius editione optime parata excerpta nostra describere potuimus. Etiam quae ipse de rebus narratis commentatus est, nobis bono usui fuisse, grato animo profitemur. His quoque fragmentis V. Cl. A. Tobler emendatricem manum admovere voluit.*

Denique monendum est, multa ex his historiis exscripta esse in Chronica Flandrensi[2] *a. 1342. vulgari sermone composita, et, ut de Wailly p. XV. statuit, a Petro Cochon scriptore Normannico s. XV*[3]*.*

O. Holder-Egger.

VIII.

50. Ci[a] vous lairons esteir dou roi Guion et de la roïne — que[b] Dieus gart! — qui mout avoient a souffrir; si vous dirons de l'apostole Lucie[c,4] qui lors estoit, qui avoit eü
1187. letres dou patriarche[d], que la terre d'outre meir estoit toute[e] perdue a[f] reis de Sur. Si en fu mout meüz[g] et envoia maintenant un legat en France et un en Engleterre et un en Alemaingne et en[h] toutes les terres desouz[i] la loi de Rome pour preeschier des croiz. Li legat furent preudomme[k] et bon clerc et bien moustrerent[l] la besoingne Dieu[m], et li pueples fu devoz; si se croisierent enforciement[n]. 51. Li rois Phelipes[o] se croisa, li rois Richarz ausi[p], li cuens Phelipes de Flandres, li cuens Henriz de Champaingne, li cuens de Blois[5] et mout d'autre baron qui ne sont mie nommei en mon ditier[q,6]. . . . . .

IX.

. . . .

1191. 60. Li rois Richarz ot mout le cuer enflei dou roi Phelipe, qui avoit l'oneur d'Acre; si le commença[r] mout a haïr et meismement pour l'ochoison de son pere[7]. Et pourchaça tant par ses dons, que li rois fu enherbeiz[8]; mais Dieu merci li enherbemenz ne fu[s] mie a mort. Quant li rois Richarz vit qu'il ot failli, si traist[t] au conte[u] de Flandres et au conte de Champaingne et au conte de Blois, et tant leur donna de ses esterlins, qu'il jurerent sa[v] mort; et[w] avoient[x] traitie, comment il receveroit mort[y]. Mais Dieus, qui n'oublie mie les siens, envoia une maladie au conte Phelipe dont il mourut. Et quant il se senti agreveiz, si manda le roi Phelipe son filleul[z] et li dist[a]: 61. 'Biaus filleus, faites penre une corde et si me la faites metre ou[b] col et me faites traïneir par toutes les rues d'Acre, car je l'ai bien deservi'. Quant li rois l'oï ainsi parleir, si cuida, qu'il ne fust mie en son sens, et li dist: 'Biaus parrins, que est ce que vous dites'? 'En non Dieu[c], je sai bien que je di. Sachiez de voir,

a) Atant *B* 2. b) q. D. g. *des. A* 3. c) Lucien *A* 2. 3. *B* 1; Lucre *B* 3. d) de Jherusalem *add. B* 2. e) *deest B* 1; toute la t. d'out. m. e. p. *B* 2. f) fors S. *A* 2. 3. *B*. g) esmerveille *A* 3; esmeus si e. *B* 1; dolans *B* 2. h) par *B* 2. i) desor *A* 1; desour *A* 2. k) bons preudhomes lesquelz estoient grans clercs *A* 3 l) moustr. — si se *des. B* m) b. au peuple *A* 3. n) efforc. *A* 2. *B* 3; mout efforchiement *B* 1. o) rois des Franchois *add. B* 3. p) rois des Engles se croisa *B* 3. q) m. ci (chi) nomme *A* 3. *B*. r) prist fortement a h. *B* 2. s) les enherbemens ne le prindrent pas jusques a la m. *A* 3. t) vait *A* 1; se tr. *B* 1. 3. u) Phelippon *add. B* 1. v) le m. le roi *B* 2; la m. au roi Phelippe *B* 3. w) et — mort *des. B* 1. x) devoient traitier *A* 2. 3; et traitierent *B* 2. 3. y) il en ouveroient *B* 2. 3. z) k'il venist a lui *add. B* 2. a) quant il fu venus *add. B* 2. b) entour le *B* 2. c) dist le conte *add. A* 3; dist il *add. B*.

1) V. quae de hac re disseruit in 'Mémoires de l'acad. des inscr.' XXVIII, 2, p. 287 sqq. 2) 'Istore et Croniques de Flandres' ed. Kervyn de Lettenhove. Bruxelles 1879. De Wailly p. XIV. quidem opinatur, auctores Remensem et Flandrensem ex communi fonte hausisse; sed errat, cum compluria capita ad verbum fere, paulo abbreviata, in Chron. Flandr. exscripta sint, ut narratio obsidionis Avinionensis a. 1226; alia quidem aliis fontibus accitis mutata sunt a Flandrensi. 3) Ed. Ch. de Robillard de Beaurepaire. Rouen 1880. 4) Cum a. 1187. Terra Sancta a Salahadino caperetur, iam non Lucius, sed Clemens III. sedebat. 5) Theobaldus V. 6) i. e. dictario, scripto. 7) De cuius obitu supra § 25. auctor fabulosa recitavit. 8) Will. Brito, Philip. IV, 270, dicit, rumorem de veneno regi dato tunc ortum esse, sed nullum auctorem nominat. Vix monendum est, totam narrationem multum a vero abesse. Cum nostri vero plerisque conveniunt quae Phil. Mouskes v. 19634 sqq. narrat.

biaus[a] filleus, que je ai vostre mort juree, et je et li cuens Henri vostre nies[b.1] et li cuens 1191.
de Blois. Et bien sachiez[c], se[d] vous n'en aleiz errammeut de[e] ci, vous estes morz[f] et traïz'. 'He!' dist li rois, 'biaus parrins, pourquoi vous i acordastes vous'? 'En non Dieu[g], biaus filleus[h], il m'eüssent[i] ocis'.

63. . . . . . . Atant retourna[k] li cuens Henriz[l] en Acre et vint au roi Richart et li dist: 'Sire, nous soumes honni et destruit; car li rois s'en va en France et bien set par le conte Phelipe que nous avons traitie[m]; et bien sachiez, qu'il nous destruira touz[n]'. Lors fut mandeiz li cuens de Blois, et prisent conseil qu'il iroient parleir au conte Phelipe. 64. Et[o] en ces paroles on leur aporta nouveles, que li cuens estoit morz; et[p] lors furent trop esbaubi. Li cors[q] fu atourneiz[r] et aporteiz a l'eglise et ot son eseque[s.2] teil comme il aferoit[t] a si grant seigneur, et fu enfouiz en l'atre[u] Saint Nicholas[3]. . . . . . .

65. Adonc fist li rois Richarz atourneir ses neis et monta sour meir, et s'adreça[v] au 1192.
mieuz qu'il pot[w] vers Alemaingne et prist port; et s'en ala par terre a privee mesnie, et tant erra qu'il vint en Osteriche, et fu espiëz et conneüz. Quant il se[x] perçut, si prist la robe a un garçon et se mist en la cuisine a tourneir les chapons[4]. Une espie[y] l'ala conteir au duc, et quant li dus le sot, si envoia tant[z] de chevaliers et[a] de mesnie, que la force en fu leur[b]. Et fu pris li rois et envoiez en un fort chastel, et toute sa mesnie en un autre; et fu[c] meneiz li rois de chastel en chastel, que[d] nus n'en sot nouveles, neis cil qui le gardoient, fors li dus seulement.

. . . .

XI. 1191.

ter[2] ac fideliorem promotorem negociorum pre ceteris tunc reputatum, in regno[c] Francie, Provinciam et Guasconiam ac partes circumadiacentes transmisisset super re tam ardua modificanda debite inter partes, tandem, eodem notario, qui per quatuordecim annos et amplius pro tanta ordinatione et consummatione huius negocii missus ab ecclesia laboravit, et fecit ordinationem ipsam fideliter, utiliter et prudenter, iuxta formam sibi ab ecclesia traditam, procurante, factus idem comes, ut prius tetigeram, de voluntate summi pontificis et assensu quorumlibet, alme Urbis senator, 1264.

10. Quod senator factus vicarium misit in urbem.

vicarium in Urbem providum et sapientem virum Iacobum Gantelini[3] de partibus Provincie destinavit, ut exerceret ibi loco et vice sua senatorie potestatis agenda, donec ipse personaliter adveniret. Verum quia in insignibus personis procinctum itineris plerumque latitudo ipsa retardat, quia quanto quis altior tanto eum tangunt plurium necessaria parandorum, maxime cum ardua quevis agreditur a remotis, presertim cum regni Francie ecclesie[d] prius de porrigendis eidem comiti iuxta ordinationem predicti notarii decimis omnium proventuum ecclesiasticorum, de speciali sedis apostolice mandato factam, pro expensis, sine quibus illustris idem comes venire non assumpserat, ducte[e] spiritu voluntario rebellarent, necessario tempus, quo ab ecclesia desiderabiliter expectabatur, licet eciam venire sacramento teneretur, excessit apparendi corporaliter apud Urbem. Interea iam, prout divine voluntati placuit, domino Urbano papa quarto ad patriam feliciter emigrante[4], cum sanc- 1264.
tissimus in Christo pater et dominus, dominus noster Clemens papa quartus ad regendam generalem ecclesiam divina providencia feliciter succedens, pontificatus sui anno primo illas easdem conditiones, que per dictum magistrum Albertum prius habite cum eo fuerant et contracte ac ex parte ipsius comitis iuramento vallate[5] et sub bulla ex parte ecclesie concesse, per venerabilem patrem B[artholomeum], archiepiscopum tunc Cusentinum, nunc Messanensem[6], et magistrum Petrum notarium[7] suum eidem comiti et senatori transmisisset, sicut in litteris apostolicis super hoc editis, domini pape suorumque fratrum subscripcionibus eiusque bulla et suorum fratrum sigillis roboratis, plenius continetur[8], eodem comite et senatore ob dictarum expensarum denegationem adhuc venire non valente,

11. Qualiter quidam nobilium Romanorum vicarium perturbare ceperunt.

fautores Manfridi quondam principis subdola ingeniositate de tanta mora ipsius senatoris occasionem frivolam vendicantes, vicarium eundem, qui iam aliquandiu inter ipsos manserat, diversis ceperunt adversitatibus perturbare; qui tamen, sicut erat et animo probus et virtute non improbus, restitit eorum potencie viriliter et potenter. Nam quadam die hora prima Petrus Romani et filius Petri de Vico[9] et quidam alii nobiles Urbem proditorie subintrantes, ut videlicet eam[f] Manfredo traderent, in eum hostiliter irruere satagebant. Quod cum vir strenuus vicarius idem paulo ante presensisset, omissis agendis aliis, se suosque arma indui provide festinavit; sicque in occisores suos prius ipse tamquam leo suique velud agiles leopardi quasi ex preordinata divina providencia irruentes, quam plures ex eis ulciscentis divini iudicii gladio occiderunt aliosque non paucis plagis impositis effugarunt;

a) Carol *h. l. c.* b) fortē *c.* c) *ita c.* d) que *c.*; *cf. c.* 13; *fortasse quaedam desunt.* e) ducti *c.* f) eum *c.*

1) De quo cf. Schirrmacher, 'Die letzten Hohenstaufen' p. 413. 2) Cf. Raynaldi Ann. 1262, § 20. 3) De quo v. Schirrmacher p. 504. 4) Obiit d. Octob. 2. 5) Quod num re vera factum sit, non constat; Schirrmacher p. 235. 6) A. 1266—1272. 7) Cf. Potthast, Reg. nr. 19103. 8) Ibid. nr. 19038. 9) Petrus de Vico idem est qui Petrus Romani; cf. Schirrmacher p. 504.

12. Qualiter filius Petri de Vico submersus in Tyberim expiravit. filio Petri de Vico, cum locus pre formidine mortis minime appareret, ad quem confugeret super terram, flumen Tyberis in quadam navicula clanculo subintrante, ac ex ponderositate 1264. armorum, que indutus fuerat, navicula eversa, in ipso flumine miserabiliter suffocato[1].

13. Qualiter dominus Karolus comes et senator exposuit se pro ecclesia periculis marinis, qualiter querebant eum pirrate[a] Manfridi occidere, et qualiter inter procellas periculosas positus socios confortabat.

Interea siquidem, summo pontifice iuxta debitum satagente, cum ecclesie[b] regni Fran- 1265. cie, que prius, ut dictum est, de porrigendis tanto negocio expensis rebellarunt, in mandatis ut eas porrigerent accepissent, et comes ac senator duos a diversis diversos terminos sibi prefixos haberet, unum ab ecclesia, videlicet festum apostolorum Petri et Pauli apud almam Urbem principali negocio personaliter insistendi, alium ab alme Urbis universali senatu, festum scilicet pentecostes sub eodem nullo[c] proximo precedens, apud eandem Urbem ut senator corporaliter aparendi: venerabilem patrem dominum Symonem Sancte Cecilie presbiterum cardinalem, in partibus Francie plene legationis officio tunc fungentem[2], sagaciter requisivit, utrum ad posteriorem saltem terminum, scilicet festum apostolorum, in alma Urbe comparendi, posset ei, cum ad ipsum pertineret, in expensis necessariis providere; qui cum respondisset: 'Minime'; licet iuxta potestatem, quam ab ecclesia idem venerabilis legatus habebat, posset cum[d] eo de obmissione terminorum huiusmodi dispensare: volens tamen illustris idem ac industrius senator duos illos et diversos cohartatos, immo inconculcatos terminos sub una promptitudinis virtute concludere, voluit potius tam ad primum quam ad secundum terminum suam personam, non porrectis eciam expensis ab ecclesia, offerre sub suarum amminiculo expensarum quam sub detractorum dentibus utrumque vel saltem alterum terminum preterire. Et ita viginti tantum galeis[3], prout festinantius fieri potuit, congregatis, marinis dubiis eventibus in illius nomine qui ventis marique imperat, obmissis agendis aliis, contra multorum consilium se commisit. Cumque machinamento Manfredi quondam principis marine insidie[e], videlicet 60 galee plene piratis quererent in diversis maris partibus ad perdendum eum, licet divina protectio et tutela eripuerit eum ab insidiis formidabilibus eorundem, maiori tamen eos flatus ire Dei formidine affligebat, vento contrario, immo rapido vasa ipsorum, arbores et vela non sine metu morti quasi equiparabili rapiente. Cumque ipsi quoque naute remis abiectis se soli divine manui commisissent, comes ipse comites itineris infra ipsos coruscationum, fulgorum, tonitruorum tempestatumque tremores taliter confortabat: 'O karissimi socii, certi esse debetis, quod Deus sperantes in se nullatenus derelinquid. Hanc autem tempestatem nobis alia de causa non invexit, nisi ut probaret nos, si eam bono et constanti animo tolleramus, ad ipsius ecclesie sue servicia eo propicio et non aliter profecturi. Et si fortes animo nos invenerit, sicut veri milites esse debent, ducet nos ad portum salutis, ab inimicorum quoque positis insidiis defendendo. Confortamini igitur in Domino et corda debilia roborate, in illum 1 Reg. 2,6. figentes anchoram spei vestre, qui mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit, sanat et percutit, vulnerat et medetur'. Ex quibus verbis mirabiliter confortati, portui Hostie personis et rebus sani applicuere Deo propicio et illesi[4]. Statimque almam Urbem, prout Mai. 23. celerius fieri potuit, intrantes in vigilia pentecostes, sexaginta galearum pirraticarum insidias Sileeque[f] voraginis exiciales eventus sic Rectore celico evitarunt.

14. Qualiter oblocutores detrahebant comiti et senatori, non posse peragere quod promisit.

Licet oblocutores, maxime dicti Gibellini, partis videlicet adverse, lepra dampnabiliter percussi, in huiusmodi verba detractoria fallacia ora laxarent, quod, quia et morose venerat et absque equis, non videretur grata ecclesie ac promissa posse obsequia impertiri[g], maxime contra[h] fortem adversarium tamque divitem, sicut est Manfredus princeps Tarentinus, non a remotis partibus peregre profectum accipere sibi regnum et reverti, sicut iste

a) *ita c.* b) ecclesia *c.* c) *ita c.; sed locus certe corruptus, forte* millesimo, *quod pro* anno *poni Holder-Egger monuit.* d) *ita c.; fortasse* eum de. e) incidie *corr.* insidie *c.* f) *i. e.* Scylleae. g) impartiri *c.* h) contractam *corr.* contra *c.*

1) Cf. Saba Malaspina, Muratori SS. VIII, p. 811. 2) Potthast nr. 19039 sqq. 3) Alii alios numeros habent; Schirrmacher p. 511. 4) A. 1265, d. 21. Maii.

advena et inermis attemptare presumit, sed possessione diutina gaudentem, castris et copiis bellicis premunitum regnumque tamquam hereditarium possidentem. 1265.

15. Qualiter comes et senator medicis consulentibus de aliqua in thorum vocanda contradixit.

Volens autem Dominus huius secundi Karoli perfectionem cunctis regibus terre et principibus tradere in exemplum, tetigit eum infirmitate corporis, ut probaret. Cumque medici deliberato et diffinito consilio in hoc unanimiter concordassent, ut attraeret carni aliquam ad habendum[a], si curam adhiberi curaret, comes et senator cum non modicis suspiriis sic respondit: 'Cum ad corroborandum matrimonii sacramentum divina lege sit dictum: *Erunt duo in carne una*, absit, illustris regis Francorum filium carnem suam dividere tripertito et sic fidem et ritum ecclesie domumque propaginis Francorum regis casta generatione dirivatam ex caritate tam pulcra tam turpiter violare. Speciosius reputo, sancto ritu ecclesie ac honestate[a*] sanguinis observato mortem incurrere quam legem derelinquere Dei mei'. Et ita inducentibus eum sociis baronibus et amicis, mandavit[b] comitisse, ut veniat, ut per sanctimoniam thori matrimonialis consuleretur quantum ad bonum successionis regno Sicilie in hac parte et quantum ad bonum honestatis eciam propagini pulcre vitis.

16. Qualiter comitissa secuta est comitem.

Discreta, egregia et sapientissima domina Beatrix Andegavie, Provincie et Forcalquerii comitissa illustris, ponendo se ad dubios et formidabiles eventus, comite iubente, secuta est eum de Provincia in Urbem, marino similiter itinere[1] per multa pericula transeundo.

17. Vox stilographi.

Ecce igitur, novus iste Iosep sic domum Domini sui, te, o mater ecclesia, teque, o nostra vitis regia Gallicana, tuus surculus, castam pudicamque servavit! Ecce, nova ista speciosissima Iudith, pulcra facie pulcriorque fide, sic virtute castimonie caput illius luxuria debachati Olofernis precidit! Et ita, ecce, duo in carne una fide firmissima roborati, dixerunt huic monti Manfrido: 'Tollere, et mittaris in profundum maris'! Et quia non hesi- cf. Marc. 11, 23.
taverant, sed crediderant, quia quodcumque dixerunt foret, factum est illis. Isti sunt igitur duo olive et duo candelabra lucentia ante Dominum; quos quia castitas ornat, fides cf. Zach. 4, 11.
firmat, spes dat longanimes, ideo tu[c], pia mater ecclesia, porrectis uberibus tuis, quorum erant memores super vinum, eos in tuos constringe amplexus; nec mirum, si rectos decet cf. Cant. 1, 4.
collaudatio, quia recte diligunt te.

18. Ecce iterum detractio linguarum iniquarum.

Quamquam autem veniente comitissa cepissent tumidi oblocutionum fluctus aliquantisper quiescere, pro eo quod videbat quilibet, negocium istud ecclesie ipsum forti manu durandaque constantia suscepisse[d], qui cum tota domus sue familia ad eas partes transierat, in quibus negocium agebatur: quia tamen detractorum lingua non facile cessat adinvenire rimulas detrahendi, nisi humana[e] pravitate eam[f] limitaverit ad cessandum, ideo malignorum spirituum non expertes, ad[g] hec in verba perversa pariter erumpentes, dicebant, eum plus virtutis aliquatenus non habere, nec cum hac[h] modica rem tam arduam presumere attemptare. Et quia milicia ipsius, que per terram venire usque ad principium vel saltem finem Augusti dicebatur, in tantum veniendi terminum fuerat pretergressa, ut inundationes et autumnales[i] aquarum transitus peragrarent[k], in id ipsum eciam altioris[l] ceciderunt dubitationis, immo quasi desperationis obnubilum, ut videlicet senator ipse posset perficere repromissum. Unde et oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo.

19. Qualiter Gibellini clanculum volebant insurgere in eum, et qualiter eos pervigil discipavit.

Interea siquidem Manfridi condam principis, qui super defendenda scelesta et iniquissima parte sua nullatenus dormitabat, congregato fortissimo exercitu bene ad 15 milia

a) fidum *e corr. c.* a*) honestatis *c.* b) mandar̃ *c.* c) tua *c.* d) conc. *corr.* susc. *c.* e) hm̃a *vel* lim̃a *c.;* legitima *Ch.* f) cum *c.; sed locus certe corruptus.* g) sed? h) hec *c.* i) apetiniales *vel* apetimales *c.; quod ex* Apenniales *corruptum esse putare posses.* k) pregravarent *c.* l) alti mei *c.*

1) Minus recte alii eam terrestri itinere profectam esse narrant; v. Capasso p. 296 n.

1265. equitum armatorum, tam Sarracenorum quam aliorum, castrametatus est apud Cellas[a,1]; missis diversis imprecatoribus, ut discurrerent ad impetrandum Gibellinos tam de Florencia quam de aliis diversarum regionum partibus, numerosos in territorio Urbeventano clanculo congregarat, ut ipsi eis et 60 galearum armatis antetactis, cum in terram descenderent, preberent ad exterminandum hunc comitem et senatorem auxilium oportunum, ut videlicet, instructa contra eum milicia clamdestina, insultu eum percuterent tripertito. Quod cum Urbeventani comiti Karolo et senatori celeriter intimassent, comes ipse prout celerius potuit ad exterrendum, feriendum et discipandum eorundem presumptuosorum discursum, cum tribus milibus agilium armatorum Urbem personaliter exivit; de quibus mille armatos delectos premisit, ut eosdem Gibellinos quacumque hora pertingerent tamquam vulpeculas[b] percuterent fraudulentas, exercendo in eos rabiem crudelitatis insane, ut sic aliorum quoque Gibellinorum domi adhuc in suo cubili frementium formidolositas feriretur. Quo audito, Manfredus quondam princeps discursores suos celeriter revocavit. Et castrametatus in confinio territorii Urbis apud Tallacocium[2], mansit ibi cum toto exercitu suo circiter duos menses, et tandem premittens stabilitas[3] et machinas suas ad castrum Arsulis[4], ipse quoque cum exercitu suo secutus machinas et stabilitas easdem, castrametatus est ibidem. Gibellini autem in territorio Urbeventano congregati[c], cum ex studiosis speculatorum suorum vigiliis sensissent mille preelectos milites regios ad percutiendum eos sagaci studio destinatos, intempesta noctis se fuge remedio reddiderunt[5]. Et ita Manfredus ipse ac 60 galee auxilio Gibellinorum divina prius et postmodum devoti famuli sui Karoli comitis et senatoris providencia caruerunt; que etiam fatigate longo tempore recesserunt.. Et ita bonus ille pastor, qui posuit animam suam pro ovibus suis, carum suum Karolum ut pupillam oculi custodiens, lupum rapientem et dispergentem oves suas sic cum suis nocivis vulpeculis discipavit.

20. Qualiter per porrectionem veneni Manfridus volebat occulte stragem immittere in comitem et in suos.

Cumque Manfredus condam princeps, tracto quasi venenoso consilio ex viroso pectore patris sui Friderici condam imperatoris, illustrem Karolum comitem et suos socios et barones et amicos apud almam Urbem per porrectionem clanculo veneni occidere moliretur, illustris comes et sui videntes quosdam de sociis per talem porrectum calicem cruciari corpore et affligi, capto quodam huiusmodi poculi porrectore, ac per eum instructe mortis subornatione comperta, illesos se de cetero non parva custodia, custode Israel vigilante desuper, servaverunt.

21. Qualiter Manfredus comitem Karolum et suos inter ipsa Urbis menia percutere et exterminare clanculo ordinaverat.

Videns autem Manfredus quondam princeps, quod de partibus Francie gladius contra eum letalis exiliens ad perdendum eum suo capiti emineret, ac propter hoc se non tantum quominus[d], sed etiam eminus defensare deliberato consilio disposuit, ut cum subsidio amicorum suorum tam[e] Romanorum quam eciam de aliis terris et provinciis, suo eum exercitu infra ipsa alme Urbis menia coartaret, ibique irruens in eum et in suos, antequam milicia ipsius de partibus Francie veniret, exterminaret facilius universos. Quod cum comes ipse ac senator, prout Deus voluit, cognovisset, licet equos ac milites, quos omni hora venire prestolabatur, non haberet, sed nec pecuniam haberet, qua milites advoticios attraheret, universis tamen que habebant tam ipse quam sui in quibuscumque bonis ad emendos equos et arma expensis, missa milicia et stabilitis suis, fixit tentoria sua apud castrum Arsulis et abbaciam Farfensem, ut arceret vias, passus ac transitus ad Urbem, ne potencia Manfredi quondam principis alme Urbis propinquare valeret. Qui etiam duo castra tam firmiter premunivit, ut, licet Manfredi maxima multitudo non modicam in ipsius Karoli comitis et senatoris gente ibi fecerit lesionem, tamen virtus ipsius Manfredi ad Urbem nullatenus valuit propinquare; poeta cum ecclesia concordante: *Ars ut artem falleret, sic ars deluditur arte.* Certum est enim, quod, si providencia domini Karoli comitis et senatoris desuper contexta per totum, qua Manfredo hosti publico extra Urbem

a) tellas *c.; corr. Capasso.* b) vulpeculos *c.* c) congregat *c.* d) *i. e.* cominus. e) quam *c.*

1) Celle prope Tivoli intelligi videtur. 2) Tagliacozzo. 3) i. q. praesidia, Gallice 'establies'; Ducange VI, p. 341. 4) Arsoli. 5) Cf. Ann. Urbevet., SS. XIX, p. 270.

provide occurrit, in hac parte tepidior extitisset, invexisset ei tepor huiusmodi non modicam lesionem. 1265. Sed legerat sagax iste ac strenuus in divinis, quia: *Ego diligentes me diligo* Prov. 8, 17. *et qui mane*[a] *vigilaverint ad me, invenient*[b] *me.* Et ideo vigilanti sibi Dominus utique vigilavit, cum in iure dicatur vigilantibus[c] subvenire.

22. Qualiter rex in propria persona confregit insultum inimicorum et dispersit eosdem.

Notandum est autem, quod pervigil ac strenuus pro Dei ecclesia dimicator comes idem et senator, percepto quod Manfredus quondam princeps armatos suos quam plurimos miserat ad depopulandum fines territorii alme Urbis, precepit milicie sue in Urbe existenti, ut exirent et insane huius crudelitatis rabiem sub spe auxilii celici exterrerent. Verum antequam milicia ipsius ad exeundum se procingeret, comes ipse ferventem ac strenuum a defensione debita spiritum non relaxans, quadraginta tantum associatis sibi armatis, anticipando suam miliciam universam, Urbem in propria persona exivit, ac eosdem discursores depopulari volentes sic confregit, exterruit et fugavit, ut Urbs sancta nec in se nec in suis finibus receperit[d] quodvis penitus detrimentum. Unde videntes inimici in senatore miliciam, in milite audaciam, in audace strenuitatem, in strenuo sedulitatem, retraxerunt se animo consternati.

23. Nomina principum et baronum qui in partibus Francie ad predicationem domini legati crucem assumpserunt.

Interea siquidem dum hec agerentur, venerabilis pater dominus Symon Sancte Cecilie presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, contra Manfredum quondam principem, hostem publicum tam ecclesie quam fidei sancte sue, ac ipsius complices et fautores crucem in partibus Francie solemniter predicabat; ad cuius hedificativam predicationem de regno Francie primo venerabilis pater dominus Guido de Melloto episcopus Altisiodorensis[1], deinde dominus Robertus, primogenitus comitis Flandrie, Iohannes, primogenitus comitis Suessionensis, Bocardus comes Vindocinensis[e], Guido de Lavallo, Hugo dictus Archiepiscopus, Guido marescalcus Merapii[2], Henricus de Suliaco, Guillelmus et Petrus de Bello-monte cum suis fratribus, milites, item tota domus Belli-montis et plures alii[3] contra Manfredum condam principem et contra Sarracenos de Nuceria[f] et contra omnes alios eiusdem Manfredi excommunicati complices et fautores vivifice crucis vexillo suos humeros cum devocione non modica subdiderunt. Qui cum sensissent, illustrem comitem et senatorem iam in alma Urbe positum multimodis adversantium machinamentis, tam marinis quam terrenis periculis, tam veneno quam insultu patulo vel occulto, que instruebantur in suam suorumque personas perdere, attemptari[g], quia talis cohartatio succursum celerem requirebat nec sinebat se suo itineri spaciosius apparare[h], tam brêvi spacio iter arripuerunt, quod[i] ab inceptione predicationis crucis infra spacium circiter duorum mensium ab indicto loco, scilicet a Lugduno, recedentes, Ytaliam intraverunt.

24. Quod civitas Vercellensis prima omnium crucesignatis transitum impedire temptavit.

Ibique cum civitas Vercellensis eis se opponeret, ex adverso transitum precludere molientes, milites Christi, tamquam de thesauro dominico venti producti, insultus in eos tam cf. Ier. 51, 16. terribiles pretenderunt tamque letales, quod resistere non posse videntes eos transire libenter permiserunt.

25. Deinde etiam castrum Vinarli per violenciam ceperunt.

Deinde etiam castrum Vynarli in districtu Novariensi constructum, quod eis pro fiducia fortitudinis sue presumebat transitum impedire, per violenciam ceperunt cum eiusdem castri hominum periculo non paucorum.

26. Qualiter per Mediolanum per potenciam transierunt, illis tepentibus a promisso.

Mediolanensis autem civitas eique adherentes, licet promisissent domino Karolo comiti, ut milicie sue per ipsos transeunti amicabilem et securissimum darent transitum et con-

a) in me *c.* b) invenient me *corr.* venient *c.* c) U ... utique *add. sed del. c.* d) recepit *c.* e) Vidoc. *c.* f) Nuteria *c.* g) acceptari *c.* h) apparere *c.* i) nec *c.*

1) De quo v. Gesta episcoporum Autisiod. infra, p. 584 sq. 2) Mirepoix. 3) Cf. catalogum militum quem ex actis archivi Neapolitani confecit Papon, 'Histoire de Provence' III, p. 1 sqq.

1265 ductum; quia tamen, milicia ipsa usque ad eos veniente ac petente transitum iam promissum, promissionem simul et responsum finale de die in diem prorogantes, eorum transitum per 11 dies importunitate improba retardarunt[1]: ideo dicta milicia maliciam eorum exterrere satagens, docensque eos iuxta honestissimum statum ritumque Francorum reddere[a], quo quis novit transivit, per eos non exhibita verumptamen facultate.

27. De Pelavisino[b] et Brixiensibus simul.

Postquam autem milites Christi districtum Mediolanensium transierunt exitu strenuo innocivo, Pelavisinus, qui se vocabat vicarium imperii per Lombardiam, quique antea tumide ac superbe, immo temeraria presumptione scripserat illustri regi Francorum, partim rogando eum, partim etiam comminando, ut induceret fratrem suum illustrem Karolum comitem, ut contra invictissimum Manfredum regem, filium illustris Friderici divi quondam imperatoris Romanorum, tam arduum negocium non agrediretur[c], in quo facile confundi posset et nullatenus honorari, sed pocius desisteret, alioquin ipse Pelavicinus hoc sustinere non posset, sed opponeret se sibi cum octingentis milibus[d] armatorum, de quibus octuaginta milia essent cum equis faleratis, armis militaribus resplendentes: ecce apud Suchinum[2] satis magnam, non tamen ad summam qua se iactaverat, sed infra, armatorum multitudinem congregarat. Insuper se cum Brixiensibus adunavit, ubi eciam magna milicia congregata moliebatur resistere tam cum illis quam cum suis milicie transeunti. Verum, quia milicia Gallicana, que inter[e] inimicos 9 dierum moram traxit, inter alia castra fortissima debellata per eos cum resistentium ubilibet detrimento et capta, castrum[f] eciam Capreoli[3], quod ab omnibus inexpugnabile reputabatur, ceperant per violencie bellice gloriam et triumphum: Brixienses de huiusmodi eorum gloria stupefacti et quasi extra se positi, se ipsis opponere nullatenus presumpserunt[4], quamvis civitatem suam fossatis et aliis munimentis novis, ut transitui Gallice multitudinis obstarent, sollicite roborassent.

28. Hic summus pontifex nobilem virum dominum Gaufredum de Bello-monte, capellanum suum, cancellarium Baiocensem, eiusdem Karoli comitis et senatoris familiarem et consiliarium, cum plene legationis officio misit in occursum pariter et succursum milicie Gallicane crucesignate per loca fortia et dubitabilia, per multos Gibellinos et per quam plures alios adversarios transeunti.

Interea siquidem summus pontifex, intellecto quod milicia carissimi filii sui domini Karoli comitis et senatoris ad servicium ecclesie quam plurimum oportunum devotissime festinaret, iis in occursum pariterque transeundi succursum virum nobilem, providum et in omnibus circumspectum cum plene legationis officio transmisit, scilicet dominum Gaufredum de Bello-monte, capellanum suum, cancellarium Baiocensem, eiusdem Karoli comitis familiarem et consiliarium[5]; qui cum apud Mantuam constitutus circa noctem audivisset, dictam miliciam non ex civitatum castrorumve amicicia seu favore liberali, sed per adversitatem transire, continuo ad occurrendum eis celeriter itineri cepto se reddidit, et per totam noctem strenue ac vivaciter cum tribus milibus equitum armatorum equitando, tandem die facto apud castrum Montis-clari[6] eos invenit; statimque castrum ipsum, quod ab eis obsidebatur, fecit viriliter debellari capique violenter.

29. Qualiter dominus legatus prenominatus Gaufredus per predicationem crucis magnum subsidium ecclesie acquisivit.

Cum autem legatus idem dominus Gaufredus ad subsidium ecclesie contra Manfredum quondam principem et suos complices crucem solempniter predicasset, non modicum de Bononia, Ferraria, Mantua et aliis comitatibus, de provinciis quoque Lombardie, Romaniole ac Marchie Trivisane et de aliis partibus crucesignatorum subsidium acquisivit, quos et apud Mantuam corporali et sociali presencia providus adunavit.

30. Qualiter legatus iste metum intulit Pelavisino[g].

Pelavisinus autem, audito quod iste legatus magno crucesignatorum subsidio acquisito volebat eum et magnam eius multitudinem armatorum, si ad subsidium Brisiensium se

a) redder̄ *c., quod emendationem poscere videtur.* b) Pelasino *c.* c) *ita c.* d) militibus *c.* e) intra *c.* f) castra *c.* g) Palav. *c.*

1) *Mora enim ibi facta per* 10 *dies* Ann. Plac. Gib., SS. XVIII, p. 515. 2) Soncino ad Oglio flumen. 3) Capriolo; cf. Ann. Plac. l. l. 4) Cf. Ann. Parm. ib. p. 679. 5) Cf. Capasso nr. 495. 6) Montechiaro.

transferrent, a tergo percutere, timore prius quam insultu percussus, non presumpsit 1265. transeunti Gallicorum multitudini aliquatenus obviare. Sicque legatus ipse transitum eorum, ad quos missus fuerat, ante civitatem Brixiensem tali metu prestito victoriosissimum faciendo illesum, fecit totum exercitum ecclesie pertransire, quamvis esset ibi multitudo inimicorum innumerabilis congregata; et ita devictis civitatibus et castris, que sibi transeundi aditum tam per Lombardiam quam per alias regiones denegare volebant, quibusdam ex eis ignominiose confusis, quibusdam vero in personis lesis graviter, et aliis interemptis, transierunt numerose acies exercituum eiusdem illustris comitis et senatoris continuis pacatisque dietis in Urbem ad domini sui presenciam cum triumpho, fractis adversariorum brachiis magnifica Gallicorum, dum adhuc in veniendo essent, gloria et honore; Palavicino, qui eos iussu domini sui Manfredi quondam principis impedire potencialiter proponebat, cum videret validissimo vento turbinis minui sicut cinis, ducto meliore consilio cf. Ezech. 1, 4. pavoris pariter et horroris, se celice virtuti obicere nullatenus presumente.

31. Qualiter illustris Karolus comes et senator unctus est in regem Sicilie et eius consors domina Beatrix comitissa in reginam.

Collectis siquidem viribus suis apud almam Urbem, clarus Karolus comes et senator, 1266. unctus alma Urbe in illustrem regem Sicilie, uncta[a] quoque comitissa in illustrem reginam Sicilie per[1] venerabiles patres dominum Radulphum episcopum Albanensem, dominum Ancherium tituli[b] Sancte Praxedis, dominum Hanibaldum tituli[b] Duodecim Apostolorum presbiteros, dominum Ricardum Sancti Angeli, dominum Gothofredum Sancti Georgii ad Velum-aureum, dominum Matheum Sancte Marie[b] in porticu[c] dyaconos sacrosancte Romane ecclesie cardinales, a summo pontifice ad hoc missos, vix octo dies sustinere poterat, quin ad Dei prelium pugil ecclesie festinaret.

32. Quod Roccam-arcis rex obtinuit primo loco.

Quamquam autem tum magna exercituum multitudo a longinquis partibus venientes sumptus quos domi acceperant expendissent tam longo itinere universos, credentes apud Urbem sub domini Karoli illustris regis Sicilie senatoria promptam pecuniam invenire vel saltem nomine mutui contrahere a Romanis: ecce tamen, ut volebat non valente eis manum in hoc subsidiosam tunc porrigere, versucia Manfredi quondam principis sic mercatorum omnium, pecuniam suam ipsis quovis modo concederent, precluserat voluntates, ut in ipsa quoque Urbe milites Christi non modicam in hac parte pati penuriam sint[d] coacti. Nihilominus tamen 14. die post coronationem suam illustris rex suusque exercitus egressi ab alma Ian. 20. Urbe, 8. die[2] post egressum suum apud quandam arcem Roccam-arcis[3] vulgariter appellatam, quam Manfridus quondam princeps mundo etiam inexpugnabilem iudicabat[e], castra metati, ceperunt eam, licet ex inedia fracti, per violenciam et per bellum, faciente Deo primum milicie sue passum notabiliter tam venustum.

33. Qualiter secundo loco Sanctum Germanum et Roccam Ianule[f] obtinuit.

Deinde rex illustris cum suo exercitu ad Sanctum Germanum proficiscentes, missos a Manfrido quondam principe ad obversandum fortissimum illum transitum, qui est ibi, circiter 4 milia equites ac sex milia Sarracenos pedites invenerunt, diversis et splendidis armorum generibus consplendentes, preter armatos alios de castro Sancti Germani et de abbacia Sancti Benedicti de Monte Casino et de Rocca Ianule numerosos; et licet rex illustris inire bellum cum eis in die cinerum et non ante firmissimo proposito statuisset; et illi per subornatam fraudem, sicut postea scitum extitit, in nocte ipsam diem cinerum immediate pre- Febr. 9/10. cedente regis exercitum furtivo insultu percurrere statuissent: quia tamen qui custodit Ierusalem[g] non dormitat neque dormit, immisit divina provisio cordibus quorundam nobi- cf. Ps. 120, 4. lium militum de societate domini regis, scilicet comitis Vindocinensis[h], Petri de Bello-monte et Hugonis de Bauchaio, qui ex ardore belli contra etiam mandatum regium die Martis diem cinerum sine medio precedente contra Sarracenos Manfredi, qui locum quendam qui Sanctus

a) vuncta *c.* b) *e corr. c.* c) portu *c.* d) s? (sunt) *c.* e) ind. *c.* f) *ita Capasso;* Iavule *ed.* g) *fort.* Israel *ex loco Psalmorum legendum est.* h) Vindeciensis *c.*

1) Cf. Clementis IV. bullam, Potthast nr. 19496; cf. 19514; et cardinalium chartam Capasso nr. 504. 2) 'Vel eum memoria fefellit vel vox *octavodecimo* pro *octavo* reponenda est, ita ut Roccam-arcis se Carolo die 7. m. Febr. dedidisse credi possit'. Capasso p. 302, n. 3) Rocca d'Arce.

1266. Petrus[1] et Worlacium[1] iuxta eundem locum vocabatur, preoccupatum tenebant, ceperunt militariter experiri. Quod cum vidissent alii de regis exercitu et accurrerent iuvari, tandem sintilla modica paulisper sic in maiorem flammam adulta, quasi totus exercitus regius, quamvis rege revocante, ad eorum auxilium ardentissimo animo festinabant, ignem[a] hunc belli sic igne sancti Spiritus succendente[b], rege tamen non valente suos ab impetu belli aliquatenus revocare. Sed tandem divine pocius voluntati annuendo precipiente, quod indifferenter omnes inimicorum insultui obviarent, sicut divina disposicio[c] preordinaverat occulto iudicio alioque consilio moderans universa, dictum locum, quem Sarraceni occupaverant et tenebant, ceperunt Gallici per violencie Gallice gloriam et triumphum, cadentibus in illo prelio de parte Manfredi quondam principis mille quingentis armatis et amplius, aliis quoque ex hac inopinata et gloriosa victoria stupefactis ac[d] animo usque ad reddendi
Ps. 93, 11. se consilium consternatis. Et ita cum sciat Dominus, cogitationes hominum quoniam vane sunt, illis, qui furtivum insultum in illustrem regem et in suos facere constituerant, eadem
Febr. 10. nocte fugientibus et dispersis, rex ipse in die cinerum[2] in Sancto Germano, loco videlicet munitissimo, non bellum, ut credebat, sed pacem invenit, cum bellum plerumque causa sit pacis, sic divina manu celitus celebratam.

34. De Rocca Ianule[e].

Rocce quoque Ianule[e] detentores cum vidissent occisos tot fautores[f] partis sue burgumque captum Sanctumque Germanum contra omnem superbiam Manfredi quondam principis suorumque complicium victorialiter obtentum[g] miliciamque regiam copiis bellicis promptam, paratam et instructam ad Roccam Ianule destruendam, regie se clemencie reddiderunt; videntes, quod, licet Rocca Ianule esset inexpugnabilis pre immensa fortitudine, quia tamen Deus formidabilis est, omni[h] fortitudine corruat, cedendum Excelsi dextere censue-
cf. Ps 76, 11. runt seque victoriali manui reddiderunt spiritu consilii melioris.

35. Qualiter castrum Montis Casini rex obtinuit obtentumque cenobio beati Benedicti restituit.

Locus autem cenobii Sancti Benedicti principalis in Monte Casino excelso et fortissimo quondam sub observancia regulari ad plangenda mundi huius et immundi peccamina sanctorum virorum collegio complantatus, cum per Manfridum quondam principem patremque suum prius ad prophanos usus redactus teneretur, ob immensam sui fortitudinem a suis satellitibus occupatus, illustris rex Karolus, volens in eo menibus[i] superne Ierusalem in hac parte consuli ex condigno, misso exercitu locum illum munitissimum de manibus inimicorum belli forcia recepit receptumque cenobio beati Benedicti ad exercenda ibi spiritualia restituit antedicto[k].

36. Qualiter 32 castra obtenta restituit cenobio eidem.

Que omnia circa Sanctum Germanum iusto Dei iudicio brevissimo tempore, scilicet 4 dierum spacio, facta divinitus et perfecta, cum circumadiacentia castra 32 numero sensissent, que quondam ad cenobium predictum pertinentia per Manfridum et patrem suum fuerant contra iusticiam occupata, continuo se illustri regi predicto tamquam propugnatori celico cum non modico tripudio reddiderunt; qui etiam eadem castra predicto cenobio, cuius fuerant, de plano restituit universa; aliorum quoque locorum capitanei et persone cesaris[l] hostium ecclesie clemenciam implorare anticipacionibus mutuis confluebant.

37. Hic versus Capuam direxit rex gressus suos.

Verum, quia Manfridus quondam princeps apud Capuam illustri regi statuit obviare, rex prout celerius potuit dirigere gressus suos versus Capuam in illius nomine cuius agebat negocium properavit; subiugatis sic et per eum ecclesie quecumque consistunt inter Sanctum Germanum et Capuam universis.

a) ingūē *c.* b) succedente *c ?* c) disposicione *c.* d) acario *c.* (ac aīo *male legit librarius*). e) Iauuele *bis c.* f) fautoribus *c.* g) obtentam *c.* h) *ita e corr. c; locus certe corruptus.* i) bus *e corr. al. m. c.* k) ante dicte *c.* l) *verbum corruptum vel quaedam deesse putarim.*

1) Casini olim amphitheatrum intelligit Capasso p. 303, n. 1; idem quod ab Erchemperto c. 40. 41 (SS. Lang. p. 250; cf. Cat. com. Capuae, ib. p. 499) Berelais dicitur; cf. locum ibid. n. 6. allatum: *Homines Sancti Germani cum gente Manfredi, que erat ibi in maxima quantitate, opposuerunt se regi et muniverunt antiqualias que sunt extra Sanctum Germanum valde fortes.* 2) De hac temporis nota cf. Schirrmacher p. 527. — Iustitiarium regis die 10, ipsum regem d. 11. Febr. S. Germanum intrasse, in charta narratur, Capasso p. 304, n.

38. Hic Manfridus vadum Vulturni[a] fluminis observavit[b]. 1266.

Manfridus autem quondam princeps Tarentinus cum apud Capuam promissum sic[c] Grecorum, Turcorum et Teutonicorum subsidium non modicum expectaret, cepit vadum fluminis Capuani[d], Vulturnus vulgariter appellati, quasi provide observare non modico tempore, [ne[e]] per pontem vel quovis modo alio super eum et super Capuam posset regis exercitus pertransire.

39. De ponte Capuano, de turribus eius; et de ymagine Frederici, et de versiculis ibidem sculptis.

Hic est pons, in cuius capite pater Manfridi Fridericus, cum quondam imperatorio statu gauderet, duas turres mire magnitudinis, fortitudinis et pulcritudinis, expensis in ea re hedificiis viginti milibus unciarum auri purissimi, construxit ibique suam ymaginem in eternam et immortalem memoriam sculpi fecit, extensis brachiis duobusque digitis, quasi os tumide comminacionis versiculos intonantem, quia etiam ibidem ad metum transeuntium ac eorum quibus recitantur[f] sunt consculpti.

Versus: *Cesaris imperio regni concordia fio,*
Quam miseros facio quos variare scio;
Intrent securi qui querunt vivere puri,
Infidus excludi timeat vel carcere trudi.

40. Qualiter Manfridus quondam princeps volebat Capuam igni comburere et delere, et qualiter Deus liberavit.

Cum autem Manfridus quondam princeps deliberato consilio statuisset, ut, melioribus Capuane civitatis in vinculis abductis[g], aliis quoque omnibus interemptis per eum, ipsam civitatem igni combureret, reputans minus malum fore deleri eam per eum quam casu aliquo per inimicum occupari, cum Capua sit caput Apulie satque famosissima civitas, tam in regalibus quam aliis libris autenticis magno et eleganti nomine honestata, divina provisione factum creditur, immissum esse cordi regis Karoli de supernis, adherendum esse salubri venatorum exemplo in hac parte, qui, quia desiderant apprehendere feram sive bestiam, quam venantur, sive per insecutionis vestigia sive transitum[h] bestie per ingeniosas insidias observando, student magno presidio[i] iungi: consimiliter eciam personam Manfridi ubicumque esse percepit agredi festinavit, dilationibus omnibus, quantum in eo fuerat, pretermissis. Et ita rex ipse — spiritum Dei previum consequitur eciam spiritus[k] consilii — huiusmodi cf. Es. 11, 2. actus disposuit, ut Capuam vallaret[l] Manfridumque in ea. Cumque adhuc a Capua longe positus consilio commisisset, ex qua parte Capuam expugnaret, sapientum consilio visum fuit, non ex ea parte, qua dictus fluvius, muri et turres fortitudinem[m] ei dabant, expendere vires suas, sed a parte altera facilius experiri[n]. Unde cum movisset castra sua, ut, quamvis amplum circuitum faciendo Capuam a parte altera facilius auxiliante Domino expugnaret, iter faciens, Thelesium[1] pervenit. Manfridus autem quondam princeps ut audivit, quod rex Karolus dimiserat rectam viam Capuam veniendi, et quod circuitum faciendo volebat Capuam et ipsum in ea parte altera facilius obsidere, totus metui ac stupori deditus, dixit: 'Si hostem nostrum hic apud Capuam expectamus, comprehendet nos utique universos, cum vires nostre nondum venerint expectate. Melius est igitur, ut adeamus locum aliquem tutiorem, ubi vel succursum securius expectemus aut eius impetui[o] liberius et spaciosius obviemus'. Unde properavit preter velle cum festinancia non modica Beneventum adire, et ita Capuam eiusque meliores liberavit Dominus et pauperes a potente.

41. Qualiter Capua, Neapolis et alie civitates veniebant ad implorandum regis clemenciam cum tremore.

Cumque civitates et castra regionis eiusdem brachium ecclesie per ministerium regium et egregium confortari viderent, adeo ut virtus celica quasi de novo intonuerit ecclesie istud victorie timpanum: *Observa igitur et audi vocem meam, et inimicus ero inimicis tuis, et affligentes te affligam, et precedet te angelus meus:* Exod 23, 21–23. primo civitas Capuana et Neapolitana, postmodum alie quoque civitates et castra ad magnifici regis imperium tamquam ad leonis

a) Vulturini *c.* b) vit *e corr. al. m. c.* c) sibi? d) Capuam *c.* e) *deest c.* f) recitant *c.* g) adductis *c.* h) per tr. *c.* i) *e corr. al. m. c.* k) spiritum *c.* l) valeret *al. m. corr.* vallaret *c.* m) fortitudine *c.* n) expugnari *post corr.* experiri *c.* o) impetu *c.*

1) Telese.

1266. rugitum timorem omnibus inferentem, tracta quasi quodam metus horrorisve funiculo, veniebant ad implorandum regis clemenciam cum reverencia et tremore.

42. Quam manifeste dirigebat Dominus gressus regis.

Rex autem, audito Manfridi quondam principis versus Beneventum profectu[a], cum Thelesium, sicut dictum est[1], pervenisset captoque consilio statuisset, ut prius totam terram Laboris reflecteret et postmodum Manfridum quondam principem fortius insequeretur, esurie militum pane terre sterilis saturata, volens Deus, qui Moysi quondam in nube loquebatur, loqui nunc caro suo Karolo in elementis, flumen, quod ibi transire habebant, tanta fecit eadem nocte inundationis rabie intumesci, ut ipsa nox[b] aquarum multarum quasi quodam terribili rugitu tonare videretur, non placere Domino ordinem hunc servari, sed exterminato prius Manfrido, regnum deinde peragrare[c]; et ita orto[d] divino ortamine[d] inundationis[d] huiusmodi, rex eo properantius duce Christo hostem insequi publicum est directus, quo animi erat ei penes consilium sapientum, quietem sibi non dare, sed ad prelium perurgere.

43. Qualiter decanus Meldensis omnibus de regis exercitu corpus et sanguinem Christi dedit, et episcopus Altisiodorensis ante congressum absolvit eos ab omnibus nexibus peccatorum.

Cum autem castra sua rex mutato consilio versus Beneventum proficisci movisset, ac nobiles viri constabularius et marescalcus preambuli ad octo miliaria, ubi castra metaretur exercitus, tentoria iam fixissent, rex postmodum superveniens fixa eorum tentoria relaxavit; ut ad Beneventum descenderent e vicino, sex miliaria diete superaddidit illo die. Cum castra regia, sex miliaribus peractis, sua ibi tentoria fixissent, et rex illustris, salutaribus monitis prehabitis, precepisset, ut unusquisque Dei et ecclesie servicio insistens muniret se viatico salutari[e], decanus Meldensis, regni Sicilie cancellarius, vir magni nominis ac vite venerabilis, associatis[f] sibi de ordinibus fratrum Predicatorum et Minorum presbiteris non paucis, auditis prius eorum confessionibus, et sic a peccatorum omnium nexibus liberatis, corpus et sanguinem Christi dedit eis; postmodum eciam venerabilis pater dominus episcopus Altisiodorensis, seminato militibus verbo Dei, ac[g] ostenso inter alia, nedum prope esse, sed quod eis advenerit regnum Dei, prevenit [eos[h] ante] congressum absolutione peccatorum omnium generali.

44. Qualiter rex 9 acies in quinque redegit.

Et licet, sicut in precedentibus est tactum, exercitus regius expensis necessariis ex-
Febr. 26. tenuatus tam in equis quam etiam in hominibus ingrata esurie angeretur, in crastino tamen, scilicet sexta feria, que est dies belli, a primo diluculo usque ad horam quasi terciam, per districta nemorum, declivia vallium et prerupta montium decem miliaria[i] equitantes, cum ad quendam montem Capraria[2] vocatum, distantem a Benevento circiter quatuor miliaria, pervenissent, ibi regia industria novem acies quas habebat in quinque redegit provide, ad cautelam quinque peritos milites et perfectos preficiendo eisdem, ut videlicet, cum belli Dei, cui rex devotus humeros suos subiecerat, melius circa quinque prefectos quam circa novem regia circumspectio exercere valeret, sensum ad plura divisum ut minorem ad singula sic ad pauciora sufficientiorem prospectans.

45. Qualiter uterque ante congressum allocutus est gentem suam.

Positis itaque Manfrido quondam principe apud Beneventum, rege vero illustri apud montem Caprariam vulgariter appellatum, qualiter uterque gentem suam fuerit[k] allocutus[3]: ecce! hinc posteris exemplum, hinc stupori admiratio colligatur.

46. Qualiter Manfridus alloquitur gentem suam.

Manfridus etenim universis partis sue fautoribus ita dixit: ‘Invenio in libris sapientissimorum astrologorum, quorum speculatio infallibilis est et concordans, patrem meum divum Fridericum eis obtemperantissime intendentem; fecit per fausta imperialia[l] pertransire, quod civitas Beneventana per me debeat periclitari. Unde cum inevitabile futurum sit necesse, vehementissima me admiratio stupori adequabilis apprehendit, ex qua videlicet vel

a) profecto *c.* b) *superscr. c.* c) peragere *c.* d) *legendum videtur:* orta d. o. inundatione. — ort. *post corr.* hort. *c.* e) viaticoso lucari *c., ubi* lucari *deleto, al. m. scr.:* eukaristia. f) associas *c.* g) ac — regnum Dei *post in marg. suppl. c.* h) cum (sancta *e corr.*) *c.; sed forte legendum:* prevenit congressum, *aliis deletis.* i) milia *corr.* miliaria *c* k) fuer *c.* l) *locus sane corruptus.*

1) C. 40. 2) Qui alibi Calaria dicitur. 3) Quae ab auctore ficta esse putarim. Alias orationes utrique tribuit Saba Malaspina, Muratori VIII, p. 823 sqq., vix maiore fide dignas.

1266. ex quibus causis me sic everti oporteat voluntatem, cum civitas Beneventana mei sit fidelissima[a], et ego menti posuerim ipsos tamquam emeritos supra omnes alios regni fideles gratiarum prosequi donativis'. Nullus tamen de toto exercitu suo vel de fautoribus fertur ei dedisse responsum confortationis vel consilii, sed totum consilium silencio[b] suffocarunt. Cumque vidisset Manfridus quondam princeps, quod verba hec auditores non iocunde susceperant, sed tristanter, volens quasi ipse sibi negatum gaudium simulare, quasi pre indignatione subiunxit: 'Scitote, domini circumstantes, quod ego hodie fore non potero nisi letus. Bipertito etenim causam meam divido: quoniam[c] vel vincam hodie vel moriar. Si victor extitero, excelsius gaudium exquirere non est michi; per hoc enim acquisitum erit michi, quempiam mortalium de cetero non timere. Si autem moriar[d], nomine regis moriar vitam pro regni certamine pulcherrime concludentis. Nullus autem excogitet, quod extra ista duo membra tercium michi hoc evenire valeat, videlicet capi vivum. Vos autem, o consanguinei mei, qui non pro regno certatis, ideoque mortem, quantum fas fuerit, libenter evitabitis, quia fecistis me haberi odio ab omnibus amicis meis de regno, cum quosdam ex eis vobis suggerentibus interemi, quosdam mutilavi, alios carcere[e] detineri seu . . . . .[f] perscripsi, nec umquam cum matre ecclesia componere permisistis, videbo, antequam moriar, vel eciam in anima post mortem, occidi turpiter aut in talem captivitatem trudi non inmerito et includi, in qua cum Ieremia plangere possitis: *Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.* Thren. 4, 9.

47. Qualiter illustris rex Karolus alloquitur gentem suam.

Illustris autem rex Karolus universos milicie sue socios huiuscemodi verbis ad Dei prelium inducebat: 'O preclari socii et comilitones[g] mei, spiritus Domini, qui in exordio mundi huius ferebatur super aquas, ex omnibus gentibus, que sicut aque fluxu continuo diffluunt ritu mundi labentis, hoc tempore nos specialiter elegit suum prelium preliari, quos novit a primis progenitoribus devotissimos sibi et ecclesie sue sancte. Placeat igitur nunc[h] reminisci sanctissimam devotionem felicissime memorie progenitorum vestrorum ammonendo[i] clarissimam probitatem, qualiter cum Magno Karolo felicissimo imperatore Romanorum in diversas mundi partes quondam in servicio Dei et ecclesie profisciscentes tam spectabilia obsequia prebuerunt, tamque[k] frequenter, ut status fidei christiane reputetur hodie ab ecclesia per ipsorum fidem et brachium non modicum confortatus; unde dignum[l] est, quod sancta mater ecclesia vos, scilicet[m] eos, fiducialius invocet ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, qui — arrepto[n] in continenti gladio Petri, quo auriculam servi absciderat, id est gladium spiritus, quod est verbum Dei, hoc est Iesus Christus, et ense Pauli, qui convalescens ex fide confundebat Iudeos, affirmans[o], quoniam Ihesus est Christus, — iniuriam Dei et ecclesie iuxta solitum victoria dextera ulciscantur; cum ecclesie non sit fas percutere in gladio materiali, iuxta illud: *Converte gladium tuum in vaginam.* Ioan. 18, 11. Et cum huiusmodi opera mundo clara excercuerint clarissimi antecessores vestri per fidem, per quam iustus vivit, licet peccatores simus — in multis enim peccavimus — omnes reminiscamur, cum illius verbi prelucidi: *Sancti per fidem vicerunt regna*, et: *Lux celica emicat lucem suam et veritatem suam*, cf Ps. 42, 3. spiritus scilicet consilii et fortitudinis, que felices progenitores vestros deduxerunt per servicia ecclesie et adduxerunt in montem sanctum suum et in tabernaculo suo; in qua quidem fide decet nunc nos esse devotos, maxime in regno ecclesie recuperando; reducendo menti verbum illud beati Iohannis, quia: *Hec est victoria que vincit mundum, fides nostra.* 1 Ioan 5, 4. Consideretis etiam, dilectissimi socii, consortes fortune unius, videlicet vite vel mortis, quod nos non venimus[p] ad presens principaliter accipere regnum, sed venimus pro[q] fide Dei et ecclesie suum prelium preliari suamque iniuriam propulsare. Unde causa sit Dei, et prelium sit suum. Si nos fuerimus fortes in fide, dabit utique virtutem et fortitudinem plebi sue benedictus Deus'.

48. Tria notabilia, que in quolibet milite perfecto concurrunt.

'Item in quolibet milite perfecto tria concurrunt, sapiencia, fortitudo et audacia. Et cum in hoste nostro Manfrido et suis complicibus horum contraria claro clarius videamus, scilicet maliciam, superbiam et temeritatem: eya ergo, milites Christi iuncti hodie Christo per

a) sive fidelissimi *c.*, *quod emendavi.* b) scilencio *c.* c) vel q. vel *c.* d) *vox non satis certa;* intercam *ed.* e) carceri *c.* f) *vocabulum deesse videtur.* g) comilitores *corr.* comilitones *c.* h) non *c.* i) amudo *c.;* a mundo *ed.* k) cumque *c.* l) dignus *c.* m) *ita c.;* eos *ad sequens* qui — ulciscantur *referendum est.* n) abrepto *c.* o) conf. *corr.* aff. *c.* p) inv. *corr.* v. *c.* q) *post add. c.*

1266. communicationem preciosissimi corporis et sanguinis sui, sapiencia vincat maliciam, fortitudo superbiam, ut et per audaciam digne temeritas feriatur'.

49. Tria notabilia in bello.

'Item cum in huiusmodi preliis tria consueverunt accidere, scilicet vel mori vel vincere, que sunt strenuorum aut proborum, aut, quod est morte turpius, fuge remedia adhibere; quartum vero, scilicet captivari, non est computabile, cum sit reputabilis mors secunda: hortor vos ad honorem et gloriam nationis ac regionis Francorum, quatinus tercium hoc membrum a nobis penitus elidi debeat et abscidi[a]; quoniam, si tam ignominiosus cogitationis fumus ascenderet capud nostrum, locum[b] nostrum refugii, scilicet natale solum, longo distat spacio, sicut scitis, hic autem non foret, ubi recondere capita tam probrosa, qualia, etsi in Franciam aut Provinciam veherentur, quid aliud dicerent nobis preclari nostri cari nisi: "Ve nobis, ut quid nati sumus videre in istis nostre invicem gentis obprobrium sempiternum". Necessarium est igitur, vel ut moriamur egregie in prelio Dei et fidei, aut cum gracia Dei et fidei memorialem et salutiferam victoriam teneamus; cum longe melius sit, presertim in bello Dei et ecclesie, bene mori quam male vivere. Item considerare debetis universi, qui christiana professione censemini, quod illi sunt excommunicati. Nos autem per obsequiosam communionem ecclesie militantis magna fides spesque non minor debent introducere in ecclesiam triumphantem, dum tamen per fidem per-
cf. 1 Cor. 13, 13. fectam ac spem bonam ac per eam que hiis est maior caritatem sic unanimiter pro iusticia pugnaveritis, ut prelio mori[c] pro defensione alterius nullatenus postponatis[d], tam vitam quam mortem socii propriam iudicantes. Perspicatius eciam intueri potestis: quo altius mentem nostram iusticia et fiducia elevant in sublime[e] pugnandique audaciam subministrant, eo fortius animum adversariorum nostrorum votumque pugnandi excommunicatio et iniusticia in ima deprimunt et subruunt in profundum. Quis enim sane mentis tormenta gehennalia non pavescat, maxime in ambitu finis, immo certe perdicionis periculo constitutus? Nam et ipsi qui unum Deum credunt Sarraceni et colunt iuxta ritum istum, eum reputant in iudicio non obliquum. Ideo contra causam iniustam, quam fovent inviti seu quadam incautabilitate[1] tracti et ducti, ut creditur, pocius quam volentes, hunc merito pugnandi animum obligatum, cum autem sensus habeant, si non eciam intellectum, sacras[f] videretis refugientem[g]. Placeat igitur nobis sic Deo placere in presenti, ut vos quoque nobis placeat placuisse'. Ex quibus verbis totus exercitus regius mirabiliter confortatus, tam unanimiter tamque effusis viribus eternorum intuitu postmodum pugnaverunt, ut pro victoria ecclesie mori quoque parvipenderent, instar Christi militum profectorum[h], nedum sanguinem suum tantum in calicem dominicum propinare[i].

50. Qualiter quidam volebant prelium crastinare, sed rex non permisit.

Notandum autem, quod, licet quidam de exercitu, pro eo quod per viarum discrimina tam milites quam equi tam laboribus quam inedia fuerant pernimium fatigati et propter hoc ad sustinendum pondus prelii minus apti, consulerent prelium crastinari, nobili et egregio militi domino Busono de Burdogalea[k] eisdem satis rationabiliter contradicente, videlicet devium esse a via rationis dare sic audaciam inimicis; crederent enim, si prelium differretur, quod Gallici corde mortui bellum eorum positum crastinarent: rex tamen industrius, cuius cor sine intermissione sollicitabatur de non dando quietem inimico, sed ad prelium perurgendo, eorum crastinationem verbis tam efficacibus interemit. Dixit enim: 'Quamquam, o preclari socii, nos et equos inedia et lassitudo pregravavit, quia tamen sol in sextam feriam tunc illuxit, qua in die Redemptor mundi hostem humani generis prostravit, ideo prelium eius hodie sine intermissione aliqua preliemur. Ipse etenim, qui cepit in nobis opus bonum, perficiet, confirmabit solidabitque etiam famescentes; ipsi gloria in secula seculorum'! Et tum[l] omnes in signum consensus gracias nati[m] responderunt: 'Amen, amen!' Quem oriens ex alto Dominus virtutum et rex glorie bello exitum dederit, ecce litere nobilium militum Gallicorum misse de domini regis exercitu de ipso campo prelii in Franciam insinuent pocius quam ego, translate per me sub hiis verbis de Gallico in Latinum.

a) absidi *c.* b) *ita c.* c) moriamur, *sed* ur *e corr. al. m. c.* d) postponetis *c.* e) sublimi *c.* f) *locus sane corruptus neque satis legibilis; nam vel* sacra sinderesis *vel* sacra sui decesis *legi videtur.* g) refugentem *c.* h) *ita c.*, perfectorum *ed.* i) propugnare *c.* k) Buid. *c.* l) cum *c.* m) *ita c., certe corrupte;* gratulati?

1) Id est, ut videtur, quod 'caveri', evitari non potest.

51. Ecce totus belli processus de ipso campo prelii in Franciam intimatus. 1266.

Dilectis dominis suis et amicis omnibus militibus[a] *et omnibus nobilibus de Andegavia et de Turonia Hugo de Baucoyo*[1] *eorum miles et amicus et omnes eius socii salutem et amorem. Nova de exercitu Dei et ecclesie et de nobis vobis ex promisse amicicie nexu, quo vestri oblivisci non possumus, intimamus. Nam nos sanos et incolumes per Dei graciam habentes. Noveritis, dominum nostrum dominum Karolum illustrem regem Sicilie die lune post dominicam* Febr. 15. *Invocavit de Sancto Germano exivisse; qui cum Beneventum absque bellorum obiectu aliquo, quin pocius serenatis magis ac magis*[b] *successibus, propinquasset, utpote civitatibus Alipnia*[2] *et Telese*[c] *et Capua et aliis quoque civitatibus, castris et fortelliciis se dicto illustri regi reddentibus, non paucis etiam comitibus, militibus et baronibus, Manfredo relicto, ad eundem illustrem regem confluentibus, die Iovis post festum Mathie apostoli castrametatus est in qua-* Febr. 25. *dam silva prope Beneventum ad 15 miliaria, Manfredo apud Beneventum cum suarum universitate virium existente. Et illa nocte venerunt ad Manfredum quondam principem octingenti Teuthonici cum equis et armis; qua de causa fuit ipse Manfridus magis ac magis ad committendum prelium animatus. Illucescente vero die crastina, scilicet 6. feria, cum divini*[d] *prelii* Febr. 26. *executor illustris cum suis viribus propinquasset Beneventum, ecce de quodam monte descendentes vidimus in quadam planicie pulcerrima Manfredum quondam principem cum toto exercitu suo, post*[e] *se aciebus paratis ad prelium mirabiliter ordinatis, secundum quod considerari potuit bene quinque milibus equorum falleratorum et 10 milibus Sarracenorum peditum cum arcubus et sagittis. Cumque acies nostra prima tamquam agredientium*[f] *usque ad eos plane processisset, aliis quoque aciebus nostris consequentibus*[g]*, prout fuerant ordinate, illi tamquam ingeniosius expectabant. Videntes tamen, nos esse prope, immo quasi super ipsos, moverunt se aliquantulum, planis tamen passibus, adversus nos, et sic communiti cepimus ingrata sicientibus pocula propinare.*

52. Quod altis personis quelibet acies regia rutilabat.

Ut[3] autem audientes delectabilius audiant, qualium et quantorum virorum personis nostra quelibet acies rutilabat: In prima siquidem acie nostra Provinciales egregii milites parti nostre, immo ecclesie Dei habendam victoriam laudabiliter ministrantes; quibus etiam associatis sibi dominus Iohannes de Verra-silva marescalcus Sicilie, dominus Guido marescalcus Merapii, dominus Philippus de Monti-forti, dominus Guillelmus Primeleccus, dominus Iohannes de Mariolis et dominus Gravasius[h] de Magdune milites, refulgentes sole iusticie in eorum clipeos aureos. Hii omnes pariter ac unanimiter spectabilia obsequia prebuerunt gratissima Deo et ecclesie sancte sue.

53. Secunda acies, in qua fuit ipse dominus rex personaliter.

Secundam vero aciem nostram dominus noster illustris rex Karolus[i] sola corporali presencia tamquam solis radio, cum quo erant venerabilis pater dominus episcopus Altisiodorensis, dominus Henricus de Suliaco, dominus Hugo, eius frater, dictus Archiepiscopus, milites, et omnes alii de domo Belli-montis et dominus Petrus cambellanus Francie, cum Francigenis, tamquam planete celice mirabiliter illustrabant, aquila velociores, leonibus fortiores.

54. Tercia domini regis acies.

Terciam quoque aciem nostram persone nobilissimorum et robustissimorum virorum, domini Roberti, primogeniti comitis Flandrie, et domini Iohannis, primogeniti comitis Suessionensis, cum Bellovacensibus[k], Vyromandensibus[l] et Raomensibus[m. 4], tamquam fulgura et coruscationes terribiles reddebant hostibus tremebundam[n].

55. Quarta et quinta domini nostri acies.

Ultime vero due nostre acies, videlicet quarta et quinta, nichil a[o] dictarum trium acierum spiritu, scilicet fortitudinis et timoris Domini, discrepantes, quarta Petrogorisentium

a) m. et o. *post suppl. c.* b) pagis *c.* c) de celese *c.* d) dñi *c.* e) posse *c.* f) agrad. *c.* g) cumseq. *c.* h) *ita c.;* Gervasius? i) Carolus *h. l. c.* k) Bellav. *c.* l) Vyramand. *c.* m) Remensibus *ed.* n) tremebun *c.* o) ad *c.*

1) *Bauchaio* supra c. 33; cf. Clementis epistolam Barrolo de Baucio, Hugonis patri, datam, Martene l. l. p. 289. 2) Alife. 3) Quae sequuntur etiam ex Hugonis epistola sumta esse, recte quidem Capasso p. 311, n. statuere videtur, praesertim verbis *nostra acies*, *noster dominus*, aliisque eiusmodi inductus. Attamen auctorem ea ampliasse, sententiis Sacrae Scripturae ornasse putarim. Quare ea non iisdem litteris quibus praecedentia exprimenda duxi. 4) Nescio, utrum de Riomensibus vel Remensibus cogitaverit.

1266. velut ulcionis divine, quinta vero alme Urbis, scilicet nobilium Romanorum, Campanorum, Lombardorum et Tuscorum, tamquam dracones[a] seu yre Dei falcibus fulgurabant. Et sic caudam quasi draconicam[b] plectentes, superstites peremerunt[c] campumque sanguinis pararunt[d] diutine feditati ac memorie sempiterne.

56. Que acies aciei se commisit.

Et prima quidem acies nostra commisit se prime aciei Manfredi quondam principis, in qua erat comes Iordanus, qui comes Manuppellis erat et dicti Manfredi gradu consanguinitatis coniunctus, cum multitudine Alamannorum[e] et gencium aliarum.

57. De secunda Manfredi acie.

Secunde aciei Manfridi quondam principis, in qua erant comes Bartholomeus[f] et comes Galvanus cum magna multitudine Alamannorum, Sarracenorum et Apulorum, secunda domini nostri acies se commisit; que quidem quatuor acies tanto ardore belli tantaque siti victorie obtinende sese invicem irruerunt, ut ipse quoque virtutes celice quasi iuxta eos
Es 14, 13 14. contendere viderentur. Lucifero cogitante: *Ponam sedem meam ab aquilone, et ero similis*
cf ib. 9 *Altissimo,* Michaele vero iuxta interpretationem nominis concludente prevalide: *Quis ut Deus?* et ideo cum angelis veritatis, cum tronis iusticie et dominationibus potencie due nostre acies sic adverse, immo everse dominationis[g] vires virtuosissime ruperunt, quod, occisis ex eis quam pluribus et captivis, nominatim Iordano et[h] Bartholomeo[i] comitibus, aliis quoque non[k] paucis, illud retroactis temporibus prophetatum velut in exitu belli huius suum
Apoc. 14, 8. recentius ministerium ministravit: *Cecidit Babilon illa magna.*

58. Tercia Manfredi quondam principis acies.

Cum autem tercie aciei mire magnitudinis, quam ipse Manfridus quondam princeps tamquam capitis sui singulare presidium alteri non creditam ducebat, que multis comitibus, multis marchionibus et aliis quam pluribus splendidissime armatis inradiata intuentium oculos obtundebat[l], nostra se tercia commisisset, cepissentque partes dare letifera debita mutuatim, gens Manfridi quondam principis, sicut postea constitit, in campo eodem obruti, videntes quod duas eorum primas acies nostri armati tamquam falcones et aquile celeres agilesve seu tamquam rigidissimi apri de silva exterminaverant viriliter et potenter, sentientes eciam quod aciei sue grossicies paulatim passim cum divino iudicio rarescebat, et quod socii veri, a quibus solamina expectabant, equorum pedibus miserabiliter obvoluti eis quasi retinacula[m] contexebant, ceperunt, prout unusquisque poterat, fuge sibi remedium mendicare. Ne tamen eis virtus mendicitatis huiusmodi obumbraret, animosi nostri plus eciam quam prius, novo ac votivo victorie munere animati, quam plures ex eis occiderunt aliosque usque civitatem Beneventanam et ultra minantibus gladiis fugaverunt, ipsaque civitas fuit capta. Et quia aliis quoque fugientibus erat quasi pro solamine solitudo, ideoque qui huc, qui illuc dispercius fugere properabant, querentes antra deserti petrarumque foramina capitibus recondendis, nec insequentibus resistere poterant animo consternati, occidebantur facile semivivi, numerosis eciam in Beneventano flumine suffocatis.

59. De numero captorum[n], preter illos qui in viis et deviis perierunt.

Et licet omnium occisorum certus non potuerit haberi numerus, eorum tamen qui campo sanguinis perierunt quidam duo, quidam tria milia pro certo numero posuerunt; de nostris tantum unus mortuus in terra viventium veritatis testimonium perhibere, quod numquam viderit prelium tam optimum tamque pulcerrimum in hac morientium terra, quamdiu eius prolongatus fuerat incolatus.

60. De completione prophecie Manfredi super Benevento periclitando per eum.

Hoc autem pretermittendum non videtur, quia, cum fugientes ante faciem tribulantium pluresque Beneventum intrarent, tamquam ibi haberent refugium preparatum, tempestas eos insequens occidit, tam incolas civitatis Beneventane non paucos, casualiter tamen, et non serio, quam etiam fugientes; cum ignis involvens non posset discernere hos ab illis,
cf Dan. 3. 47. 48. sicut flamma, que diffundebatur in fornace, cubitis 49 incendit quos reperit de Chaldeis. Et

a) draconem *c.* b) draconica *c.* c) perimerunt *mox corr.* perempterunt *c.* d) pararent *c.* e) Alem. *c.* f) Barchs *c.*; *quod* Bartholomeus *legendum esse, ostendit epistola Karoli infra c.* 63. g) dominaciones *c.* h) de *corr.* et *c.* i) Barchino *c.* k) cum *c.* l) obscundebat *c.* m) retiacula concessebant *c.* n) castrorum *c.*

ita iuxta prophesiam[a] Manfredi de Benevento periclitando per eum completum fuisse[b] futurum illud inevitabiliter est inventum. 1266.

61. De loco, tempore et modo prelii.

De loco autem et de tempore prelii et de modo, ut Deus digne mirabilis predicetur[c], nostra[d] iocunditas in Domino delectetur, noveritis, quod hora[e] sexta prelium[f] in campo dominico[f, 1], scilicet in speciali territorio sive demanio ecclesie, inchoatum mane[g], ante vesperas fuit in eodem campo iusto Dei iudicio feliciter consummatum.

62. De modo prelii.

Et sicut torniamentum percutiendo, non eciam infringendo, iuxta solitum exercetur, sic[h] Theotonici sociique docti ab eis gladiis suis longioribus, securibus atque clavis percutiendo prelium exercebant, distantes ab adversariis spacio longitudinis gladiorum; sed nostri Gallici velut se agiliter infigentes, aut velut caro cum ungue se suis hostibus unientes, ex brevibus spatis suis eorum latera perfodebant, ut vitam demerent corde tacto. Clarum est etenim, quod infra ipsos exerciti[i] belli strepitus ductor belli Dei, scilicet illustris rex Karolus, tamquam brachium Domini virtutum fortis in prelio ac potens ex sapientia pariter et audacia, quas a voce tonitrui magni contraxerunt, milites suos ad insudandum[k] prelio sic cf. Apoc 14, 2. ore regio hortabatur: 'Punctim infigite, milites Christi, punctim transfigite'[2]! Nec mirum, circumspectus etenim militum adiutor et doctor legerat in libro de arte militari[3], quod nobiles Romani nullum alium meliorem modum pugnandi adinvenerint quam punctim ferire hostes.

63. Quod in die belli omnes crucesignati fuerunt leti et iocundi.

Et sciatis, quod in die belli omnes nostri erant crucesignati bone[k*] ac lete voluntatis, sicut ipsi inter se et se tam ante prelium commissum quam eciam post quandam quasi celitus immissam iocunditatis graciam conferebant. Verum quia excelsiores apices pleniorem audientibus inducunt fidem, ecce littere regie tamquam quedam coruscationes intonent plenioris stilla fidei et acta celitus fulmina in Manfredum, misse summo pontifici in hec verba:

64. Qualiter rex scribit domino pape de victoria sua.

Sanctissimo[4] *in Christo patri et domino suo, domino*[l] *Clementi, divina providentia sacrosancte Romane ecclesie*[m] *summo pontifici, Karolus, Dei gracia rex*[n] *Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, alme Urbis senator, Andegavie, Provincie et Forcalquerii comes, cum omni reverentia et honore devota*[o] *pedum oscula beatorum. Multum meis reputans successibus adici, si Romana mater ecclesia de felicibus filii processibus, in quibus sua causa provehitur, certa fuit: ecce significo vobis ad gaudium, quod, postquam Manfredus publicus hostis victus*[p] *apud Sanctum Germanum, a Capua quoque, ubi se iactabat velle resistere, confusus abscessit, accepi, quod idem hostis cum suarum reliquiis virium, que de Sancto Germano per fugam evaserant*[q], *profugus per terram Laboris se transtulit Beneventum. Ego autem meas continuando dietas per Aliphanos*[r] *et Telesianos*[s] *campos, contra ipsum hostem*[t] *duxi in celestis virtute presidii procedendum. Sicque factum est, quod die Veneris, 26. mensis*[u] *Februar., quodam desiderio perveniendi citius*[v] *Beneventum meum meorumque animos stimulante, ac viarum et passuum*[w] *difficultatibus*[x], *quales vix transieramus antea, superatis, ad quendam*[y] *montem perveni, unde subiectus et admodum patens*[z] *campus ordinatas iam hostium acies ostendebat. Propter quod ego, licet equos commilitonum*[a] *meorum pre malicia et magnitudine*[b] *itineris cognoscerem plurimum fatigatos, propter*[c] *hoc ad sustinendum pondus prelii minus aptos, instructis tamen meis in illius nomine cuius agebatur negocium copiis*[d] *ex adverso, ad pugnam processi. Et quamvis per magnam horam fuerit utrimque*[e] *decertatum*[f], *cedentibus*

a) *ita c.* b) fuisset *c.* c) prediceretur *c.* d) ꝛb *del. et* n̄r̄m *scr. c.* e) feria *corr. Capasso, sed cf. c.* 72. f) prelio in c. donico *c.* g) magno *c.* h) eciam *add. sed del. c.* i) exercitui *c.* k) insidandum *c.*; insistendum *ed.*; *cf. c.* 73. k*) bene *c.* l) *deest M Chr.* m) et universalis ecclesiae *add. M. Chr.* n) gratia etc. *M. Chr.* o) devoto *c.* p) v. olim *M. Chr.* q) evaserat *c.* r) Alifarco *Chr.* s) *ita M.*; Caliphanos *c.* t) hostes *c.*; h. i. *M. Chr.*, *ubi add.*: omisso itinere Capuae. u) praesentis m. *M. Chr.* v) sicius *c.* w) passuum multorum *M.* x) et asperitatibus *add. M. Chr.* y) m. q. *M. Chr.* z) parens *c.* a) commilituum *c.* b) longitudine *M. Chr.* c) et propterea ad *M. Chr.* d) aciebus *M. Chr.* e) utraque decertancium *c.* f) pugnatum *M. Chr.*

1) Ita etiam Epistola Clementis, Martene l. l. p. 306. 2) Idem Saba Malaspina iam ante pugnam dictum memorat. 3) Vegetius I, 12. 4) Eadem edita inter Clementis IV. epistolas, Martene, Thes. II, p. 283, et in Chronico Siciliae, ib. III, p. 18 (Del Giudice nr. 40, p. 110).

1266. *tamen divine potencie, non meis viribus, duabus prioribus hostium aciebus, omnes alie, cum non confiderent[a] agredientium impetum[b] sustinere, se fuge remedio commisere[c]. Facta est itaque in ipso campo[d] tanta strages, quod celant campum oculis superiacentia corpora occisorum; nec tamen omnes fugientes fuge remedium salvos fecit, quin maior pars fugientium in gladio nostrorum ipsos persequentium eo copiosius ceciderit, quo dispersius[e] fugiendo, nec unus tuebatur alterum, nec eis locus[f] ad quem confugerent[g] apparebat[h]. Magnum ergo numerum captivorum ad carcerem nostrum huiusmodi bellicus eventus adduxit. Inter[i] quos Iordanus et Bartholomeus[k] dictus Simplex, qui nomen sibi comitum hactenus usurparunt[l], eorumque fratres, necnon Pierasinus[m] de Florentia[1], perfidissimus Gibelline[n] factionis auctor, in vinculis detinentur. De hiis autem[o] qui de prioribus[p] partis adverse in prelio corruerunt certam non[q] habens noticiam, nichil vobis exprimere potui propter festinam presentium missionem, licet Galvanus et Herrigeccus[r, 2] dicti comites michi a pluribus asserantur in eodem[s] prelio corruisse. De Manfredo autem[t], utrum ceciderit in conflictu vel captus fuerit aut[u] evaserit, certum adhuc aliquid[v] non habetur. Destrarius autem[w], cui insedisse[x] dicitur, et quem habemus, casus[y] affert non modicum argumentum. Hec igitur, que de[z] manu Domini me suscepisse recognosco, ideo beatitudini vestre denuncio, ut omnipotenti Deo, qui per ministerium meum causas[a] ecclesie prosequitur, devotas pro tanto triumpho gracias referentes, certam spem et fiduciam teneatis[b], quod, eradicatis de regno Sicilie scandalis et seminariis scandalorum, illud ad antiquam et consuetam devotionem ecclesie[c] Romane plene reducam, ad laudem et gloriam divini nominis, exaltationem et pacem ipsius ecclesie, incolarum[d] ipsius[e] regni statum prosperum et tranquillum. Datum[f] Beneventi 26.[g] Februarii die[h], ind. 9[i], regni autem[h] nostri anno primo.*

65. Qualiter camerarius domini pape literas regias publicavit.

Quibus a domino nostro papa et fratribus perlectis prius, et statim consequenter in communi consistorio per magistrum Petrum de Carniaco archidiaconum Senonensem[k], camerarium summi[l] pontificis, personaliter publicatis, in tantum laudum preconium, accedentibus sonoris vocibus campanarum totius Perusine civitatis, ecclesia ferebatur, ut non solum vox in excelsis audita esset laudantium Dominum de magnifica gloria et honore, sed etiam resonaret terra in voces eorum. Cumque de morte Manfredi non haberetur vox certa omnium et concordans, sed quidam unum, quidam vero aliud estimarent, post dies paucos recepit etiam literas sub sepefati victoriosissimi regis autentico in hec verba:

66. Qualiter scribit rex domino pape de corpore Manfredi quondam principis invento inter cadavera peremptorum.

Triumphum[3] michi concessum celitus de Manfrido hoste publico apud Beneventum sanctitati[m] vestre nuper memini meis literis intimasse. Verum quia, invalescente verbo[n] de casu eiusdem hostis in conflictu, investigari feci in campo corpora[o] mortuorum, pro eo etiam quod nullus rumor ipsum Manfredum predicabat[p] fuge auxilio ad locum aliquem pervenisse, contigit, quod die dominico 28. mensis[q] Februar. corpus eius inventum est nudum[r] inter cadavera peremptorum. Ne igitur error sibi[s] locum in tanto negocio vendicaret, Ricardo[t] comiti[u] Casertano fideli nostro necnon[t] Iordano et Bartholomeo[v] olim dictis comitibus et fratribus eorum aliisque eciam[t], qui eum familiariter noverunt[w] et tractaverunt[w] dum vivebat, ostendi feci; qui recognoscentes[x] ipsum, predictum esse olim Manfredum, preter omne dubium affirmabant[y]. Ego[z] itaque naturali pietate inductus, corpus ipsum cum quadam honorificencia sepulture[a],

a) considerent *c.* b) posse i. s. *M. Chr.* c) commiserunt, factaque est in *M. Chr.* d) praelio hostium t. *M. Chr.* e) dispercius *c.* f) locum *c.* g) fugerent *M. Chr.* h) apparebaī *c.* i) Intra *c.* k) Bachs *c.* l) usurparant *Chr.*, *al.* usurpaverunt *M.* m) et Pierusinus, *al.* Petrus Asinus *M.*; et Perusinus *Chr.* n) Geb. *M. Chr.* o) *deest M. Chr.* p) primoribus *Chr.*; primoribus (*al.* prioribus) partibus partis *M.* q) nondum habentes n. n. v. exprimimus p. *M. Chr.* r) Henrisnetus *Chr. M.*; *al.* Hunrigertus, *al.* Henriquetus, *al.* Heurignetus *M.* s) ipso *M. Chr.* t) vero *M. Chr.* u) vel *Chr.* v) id *M. Chr.* w) tamen armatus *M. Chr.* x) incedisse *c.* y) sui *c. M. Chr.* z) in *Chr.* a) e. causam *M. Chr.* b) habeatis *M. Chr.* c) R. e. *M. Chr.* d) incolatum *c.*; et i. *M. Chr.* e) eiusdem *Chr.* f) Data Benevente *M.* g) vi. *corr.* xxvi. *c.*; xxvii. *M. Chr. et cod. Fit. (Capasso p. 311, n. 3).* h) *deest M. Chr.* i) viii. *M. Chr.* k) Senonensi *c.* l) suū *c.* m) n. m. s. v. m. l. declarasse *Chr.* n) *deest c.* o) inter c *Chr.* p) ad l. a. pr. f. a. p. *Chr.* q) *deest Chr.* r) n. penitus *Chr.* s) in t. s. n. v. (locum *deest*) *Chr.* t) *deest Chr.* u) comite *c.* v) Barbo *c.* w) noverant — tractaverant *Chr.* x) cogn. corpus pr. ipsum e. *Chr.* y) communiter asserunt *Chr.* z) Ideoque n. *Chr.* a) *post suppl. c.*; s. ecclesiasticae tr. f. *Chr.*

1) Pietro Asino degli Uberti; Schirrmacher p. 530. 2) i. e. Henricus de Vigintimiliis comes Ysele; Schirrmacher l. l. 3) Legitur etiam in Chronico Siciliae l. l. p. 19 (Del Giudice nr. 41, p. 114).

non tamen ecclesiastice, tradi feci. Datum[a] *in castro apud Beneventum 1. mensis Marcii,* 1266. *regni autem nostri anno primo.*

67. Quali morte sive quo genere occisionis periit Manfridus.

Ut autem clarum sit omnibus, quo genere occisionis iudicium divinum percusserit hunc elatum, qui dixerat, quod, si eum mori contingeret in hoc bello, pulcherrime concluderet vitam suam: ecce! qui dubitant sic noverint[b] veritatem. Nam sicut in precedentibus est tactum, cum tercie aciei sue ipse Manfridus ductor existeret, videns ipse armatos suos, eiusdem videlicet tercie aciei, in fugam conversos, ad prime aciei sue, quam adhuc in belli certamine persistere credebat, brachium se convertit, ibique quidam armatus partis ecclesie, de cuius persona et nomine ignoratur, cum in oculo destrarii sui lanceam infixisset, lesus equus, anteriore sui parte[c] in sublime levata, posterioribus pedibus se dimisit. Sicque sessore cadente, ribaldi pedites Manfredi quondam principis gulam veluti cuiusdam inter alios prostratos miserabiliter absciderunt, Manfrido clamante voce altissima et dicente: 'Ecce, ecce! Siciliam sic amitto'[d. 1]!

68. Vox stilographi.

Qua igitur temeritate, o Manfride, presumpseras, qua vesania invehebaris, quave iusticia ducebaris, obicere[e] vas luteum terra forti, vas vitreum cristallino, vas accidum[f] putridumve vasi[g] electionis divine? An exciderat mente tua, quod, cum te primo ad hunc exer- cf. Act. 9, 15. citum proiciebas, dixeras quasi spiritu profetico familie[h] tue, procul dubio in hoc exercitu vel mortem vel captivitatem incurreres? aut quomodo poteras oblivisci, ut[i] eodem die perdicionis tue a te prolate[k] videres illustrem regem Karolum descendentem de monte Capraria ad prelium contra te, diceresque omnibus audientibus: 'Si adversarius obtinet montem hunc, quem nos sperabamus tenere contra eum, collisam[l] credite partem nostram'; quin pocius tu ipse determinaveras questionem, quia, cum suggeretur tibi, ut a cepto desisteres, si mente[m] tam vehementissima sic dictabat, respondisti, desistere non posse, quia sic fieri oportebat.

69. Exortatio, que est loco peticionis.

Recolligit siquidem regie mentis industria, quia, cum ille utrobique, videlicet tam domi quam in exitu, proprium periculum ore proprio predicabat, isti vero leticiam animo iubileo, sicut in precedentibus est tactum[n], profecto sol iusticie, qui per Fridericum et Manfredum complices pretacti verbi Luciferi quasi secundario in cruce positus, et in persona devotissimi famuli sui domini Karoli illustris regis Sicilie ad profugandam eorum superbiam accintus, diversa utriusque intulit stipendia inimicorum, diffinitivam sentenciam suam, quam intelligi dederat futurorum presagiis, ut est dictum, dignatus est taliter execucioni mandare ad perpetuam recuperationem[o] et conservationem[o] regni Sicilie, pacem ecclesie sue et ad gloriam perpetuam domus regie Francorum et corone regni Francie adiutorem[p]. Quapropter profusis gaudiis, sicut iuris et moris est, ad pedes tam[q] iusti Iudicis, in recognicionem sentencie late pro ecclesia et pro vobis, qui estis militantis ecclesie defensor magnificus ad salutem, ac executioni mandate[r] tam strenue per egregium palmitem dicte domus manentem in illa vera vite[s], que dicit: *Qui manet in me, hic fert fructum multum,* si placet, Ioann. 15, 5. universaliter procedentes, cum populo Israelitico cantemus Domino gloriose!

70. Hic venerabilis pater et dominus Radulphus episcopus Albanensis[t] mittitur ab ecclesia legatus in Siciliam generalis.

Post hec autem, cum venerabilis pater dominus Radulfus episcopus Albanensis generalis per totam Siciliam legatus ab ecclesia mitteretur, universis aliis fratribus suis sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus eum[u] conducentibus ad honorem, in crastino dominice Mart. 27. passionis[v] nova sedi apostolice fama insonuit, que eciam postmodum omni veritate vallari est inventa, quod sepefatus rex illustris Nuceriam[w] villam Sarracenorum[2] ac Manfridi quondam principis per eum perempti uxorem, neptem et duas filias totumque thezaurum, naves quoque, per quas evehi[x] apparebant, universaliter comprehendit.

a) Dat. etc. *Chr.* b) noverant *c.* c) partis *c.* d) admitto *c.* e) obice te *c.* f) *ita c.;* immundum? g) vas *c.* h) alile *add. c.; sed quid sibi velit nescio.* i) ubi *c.* k) prolati *c.* l) collosam *c.;* collapsam *ed.* m) *ita c.;* mens tua *ed.; locus sane corruptus.* n) *verbum deest.* o) recuperationis et conservationis *c.* p) *ita c.;* adiutorium? q) cum *c.* r) mandare *c.* s) vice *c.* t) *post add. c.* u) cum *c.* v) passioni *c.* w) Nucoream *c.* x) uchei *c.*

1) Alias narrationes affert Schirrmacher p. 532. 2) Lucera; cf. Ann. Parm., SS. XVIII, p. 679.

71. Qualiter Nuceria se reddidit.

1266. Nuceria vero villa Sarracenorum, quos Fridericus quondam imperator de diversis mundi partibus congregatos ac eciam ipse Manfredus quondam princeps pro sua possessione[a] et peculio habebat, innumerabilium errore Machameti infectorum multitudine congregata[b], percepto Manfridi quondam principis[c] ac exercitus sui conflictu, se cum toto thezauro Manfredi quondam principis quem habebant non modico, domino regi Karolo absque belli strepitu reddiderunt. Qui iubente rege muros omnes, turres et alias municiones, quascumque circa vel infra villam suam habebant, destruentes fossataque replentes, ad obtinendam graciam regiam miserunt ei auri et argenti donaria preciosa, reddentes se in manus illustris regis Karoli, tantummodo vita salva, et quod fidem ritumque suum non compellerentur per violenciam dimittere, nisi per predicationem verbi Dei semine pullulante.

72. De duobus signis divinis, que notavit ecclesia Romana in hac victoria.

Notandum autem, quod ecclesia Romana in hac victoria, quam sola divina dignatio ex nova, mira et gratuita gracia ecclesie sue largiri desuper est dignata[d], duo ista inter alia tamquam divino signo facta specialiter annotavit: primo, quod victoriam hanc dominus Ihesus Christus dedit ecclesie hora sexta, qua hora cruci fixus a Iudeis hostem humani generis prostravit; secundo, quod dedit ecclesie in suo territorio sive demanio speciali, videlicet in campo dominico Beneventano, ut quasi area ipsa prelii non sustineret falsum sibi dominum dominari, sed non suum abigeret sueque speciosissime domine sancte matri ecclesie fideliter adhereret, acsi Manfredo diceret: 'Peccasti, quiesce, peccasti in benefactricem tuam matrem ecclesiam fatigando, quiesce in matre omnium sopore diutino dormiendo, sicut, cum viderat dominum universorum et suum pendentem in cruce, terra tremuit et quievit'.

73. Tercium signum.

Item milites Christi, cum iam aciebus paratis prelium agredirentur, eorum oculi pregravabantur, solis radio eis opposito vehementer. Cumque rogarent verum illum solem iusticie, ut eos[e] in hac re ingrata virtus Altissimi obumbraret, continuo nubes lucida grata
Cant. 1, 5. ipsos caligine sic protexit, ut milicia regis convenienter hostibus dicere potuisset: 'Nolite me considerare, quod fusca sum, quia decoloravit me sol', nisi, occisis omissis, pocioribus insudassent, rege vociferante: 'Punctim infigite, punctim transfigite', ut est dictum[1].

74. Quartum signum.

Nec est a stupore miraculi ociosum, quod, prelio consummato sic feliciter, ut est dictum, mox recedente nube sic auras easdem solis radius reillustrat, ut quasi divina dignatio
cf. Es 52, 6. 58, 9. reddens se suis tractabilem et benignam, nunc nube loqui nunc radio dignaretur: *Ecce assum, qui vocasti me.*

75. Quintum eciam nota signum.

Quintum eciam nota: sic Dei non est indignum, quod Manfredus in possessione, licet non iure, sed iniquitate fuit et domi, et sicut iura intonant, melius videretur condicio possidentis; sed ipsius Manfredi qualis sit condicio, ecce vide[f]!

a) p̄one *c.* b) congregatam *c.* c) quem habebant non m. d. r. K. absque bell. *hic add. sed verbo* vacat *adscripto del. c.* d) dignatus *c.* e) eis *c.* f) *addita sunt excerpta ex Guillelmi de Nangiaco chronica recensionis B, sub his rubris posita:* De adventu Henrici, fratris regis Hyspanie, ad regem Karolum. De adventu Conradini, filii Conradi, contra regem Carolum et morte ipsius Conradini. De amocione regis Caroli a vicaria Tuscie et adventu filie principis Antiochie in Franciam. De callida navigatione Petri regis Arragonum contra barbaros. *Desinunt verbis a.* 1281: hoc multi signum aliquod futurorum exinde fieri asserebant.

1) Supra c. 62.

EX ANNALIBUS CLERICI, UT VIDETUR, PARISIENSIS.

In codice Musei Britannici, Cotton. Vespasian. D. IV, post Willelmi Britonis Gesta Philippi et eorum continuationem (v. supra p. 299) f. 50 sqq. Annales leguntur inde ab a. 1215, quorum maior pars nihil est nisi excerptum ex Vincentii Speculo historiali. Sed inde ab a. 1249. clericus, ut videtur, Parisiensis rerum tunc gestarum narrationem addidit ab aliis huius temporis historiis diversam. Ex qua ad rem nostram faciunt quae satis accurate de Karoli comitis Andegavensis, post regis Siciliae, pugnis cum Manfredo et Conradino gestis refert, ex relatione, nisi fallor, coaeva[1], quae Karoli partibus favet, sumta. Ipse haec descripsi. Alia fragmenta edidit L. Delisle, 'Mémoires de la société de l'histoire de Paris' IV, p. 187. *G. W.*

. . . .

Eodem anno [1265] et in anno precedenti predicavit archiepiscopus Tirenensis crucem f. 67'. transmarinam. Et eo tempore venit magister Symon de Merpinciea[2] legatus in Franciam et auctoritate pape crucem de Apulia predicavit, commutans crucem transmarinam in crucem de Apulia, illis qui hoc concesserunt eandem indulgenciam concedens, predicans in estate et dans crucesignatis terminum ad movendum usque ad sequens festum beati Remigii tantum.

Eodem anno ante festum sancti Remigii Karolus rex Sicilie in Apuliam iter arripuit, et Rome veniens, honorifice receptus fuit, et ipsum comitem elegerunt in senatorem Romani. . . . . . .

Anno eodem circa festum beati Remigii crucesignati Francie arripuerunt in Apuliam f. 68 Oct. 1. iter suum, quos conduxerunt Robertus, filius comitis Flandrensis, et baronus[a] Guido de Melloto episcopus Altissiodorensis[3], qui satis liberum transitum per terram Lombardie[b], et ad regem Karolum sani et hylares pervenerunt; et post aliquantulum rex cum suo exercitu 1266. versus Apuliam properavit, et veniens apud Sanctum Germanum Lesguillier[4], rex ribaldorum[5] cum exercitu suo castrum impugnare cepit. Quod videntes comes Vindocinensis et quidam alii milites, fossata dicti castri tanquam cati ascendere viriliter inceperunt, non obstantibus innumerabilibus lapidibus in eos ab adversariis sicut grandinem missis. Audito vero in exercitu regis Lud.[c], quod comes Vindocinensis et alii eius socii auxilio indigebant, cucurrerunt plurimi ad eosdem, castrum viriliter inpugnantes. Quo viso, castri custodes fugere inceperunt. Et nostri eos insequentes audaciter castrum intrarunt et ipsum per Dei gratiam regis dominio subiugarunt die carniprivii[6]. Febr. 10.

Postea vero dominus Manfredum insequens quasi fugientem de die in diem, pervenit prope civitatem Beneventanam[d], et stans in quodam monte prope civitatem eandem, vidit in quadam pulcherrima planicie ante civitatem Manfredum armatum cum acie sua pungentes equos et paratos ad bellum. Quos cum vidisset rex Karolus, magnates de exercitu suo ad se convocavit et eos diligenter commonuit, ut se et suos contra adversarios ad bellum pararent[e], sperantes de die et sancte matris ecclesie auxilio, quod, licet adversarii plus essent in tercia parte, de eis victoriam obtinerent, cum rex et sui pro sancta matre ecclesia pugnarent et adversarii excommunicati essent.

Die vero Veneris post festum beati Mathie apostoli, quod fuit in media quadragesima, Febr. 26. aciebus hinc[f] inde ad pugnam ordinatis, domino Symone de Monte-forti et Guidone mare-

a) *ita c.* b) *supple:* habuerunt. c) *ita c.; sed de Karolo agitur.* d) Benevat. *c.* e) pararet *c.* f) huic *c.*

1) Eadem fortasse Primatus in enarrando bello contra Conradinum gesto usus est; v. infra. 2) A Gaufrido de Collone (infra) et Guillelmo Nang. Monte-Pigoci (Montpilloi) natus dicitur. 3) De quo cf. fragm. Gest. epp. Autisiod. p. 584 sq. 4) St. Germain l'Aiguillier, Hist. reg. Franc. Cont. infra p. 606; et similiter etiam Primatus c. 14; Balduin. Chron. Hanon. c. 241, SS. XXV, p. 459. 5) De quibus v. supra p. 569. 6) i. q. die cinerum.

1266. scallo de Milepois cum suis et Provincialibus in prima acie constitutis, circa mille equites sine peditibus, venerunt contra ipsos Alemanni ex altera parte fortiter cum maxima multitudine armatorum, et in illo primo conflictu magnam penam passi sunt nostri, et nisi succursus ex parte regis eis cito venisset, in periculo mortis erant. Sed adveniente domino rege, episcopo Altissiodorensi, Petro marescallo Francie cum exercitu eorum, clamatum est a parte nostra, quod in hostes de ensibus percuterent destoc[a. 1]; quo clamato et facto, occisi sunt hostes et ad perditionem ducti. Maior pars hostium mortua est in campo. Alia terga fuge[b]; quam insequitur pars ecclesie et in fugiendo multos occidit.

In conflictu illo mortuus est Manfredus, qui, ut dicitur, se ut bonus miles habuit in bello. Sed quia arma mutaverat, non potuit cognosci[c] in bello nec sciri, utrum esset mortuus vel vivus, cum post triduum inter mortuos inventus est[2] et honorifice est ad campos sepultus, sicut sana conscientia fieri potuit de eo, cum esset a papa excommunicatus.

In continenti autem post victoriam de inimicis habitam capta est a nostris civitas Beneventana et Karoli regis dominio subiugata. Parum etiam post reddita est regi tota Sicilia; ad quam custodiendam dominus Symon de Monte-forti est missus. . . . . . .

Anno Domini 1268. . . . . . .

f. 69. Aug. 23. Eodem anno die Iovis[3] in crastino octabarum assumptionis beate Marie virginis, de cuius rex Sicilie Karolus potissime sperabat auxilio, aciebus[d] regis ipsius contra acies Corradini, filii Corraldi, filii Federici, qui in auxilium suum habebat Henricum, fratrem regis Hyspanie[e], senatorem urbis Rome, et Romanos, ducem Austrie, comitem Galvanum et eius filium et plures Alemannos, ordinatis ad prelium, tribus scalis factis et ordinatis a[f] parte regis: idem Henricus, tanquam audax miles et probus, in prima scala partis adverse cum pluribus bonis se ponens, primam scalam regis aggreditur, et illi de scala illa et de secunda fere omnes terga fuge dederunt, exceptis domino Henrico de Consanciis, qui occisus[g] est in bello in armis regis, et quibusdam aliis Francigenis et pluribus aliis, qui ad scalam domini regis sunt reversi; quos fugientes dictus Henricus et sui viriliter sunt secuti. Interim autem dominus rex, qui in campo remanserat solum cum mille ducentis armatis, Corradinum, qui cum bene 7000 armatorum expectabat ibidem, tanquam vir magnanimus est aggressus, et postquam fuit acerrime utrimque pugnatum, illa die facta fuit hostium tanta strages, quod illa, que in campo Beneventano de aliis persecutoribus ecclesie facta fuit, respectu huius valde modica reputatur, quia fere omnes sunt mortui. Sed Corradus, dux Austrie, comes Galvanus et eius filius et quidam alii per fugam mortem vel carcerem evaserunt. Quo facto, Henricus, qui cum magno gaudio de fugando alios veniebat, credens regem occisum fuisse vel captum cum eius milicia tota, videns suorum tantam stragem, mirabiliter stupefactus, attamen suos ad prelium commonuit et in quantum potuit animavit. Regemque nostrum viriliter est aggressus. Sed predicto rege, domino Erardo de Valeriaco, qui de novo de transmarinis partibus venerat, et aliis, qui pro ecclesia se gerebant, contra eum audaciter ac magnanimiter venientibus ac preliantibus[h], dictus Henricus, pluribus de suis mortuis, in conflictu devictus est, et aliquantulum se retraxit, suos pro posse recolligens et iterum ad prelium exanimans[i] et eis dicens, quod de nostris victoriam obtinerent, cum essent pauci et laxati[k]. Iterumque dominum regem invasit, sed ipso domino Erardo ac aliis fortiter contra eum pugnantibus, adversariis fere omnibus occisis, dictus Henricus fuge remedio se commisit; et sic in totum dominus rex per Dei gratiam triumphavit, licet adversarii essent numero circa 14000 et nostri circa 4 milia armatorum, quorum multi se fuge remedio commiserunt.

In conflictu capti sunt Corradinus de Antiochia[l] et marescallus Corradini de Alemannia[4], qui erat dux tocius exercitus et bonus bellator. Postmodum vero dictus Henricus de
Sept. 7. Hyspania die Veneris in vigilia nativitatis beate Marie virginis de castro cuiusdam abbatis[5], in quo dum fugeret captus fuerat, ad regem est adductus et cum aliis captis carceri mancipatus. Sicque cum rege postmodum operatus est ex alto Dominus, quod Corradinus de Ale-

a) *ita c.* b) *supple:* dedit. c) cognoscū b. *c.* d) acieberus *corr., ut videtur*, aciebus (?) *c.* e) Hypan. *c.* f) ad *corr.* a, *superscr.* de *c.* g) occisum *c.* h) prelientibus *c.* i) examinans *c.* k) *i. e.* lassati; lexati *c.* l) Antinochia *c.*

1) *d'estoc* Gallice idem quod punctim Andr. c. 62. 2) Ita etiam Saba Malaspina III, 13, Muratori SS. VIII, p. 830. 3) Ita recte dies pugnae indicatur. 4) Kroff de Flüglingen? 5) Sancti Salvatoris prope Reate Saba IV, 12, p. 848.

mannia et dux Austrie, comes Galvanus et eius filius et quidam alii, qui numerum non 1268. faciunt, inter tantos cupientes fuge remedio se tueri, loca querentes silvestria, cum per terram non possent evadere, tandem ad castrum Asture supra mare situm, prout Domino placuit, diverterunt, ibique per Dei gratiam capti fuerunt, et die Mercurii post nativitatem Sept. 12. beate Marie virginis magestati regie presentati et cum prefato[a] Henrico et aliis per pedes et manus carceri duricius mancipati. Auditis autem in urbe Rom. rumoribus de conflictu, pars ecclesie regisque, quam dictus Henricus de Urbe eiecerat quorumque predia et bona quelibet pro viribus devastarat, revertentes ad Urbem, ad propria, nullo invento contrario, remearunt, et ad Capitholeum accedentes et castrum Sancti Angeli et ad alias Urbis fortileccias, amotis ex ipsis adversariis et eiectis, prefatum regem Karolum denuo in senatorem unanimiter eligentes, dictum Capitholeum cum aliis Urbis fortilectiis ipsius custodie submiserunt; qui concorditer electus ab omnibus, dominica post exaltationem sancte Crucis Sept. 16. subsequentis, nonnullis cardinalibus cum eo existentibus, urbem Romanam cum gaudio est ingressus. . . . . . .

Anno Domini 1268. . . . . . . f. 71.

Anno eodem die Martis ante festum beati Andree apostoli obiit bone memorie Clemens Nov. 27. papa IIII; et die sabbati post nativitatem Domini sequentem de hoc venerunt rumores Pari- Dec. 29. sius, ubi erat rex Ludovicus et duo legati, Symon scilicet et Radulphus episcopus Albanensis. Die Lune sequenti in vigilia circumcisionis Domini factum fuit servicium pro eo in Dec. 31. capella domini regis.

Ille Clemens antequam esset papa vocabatur Guido, et erat magnus clericus et optimus pacificator, et uxoratus fuit et liberos habuit de uxore sua; qua mortua, fuit clericus regis Francie, postmodum electus est in episcopum de . . . .[b, 1] Deinde fuit in Narbonensem archiepiscopum postulatus et confirmatus. Postea ad cardinalatum vocatus et ad pacificandos barones Anglie cum Henrico rege suo, quem in bello ceperant et captum tenebant, fuit postmodum a latere pape missus; sed quia barones Anglie ei denegaverunt ingressum, in aliquos eorum nominatim et in omnes adherentes eisdem sententiam excommunicationis fulminavit; et consecratus in papam, antequam aliam ferret sententiam, eandem excommunicationis sententiam auctoritate apostolica confirmavit. . . . . . .

a) prefacto *c.* b) *vacat c.*

1) Podio (Le Puy) a. 1257—1260.

EX CONTINUATIONE GESTORUM EPISCOPORUM AUTISSIODORENSIUM.

Gesta haec, quorum partem tomo XIII. edidimus, a variis scriptoribus per saeculum X—XIII. continuata[1] *pauca tantum continent quae ad res imperii Romani illustrandas faciunt; quare breve eiusmodi fragmentum supra p.* 146 *n. historiae Vizeliacensis monasterii subiecimus. Episcopus vero Guido de Melloto, qui medio saec. XIII. sedit, antea Virdunensem ecclesiam rexit, praeterea post Friderici II. mortem Karoli Andegavensis partes contra Manfredum egit. Haec ex Gestis quae auctor coaevus codici nunc in Autissiodorensi bibliotheca publica servato post intulit, selegimus, editionem bonae fidei secuti quam Duru paravit ('Bibliothèque historique de l'Yonne' I, p.* 490*). Antea impressa erant apud Labbeum (Bibl. nova mss. I, p.* 497*). G. W.*

HEC SUNT ACTA DOMINI GUIDONIS DE MELLOTO EPISCOPI AUTISSIODORENSIS.

1. Recolende memorie successit episcopus Guido de Melloto, cuius gesta tanto sedulIorem sibi vendicant auditorem, quanto altiora et actu nobiliora fuisse noscuntur. Fuit enim de dyocesi Autissiodorensi, ex utroque parente generoso sanguine procreatus; pater eius fuit Guillermus de Melloto miles, dominus castri Sancti-Prisci huius dyocesis, vir tocius curialitatis et largitatis amator, mense proprie communicator hylaris, pauperum nobilium sustentator, qui eciam, sicut fertur, acquisito cognomine ex rei consonancia et quadam proprietate boni a plerisque Pacis-baiulus vocabatur. Nam quociens inter aliquos confines suos discordiam exortam cognoverat, toto nisu ad pacis reformationem intendens, laborem interponere non cessabat, donec discordes, si posset, ad concordiam revocasset. Mater eius de prosapia dominorum Montis-Sancti-Iohannis traxit originem et antique nobilitatis stemate fuit non inferior viro suo. Horum itaque natus presul, de quo loquimur, a puericia studio litterarum traditus, sic profecit, quod primo in fundamento grammatice radicatus, liberalium arcium fuit auditor proficuus, ac deinde utriusque iuris, canonici videlicet et civilis, acquisita noticia, sacre pagine postmodum, quociens licuit, diligens extitit revolutor. Sed eius propositum in hac parte negotiorum ecclesiasticorum occupatio frequencius impedivit; in adolescentis quippe moribus et domatibus se exornans, spretis lasciviis, membris incultis et incomptis crinibus, compositioni corporis, sicut mox[a] est nobilium iuvenum, non vacabat. Quam ob rem patri minus carus inter liberos habebatur; sed Altissimi dispositio, qui sibi eum reservabat futurum antistitem, decultum eius adeo processu temporis exornavit, quod filius sapiens patris gloria, mutato nomine filii a patre, pater et dominus habitus est, et quasi incurvati sunt coram eo filii matris sue. Erat enim vir statura procerus, corpore bene com-

a) *i. e.* mos.

1) Vide quae p. 397. editionis leguntur a. 1079. scripta: *Altissiodorensis ecclesiae non ignobilis consuetudo est, quam cito de seclo migrat eius episcopus, ilico terminum vitae, sedis introitum ac precipue bene gesta ipsius conscribere.*

positus, corde magnanimus, ecclesiastice rei augmentator industrius, providus dispensator publice utilitatis et plebis tutator indefessus, in sermone modestus, in oratione devotus, in altari angelicus, cuius cantus meleice[a] reboans velut tuba sonora replebat aulam Dei et spiritibus dulcisonis animos audiencium delectabat, nec minor consilio in conciliis et collegiis prelatorum corporali venustate ceteris preeminens, venerando gestu et imperioso quodammodo predominari videbatur aspectu. Si quid autem incumbebat iudiciali disceptandum examine coram ipso seu aliud ordinandum, persuasionibus et rationibus facilem ac sedulum prebebat auditum, et audita diiudicante revolvens animo vibransque omnia, nichil ex precipiti faciebat. Unde hunc ab ipsis discretionis sue primordiis morem contraxerat, ut agenda sua tanta deliberationis fornace decoqueret, multis sibi hec ascribentibus lentitati, quod interdum, sed raro dispendioso peragi contingebat exitu, que maturato compendio potuerant expediri; et licet esset in negociis et rebus prospere gerendis sollicitus, vix tamen unquam secularium occupationum frequencia tanta fuit, cui divinum obsequium hora debita non preferret. Erat siquidem illi quasi moris innati iusticie exercere rigorem, bene meritos remunerare, maleficos punire, ita quod quandoque non ex typo malicie, sed ex zelo iusticie virge mansuetudinem aliquantulum excedebat, oppressis compati, supplicibus parcere, humiles exaltare, superbos deprimere et debellare rebelles; et hac fuit insuper a Domino felicitate donatus, quod in omnibus que pro honore Dei et iuribus ecclesiarum suarum aggressus est semper victoriam dedit illi Dominus et eius opera cum gracia et favore direxit.

2. Qualiter cives Virdunenses expugnavit.

1245.

Anno etatis sue tricesimo secundo vel circa vocatus per electionem canonicam ad regimen ecclesie Virdunensis, quamquam de ipsius gremio non esset, et in episcopum consecratus, retento nichilominus ex dispensatione sedis apostolice decanatu Autissiodorensis ecclesie, quem prius optinebat, intellexit, quod omnimoda iurisdictio, spiritualis videlicet et temporalis, civitatis et civium Virdunensium ad episcopum pertinebat, et quod predecessores Virdunenses episcopi longe retroactis temporibus eam diu pacifice possederant[b] pleno iure, sed per incuriam aut impotentiam quorundam, qui inmediate prefuerant, pontificum cives astuti iurisditionem civitatis temporalem et iura episcopalia in multis usurpaverant, necnon maiores et scabinos creaverant, per quos eadem civitas in temporalibus regebatur. Imposuerant quoque publicas exactiones et pedagia, ex quibus se rem publicam gubernare murosque et menia civitatis fortificare dicebant; quibus ad suam presenciam evocatis, ipse, ut erat prudens animo secundum doctrinam euangelicam, primo per se ipsum blandis sermonibus et dulcibus inductiis[c] ipsos et caritative monuit et rogavit, et postmodum per alios magnos et sapientes diligenter interpellari fecit, quatinus iurisditionem ecclesie taliter usurpatam et iura episcopalia que subtraxerant ecclesie restituerent[d] et a presumendis similibus abstinerent; quod surdis auribus obaudientes, efficere recusarunt, pretendentes sub ficta verborum suavitate, sicut moris est patrie, excusationes multiplices in peccatis. Deinde via regia compulsus procedere, ipsos canonice premonitos et superbo oculo parere monitis recusantes excommunicationis mucrone percutit[e], quam, sicut iuris erat, adeo agravatam, ut in personas ecclesiastice censure nervus progressibilis ultra non esset, sustinentes animis obstinatis, et ex correctione pertinaciores effecti, ibant ab obice seviores[f]. Videns autem nequiciam ipsorum, in quibus ab antiquis progenitoribus usura et dolus viguerant et vigebant, previa deliberatione cum sollempni processione cleri tocius civitatis villam exiens et corpus Christi faciens extra ferri, civitatem ipsam et homines generali supposuit interdicto, dimissis ibidem sacerdotibus aliquot tantummodo ad penitencias morientium et baptismata parvulorum, et suspicans, quod contra ipsum libenter sinistrum aliquod molirentur, si possent, sese in castra et munitiones episcopatus recepit. Ipsi autem ex hiis indignantissime provocati, spiritu rebellionis assumpto, ceperunt non recte cogitare, qualiter iniuste iustum possent opprimere; sicque factum est, quod die quadam, communi diffinitione inter se habita et edicto publice proclamato, exierunt civitatem armati in fragore nimio et tumultu pompatico omnes a iuvene usque ad senem armorum gestabiles, et debellare valentes cum militibus conducticiis numero quasi duodecies mille estimabiles ad terram episcopatus vastandam et incendio concremandam; inter quos, ut fertur, quidam ducatorum[g] et maior eorum in vituperium pontificalis honoris mitram episcopalem galee

a) modice *L.* b) possederent *c.* c) *ita c, pro* inductionibus. d) restituerant *D.* e) pertulit *D.* f) leviores *L.*; seniores *D.* g) *ita L.*; ducentorum *D.*

1246. suprapositam deferebat. Eadem vero die episcopus cum quibusdam suis armatis exierat Charniacum castrum ad predandum, ut creditur, animalia, que cives extra civitatem immiserant depascenda; sed a longe previsis hostibus, gressum aliquandiu retardavit, donec nobilis et bellicosa sui generis comitiva, que non procul aberat, et pro qua mandaverat, convenissent ad eum; quibus congregatis numero paucis, videlicet trecentis estimabiliter viris et non pluribus, ut creditur, milicie tamen peritis et armorum industriis, circonspectus habito episcopus brevi consilio, cum eisdem occupato promontorio, circoncludens adversarios belli indoctos et opposito soli suppositos et tam prudenter quam potenter cum suis irruens in eosdem, omnipotente Deo, qui docuit manus suorum ad prelium, causam suam tuente, non tam victoriose quam miraculose devicit eosdem; et erectum male verticem rebellantium[a] in delictis suo fremitu conculcavit, quibusdam in fugam conversis, aliis gladio corruentibus et ceteris captis ductis. Fuitque captorum numerus capiencium multo maior; in quo conflictu sacerdotalis ministerii et pontificalis modestie non oblitus, letaliter nullum lesit, sed animando et exhortando suos ad pugnam plus officio lingue quam ipsis manibus profecit ad pugnam, obtentaque victoria, ad castrum, unde exierat, cum gaudio regressus est. Paucis autem decursis diebus, cives virga correctionis edocti, quos[b] paulo ante mansuetudinis monita flectere nequiverant, pacem ceperunt inquirere, et mediantibus bonis, ad hanc concordie formam deventum est, quod, iurisdictione omnimoda temporali et iuribus ecclesie restitutis, decies mille libras episcopo pro dampnis et sumptibus exolverent; seditque episcopus civitatem extunc in tranquillitate regens, cui tantum prefuit anno uno.

3. Qualiter ad ecclesiam Autissiodorensem translatus. . . . .

1247. Elapso deinde aliquanti temporis intervallo, bone memorie Regnaudo de Salligniaco Autissiodorensi episcopo rebus humanis exempto, ad ecclesiam Autissiodorensem, in qua decanatum retinuerat, ut predictum est, tam per electionem quam postulationem canonicam, auctoritate apostolica interveniente, cum leticia magna cleri et populi translatus est. . . . . .

9. Qualiter profectus est in auxilium Karoli regis Cicilie.

Ea tempestate qua dampnate memorie princeps nephandissimus, paterni sceleris imitator, Manfredus, filius Frederici quondam imperatoris, regno Scicilie, proprio Petri matrimonio[c], et ducatu Apulie[d] occupatis, res ecclesiasticas dampnabiliter detractabat, evertebat ecclesias et fugabat prelatos; vocato per summum pontificem viro magnifico Karolo, regis Francie filio, pro suscipiendo regno huiusmodi et liberando de manibus impii memorati, concessaque ab apostolico omnibus in eius auxilium proficiscentibus peccatorum suorum 1265. indulgencia generali, zelo devote peregrinationis accensus, Romam adiit in Karoli subsidium, apostolica tamen interveniente licencia profecturus; ubi a sanctissimo patre Clemente IV. Romane tunc ecclesie presidente et cardinalibus honorifice et gaudens receptus, commisso sibi in ipsa expeditione legationis offitio, de mandato eiusdem summi pontificis in auxilium eiusdem Karoli in regem consecrati, cum eodem rege et eius exercitu gressum 1266. direxit. Cumque iam aproximassent Beneventanam civitatem, ubi stabat adversarius cum Alemannorum multitudine bellicosa, iamiamque starent acies hinc inde parate congredi, ipse, ut erat armis intus divinis precinctus et exterius indutus militaribus, stans super regis exercitum, salutaris exhortationis sermone premisso pro ipsis animandis ad pugnam, elevata manu loricata, apostolica fretus autoritate, omnes ab omnibus peccatis absolvit, evolationem illis promittens incunctanter ad patriam, si qui forte morientes pro viribus strenue debellassent, moxque ut predicationis sue exemplaris probaretur doctor, non sequi, sed precedere visus ad prelium, tanto animositatis ardore corda videncium inflammavit, quod passim per hostes et gladios irruentes, non aggredi, sed furere videbantur. In quo congressu, modestie pontificalis non immemor, nunc acies erumpendo, nunc equos hostium gladio prosternendo, nunc clamando et animando ad pugnam alios magnanimo gestu et lingue redimebat officio, quod in personas hostium attemptare propter irregularitatis periculum forsitan expavebat; si fas sit credere, quod vir strenuus in iusto bello et letali conflictu ferientibus manu mutua non repugnet. Denique Manfredo morte cadente in bello, suisque vel captis vel fugientibus aut gladio[e] peremptis, expleto victorioso certamine, ac ipso rege tocius Apullie regimen et dominium tranquillum adepto, cum ipso aliquandiu commoratus, deinde valedicto recedens, apostolica revisit limina, ubi a papa et fratribus cum leticia et veneratione susceptus, et aliquot diebus immorans, ac deinde cum apostolica benedictione recedens, iter suum Domino prosperum faciente, ad propria regressus est. . . . . . .

a) rebellentium *c.* b) quod *D.* c) patrim. *L.* d) Capulie *D.*; Capue *L.* e) plaudio *c.*

EX CHRONICO GIRARDI DE FRACHETO.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Girardus de Fracheto (vel Frascheto) natus in Castro Luceti ('Chalus') prope Lemovices, anno 1226, *Mart.* 25. *Parisiis ordinem Praedicatorum suscepit, a.* 1271, *Oct.* 4. *obiit, cum interea compluribus dignitatibus ordinis sui, velut a.* 1233—1251. *prioratu conventus Lemovicensis, functus esset*[1]. *Qui praeter librum de vitis fratrum ordinis Praedicatorum*[2] *chronicon ab origine mundi usque ad a.* 1266, *aridum et inutile, conscripsit*[3], *cum pleraque ex Vincentii Speculo historiali et Roberti Autissiodorensis*[4] *vel S. Martini Turonensis*[5] *chronico excerpserit, paucissima in extrema parte peculiaria addiderit. Quod tamen opus contra meritum magnam auctoritatem adeptum est, cum et saepissime descriptum et a multis posterioris aevi chronistis exscriptum sit; quare et hic excerpta quaedam proponenda erant.*

Recensionis usque ad a. 1266. *usui fuerunt codices:*

A 1) ***Parisiensis*** *nr.* 5005, *mbr. s. XIV, f.* 1—83'.

A 2) ***Parisiensis*** *nr.* 5005 *A, mbr.* 4° *min., s. XIV, f.* 1—192[6].

A 3) ***Parisiensis*** *nr.* 4938, *mbr.* 4°, *s. XV, f.* 1—174, *quos omnes V. I. Waitz exscripsit*[7].

Sive ipse Girardus sive alius quidam Chronicon Martini Oppaviensis nactus, ex hoc quae a. 1267. 1268. *gesta sunt operi subiunxit et pauca in praecedentibus mutavit. Huius recensionis excussi sunt codices:*

B 1) ***Vindobonensis*** *bibl. palat. nr.* 631 *(olim Eug. q.* 83*), mbr. s. XIV*[8], *a V. Cl. H. Kohl;*

B 2) ***Montispessulanus*** *nr.* 79, *mbr. fol., s. XIV, a V. I. Waitz*[9];

1) V. de eo Bernard. Guid., De ord. Praedic., SS. R. Gall. XXI, p. 740; 'Hist. litt. de France' XIX, p. 174 sqq.; Quétif et Echard, SS. ord. Praedic. I, p. 259.

2) Ed. Duaci 1619. 4°; Valenciae 1657. 4°.

3) In tribus codicibus nomen eius operi praescriptum est, reliqui nullum indicant auctorem.

4) Incipit ut hoc: *In primordio temporis ante omnem diem* etc.

5) Ad hoc quidem unus locus eorum quae ex Girardi chronico exscripta habemus recedit: *Cuius* (Richardi regis Angliae) *bella que fecit et facta eius in libro dierum regum Anglorum scripta sunt plenius.*

6) In fine codicis f. 204. legitur: *De mandato magistri Iohannis de Nigella physiciani sanctissimi et invictissimi domini regis Karoli et cappellani domini pape ego Angelus Alberti not. hunc librum scripsi et exemplavi.*

7) Eiusdem recensionis codices exstant: A 4) **Parisiis** in bibliotheca '**Arsenal**' nr. 1147 (Hist. Lat. nr. 11), s. XIII ex.; A 5) in bibliotheca comitis de **Ashburnham**, Barrois nr. 216; A 6) **Parisiensis** nr. 4937; A 7) **Remensis** K. 764. 761, mbr. fol., s. XIV, ubi titulus est: *Cronica ex diversis historiis abreviata a fratre Girardo de Fracheto;* cf. 'N. Arch.' II, p. 309; A 8) **Matritensis** bibl. regis 215, s. XV; cf. 'N Arch.' VI, p. 346. — In codice Claromontano secundum 'Hist. litt.' l. l. similis rubra est: *Chronicon fratris Gerardi de Frascheto ordinis fratrum Predicatorum.*

8) Prodiit 'du cabinet de monsieur de Camps abbé de Signy'.

9) Cf. 'Arch.' VII, p. 666.

B 3) Parisiensis nr. 4863, *cui Sigeberti chronica cum continuationibus continenti folia finem chronici Girardi cum brevi additamento exhibentia post assuta sunt*[1]*;*

B 4) Parisiensis nr. 5040, *mbr. fol. min., s. XV.*[2]

Quidam codices, qui Girardi chronicon usque ad a. 1272. *continuatum praebent, hoc falso Iohanni Frasqueto cuidam monacho S. Germani Autissiodorensis tribuunt, ubi certe error ex similitudine nominum ortus est*[3]. *Hi codices sunt: C 1) Parisiensis nr.* 12498 *(olim S. Germani nr.* 1000*), chart. s. XV*[4]*; C 2) Parisiensis nr.* 14663 *(olim S. Victoris nr.* 722*); C 2[a]) Parisiensis nr.* 14664 *(olim S. Victoris nr.* 1065*) chart., est praecedentis apographum s. XVIII*[5]*; C 3) Cheltenhamensis nr.* 1881, *s. XIV; cf. 'Arch.' VII, p.* 99.

Ex Girardi chronico paucissima excerpta, plura ex continuationibus edita sunt SS. R. Gall. XXI, p. 1 *sqq.* *O. Holder-Egger.*

Vinc XXX, Anno Domini[a] 1230. studium Parisius dissipatur. . . . . . .
137 Anno quarto sequenti rex filiam comitis Provincie ducit. Fit fames magna, in Pictavia maxime, ita quod sextarium
1234. bladi 50[6] solidos valet[b] et homines ut animalia herbas excerpunt[c]. Sequitur tanta mortalitas, quod tam igne sacro
quam pestilentia multa[d] milia hominum moriuntur. Ego una die semel[e] in cimiterio Sancti
ib. c. 138. Geraldi Lemovicensis vidi centum pauperes sepeliri, frequentius autem 30 et 50[f]. Hoc tempore apud Cremonam facta est tempestas maxima, et lapis grandis, in quo erat crux et ymago Salvatoris expressa, et desuper scriptum litteris aureis: *Ihesus Nazarenus rex Iudeorum*, cecidit in[g] monasterio Sancti Gabrielis, et de aqua in qua liquefactus est lapis unxerunt monachi oculos cuiusdam fratris semiceci; et statim clare vidit.

Anno Domini 1239. corona Christi et crux de Constantinopoli Parisius[h] transfertur.
ib. Hiis diebus oritur discordia inter papam et imperatorem Fredericum[i]. Cum ad concilium generale con-
cf. ib. veniunt, capiuntur[k] Pisis duo[l] ab imperatore cardinales et multi prelati; propter quod excommunicatur imperator et tandem, cum emendare nollet, a successore Gregorii Innocencio IIII. in concilio Lugdunensi deponitur.

Anno Domini 1240. Gregorius papa obiit. Hic decretales per manum fratris Raymundi[m] de
ib. Penna-forti ordinis Predicatorum compilavit. Inter hunc Gregorium et Innocencium vacat sedes apostolica 22 mensibus propter ambitiones et discordias. Nam Celestinus 17 tantum diebus preest. . . . . . .

Anno Domini 1243. Innocencius IIII. fugit de Ytalia et venit Lugdunum; post annum
1245. tercium concilium generale celebrat et Fredericum[n] deponit. Cancellarium quoque Parisiensem [scilicet[o] magistrum Odonem de Castro Radulphi] et Hugonem de[p] Sancto Caro priorem fratrum[q] Predicatorum Parisiensium[r] cardinales facit. Eligitur in imperatorem landegravius[s] Toringie[t]; qui contra Fredericum pugnat et infra annos quatuor est defunctus. Item post eligitur Guillelmus[u] comes Hollandie; qui anno 5. post a Frisonibus est occisus. . . . . . .

Anno Domini 1244. . . . . Eo tempore in Sabaudia mons cadens et multas[v] villas destruens, per miliare et amplius plus[w] quam quinque milia hominum contrivit[x, 7]. . . . . . .

Anno Domini 1251.[y] Innocencius papa de Lugduno recessit, ubi septennium fere compleverat. Canonizantur eo tempore sanctus Edmundus[z] Cantuariensis et sanctus[a] Willermus

a) *deest B* 1. b) valeret *A* 3. *B* 1. c) excerpebant *A* 4; excerpent *B* 1. d) m. m. h. *des. A* 2; hom. *deest A* 1. 3. e) *deest A* 2; et simul *add. B* 1. f) infra *A* 2. g) et in *B* 1. h) *deest B* 1. i) Feder. *B* 1 *semper. B* 3 *aliquoties.* k) rap. *A* 2; et cap. *A* 1. l) ab i. d. c. *A* 1; ab i. c. d. *A* 2. m) Raymondi *B* 1; Resmundi *B* 2; Raimundi *B* 3. — de P. o. Pr. *des. A* 3. n) imperatorem *add. A* 1. *B* 3. o) *des. A.* p) de S. C. *des. A* 3. q) pr. fratrem Predicatorem *B* 2. 3. r) *deest B.* s) lamdegravum *B* 1; landegrav̄ *B* 2; landegravum *B* 3. t) Thor. *A* 2; Tur. *B.* u) Willermus *B* 1; Willelmus *B* 3. v) gentes et *add. B* 1. w) *deest B* 1. x) convertit *B* 3. y) 1254. *B* 3. z) *deest B* 3. a) beatus *B* 3.

1) Cf. SS. VI, p. 292. Idem fragmentum exstat in B 3[a] codice Duacensi nr. 798 (olim 750). Cf. 'Arch.' VIII, p. 425. 2) Eiusdem recensionis sunt codices: B 5) Parisiensis nr. 5005 B; B 6) Duacensis nr. 800, s. XIV (cf. 'Catal. général des mss. des départ.' VI, p. 501, qui ibi falso Roberti Autiss. chronicon continere dicitur); B 7) Parisiensis nr. 5039, mbr. s. XV, cum continuatione usque ad a. 1285, ubi titulus: *Cronica fratris Girardi de Frachet ordinis fratrum Predicatorum;* B 8) Venetus S. Marci, Hist. prof. 46, mbr. 4°, s. XIV, cum cont. — 1342; cf. 'Arch.' XII, p. 641; B 9) Parisiensis nr. 5005 C cum cont. — 1364. 3) Cf. 'Hist. litt.' XXI, p. 721; Lebeuf, 'Mém. d'Auxerre' II, p. 495. 4) Inscribitur sic: *Incipit cronica quedam a mundi exordio usque ad annum incarnationis Domini* 1272. *edita, ut fertur, a fratre Iohanne Frasquet monacho S. Germani Autissiodorensis.* 5) Incipit demum ab a. 989, ubi f. 393: *Sequentia leguntur (!) sunt pars posterior et minor chronicae Ioann. Frasqueti.* 6) 100 Vinc. 7) Cf. Mart. Opp., SS. XXII, p. 472.

Bituricensis episcopi et confessores, item sanctus Stanislaus[a] episcopus de Polonia et sanc-
tus Petrus de ordine Predicatorum, martyres Iesu Christi. Moritur regina Francie Blancha, 1252.
mater predicti regis Ludovici. . . . . . . Manfredus[b], filius Frederici quondam[c] impera-
toris, Siciliam [occupat[d]] et Apuliam et Calabriam contra ecclesiam optinet. Item princi-
pum Alemanie quidam Richardo[e], fratri regis Anglie, quidam vero regi Castelle a se electis 1257.
adherent. Item rex Aragonum filiam suam nomine Ysabellam, neptem beate Elizabeth[f]
Theutonice, dat filio regis Francorum[1]. . . . . . . Eodem tempore intra[g] Lugdunum et Vien-
nam super Rodanum in villa que dicitur Mahon[h] natus est puer habens[i] capud[k], barbam,
capillos, pecten[k] et virilia ad modum hominis 30 annorum et vixit circiter duos annos.
Eodem[l] tempore Mecha civitas, in qua Machometus conditus erat, igne celesti est[m] com-
busta. Facta est contentio[n] inter Ianuenses et Pisanos, et multi occisi, et galee combuste,
et eorum vici in Accon[o] destructi. Pisani autem prevaluerunt, Venetis adiuvantibus eos.

Anno Domini 1258. a festo penthecostes usque ad nativitatem Domini in Ytalia et tota Gallia tanta inundatio pluviarum fuit, quod pontes et ville multe et sata destructa sunt; nec[p] sata colligi nec alia seminari valuerunt. Eodem tempore Tartari[q] ceperunt potentissimam civitatem Baldich[r], calipha[s] Sarracenorum occiso[t], christianos autem reservaverunt ibi[u]; post Yconium, Alapiam et Damascum devastant.

Anno Domini 1259. Parisius facta est pax inter reges Francie et Anglie. Nam rex Anglie de expressa voluntate fratris sui[k] Richardi regis Alemanie et sororis et filiorum et principum et prelatorum Anglie consilio quitavit in perpetuum, quidquid iuris requirebat in ducatu Normannie et comitatibus Andegavie et Turonie et Pictavie et eorum feodis. . . . . . . Erant autem tunc temporis 4 fratres, scilicet rex Francie et Karolus comes Andegavie, et Henricus rex Anglie et Richardus rex[v] Alemannie fratres, qui quatuor filias comitis Provincie[2] habebant in uxores et liberos multos ex illis.

Anno[w] Domini 1261. institutus est ordo fratrum de penitentia Ihesu Christi apud Maxilliam[x] de speciali mandato domni pape.

Anno Domini 1261.[y] Alexander papa moritur in festo sancti Urbani, et post in decol- Mai 25.
latione sancti Iohannis baptiste Urbanus IIII. eligitur, Trecensis natione, [ex[z] patriarcha Aug. 29.
Ierosolimitano]. Eodem anno Constantinopolis a Grecis capitur[a] proditione. Predictus
Urbanus[b] 14[c] cardinales elegit, inter quos fuerunt[d] fratres[e] Anibal[f] ordinis Predicatorum
et Guido[g] Cisterciensis magistri in theologia et Guido Fulcodii[h] Narbonensis et Henricus
Ebredunensis[i] archiepiscopi et magni in iure; item duo consiliarii regis Francie, Ebroicensis episcopus[3] et thesaurarius Turonensis[4].

Anno Domini 1264. cometes terribilis per mensem Augustum et Septembrem apparuit.
Et Urbanus papa in festo beati Ieronimi moritur, et post in festo beate Agathe[k] Guido Sabi- Sept. 30. 1265.
nensis episcopus eligitur et Clemens IIII. est vocatus. Sarraceni de[l] Affrica in Hyspa- Febr. 5.
niam transfretant, quibus iuvantibus reges Muscie[m] et Granate contra regem Castelle rebel-
lant et multos christianos occidunt. Item baronibus insurgentibus, reges Anglie et Aleman- 1264.
nie fratres et eorum filii capiuntur. Sed dominus Edoardus, filius regis Anglie, de captione
evadens, cum eis iterato confligit et reges liberat et comitem Leicestrie cum filio et[n]
cognato suo et multis aliis occidit. Karolus, frater regis Francie, Mediolanorum et Roma-
norum senator factus, contra Manfredum Siculum de mandato pape[o] cum multis cruce
signatur[p], pugnat et in campis Beneventanis[q] eum cum multis[r] occidit[s]. Ab ecclesia Ro- 1266.
mana in regem [una[t] cum uxore sua] coronatur, et Tusciam[u] [et[v] Campaniam] et Apuliam
et Calabriam et Siciliam et magnam partem Ytalie ecclesie subdit[w] et sibi[x].

a) Stantillaus *B* 1; Stantillanius *B* 3. b) Menfr. *B* 1. c) imp. condam *B* 1. d) *deest A.* e) Ricardo *A* 1. *B* 3. f) Elysabeth Thuronice *B* 3. g) item *B* 3. h) Bahom *A* 3. i) hominis *B* 3. k) *deest B* 3. l) Eo *B* 2. m) comb. e. *B* 1. n) et c. *A* 1. 2; conventio *B* 3. o) Acon *A* 2; Acchon *B* 1; Achon *B* 3. p) et *B* 2; ita quod coll. *B* 3. q) Tartarini *A* 1. 2. r) Baldich *corr.* Baldach *A* 2; Baudas *B* 2. s) caliphas *B* 2. t) occisus *B* 2; occisio *A* 1. *B* 1, *ubi* fuit *add.* u) ubi *B* 1. v) dux *B* 1. w) *haec des. B* 3. x) Massiliam *A* 3 *solus.* y) 1262. *B* 1. 2; 1271. *B* 3. z) *des. A.* a) pr. c. *B.* b) IIII. *add. B* 2. c) 24. *A* 3. d) fuit *B* 1. e) *deest B.* f) Hanibal *B* 1; Hannibal *B* 3. — de ordine *B* 3. g) ordinis *add. A* 3. h) *deest B* 3. i) Hebr. *B* 1. k) Agate *B* 1. 2. l) in H. de A. *A* 2. m) *sic omnes codd. pro* Murcie. n) f. suo, cognato eiusdem Edoardi (c. e. E. *des. B* 3) *B.* o) domni p. *B* 1. p) signatis *B* 3. q) Beneventi *B* 3. r) aliis *add. B* 3. s) occiditur *A* 4. — Et tunc ab *B* 3. t) *des. A;* una *deest B* 3. u) Stuciam *A* 2. 3. v) *des. A.* w) subdidit *B* 1. x) *desmunt codd. A; pergunt codd. B.*

1) Alfonso. 2) Raimundi Berengarii IV. 3) Radulfus de Grosparmi. 4) Simon de Bria.

CONTINUATIO.

Mart Quarto eiusdem Clementis anno, scilicet anno Domini[a] 1268, Coradus[b], nepos Frederici olim imperatoris, suorum patrum sequens vestigia, parvipendens domini pape excommunicationem, contra ecclesiam et contra dominum[a] Karolum tunc[a] regem Sicilie insurgens, cum Teutonicis[c], quos[d] habebat, quam plurimis, Lombardis[e] et Tuscis sibi[f] adiunctis pervenit usque Romam; ubi cum imperiali more sollempniter receptus fuisset, adiuncto sibi senatore Urbis[1] et quam plurimis[g] Romanis, regem Karolum debellaturus Apuliam intravit. Sed post durum campestre bellum Coradus[h] et quidam[i] dux Austrie et multi comites et nobiles in fuga capti per regem Karolum una cum proditoribus ipsius regis decollantur.

Anno Domini 1268.[k] in fine Augusti hic Clemens canonizavit cum magna sollempnitate Viterbii sanctam Advigam[l] condam ducissam Polonie[m], mire sanctitatis et devotionis viduam. Iste Clemens IV, Guido Fulcodii[n] vocatus, natione Provincialis, uxorem ac liberos habuit. Primo[o] fuit famosus advocatus et regis Francie consiliarius, demum uxore mortua, propter vitam et scientiam laudabilem primo Podiensis episcopus et post Narbonensis[p] archiepiscopus, tandem Sabinensis episcopus efficitur[q]. Sed cum post in Angliam propter pacis reformationem a papa Urbano IV, predecessore[r] suo, legatus missus fuisset, absens a cardinalibus Perusii in papam est[s] electus. Sic ieiuniis, vigiliis et orationibus ac[t] aliis bonis operibus intentus fuit, quod multas quas tunc ecclesia sustinebat tribulationes Deus suis meritis creditur extinxisse. Hic sedit annis tribus, mensibus novem, diebus 21. Mortuus Viterbii sepultus est in ecclesia; et[u] cessavit sedes*.

*) *B 7 pergit:* annis 2, mensibus 9. Et in festo beati Egidii Kal. Septembris electus est et nominatus in papam Theobaldus Placentinus *etc.*

ADDITAMENTUM
cod B 3.

Cui successit archidiaconus Leodiensis Theodardus[2] nomine et fuit. . . . . .[v] X. Hic tenuit consilium Lugd., et deposuit episcopum Leodiensem Henricum, fratrem comitis de Guellis[3], propter incontinentiam vite; et inibi fratres ordinis Saculorum et ordinem ipsum, ne ultra procederent, eradicavit. Hic etiam precepit[w], ut, cum auditur in missa Iesus nominari, inclinetur ab omnibus. Hic fecit fratrem Bonamventuram[x] de ordine Minorum cardinalem. Huius tempore[y] apud Lugdunum tempore concilii obiit magister Robertus de Sorbona, vir religiosus et in orbe nominatissimus.

ADDITAMENTUM
codd. C.

Cessavit[z] sedes 36 mensibus et 11 diebus.

Anno Domini 1271, sexto Kalendas[a] Aprilis dominus papa Gregorius decimus in ecclesia sancti Petri in urbe Romana in episcopum consecratus est et coronatus corona papatus et imperii ad portam ipsius ecclesie super gradus ipsius ecclesie, domino Karolo rege Sicilie presente et ipsum papam ducente per frenum equi pedis usque ad Lateranum.

1273. Febr. 8. Anno Domini 1272, die Mercurii post purificationem beate Marie virginis domino Gregorio papa decimo apud urbem Veterbii[b] existente in infirmitate, apparuit stella cometes a parte occidentis et visa est post per plures dies.

Explicit Deo gracias.

a) *deest B 3.* b) Coraldus *B 2 semper;* Corradus *B 4 semper.* c) Thet. *B 1;* Theut. *B 4.* d) q. h. q. *des. B 3.* e) Longob. *B 2;* Lumb. *B 3.* f) *deest B 1.* g) et pluribus *B 3.* h) Corrandus *h. l. B 3.* i) qui *B 1; deest B 3.* k) 1269. *B 1.* l) Adwigam *B 2. 4;* Adurgam *B 1.* m) Pollon. *B 4.* n) Falc. *B 3.* o) Post *B 2.* p) Narban. *B 4.* q) eligitur *B 3.* r) pr. s. *des. B 3.* s) el. est *B 1.* t) et *B 3.* u) et c. s. *des. B 1.* v) *legi nequeunt; supple:* vocatus Gregorius. w) precepta *B 3.* x) bonam fortunam *B 3.* y) temporis *B 3* z) *post* sep. est in ecclesia. a) Kalandas *C 1.* b) veterem *corr.* Veterbii *C 1.*

1) Henrico de Castellia. 2) Theobaldus. 3) i. e. Geldern. — Ottonis II.

EX ADAMI CLAROMONTENSIS FLORIBUS HISTORIARUM.

Adam clericus Claromontensis Arverniae chronicon ab exordio mundi usque ad a. 1268. *plerumque ex Vincentii Speculo historiali et Girardi de Fracheto*[1] *chronico composuit, quod a.* 1270. *absolvit*[2]. *Sed a.* 1271, *Sept. Gregorio X. papa electo, librum quem Flores historiarum inscripsit*[3], *epistola dedicatoria praemissa, huic transmisit. Excerpta extremae partis post finem Speculi historialis cum epistola dedicatoria edita sunt SS. R. Gall. XXI, p.* 75 *sqq., ubi adhibiti sunt codices:*

1) Parisiensis nr. 4907 *A, mbr. s. XIV, cuius lectio ubique fere praeferenda est*[4].

2) Parisiensis nr. 4907, *mbr. s. XIII. ex.*[5]

Pauca quae ex hac editione selegimus apte Girardi de Fracheto excerptis subiungenda erant.

O. Holder-Egger.

Frederico itaque condempnato [anno[a] imperii sui 33], anno [quoque[a]] Domini 1244[b], exhinc[c] vacante imperio, [ab[d] ipso anno usque ad annum Domini 1270] tempora[e] vacationis imperii duxi breviter prosequenda[f,*].

Landegravius[g] Thoringie, Frederico condempnato, in imperatorem eligitur et contra Fredericum dimicat; sed infra 4 annos obiit. Post landegravium Willekinus[h] comes Hollandie[i] eligitur et anno Domini 1249. Aquisgrani in regem Alemannie coronatur, et anno Domini 1256. contra Frisones pugnans occiditur. Exhinc Richardus, frater regis Anglie, eligitur et [anno[d] Domini 1258. Aquisgrani in regem Alemannie coronatur]. Gir

Anno Domini 1253. Innocentius papa obiit, et ei successit Alexander IIII[k], qui prefuit Romane ecclesie annis 7, et postea obiit in festo beati Urbani. Et in sequenti festo decollationis beati[l] Iohannis baptiste, Iacobus de Trecis ab infimo paupertatis statu[m] ad summum sacerdotium est provectus[n] vocatusque Urbanus IIII, et anno Domini 1264, in festo beati Iheronimi obiit. Et postea in festo beate Agathe Guido Sabinensis eligitur et alterato nomine Clemens IIII. appellatur et Romane ecclesie prefuit annis 4, mensibus 2. Et anno Domini 1268, in festo beati Andree apostoli obiit; post quem vacavit sedes apostolica annis[l] . . . ib. 1268. Nov. 30.

Anno Domini 1259. Parisius[l] — — et multos ex illis liberos. . . . . . . ib.

Anno Domini 1263. orta est discordia inter regem Anglie et barones. Rex autem Anglie et frater eius rex Alemannie, Edwardus ceterique filii regis[o] Anglie capiuntur. Sed Edwardus de captione per equum

*) 1. 1[a] *add.:* Prius tamen omnium imperatorum Romanorum et imperii invasorum annos et nomina a primo, scilicet Iulio, usque ad ultimum, scilicet Fredericum secundum[p], seriatim duximus hic ponenda[q]. *Sed catalogus in codicibus deest.*

a) *des.* 1. 1[a]. b) 1243. 2. c) et e. 1. 1[a]. d) *des.* 2. e) tempore 2. f) prosequendam 2. g) Landeganus 2. h) Willermus 2. i) Holendie 1. k) III. *ed.* l) *deest* 2. m) gradu 2. n) promotus 2. o) eius cap. 2. p) *deest* 1[a]. q) imponenda 1[a].

1) Incipit similiter ut hoc et Roberti Aut. chronicon: *Deus ante omnem diem duo creavit*, omissis verbis: *In primordio.* 2) Scribit sic: *Quadragesimus quartus Ludovicus, filius eius, qui adhuc regnat et iam regnaverat annis* 43, *dum ista scriberemus et liber presens compleretur, et erat annus ab incarnatione Domini* 1270. Ludovicum IX. vero iam a. 1270, Aug. 25. apud Tunicium obiisse, satis notum est. 3) In cod. Paris. nr. 4908. sic intitulatur: *Incipiunt flores ystoriarum ex ystoriali Speculo venerabilis viri fratris Vincentii de ordine fratrum Predicatorum excerpti a magistro Adam clerico domini episcopi Claromontensis;* quae ex Epistola sumta sunt. 4) Epistola Gregorio X. data deest, et titulus est: *Iste liber intitulatur Speculum vel Ymago mundi editus a fratre Vincentio ordinis Predicatorum.* Etiam in codice 1[a]) Musei Britannici nr. 11413 (cf. 'N. Arch.' IV, p. 331) epistola deest, ideoque falsus titulus praescriptus est. Sed in hoc etiam extrema pars omissa est. 5) Ibi quoque adhibitus est codex Parisiensis nr. 4908, sed in hoc extrema pars ex Martini Oppav. chronica interpolata et saepe mutata est, quare eius varias lectiones negleximus. Duo alii codices exstant in bibliotheca Valentianensi; cf. etiam Quétif et Echard l. l. I, p. 240.

Gir. evadens, cum dictis baronibus iterato confligit et dictos reges, scilicet patrem et avunculum, cum[a] fratribus liberans, comitem Leycestrie Symonem de Montfort[b] cum filio, cognato et multis aliis interfecit.

Regnante vero[c] Wilekino de Hollandia, obiit Fredericus. Post quem Conradus, filius ib. eius, partem imperii usurpavit; sed in brevi post obiit. Manfredus quoque[d], filius dicti Frederici, ut dicitur, ex concubina natus, Siciliam, Apuliam, Calabriam et partem Italie contra ecclesiam usurpavit. Contra quem Karolus, flos militie, frater regis Francorum Ludovici, de voluntate domini pape et cardinalium Mediolanorum et Romanorum senator factus, cruce signatur et pugnat et in campis Beneventanis eum cum multis superat anno Domini 1266. Ibique inter plures nobiles captivi ducuntur comes Iordanis[1], comes Bartholomeus et Petrus Asini civis strenuus Florentinus, qui sinistris pedibus manibusque[e] dextris privati, postea anno Domini 1267. iussu predicti[f] Karoli decollantur. Exhinc Conradus, filius predicti[f] Conradi, una cum filio ducis Austrie, Henrico quoque, filio regis Castelle, Gerardo comite Pisano et H. filio[2], cum Conradino[g] de Antiochia contra ecclesiam et dictum Karolum insurgentes, in campo Leonis convenerunt. Conserta[h] pugna et diu agitata, victi hostes ecclesie in fugam se verterunt[i], et fugientes per mare apud Hysto-
1268. Nov. 2. riam[k, 3] capiuntur et Neapoli decollantur, anno scilicet Domini 1268, in crastino omnium sanctorum, exceptis[l] Henrico, filio regis Castelle, quia fugit in ecclesia, et Conradino de Anthiochia, cui pepercit Karolus propter fratres Iohannis Gagethani cardinalis, quos idem Conradinus captivos detinebat. Mortuo igitur Coradino sine liberis, periit[m] tota progenies ib. Frederici. Karolus quoque ab ecclesia Romana coronatus in regem, Campaniam, Apuliam, Tusciam, Calabriam, Siciliam et magnam partem Italie sibi subdit.

a) c. fr. *des* 2. b) *sic* 1. *Gir. de Arv.*, Monte forti 2. c) ergo 2. d) vero 2. e) que *deest* 2. f) dicti 2. g) fil. Conradini 2. h) Et serta 2. i) vertunt 2. k) Hist. 2. l) excepto 2. m) perit 2.

EX GIRARDI DE ARVERNIA ABBREVIATIONE HISTORIAE FIGURALIS.

Addimus denique excerpta ex chronico quod Girardus de Arvernia canonicus Claromontensis[4] a. 1272. composuit et Ivoni I. abbati Cluniacensi (a. 1257—1274) epistola praemissa[5] dedicavit. Qui, ut hac epistola exponit, Gregorio X. papa sedente, i. e. post a. 1271, Sept., iam historiam quandam quam vocat Figuralem conscribere inceperat, cum a cognatis et amicis suis monachis Cluniacensis ordinis rogaretur, ut 'inchoata succincte perstringeret et inde utilia quaeque defloraret'; quorum precibus obsecutus, chronicon confectum in novem particulas divisit, quarum septem priores historiam, octava abbates et priores conventui Cluniacensi subditos, nona exhortationes ad Ivonem Cluniacensem abbatem, cui totum opus transmisit, continent[6]. Historiae figuralis nullus extstat codex manuscriptus, nec pro certo statui potest, hanc unquam absolutam atque editam esse. Quae vero ex abbreviatione impressa sunt, maximam partem ex duorum praecedentium, scilicet Girardi de Fracheto et Adami Claromontensis, chronicis exscripta, pauca ab ipso auctore addita sunt.

1) De Sancto Severino. 2) De filio Gerardi nihil inveni; forte de filio Galvani Lanciae cogitavit; cf. Saba Malasp. IV, 12, Muratori SS. VIII, p. 847. 3) Astura. 4) Cf. de eo 'Hist. litt.' XX, p. 750. 5) Hanc sequitur in codicibus carmen ad eundem datum. 6) Cf. 'N. Arch.' VI, p. 489. Priores sex particulae brevissimum historiae conspectum usque ad a. 904. continent. Septima ab a. 904, i. e. ab initio ordinis Cluniacensis, usque ad a. 1270, abbatum Cluniacensium ordinem et gesta intermixtis rebus universalis et Francicae historiae praebet.

Codices eius sunt:

1) Vaticanus nr. 3840, *mbr. s. XIII, in quo epistola dedicatoria et carmen ad Ivonem data desunt.*

2[a]) *Vaticanus nr.* 3839, *mbr. s. XIV*[1].

2[b]) *Vaticanus reginae Christinae nr.* 507, *mbr. s. XIII ex., in quo particula septima a monacho Cluniacensis ordinis, ut videtur, usque ad a.* 1284. *continuata est. Ex hoc haud dubie descriptus est:*

2[c]) *Parisiensis nr.* 4910, *mbr. s. XIV, in quo continuatio illa usque ad a.* 1288. *deducta est. Ex hoc codice prologus et carmen et fragmenta particulae septimae cum continuatione edita sunt in SS. R. Gall. t. XXI, p.* 212 *sqq. Excerpta nostra V. Cl. Mau cum codicibus Vaticanis contulit.*

O. Holder-Egger.

INCIPIT SEPTIMA PARTICULA IN QUA ORTUM HABET ORDO CLUNIACENSIS.

. . . .

Stephanus secundus de Berziacho ex priore Silviniacensi[a, 2] Cluniacense rexit cenobium annis 5[b]. Cepit autem anno ab incarnatione Domini 1230. et anno 6. sui regiminis quod acceptaverat resignavit. Adhuc idem Gregorius[c] qui est supra in papatu sedet, et idem Fredericus qui est supra Romanis[d] imperat, et[e] adhuc idem Ludovicus qui est supra super Francos regnat.

Anno huius Stephani 4. Ludovicus rex Francorum duxit uxorem nomine Margaritam, comitis Provincie filiam, que[f] fuit coronata Senonis in reginam. Vinc XXX, 137.

Fuit hoc tempore[g] Petrus de Vineis, dictator egregius et Frederici imperatoris consiliarius.

Hugo sextus Cluniacense rexit cenobium annis 8. cepitque anno Domini 1236. Hic ex[h] abbate Maioris-monasterii[3] in abbatem Cluniacensem promotus, anno 8. sui regiminis in Lingonensem episcopum est assumptus.

Anno huius Hugonis 6. electus est in papam cardinalis Senebaldus et mutato nomine Innocentius est vocatus hoc nomine quartus. Adhuc idem Fredericus qui est supra imperat, et super Francos idem Ludovicus regnat. Vinc. XXX, 152.

Anno huius Hugonis 4. apud Cremonam — — qui statim clare vidit. Gir

[Hic[i] vacat Romanum imperium].

Guillermus de Pontosa hoc[k] nomine tertius ex priore Karitatis[4] Cluniacense rexit cenobium annis fere 14. cepitque anno Domini 1243. . . . . . .

Anno huius Guillermi 2. Fredericus imperator ab Innocentio IIII. tanquam scismaticus et hostis ecclesie condempnatur in Lugduno. Et contra hunc landegravius Thuringie eligitur, sed infra quatuor annos[l] moritur. Cui succedens Willekinus[m] comes Hollandie, Aquisgrani coronatur in regem Alemannie, sed anno 5. regni sui a Frisonibus[n] occiditur in glacie[o], scilicet anno Domini 1255[p, 5]. Quo mortuo, quidam principes Alemannie Richardo, fratri regis Anglie, quidam vero adheserunt regi Castelle Sed Richardo prevalente, Aquisgrani coronatur in regem Alemannie anno scilicet Domini 1256[6]. Et hii quidem tres caruere imperiali benedictione. . . . . . . Vinc. XXXI, 1. Gir. et Adam. Gir Adam.

Circa ea tempora mons in Sabaudia — — contrivit. . . . . . . Gir.

Circa idem tempus inter Lugdunum — vixit circiter duos annos

Anno Domini 1251. institutus est ordo[q] fratrum de Penitentia Iesu Christi apud Massiliam de speciali mandato domini Innocentii quarti[7]. Eodem anno facta est crucesignatio Pastorellorum. Gir

a) Silviacensi 2[b, c]; Silvianēn *corr.* Silviaceñ 2[a]. b) VI. 1. c) Grerius 2[a]. d) *deest* 2[c]. e) et — supra *des.* 2[c]. f) qui 1. g) *deest* 2[a, b, c]. h) *deest* 2[c]. i) *des.* 1. k) hic *post corr.* hoc 1. l) anno 2[b, c]. m) Willequinus 2[b, c]. n) Frixonibus 2[b, c]. o) galatie *corr.* glatie 2[b]. p) MCCLVIII°. *corr.* MCCLV°. 2[b]. q) f. o. *corr.* o. f. 2[b].

1) In codicibus 2[a, b, c] liber inscribitur: *Ad dompnum Yvonem de Cluniaco incipit abbreviatio Figuralis historie edita ab eodem actore, qui illam Gregorio.. nunc in papatu sedente cernitur conscripsisse usque ad primum pontificatus sui annum, id est a.* 1272. Cf. 'Arch.' XII, p. 285. — Cod. 1 in fine: *Explicit abbreviatio Figuralis hystorie . . . usque ad* 1270. Optimo iure igitur hoc nomen restituimus. — Figuralis historia propter imagines regum, iudicum, imperatorum, pontificum in margine foliorum pictas dicitur, ut videtur. 2) Souvigny (dép. Allier, arr. Moulins). 3) Turonensis (Marmoutier). 4) La Charité-sur-Loire. 5) Sic iuxta rationem Francicam anni inchoandi; 1256. Adam. 6) 1258. Adam.; sed recte a. 1257. 7) Eadem fere Girardus de Fracheto ad a. 1261, ubi igitur Alexandro IV. institutio ordinis tribuitur.

Adam Anno Domini 1254.[1] Innocentius papa obiit; cui Alexander quartus successit, qui Romane ecclesie annis 7 prefuit. . . . . . .

Yvo de Poyson[a] ex priore Sancti Marcelli Cabillonensis[b] in abbatem Cluniacensem est assumptus; et in completione[c] huius operis, quod sibi scribimus, iam sui regiminis currit annus 15. Cepit autem regere Cluniacense cenobium anno Domini 1257. . . . . . .

Gir et Adam Anno huius Yvonis 5 in festo beati Urbani Alexander papa obiit; et sequenti festo decollationis beati Iohannis baptiste[d] Iacobus Trecensis, patriarcha Ierosolimitanus, papatum est adeptus et alterato nomine Urbanus est vocatus hoc nomine quartus; qui prefuit Romane ecclesie annis tribus fere. . . . . . .

Gir Anno huius Yvonis 7. cometes terribilis per mensem Augustum et Septembrem apparuit; et [Urbanus[e] papa] in festo beati Ieronymi obiit, et post in festo beate Agathe Guido Sabinensis episcopus est electus et permutato
Adam. nomine Clemens est vocatus hoc nomine quartus; qui prefuit[f] Romane ecclesie annis[g] quatuor fere. Post hunc vacavit sedes apostolica annis[h] 2, mensibus 9 minus 5 diebus.

Adam Eodem quoque anno, scilicet anno Yvonis 7, orta est discordia inter regem Anglie et barones. Rex autem Anglie et Richardus, frater eius, rex Allemannie[i], Edoardus ceterique filii regis Anglie capiuntur. Sed Edoardus per equum celerem[k], quem ascendit, ut temptaret eum, evadens de captione, cum dictis baronibus iterato confligit, et dictos reges, scilicet patrem et avunculum[l], cum fratribus liberans, comitem Leicestrie[m] Symonem de Montfort cum filio, cognato et multis aliis interfecit.

1265. Anno huius Yvonis 8. vidi in Claro-monte quandam puellam circiter 14 vel 15 annorum, que per annum ab omni cibo abstinuit; sed post ad communem usum hominum rediit.

Adam Guillelmo de Pontosa regente[n] Cluniacense cenobium, imperator quondam obiit Fredericus. Post quem Conrardus, filius eius, partem imperii usurpavit, sed in brevi post[o] obiit. Exhinc Memfredus[p], filius dicti Frederici, ut dicitur ex concubina natus, Siciliam, Apuliam, Calabriam et magnam partem Ytalie contra ecclesiam usurpavit. Contra quem Karolus, frater Ludovici regis Francie, Romanorum senator factus, cruce signatur et pugnat et
Gir. in campis Beneventanis eum cum multis occisum[q] superat, anno scilicet Domini 1266. Ab ecclesia vero Romana in regem coronatur, Tusciam, Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam et magnam partem Ytalie sibi subdit et ecclesie.
Adam. In predicto vero bello plures nobiles ceciderunt et plures captivi ducti sunt, scilicet comes Iordanis, comes Bartholomeus et Petrus Asini civis strenuus Florentinus, qui sinistris pedibus manibusque[r] dextris privati, post anno sequenti iussu predicti Karoli decollantur. Exhinc Conrardinus, filius predicti Conrardi, una cum filio ducis Austrie Henricoque, fratre regis Castelle, Gerardo comite Pisano, cum H. filio suo et Conrardino de Antiochia et Gavano[s, 2] comite contra ecclesiam et dictum Karolum insurgentes, in campo Leonis convenerunt. Conserta pugna et diu agitata, victi hostes ecclesie in fugam se verterunt, et quibusdam eorum in bello captis, aliis per mare fugientibus et apud Hystoriam[t] detentis, Neapoli decollantur, anno scilicet Domini 1268. in crastino omnium sanctorum, excepto Henrico, fratre regis Castelle, cui pepercit dictus Karolus, quia voluit, et excepto Conrardino de Antiochia, cui pepercit idem Karolus propter fratres Iohannis Gaitani cardinalis, quos idem Conrardinus captivos detinebat. Eodem vero anno Karolus duxit uxorem nomine Margaretam, neptim ducis Burgundie[3] et filiam comitis Nivernensis[4]; et celebrate sunt nuptie in Trano civitate Sicilie.

1268. Anno huius Yvonis 12. Clemens papa obiit; post quem duobus annis, 9 mensibus minus 5 diebus sedes vacavit.

1270. Anno quoque huius 13. . . . . . . Exhinc tributo accepto a rege Tunici[u], cum Edoardo Anglico, inclito servo Christi, transfretant[5] aliqui, licet pauci; alii confusi et quidam infirmi ad propria sunt reversi; alii vero quam plurimi cum regibus Francie et Sicilie navem in-
Nov. 18. trant die Martis post octavas beati Martini[6], per Siciliam ad propria reversuri. E quibus in
Nov 22. portu de Trapes orta tempestate sabbato ante festum beate Cecilie[7] multa milia periere.
1271. Mart 4. . . . . . . Deinde venientes per Beneventum et Capuam, die Mercurii post Reminiscere
Mart 9. veniunt apud Romam. Exhinc die Lune post Oculi veniunt Viterbii, ibique Phylippo[v] rege Francie et Karolo rege Sicilie moram trahentibus, Guido de Montfort[w] in vindictam patris Henricum[x], filium Richardi regis Alemannie, qui causa orandi in templum[y] venerat, ibidem — quod dictu nephas est — vulnerat et exhinc extractum membratim lacerat. Exhinc die
Mart. 18. Mercurii post Letare Ierusalem venit rex Francorum apud Urbem-veterem, et veniens per
Apr. 5. Florentiam, die pasche venit apud Cremonam. Et sic veniens per Lumbardiam, sabbato post
Mai 2. Marci[z] euvangeliste venit apud Lugdunum, civitatem famosam. . . . . . .

a) Poison 2a. b. c. b) Cabilon. 2b. c. c) complect. 2b. c. d) Bartholomeus 2a. e) U. p. *des. codd., ex Girardo supplevi.* f) fuit *corr.* prefuit 1. g) annum 2c. h) 2 a. 2a. b. c. i) Alem. 2b. k) scelerem 2b. c. l) *e corr.* 1; ouinculum 2b. m) Licestrie 2a; Liecestrie 2b. c. n) regentem 2a. b. c. o) *superscr.* 1. p) f *e corr.* 1; Menfredus 2. q) occisis *corr.* occisum 2a; *deest* 2c? r) s. pedibusque 2c? s) Agavano 2a. b. c. t) Hyst: riam, *littera erasa* 2a. u) Tunicii 2a. v) Ph. 1. 2a. b. w) Monfort 2b. x) H. 1. 2b. y) templo 2a. b. c. z) Marchi *bis scr.* 1.

1) 1253. falso Adam. 2) i. e. Galvano Lancia, avunculo Manfredi. 3) Hugonis IV. 4) Odonis, filii Hugonis IV. 5) In Terram Sanctam. De exercitu peregrinorum in Tunicio militantium agitur. 6) Octava S. Martini hoc anno in ipsum diem Martis incidit. 7) S. Caeciliae dies in ipsum sabbatum incidit hoc anno.

Anno huius Yvonis 14. post longam[a] dissensionem inter cardinales Theodaldus[b] Pla- 1271.
sentinus[c], natione Lumbardus, Leodiensis archidiaconus, in summum pontificem est electus
et alterato nomine Gregorius est vocatus hoc nomine decimus

EX CONTINUATIONE

codd. 2b c.

Anno huius Yvonis 16. venit idem Gregorius Ludunum et anno 17. in Mayo concilium 1273.
celebravit et ibi univit Grecos ecclesie Romane. Eodem anno regnabat rex Alemannie 1274.
Radulphus, quem idem papa adoptabat ad imperatoriam dignitatem. Eodem anno obiit
dictus Yvo mense Octobri.

Yvo de Chasens secundus ex priore Sancti Martini Parisiensis in abbatem Cluniacensem est assumptus; qui cepit regere Cluniacense cenobium anno Domini 1275, mense Octobri.

Anno huius Yvonis primo obiit Gregorius decimus mense Februario[1]. Eodem mense 1276.
frater Petrus de Tarantaise de ordine Predicatorum, postea archiepiscopus Ludunensis et
post modicum tempus cardinalis, in summum pontificem est assumptus; qui alterato nomine
Innocentius quintus est vocatus; qui obiit in vigilia beati Iohannis baptiste anno sequenti. Iun. 23.
Cui successit Otobonus cardinalis atque diaconus, natione Ianuensis[d], qui alterato nomine
Adrianus quartus est vocatus[e]; qui obiit eodem anno in crastino beati Laurentii[2]. Cui suc- Aug. 11.
cessit Petrus, natione Yspanus, qui alterato nomine Iohannes XXI. est vocatus.

Anno secundo istius Yvonis . . . . . . Eodem anno in crastino ascensionis Domini 1277.
corruerunt muri domus in qua erat summus pontifex, et ibi graviter vulneratus est et die[f] Mai 7.
Iovis post pentecostem in civitate Viterbii expiravit. Mai 20.

Anno huius Ivonis 3. in festo beate Catherine sedit in papatu Iohannes dictus Gaytans, 1277.
natione Romanus, qui alterato nomine Nicholaus est vocatus. Nov. 25.

Anno huius Yvonis 5. obiit dictus Nicholaus papa in festo beati Simphoriani . . . . . . 1280.
Eodem tempore fuit maxima inundacio aquarum, que multa dampna intulit in Burgundia. Aug. 22.
Eodem anno in cathedra beati Petri electus fuit in summum pontificem Symon presbyter 1281.
cardinalis, qui permutato nomine Martinus quartus est vocatus. . . . . . .[g] Febr. 22.

Anno[h] 10. huius Yvonis tercia die post annunciationem beate Marie obiit Martinus papa. 1285.
In crastino octabarum annunciationis beate Marie electus fuit Iacobus de Sabele in summum Mart. 28 Apr. 2.
pontificem; qui alterato nomine Honorius quartus est vocatus. . . . . . .

Hiis temporibus venit quidam Alemanniam, qui fingebat se esse Fredericum, qui fuit imperator Alemannie, qui condempnatus fuit per Innocentium quartum. Rex Rodulphus Alemannie, audita fama illius, accessit ad locum, precepit eum comburi. . . . . . .

Anno sequenti in cena Domini obiit Honorius quartus. Anno huius Yvonis 12. in kate- 1287. Apr. 3.
dra beati Petri assumptus fuit in summum pontificem Iheronimus, qui fuit de ordine fratrum 1288.
Minorum, qui alterato nomine Nicholaus V. est vocatus. Febr. 22.

a) longuam 2a. b. b) Theob. *corr.* Theod. 2a; Theobaldus 2b. c. c) *sic codd.* d) *in loco raso* 2b. e) avocatus *corr.* vocatus 2b. f) dies *corr.* die 2b. g) *cod.* 2b *desinit a.* 1284. *his verbis*. et privatus regno Arragonie papa dedit regnum Arragonie regi Francie. h) *pergit* 2c.

1) Immo die Ian. 10. 2) Potius in crastino octavae b. Laurentii, Aug. 18.

EX GUILLELMI DE PODIO-LAURENTII HISTORIA ALBIGENSIUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Guillelmus magister, natus, ut videtur, in oppido Podii-Laurentii districtus Tarnensis, a. 1241. *notarius episcopi Tolosani, a.* 1242—1249.[1] *capellanus Raimundi VII. comitis Tolosani erat; de reliqua eius vita nihil certius constat*[2]. *Qui historiam rerum saeculo XIII. usque ad a.* 1272. *in Gallia meridionali gestarum*[3], *'quae ipse vidit vel audivit e proximo', ut profitetur*[4], *non ampla et continua narratione, ut Petrus de Vallibus-Sarnaii, sed more annalistarum breviore relatione conscripsit. Nec solum bella ex persecutione haereticorum exorta enarravit, sed et alia in illa regione, etiam pauca in aliis terris gesta intermiscuit. Iusto iudicio de utraque parte confligentium Monfortensi et Tolosana uti nititur, sed tamen re vera omnino a parte ecclesiae et peregrinorum stat, et cum praecipue Raimundi VII. comitis, domini sui, gesta referat, neque ei neque eius patri infortunio celeberrimo tamen parcit, si qua contra rationem egisse ipsi videbantur. Veritatem, quantum licet, semper sequitur, et cum de rebus in patria gestis bene instructus esset*[5], *operi suo magnam auctoritatem acquisivit*[6]. *Sermone utitur minus condito, nonnumquam insulso, cum tamen quandam non vulgarem elegantiam appetiisse videatur.*

Librum primus edidit Catel in Historia comitum Tolosanorum, Append. p. 49, *repetiit Duchesne, SS. coaet. t. V, denuo recensitus est in SS. R. Gall. t. XIX, p.* 193 *sqq.; XX, p.* 764 *sqq. Excerpta nostra e codicibus Parisiensibus Lat.* 1) *nr.* 5212, *mbr., saec. XIV. et* 2) *nr.* 5213, *chart., saec. XVI. V. Cl. A. Molinier emendavit.*

O. Holder-Egger.

a) *rubra deest A.* b) Illo *A.* c) *deest A.* d) Alemanniam *h. l. B.* e) et Lomb. *A.* f) unus *A. Mart.* g) *deest A 2. B.* h) nigromaticis *A 1.* i) confrangetur *A.* k) neve sulim. *A 1.* k*) nidibus a. et de versis *B.* l) Illoque *A.* m) *deest A 2.* n) *deest B.* o) supradictos *A.* p) Facta *B.* q) lo|q̃ *A 1.* r) in illam *ed.* s) scisuram *B.* t) habente *A.* u) q. l. f. hab. *A.* v) quilib' *A 1*; quilibet *B*; quilibetque psalterius *A 2.* w) Ebrayce *post corr.* Hebrayce *B*; Hebraice *A.* x) Antechr. *B.* y) sigtum *A 1*; d. p. s. *A*; domino *deest B.* z) Cel. IIII (III *ed.*) supradicto anno *A.* a) *deest A.* b) *sic A, Mart. codd. nonnulli*; II. *B*; d 14. *des. A.* c) ep. f. *A.* d) qui *ed.* e) *bis scr. A, ubi post primum distinctio posita.* f) agrav *A 1.* g) *sic A 1*; condepn. *h. l. B.* h) condempn. *A saepius.*

1) Eosdem fere versus paullo alteratos invenis in Chron. Mant., SS. XXIV, p. 219; Matth. Paris. ed. Luard III, p. 551; 'Arch.' V, p. 419. VII, p. 212; Salimbene p. 177. 2) A. 1241. Romae obiit.

Post condampnationem et depositionem Frederici principes elegerunt in imperatorem lanturgium[a] Turrigie; qui parum post obiit. Et post ipsum Guillelmus comes Hollandie electus fuit: qui[b] eodem tempore a Frisonibus interficitur; et sic ambo coronatione caruerunt. Iste Fredericus ab imperio sic[b] depositus, in Lombardia apud Parmam[c] devictus fuit, et amissis suis thesauris, multum quasi fugitivus vagavit. Ac deinde in Apulliam[d] rediens, ibi gravi infirmitate correptus[e], est defunctus[f]. Manfredus vero, filius suus ex concubina, ut dicunt quidam, post ipsum Apulliam, Calabriam et multos thesauros cum regno Sicilie[g] usurpavit. Mart.

[De[h] Innocentio papa et de Tartaris].

Illo tempore venit Innocentius Lugdunum et celebravit concilium, et fecit constitutiones novas, que modo in scolis leguntur. . . . . . . 1245.

Tab. 47.

[De[h] Innocentio in Appulia].

. . . .

Post hec Innocentius papa[b], mortuo Frederico, intravit Apulliam cum magno exercitu et post Neapolim[i] moritur et sepelitur. ib.

[De[h] Ludovico rege ultra mare et fratribus suis].

Anno[k] Domini 1248. Ludovicus rex Francorum[l] transfretavit ultra[m] mare. . . . . . . Et rex secum duxit uxorem suam[n], filiam comitis Provintie Marguaretam[o] nomine, quam multum diligebat. Que Marguareta[o] [regina[m]] duas habebat[p] germanas, e quibus unam[1] habebat rex Anglie et alteram[2] Karolus, frater regis Frantie, comes Andegavensis[q]. Et habuit ista Karoli uxor hereditatem[m], comitatum videlicet Provintie[r]. . . . . . .

[De[h] itinere pastorum].

Anno Domini 1251.[s] quidam nigromanticus surgens, per Gallias circuiens, multum populum secum ducebat, dicens se esse ex parte Dei; sed turpissimam vitam ducens, a sapientibus blasphemabatur et ab insipientibus honorabatur. Illi qui[t] eum sequebantur pastores vocabantur. Unde versus[3]:

M semel et bis C simul L, I iungere disce:
Duxit pastorum seva Medela[u] chorum.

Dicebat, quod eos[v] volebat[w] ducere in subsidium Terre Sancte[w]; sed percepta et cognita malitia eius[x], in provintia Byturica occiditur; et sic secaces sui revertuntur stupefacti dedecoreque confusi. . . . . . .

Isto[y] tempore Corrardus rex, filius Frederici, mortuo patre, ut regnum Sicilie susciperet, per mare in Apulliam devenit, et capta Neapoli[z], muros destruxit. Uxorem habebat in[a] Alemania et filium nomine Corradinum[b]; quibus in multa tristitia relictis, in Apullia primo anno sui introitus veneno obiit. ib.

[De[h] mendatio[c] Manfredi].

Eodem[d] tempore Manfredus [se[e]] gerens pro pedagogo Corradini, filii Corrardi regis, finxit mendaciter ipsum Corradinum mortuum et sibi coronam accepit et patrimonium sancti Petri in preiuditium Romani pontificis usurpavit[4]. Et ideo a domino papa excommunicatur, et contra ipsum magnus exercitus mittitur; sed prevaluit Manfredus. ib

Tab. 48.

A.	*B.*	
. . . .	. . . .	
Anno Domini 1259. obiit Viterbii Alexander IIII, vir sanctissimus et honestus.	Anno Domini 1259. obiit Alexander papa.	1261.

Tab. 49.

. . . .	. . . .	
	De ecclesia sancti Urbani Trecensis et de Sicilia.	
Eodem anno Urbanus IIII, Gallicus ex civitate Tre-	Eodem anno Urbanus IIII. papa, Gallicus, Trecensi	ib

a) *sic codd. pro* lantgravium. b) *deest A.* c) Palmam *A* 2; Parmam *corr.* Palmam *B.* d) Appuliam *A semper fere.* e) correctus *A* 1. f) c. et defectus *A.* g) Cicilie *B.* h) *rubra deest A.* i) Neapoli *corr.* Neapolini *A* 1; Nepolini *A* 2. k) A. D. 1248. *in A ad praecedentia tracta sunt et hic repetita* Eodem anno. l) Francie *A.* m) *deest B.* n) dictam *A.* o) Margar. *A.* p) g. h. *A* 2. q) Andegan. *A* 1. r) Provinctie *A* 1. s) LI. *A* 1. t) q̄ȝ *A* 1; quoque *ed.* u) *sic codd. pro* Megera. v) ipsos *A.* w) volebat *post add. h. l. B.* x) ipsius *A.* y) Illo *A* 2. z) Neapolī *A* 1; Neopoli *B.* a) Apuliam *add. sed expunctum B.* b) Corrard. *h. l. B, et postea semel, saepius A* 1. 2. c) mandatio *B.* d) Illo *A.* e) *deest A* 2. *B.*

1) Alienorem. 2) Beatricem. 3) Hos versus exhibent Labbe, Nova bibl. mss. II, p. 221, ex codice chronici S. Maxentii, et Ann. Vindocinenses ed. Marchegay et Mabille, 'Chron. des églises d'Anjou' p. 177. 4) Falso mutavit verba Martini auctor quia intelligere non potuit, qua re Manfredus regnum Siciliae usurpando contra papam Romanum egerit.

A.

Mart. censi, papa Romanus efficitur, vir simplex, amabilis, laudabilis et honestus. Sedit annis 3, mense uno; cessavit mensibus 5. Hic fecit construi Trecis in loco nativitatis sue ecclesiam canonicorum sub decano in honore sancti Urbani pape et martyris. Iste exercitum Sarracenorum, quem Manfredus in patrimonium ecclesie Romane miserat, per crucesignatos fugavit. Iste dedit domino Karolo comiti Andegavensi et Provincie, fratri regis Francie, regnum Sicilie, quod Manfredus iniuste occupaverat. Iste vocavit[a] multos ex Gallicanis ecclesiis, de quibus quosdam cardinales fecit, alios notarios. Inter quos missus fuit a Senonis magister Petrus de Charniaco[b], qui magister fuerat quorumdam Cornutorum, fuitque officialis Senonensis ac deinde canonicus et decanus. Et dominus papa fecit ipsum cambellarium curie Romane, et postea archiepiscopus[1] fuit, prout inferius declarabo. . . . . . .

B.

in civitate natus, consecratur, vir laudabilis, simplex et honestus. Hic fuit Iherosolimitanus patriarcha. Sedit annis 3, mense uno; cessavit mensibus 5. Hic fecit construi Trecis in loco nativitatis sue ecclesiam canonicorum sub decano in honore sancti Urbani pape et martyris. Iste Sarracenos, quos Manfredus in patrimonium ecclesie Romane miserat, per crucesignatos fugavit. Iste regnum Sicilie, quod Manfredus occupaverat, per consilium cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, procerum et totius Romane ecclesie, operante Spiritu sancto, ut credimus, dedit domino Karolo comiti Andegavensi et Provintie, fratri germano Ludovici regis Francorum, illique Apuliam et Calabriam condonavit.

De Gallicis cardinalibus et notariis, et de Petro de Charniaco.

Illo tempore iste papa vocavit multos de Gallicanis ecclesiis clericos sapientes, e quibus quosdam fecit cardinales, alios patriarchas, alios archiepiscopos et episcopos et alios sedis Romane notarios et ministros. Inter quos missus fuit a Senonis magister Petrus de Charniaco, qui magister fuerat et pedagogus quorumdam canonicorum de genere Cornutorum, qui canonici istum Petrum promoveri procuraverunt ad officium curie Senonensis. Ac deinde canonicus effectus est et postea per ipsos electione digna decanus efficitur. Et quia dominus papa capitulo Senonensi scripxerat[c] pro una ydonea persona, ipsi elegerunt predictum magistrum Petrum ad curiam transmittendum. Quem receptum in curia Romana dominus papa fecit cambellarium curie Romane; postea archiepiscopus fuit, prout in sequenti sua tabula declarabo. . . . . . .

De[d] regno Sicilie.

Mart Anno [Domini[e]] 1261.[2] Urbanus papa IIII. regnum Sicilie, quod Manfredus violenter detinebat, domino Karolo, fratri[f] Ludovici[g] sancti regis Francorum[h], comiti[i] Andegavensi et Provintie, ut illud ab eo eriperet, contulit et consilio[k] cardinalium ipsum in regem Sicilie coronavit[3] et litteris confirmavit, donans indulgentias quam plurimas crucesignatis, qui cum domino[l] Karolo devenirent. Erant enim crucesignati de cruce alba et rubea[4], et illi[m] pro subsidio Terre Sancte ex rubea tantum.

1264. . . . . . . Obiit vero Urbanus papa anno [Domini[e]] 1262, Perrusii sepelitur. . . . . . .

Tab. 50.

Mart Anno [Domini[e]] 1268. Corradinus, olim nepos Frederici, parvi pendens domini pape excommunicationem[n], contra dominum regem Karolum venit cum Theutonicis quibusdam, Lombardis, Tuschis[o] et Henrico, fratre regis Castelle, Romanorum tunc[p] senatore, et Rome sollempniter recipitur Corradinus[l].

[De[q] morte et sepultura Corradini].

1268. Anno[r] Domini 1269. post hec Apulliam intravit contra Karolum et Francos debellando. Demum
ib. suis fugientibus, capitur cum multis. Et dicitur, quod rex Karolus petiit ab ipso, dicens: 'O Corradine, quid de me faceres, si me captum teneres, sicut[s] ego[l] te teneo'? Cui sine consilio[l] respondit Corradinus: 'Capite te troncarem'. Ad quem rex: 'Sine prudentia es et absque consilio tu iudicasti temet ipsum'[5]. Tunc cum multis militibus[t] iussu Karoli Neapoli in sabulo decapitatur et postea iussu Karoli regis secundum consuetudinem regiam[u] tumulatur. . . . . . .

[De[q] Gregorio papa apud Lugdunum; de Grecis et Tartaris].

1274. Anno Domini 1270. Gregorius X.[v] papa venit Lugdunum[w] et concilium celebravit. . . . . . .

a) m. voc. *A* 2. b) Carn. *A* 1. c) *sic B.* d) De domino (donno 1) Karolo, fratre (Frantie 2) regis Frantie (Sicilie 2) *A.* e) *deest B.* f) *deest A.* — regi *A* 2. g) L. s. *des. A.* h) Francie *A.* i) comitis Andegaven *A* 1. k) conc. *A saepe.* l) *deest A.* m) illo *B.* n) dni *add. sed expunctum A* 1. o) Thuscis *A.* p) tunc *corr.* tum *B.* q) *rubra deest A.* r) Post h. a. D. 1269. *A.* s) sicuti *A.* t) nobilibus *A. Mart.* u) regina *A* 1; regialem *A* 2. v) p. X. *A.* w) Lud. *A* 1.

1) Senonensis a. 1268 –1274. 2) 1263. Mart. 3) Minime. Karolus demum post mortem Urbani in Italiam venit. 4) Cf. supra p. 611, v. 104 sq. 5) Est fabula Francogallorum, quos facinoris Karoli puduit.

[De[a] constitutionibus concilii].

Iste[b] Gregorius papa multa bona in concilio constituit pro Terra Sancta et pro tota ecclesia. Voluit [etiam[c]] Mart.
et decrevit, ut bigami, qui[d] ad sacros ordines redire non possunt, de[e] cetero non gaudeant
privilegio clericali[1]. Iste papa non[f] pecuniarum[g] lucris, sed elemosinis et bonis operibus intendebat. . . . . .

[De[a] morte pape].

Anno Domini 1272.[h] Gregorius rediens a Lugduno, obiit Arethii et ibidem sepelitur et miraculis 1276.
claruit, ut dicitur. . . . . . .

[De[a] Adriano quinto].

Adrianus V, ante papatum Octobonus, natione Ianuensis, nepos Innocentii IIII, tituli Sancti Adriani cardi- ib.
nalis. . . . . . .

Postea *[Philippus III. rex Franciae]* aliam duxit uxorem, quam fecit reginam, Mariam nomine, nobilissimam, pulcherrimam et amabilem, sororem ducis Brebantie[2]. Ex ea habuit filios pulcherrimos et nobilissimos. . . . . . .

Tab. 51.

. . . .

Anno [Domini[c]] 1275.[i] defuncto papa Iohanne XXI, Nycholaus III. eligitur. . . . . . . 1277.

Anno Domini 1281, in die cathedre beati Petri Martinus IIII, natione Gallicus de Monte-Pigoci[k. 3] Cont. Rom.
in Bria, Viterbii[l] eligitur in papam. Iste ante papatum vocabatur Symon tituli Sancte Cecilie[m] presbyter cardi-
nalis; ante fuerat thesaurarius Turonensis[n] Sancti Martini; erat vero de consilio regis Fran-
corum, et quidam frater suus miles, qui dominus Guillermus de Brione vocabatur. Quo[o]
defuncto Guillermo, alter frater suus Gilo nomine de Brione miles fuit de consilio regis
predicti Iste Martinus, qui Symon vocabatur ante papatum, legatus fuit in Frantia et duo concilia celebra- ib.
vit; per dominum Urbanum IIII. cardinalis efficitur, et per eumdem in Frantiam mittitur primo, et secundo per Grego-
rium X.[p] Hic parum post suam promotionem a Viterbio discedens[q], ad Urbem-veterem venit, et ibi coronatur et con-
secratur 10. Kal. Aprilis. . . . . . .

[De[a] coronatione ad regem Iherusalem Karoli regis Sicilie].

Anno Domini 1282. . . . . . . Hiis temporibus dominus papa Martinus coronavit ad regnum Iherusalem Karolum regem Sicilie[4]. . . . . . .

[De[a] morte comitis Rubei. De exercitu Guidonis de Monte-forti].

Eo tempore comes [Rubeus[r]], pater uxoris Guidonis de Monte-forti, obiit. Tunc Guido de licentia domini pape ib.
contra comitem Sancte Flore, qui hereditates defuncti Rubei occupaverat, exercitum duxit, et multa suorum
sanguinis effusione, se ipsoque aliquantulum vulnerato, triumphavit[5]. . . . . . .

[De[a] morte comitis Iogniaci].

Eodem[s] tempore vir[t] nobilissimus comes de Iogniaco[u. 6], bellator strenuissimus[v], amator eccle- 1284.
sie, quibusdam de suis malefatientibus, per Urbinates interfectus[w] fraudulenter est. Nam Urbinates
foveas fecerant, in quibus foveis coopertis terra et sabulo multi Franci nobiles[x] ceciderunt,
quia[y] absque fraude devinci non poterant.

[De[a] Guibelinis].

Illo tempore Renerus de Urbe-veteri Guibelinus[z] cum suis Guibelinis[z] et suis filiis per Welphos et adiutorio ib.
domini Guidonis de Monte-forti devictus est et deiectus. . . . . . .

Anno Domini 1288. obiit Honorius IIII. papa. Successit[a] Nycholaus IIII, Lombardus, 1287.
ordinis fratrum Minorum, sedit Rome; cardinalis episcopus Prenestinensis[b] fuit. . . . . . .

[De[a] destructione civitatis Aconensis].

Anno Domini 1290. . . . . . . Eodem[c] tempore soldanus et innumerabiles Sarraceni 1291.
civitatem Acconensem ultra mare destruxerunt . . . . . . Quibus Rome cognitis, papa
Nycholaus IIII. tristis efficitur, curans quam plurimum consilium adhibere. . . . . . .

[De[a] morte Nycholai pape].

Anno Domini 1291. in cena Domini sancte[d] memorie Nycholaus IIII. Romanus ponti- 1292. Apr. 3.
fex obiit.

a) *rubra deest A.* b) Hic in conc. m. b. const. *A.* c) *deest B.* d) quia *A 1.* e) de cet. *des. A, ubi* priv. n. g cler. f) intendebat *add. A.* g) peccun. *B.* h) 1271. *A.* i) 1215. *A 1.* k) Monpigee *B.* l) el. V. *A.* m) Cicilie *A 1.* n) S. M. T. *A.* o) Quod *A 1; deest A 2.* p) IIII. *B.* q) descendens *B.* r) *deest codd.* s) Illo *A.* t) n. v. *A.* u) Ioingniaco *A 2.* v) strenuis suus *corr.* strenuissimus *A 1;* strenuus suus *A 2.* w) fr. i. est *A.* — fraudulanter *B.* x) terra et sabulo *iterum add. B.* y) quos *A 2.* z) Gibel. *A.* a) *deest A.* b) Prenestinus *A 1 (e corr.).* 2. c) Illo *A.* d) obiit s. m. tumulatur *(sic!)* Nich. IIII. *(reliqua desunt) A.*

1) Cf. Guill. de Nang. infra p. 671. 2) Iohannis I. 3) Cf. Guill. de Nang. p. 672. 4) Hoc ex falsa coniectura scripsit, quia Karolus in Mart. Cont. Rom. mox rex Ierusalem dicitur. 5) Sententia fontis, compluribus omissis, omnino depravata est. 6) Iohannes I. — SS. XXII, p. 481, l. 7: *Iugniaco* pro *Vigniaco* legendum est.

Tab. 52.

. . . .

[De[a] comite de Barro].

Anno Domini 1293. . . . . . . Eo[b] tempore Eduardus rex filiam suam[1] comiti de Barro[2] dedit in uxorem. . . . . . .

[De[a] Veneticis, Geneticis et navibus].

Illo tempore venerunt soldarii[c] domino regi Francorum Venetici et[d] Genetici scientes debellare et defendere se in mari, qui multas naves Anglorum destruxerunt. . . . . . .

[De[a] filia comitis Flandrie].

Illo tempore comes Flandrie[3] cupiebat filiam suam[4] filio Eduardi dare, et de ipsa cum rege Anglorum conventiones fecit. Quod regi Francorum displicuit et ideo comitem in pri-
1294. sione detinuit. Qui postea[5] liberatus est cum maxima emenda, primo filia[e] sua in dominio regis Francorum tradita.

[De[a] rebellatione comitis de Barro].

Hoc[f] tempore comes de Barro habens filiam Eduardi contra regem Francorum rebellavit[g].

[De[a] exercitu Campanie].

Eodem[f] tempore dominus de Castilione[6] qui de Creciaco[h] nominatur duxit exercitum pro rege Francorum ad custodiendos terminos regni inter Campaniam et Alemaniam[i]. . . . . . .

A.

Anno Domini 1294. cardinales Romani, qui diu dissensionem habuerant, concorditer et unanimiter elegerunt in papam dominum Petrum de Monrone, qui vitam quasi solitariam ducebat in astinenciis et vigiliis perseverans; familiaris erat Karoli regis Sicilie et, ut dicunt quidam, sepe suam conscienciam audiebat. Cardinales fecit novos, ut dicitur per consilium dicti regis, inferius declarandos[7]. . . . . . . Celestinus V. vocatur iste papa. . . . . . .

B.

Anno Domini 1295.[k] cardinales Romani, qui diu dissensionem habuerant, elegerunt concorditer in papam dominum Petrum de Monrone, qui vitam quasi solitariam ducebat in astinenciis et vigiliis perseverans. Ipsum coronatum et consecratum Celestinum V. vocaverunt.

. . . .

De cardinalibus Gallicis.

Anno Domini 1295.[l] Celestinus V. per consilium regis Sicilie fecit cardinales de Galliis et de sua patria. Inter quos fecit priorem de Karitate nomine Symonem[8], abbatem Cisterciensem[9], magistrum Symonem archiepiscopum Bituricensem[10], natum de Bello-loco in Bria, et quendam alium nobilem archiepiscopum Lugdunensem[11].

. . . .

De comite Flandrie.

Eodem anno quidam nobiles comites surrexerunt contra comitem Flandrie[m].

a) *rubra deest A.* b) Illo *A.* c) d. r. Fr. sold. *A.* d) *deest B.* e) filiam *A* 2. — sua *deest A.* f) Illo *A.* g) debellavit *A* 2. *B.* h) Crecio *A.* i) Lemaniam *A* 1. 2. k) *sic falso B.* l) 1290. *B*, *lege* 1294. m) *sic desinit B.*

1) Alienorem. 2) Heinrico III. 3) Guido. 4) Philippam. 5) A. 1295, circa Mart. 6) Galcherus. 7) In recensione *A* infra non inveniuntur. 8) Card. S. Balbinae. 9) Robertum II, qui tit. S. Pudentianae adeptus est. 10) Card. episc. Praenestinum. 11) Beraldum, factum card. episc. Albanensem.

EX GUILLELMI DE NANGIS ET PRIMATI OPERIBUS.

ED. H. BROSIEN.

Guillelmi Nangiacensis de vita nihil memoriae traditum est nisi pauca illa quae ipse de se et in praefatione et nonnullis locis librorum suorum commemorat[1]. *Atque illic quidem monasterii S. Dionysii monachum se profitetur*[2]. *'De Nangis' autem cognomine significari videtur patria eius, Nangis illud oppidulum in praefectura Pruvini provinciae Gallicae quae nomen habet ab Sequana et Matrona fluviis situm. Philippi Pulchri eum aequalem fuisse cum aliis rebus tum eo probari videtur, quod earum de quibus mentionem fecit rerum extrema est mors Bonifacii VIII. (a.* 1303, *Oct.* 11*)*[3]. *Quod autem pompam, qua Ludovici IX. corpus in S. Dionysii monasterium translatum est, se vidisse dicit*[4], *quamquam inde non sequitur, eum iam tum illius ecclesiae monachum fuisse, tamen illo tempore, scilicet a.* 1271, *adulta fuisse aetate putandus est; nam Philippo III. rege etiam vivente maximum illud opus, quod inscribitur Gesta Ludovici IX, composuit*[5]. *Quae cum ita sint, Guillelmum inter annum* 1250. *fere et* 1304. *fuisse statuendum est. Accedit quod Delisle V. Cl., qui in huius scriptoris libris diligentissime et fructuosissime versatus est, ad eum non temere quaedam refert, quae in S. Dionysii monasterii codicibus expensi et accepti exstant. Ibi autem commemoratur quidam 'dominus Guillelmus de Nangis' sub annis* 1289. 1291. 1293. 1294. 1296, *cui cum tabularii et privilegiorum describendorum cura commissa fuerit, monasterii tabularius vel ut hodie aiunt archivarius fuisse putandus est*[6].

Historicorum qui Guillelmo vulgo attribuuntur librorum ut magnus est numerus, ita medio aevo partem usu celebratissimam fuisse, ex codicum multitudine chronicorum et maioris Latine scripti et minoris in Francogallicam linguam versi colligere licet. Praeter ea quae iam nota sunt scripta, de quibus infra disputaturi sumus, Gestorum Ludovici VIII. ratio habenda est, quae modo codice Parisiensi Lat. nr. 5925. *continentur. Quae quamquam auctoris nomine carent, tamen ipsa quoque a Guillelmo conscripta esse, Waitzius probavit*[7].

1) Quae hic brevius enarrata sunt, uberius atque copiosius explicavimus libello qui inscribitur 'Wilhelm von Nangis und Primat', 'N. Arch.' IV, p. 427—509; cf. praeterea quae disputavit Delaborde, 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLI, p. 61 sqq.
2) Vide praefationem posteriorem in Gesta Ludovici IX: *Ego frater Guillelmus de Nangis ecclesie sancti Dyonisii in Francia indignus monachus.*
3) Chron. a. 1299. rec. B.
4) Cf. SS. R. Gall. et Franc. XX, p. 464.
5) Ad Philippum III. illa initio scripta fuisse ex praefatione metrica apparet.
6) Cf. Delisle, 'Mémoire sur les ouvrages de Guillaume de Nangis', 'Mémoires de l'Académie des inscriptions' XXVII, (Paris 1873) p. 289.
7) 'N. Arch.' V, p. 107 sqq. 'Ueber die Gesta Ludovici VIII. Francorum regis und verwandte Französische Geschichtsquellen'.

Nam eadem in his versatur ratio fontes usurpandi et pertractandi atque in eis de quibus constat Guillelmi libris. Fontibus autem utitur Chronico Turonensi et Speculo historiali Vincentii Bellovacensis, quae idem in eis chronici sui partibus adhibuit, quibus de eisdem rebus agitur. Neque igitur recte Delaborde illam Waitzii opinionem in dubitationem videtur vocavisse[1]*. Ceterum Gesta illa ad Ludovici VIII. rerum memoriam constituendam non ita magni sunt pretii.*

Ex maioribus duobus Guillelmi operibus, Gestis dico et Ludovici IX. et Philippi III, illa quidem ante a. 1285. *scripta esse ex praefatione metrica a Delislio nuper inventa apparet. Cum autem Ludovico regnante ipse puer fuisset, ea quae ad illius vitam pertinebant ab aliis ei erant sumenda. Atque in altera praefatione, quam oratione soluta conscriptam postea apposuit, primum quidem ipse profitetur se quasi ex fonte hausisse ex Gilonis Remensis item monachi monasterii S. Dionysii quodam libro, quem periisse dolendum est, quo illum et Ludovici IX. vitam, sed modo usque ad a.* 1248, *exposuisse et res ceteris in terris eadem aetate gestas, ut controversiam Friderici II. imperatoris et Innocentii IV. papae, attigisse verisimile est. Quae praeterea ad illam vitam non absolutam Gilonem addidisse non veri dissimile est, ea ultra a.* 1255. *vix possunt pertinuisse*[2]*. Quantum autem ex Ludovici IX. gestis iudicare licet, Gilo cum optime fuit instructus*[3]*, tum epistolas litterasque publicas videtur adhibuisse. Deinde Guillelmus se ea Ludovici Gesta usurpavisse dicit quae Gaufridus de Bello-loco frater ordinis Praedicatorum reliquit, quo ex libro* 31 *capita aut tota aut maxima ex parte in suum opus inseruit. Quod praeterea in altera illa praefatione*[4] *Guillelmus se etiam aliis usum esse auctoribus significavit, iam N. de Wailly*[5] *V. Cl. magnam partem rerum ab illo narratarum ad Vincentii Bellovacensis Speculum historiale referendam esse perspexit. Quaedam autem alia aut ex libro ipso, qui nunc inscribitur Annales S. Dionysii (SS. XIII, p.* 718*), aut ex opere Gilonis Remensis perdito, qui ipse quoque in monasterio S. Dionysii vixit et hoc libro usus esse videtur, sumpta sunt. Ad extrema duo Ludovici decennia illustranda praecipuo fonte Guillelmus usus est chronicis Primati*[6] *monachi, ipsis quoque Latine scriptis — nam nobis quidem modo interpretatio Gallica servata est — atque ut in ceteris suis libris ita in hoc priore illius operis recensione*[7] *quam dicunt. Denique ex chronico pontificum Martini Oppaviensis pauca quaedam sumpsit. Quae in Gestis Ludovici IX. exstant epistolae litteraeque publicae utrum ipsas inseruerit an ex Gilonis Remensis libro adsciverit quamquam dubium est, tamen hoc verisimilius videtur Gesta Philippi III. publicis litteris carere respicienti. Sed quomodocumque res se habet, exstant in Gestis illis extrema pars epistolae a Friderico II. ad Franciae regem datae, epistola huius ad illum scripta, denique copiosior epitoma eius qua Friderico abiudicatum est imperium bullae. Nam et duo Tatarorum principis epistolae ad Ludovicum sanctum et Cypri regem ex Vincentii Speculo historiali et regis testamentum ad Philippum filium datum ex Gaufridi de Bello-loco Gestis descripta sunt.*

1) 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLI, p. 68 sqq. 2) 'N. Arch.' IV, p. 483 sqq. 3) Cf. inprimis quae de bello Ludovici cum Marchiae comite et Anglorum rege memoriae prodidit (SS. R. Gall. XX, p. 334—340). 4) *Et quia de predicto rege nonnulli alia aliqua scripserunt, que ad multorum noticiam non venere, ego omnium ac predictorum quorum potui fragmenta in unum studui colligere, ne perirent. Ad venustatem tamen hystorie plura per incidenciam apposui que in diversis mundi partibus suo tempore evenerunt.* 5) 'Sur une chronique anonyme du treizième siècle, Bibliothèque de l'école des chartes, 2e série' I, p. 389—395). 6) Cf. quae de eo proprie et in hac praefatione et in 'N. Arch.' IV, p. 439 sqq. disputavimus. 7) Delabordio (l. l. p. 65) assentiri non dubitaverim, etiam priorem chronicorum Primati recensionem quibusdam capitibus caruisse contendenti, quae in Guillelmi libro desiderantur.

Quae ad Ludovici IX. Gesta adiunxit Guillelmus Gesta Philippi III, ea ad res saeculi XIII. cognoscendas multi maioris sunt momenti quam ea quorum iam mentionem fecimus scripta, quod in illis multo plura insunt quae Guillelmus non ab aliis sumpserit. Atque ad hunc quoque librum et Primati chronicorum prior recensio usque ad a. 1277.[1] *et Martini chronicon pontificum editionis tertiae*[2] *adhibita sunt, praeterea maxime huius operis continuatio pontificum Romana*[3]. *Denique ex continuatione versionis Francogallicae historiae regum Francorum, ex qua supra p.* 603 *sqq. nonnulla fragmenta excerpta sunt, quaedam minoris momenti sumpsit. Quo quidem tempore Gesta Philippi conscripta sint ut exponam, quod Ludovicus IX, quem a.* 1297. *canonizatum esse constat, Sancti cognomine etiam caret, inde colligere licet ea ante illum annum confecta esse. Incepta autem esse videri possunt paullo post Philippi III. mortem ad Ludovici IX. Gesta continuanda. Sed cum et res anni* 1281. *post Ianuarium mensem a.* 1285. *litteris mandatas et ea quae de principe Salernitano capto (a.* 1283*) scripta leguntur, siquidem in Guillelmo consilium et religionem fuisse putamus, etiam ante a.* 1294. *conscripta esse necesse sit*[4], *Gesta Philippi annis fere* 1286—1294. *composita esse statuendum est. Voluit autem Guillelmus ea esse vitae Ludovici Sancti continuationem et utrumque opus, recenti praefatione addita, quae soluta oratione scripta est, ad Philippum IV. regem misit.*

Utriusque operis tres modo exstant codices:

1) *Cod. Parisiensis Lat. nr.* 5925, *membr. fol., cuius summa pars medio XIII. saeculo orta initio terminabatur Philippi Augusti Gestis anni* 1223, *quorum exitus non exstat. Eis et inserta in fol.* 232—247. *Vita Ludovici VII. et in fol.* 302—371. *manu saeculi vel exeuntis XIII. vel ineuntis XIV. Gesta Ludovici VIII. et Ludovici IX. et Philippi III. adiuncta sunt*[5]. *Vetustate codicis et Guillelmo aequalis et in monasterio S. Dionysii scripti commoveor, ut eo quasi fundamento utar ad excerptorum nostrorum verba constituenda.*

2) *Cod. Vaticanus reg. Christinae nr.* 574, *membr. saec. XIV, foliorum* 126, *continet in fol.* 20—126. *praefationem soluta oratione scriptam, Ludovici IX. Gesta et miracula, denique Gesta Philippi*[6].

3) *Cod. Londiniensis Musei Britannici King* 13. *B. III, membr. saec. XV, foliorum* 121, *continet in fol.* 1—80. *Gesta Ludovici IX, in fol.* 81'. *praefationem metricam, in fol.* 82. *illam soluta oratione scriptam, in fol.* 82'.—121. *Gesta Philippi III*[7].

Editiones Gestorum Ludovici VIII. et IX. et Philippi III, quae adhuc exstant Parisiensisque codicis fide nituntur, hae sunt: Pithoeus, Hist. Franc. scriptores veteres XI (Francofurti 1596. *in fol.) p.* 396 *sqq.; Chesnius, Hist. Franc. scriptores V (Paris.* 1649. *in fol.), p.* 284—287, 326—426, 516—549; *Scriptores R. Gall. et Franc. XVII, p.* 302—311; *XX, p.* 312—538.

Quae Gestorum Ludovici IX. et Philippi III. exstant interpretationes Francogallicae, eas quamquam inter omnes harum rerum peritos homines constat non ad Guillelmum auctorem referendas esse, tamen iam circiter annum 1298. *confectas esse exploratum est*[8].

Divulgatissimum vero medio aevo fuit Guillelmi chronicon quod a mundo

1) Cf. 'N. Arch.' IV, p. 448 sqq. 2) SS. XXII. 3) Ibidem p. 476 sqq. 4) 'N. Arch.' IV, p. 434 sq. 5) Accurate codicem descripsit Delisle, 'Mémoires de la société de l'histoire de Paris' IV, p. 203 sqq. 6) Cf. Delisle, 'Bibliothèque de l'école des chartes' XXXVII, p. 214. 7) Idem in 'Mémoires de la société de l'histoire de Paris' IV, p. 216 sqq. 8) 'N. Arch.' IV, p. 460.

creato usque ad a. 1300. *pertinet*[1]. *Cuius duas recensiones esse Delisle*[2] *probavit, quarum alteram magna ex parte ante a.* 1297. *confectam esse inde apparet, quod Ludovicus IX. ante illum annum Sancti cognomine non ornatur. Annorum autem* 1297—1300. *res uno fere tempore conscriptae sunt ipsumque chronicon paullo post a.* 1300. *confectum est; nam in altera demum recensione (B) et Bonifacii VIII. mors et Simonis Bellovacensis et Petri Noviomensis episcoporum, qui anno illo munus adierunt, nomina addita sunt*[3]. *Annorum autem* 1301—1303. *res, quae in recensionis A codicibus sequuntur, ab eo qui codicem Vat. nr.* 544. *scripsit additas esse putandum est, qua in re ille secutus est fidem prioris continuationis chronici Guillelmi, cui ipse quaedam ex parte graviora addidit.*

Atque recensionis A hos habemus codices:

1) *Cod. Vaticanus reg. Christinae nr.* 544 *(olim Petavianus L* 44*), membr. saec. XIV. in., foliorum* 371, *duabus manibus exaratus, quarum altera usque ad fol.* 291', *altera usque ad exitum pertinet, illa autem simillima est eius qui codicem Parisiensem Lat. nr.* 4918. *recensionis B scripsit. Continentur codice et integrum chronicon ipsum et continuatio usque ad a.* 1303. *Atque ut aliquot inveniuntur iam in A loci, qui eam recensionis B formam quae progressu temporis constituta est ostendant, ita pauca quaedam in eodem correcta sunt quae recensioni B desint. Magnus notarum numerus in margine exstat, ex quibus uni Philippi de Vitriaco, quem Delisle episcopum Meldensem et Petrarcae poetae amicum esse suspicatur, nomen subscriptum est*[4].

2) *Cod. Parisiensis Francogallicus nr.* 5703, *olim* 10298. 6, *membr., foliorum* 177 *et auctus fol.* 178. *chartaceo, ex duabus constat partibus, quarum posterior saec. XIV. in fol.* 109—175. *chronicon inde ab a.* 1113. *ita continet, ut exitus in folio illo chartaceo ab Andrea Chesnio additus sit. Descriptus est codex ex parte ex A* 1 *atque, ut mendis perspicitur, a librario quodam imperitissimo*[5].

3) *Cod. Romanus Chigianus Lat. G. VIII.* 233, *membr. saec. XIV, foliorum* 368, *item descriptus ex A* 1.

In hac prioris recensionis editione constituenda A 1 *codicem, Simonsfeldi viri doctissimi collatione usi, ita sequimur, ut aliquot varias lectiones codicum A* 2 *et A* 3 *afferamus.*

Recensionem B chronici post a. 1303. *absolutam esse inde apparet, quod Bonifacii VIII. mors commemoratur. Praeterea Sancti cognomine Ludovici regis eam post canonizatum illum confectam esse demonstratur. Atque ipsa quoque non ultra a.* 1300. *pertinet; nam quae praeterea codices quidam ut Parisiensis nr.* 11729. *et Vaticanus nr.* 4598. *habent, eorum origo ad A* 1 *codicem referenda est.*

Codices recensionis B quos ad nostra excerpta adhibuimus hi sunt:

1) *Cod. Parisiensis Lat. nr.* 4918, *membr., saec. XIV. in., foliorum* 398, *in media oratione a.* 1298. *interruptus, qui cum fuisset saec. XIV. in monasterio S. Dionysii, a.* 1581. *fuit Ludovici Martel Rotomagensis. Putat autem Delisle aut Guillelmum ipsum aut administrum quendam operae in fol.* 41—53. *eorum ex quibus hauserat fontium rationem reddere instituisse, sed institutum perficere morte prohibitum esse. Qui liber cum si minus a*

1) 'N. Arch.' IV, p. 490 sqq. 2) 'Mémoires de l'Académie des inscriptions' XXVII, 2, p. 297 sqq. 3) 'N. Arch.' IV, p. 489. 4) 'Bibliothèque de l'école des chartes' XXXVII, p. 505—510. 5) Cf. 'Mémoires de l'Académie des inscriptions' XXVII, 2, p. 297 sqq.

Guillelmo ipso, attamen eo auctore scriptus esse videatur[1], *eo quasi fundamento huius editionis usi sumus et annos modo* 1298—1300. *ex B* 2 *supplevimus.*

2) *Cod. Parisiensis Lat. nr.* 4919, *membr. saec. XIV, foliorum* 227, *totum continet chronicon usque ad a.* 1300. *et his concluditur verbis:* Huc usque frater Guillelmus de Nangiaco cronicam suam studio diligenti produxit. *Utriusque codicis collationem acceptam habemus a V. Cl. A. Molinier et b. m. I. Heller.*

Reliquos recensionis B codices, dico Parisienses Lat. nr. 1780. 17554. 11729. 13703. *et* 13704. 4920. 14358. 4917[2], *Vaticanum nr.* 4598[3], *Divionensem nr.* 330. *et* 331. *(olim Cisterciensem), Lugdunensem nr.* 159. *et* 160, *Bruxellensem nr.* 14855 —14857, *Londiniensem King* 13 *E W, Turonensem nr.* 506. *et* 507, *Veronensem nr. CCVII, Vindobonensem nr.* 376, *cum plus minusve mendose ex B* 1 *descripti et iam ex parte illius additamentis et emendatis praediti sint, ad hanc editionem adhiberi non necesse esse censuimus.*

Differunt autem recensiones illius chronici maxime oratione. Nam cum recensionis A genus dicendi similius sit Gestorum, is qui B confecit, cum ut orationem breviorem, graviorem, elegantiorem redderet, multa saepe mutavit, tum quaedam quae ad temporum descriptionem pertinent supplevit. Auctores quidem laudat auctor in praefatione, cuius maior pars ex praefatione Roberti Autissiodorensis descripta est, Eusebium Caesareensem, Hieronymum, Sigebertum Gemblacensem, ex quibus hunc usque ad a. 1112. *adhibuisse dicit; praeterea quaedam ex Prosperi chronico sumpsit. Usque ad a.* 1226. *fere omnia congessit ex Chronico Roberti Autissiodorensis, Chronico Turonensi, Vincentii Bellovacensis Speculo historiali, Vita Ludovici VI. a Sugero scripta, Gilberti et unum locum forte Roberti de Torinneio Chronicis, inde ab a.* 1226. *imprimis Gestis Ludovici IX. et Philippi III, atque ita, ut chronici oratio non solum fere brevior sit, sed etiam nonnumquam ex ipsis illis vitis exscripta sit. Solet autem uti eisdem fere verbis atque in Gestis, quamquam non desunt loci, ubi etiam in rebus ab eis discrepet quae illic exposuerat, nam quoniam chronicon post Gesta conscriptum est, quaedam etiam correcta esse consentaneum est*[4]. *Ut iam in Gestis ita in chronico usurpat Speculum historiale Vincentii, in posteriore autem parte chronica Primati (atque in recensione B uberius quam in priore), denique Martini Oppaviensis chronicon pontificum, continuationem pontificum Romanam, chronicon imperatorum. At Andreae Ungari descriptio victoriae*[5], *cuius extrema capita ad verbum cum eis concinunt quae Guillelmus in chronico de annis* 1266. 1268. 1272. 1275—1281. *exposuit*[6], *non in huius fontibus habenda est. Nam cum chronici illae partes ex Guillelmi Gestis Ludovici IX. et Philippi III, quae ipsa ex Primati chronicis et ex Martini eiusque continuatorum operibus manasse constat, excerptae sint, id quod neminem fugere potest, in illa autem descriptione victoriae eadem atque in Guillelmi chronico excerpta exstent, inde Andreae libro haec addita esse necesse est. Quid quod verborum comparatione descriptionis continuatorem altera chronici recensione usum esse docemur? Ceterum extrema illa capita et rebus et verbis ab descriptionis ratione abhorrere perspicuum est.*

Quae adhuc chronici exstant editiones neque satisfaciunt neque integrae sunt, cum ordiantur ab anno demum 1113. *D'Achéry quidem unum codicem*

1) Cf. 'Mémoires de l'Académie des inscriptions' XXVII, 2, p. 316. 2) Hic quoque codex concluditur verbis: *Hucusque protenditur cronica fratris Guillelmi de Nangiaco et non ultra.* 3) Cf. Delisle, 'Mémoires de l'Académie des inscriptions' XXVII, 2, p. 316—322. 4) 'N. Arch.' IV, p. 497 sqq. 5) Supra p. 559 sqq. 6) Cf. supra p. 580, n. f.

Parisiensem Lat. nr. 11729. *in Spicilegio seu collectione veterum aliquot scriptorum XI, p.* 405 *sqq.*[1] *typis exprimendum curavit, a quo postea variae quaedam lectiones ex codice Divionensi exprompta in Spicilegio XIII, p.* 200 *sqq. editae sunt, quae nihil habent dignitatis. Eundem textum repetit de la Barre in nova editione III, p.* 1 *sqq. Ea quae inest in Scriptoribus R. Gall. et Franc. XX, p.* 545 *sqq. et* 725 *sqq. editio nititur codicis Parisiensis Lat. nr.* 11729 *fide, praeter quem modo in notis codices B* 1 *et cod. Parisiensis Lat. nr.* 4917. *adhibiti sunt. Géraud denique cum in sua chronici editione A* 2 *secutus priorem recensionem ex codicibus B* 1 *et B* 2 *et Parisiensibus nr.* 4917. *et* 4920. *suppleverit, eum textum effecit qui neque priori neque posteriori operis formae respondeat.*

Praeter ea quae diximus opera ex quibus maiores partes in hanc editionem recepimus, Guillelmus Nangiacensis etiam brevius chronicon scripsit. Cuius cum usque ad nostram memoriam modo interpretatio Francogallica nota fuerit — nam ab auctore ipso initio Latine scriptum postea in Francogallica conversum esse ex praefatione apparet —, nuper a Delislio textus Latinus in codice Vaticano reg. Christinae nr. 574. *inventus Guillelmi esse putandus est, quamquam ipse se in praefatione non nominat. Orditur autem parvulum illud opusculum a Priamo, qui Valentiniani primi aetate in Sicambria Francorum regnum obtinuisse ibi traditur, et pertinet ad id tempus quo Philippus IV. regnum suscepit*[2]. *Interpretationis Francogallicae quae duae exstant formae, earum altera germana ac vera est extremoque loco habet captivitatem Guidonis Flandriae comitis Compendii factam. Cum autem in ea Ludovicus iam sanctus appelletur et Iohannae reginae ut etiam viventis mentio fiat, videtur referenda esse ad annos* 1297—1304; *prior enim pars regni Philippi IV. postea addita est. Prodita autem est ad nostram memoriam haec interpretationis chronici recensio quinque codicibus. Praeterea exstat altera recensio multo amplior, cui cum quaedam non Guillelmo auctore ex monasterii S. Dionysii chronicis addita, tum complures continuationes adnexae sunt, quarum quae latissime patet usque ad a.* 1384. *pertinet. Huius recensionis servati sunt* 19 *codices*[3].

Temere denique tributum est Guillelmo chronicon universale Francogallice scriptum, quod a C. Iulii Caesaris temporibus vel Christo nato orditur et anno 1113. *finitur. Nihil autem aliud est nisi interpretatio partium quarundam ex Eusebii, Hieronymi, Prosperi, Sigeberti operibus sumptarum*[4].

Princeps Guillelmi scriptorum fons inventus est abhinc 15 *annos a Paulo Meyero V. Cl. in codice quodam Londiniensi, Primati cuiusdam chronicorum interpretatio Francogallica, quam Iohannes de Vignay, homo quidam ordini hospitalitarum S. Iacobi adscriptus, post a.* 1328. *confecit et ad Iohannam Franciae reginam misit*[5]. *Cuius libri quamquam exordium deest, tamen satis copiosa de fontibus suis disputatione Iohannes indicat, se interpretationi Speculi historialis Vincentii interpretationem chronicorum Primati adnexuisse, quae ad eundem annum* 1285[6], *quo ipse opus suum finit, pertinuisse declarat. Cuius verba hic inserere iuvat:*

C. 44. Pour ce que il est avis frere Jehan de Vignay, qui ay transporte et mis les quatre volumes de ceste presente oeuvre de Latin en François, selon ce que frere Vin-

1) Ad huius editionis fidem interpretatio Francogallica quae inest in 'Collection des mémoires relatifs à l'histoire de France' XIII. confecta est. 2) 'Bibliothèque de l'école des chartes' XXXVII, p. 511 sqq. 3) 'Mémoires de l'Académie des inscriptions' XXVII, 2, p. 343 sqq. 4) Ibidem p. 365 sqq. 5) Cf. P. Meyer, 'Rapport sur une mission littéraire en Angleterre', 'Archives des missions scientifiques et littéraires, 2e série' III (Paris 1866), p. 262 sqq. 6) Re vera usque ad a. 1277; cf. p. 630.

cent de l'ordre des Preescheurs l'ordena et fist, avec une adition que je y ai adjoustee selonc les croniques que Prymat fist, laquelle adicion prent la ou frere Vincent laissa, c'est assavoir que le dit frere Vincent et Primat parlent trop poy en leur traitie des meurs espirituëles de celi tres honnourable saint — car des miracles de li ne me merveille je pas, se il n'en parlent point, car nul ne doit estre tenu pour saint homme en sa vie —; et pour ce que j'ay veüe la legende de li canonnisie de court de Romme, si comme l'eglise la tient, et les miracles aucuns de yceli saint, selonc ce que il ont este raportez par personnes dignes de foy, et tant par ceulz qui les ont veüz et oÿs proprement, comme par ceulz a qui il sont advenuz, si que tant pour la devotion que je ay au dit benoit monseigneur saint Loÿs, comme pour plus parfaitement acomplir l'istoire commenciee de li, il m'est pris volente de meitre ici endroit aucuns de ses fais esperitueulz, selonc ce que je les ay compris en sa legende, et aucuns aussi des miracles de yceli saint, tant ceulz que je ay trouves[a] en escrypture, comme ceulz que j'ai veüs a mes propres iex. . . . . . .

C. 79. Pourquoy frere Jehan de Vignay, translateur de ce livre, fist ici fin.

L'en dit souvent que la chose qui a bonne fin, est toute bonne, et que la fin loe l'euvre; et il convient faire fin la ou il n'en apartient point selonc la matiere et le nom du livre, car il est nomme le Mirouer des histoires. Car tout aussi comme toutes choses aperent, qui sont mises a l'encontre du mirouer materiël, et sont clerement demonstrees dedenz iceli, tout aussi doivent apparoir dedenz ce livre les hystoires du monde clerement par paroles; et si font[b] toutes fois celles desquelles frere Vincent, qui compila et fist ce livre en Latin, pout[c] avoir congnoissance en son temps. Et laissa par aventure a acomplir l'ystoire en oultre, si comme je ay dit devant, ou par mort ou pour cause de ce que les choses qui sont depuis que il laissa, ne estoient encore pas avenues; et pour ce croy je que il fist fin. Et aussi me convient il ci faire fin, pour ce que Primat, de qui je ay translate les croniques que il fist depuis le temps frere Vincent, laissa l'ystoire ci endroit ou environ; si que je fais la fin de ma translation selonc l'ystoire de celi Primat.

Et pour ce que j'ay dit devant que je fais fin la ou il n'en appartient point, je ose bien dire que la matiere du livre n'apartient ne ne requiert point de fin, mais requiert que l'en procede avant selonc la contemporalite es choses qui aviennent et avendront tous jours, tant comme le monde durra: et ainsi dis je que c'est oeuvre sanz fin. Mais toutes fois en la fin de l'ystoire, ou je delaisse a ouvrer, je rent graces a Dieu et a sa benoite mere et a monseigneur saint Jaque, de qui religion je sui hospitalier, et a toute la compaingnie des cieulz, de ce que il m'ont donne senz et poir d'avoir acompli et mis de Latin en François euvre si souverainne; et si regraci et merci tant comme je puis la tres honnourable et haute, puissant et noble Jehenne[1] de Bourgoingne, roïnne[2] de France, par qui je ay fait ceste presente oevre, de ce qu'elle le me daigna faire baillier a faire et a acomplir. Et si depri Dieu bonnement que il veille garder et soustenir en bon estat perpetuelment la couronne de France et touz les amiz de celle, et voeille ratraire a l'amour et a la grace de la dite couronne touz ceulz qui mal en sont, ou il les meite en tel estat que il ne puissent mal faire ne machiner contra la dicte couronne; et doinst bonne vie et longue au roy nostre seigneur et a madame et generalment a tout le lignage des fleurs de lis, et leur doinst en la fin regner en la gloire des cieulz! Amen.

Explicit.

Quo uno codice Iohannis interpretatio continetur, is orditur in medio primo capite a rebus annis 1251. *et* 1252. *gestis. Sed idem primum caput chronici Primati fuisse inde concludere non licet, quoniam Iohannes eius quo usus est libri descriptionem non religiose servavit. Capita enim* 44—48, *quibus agitur de Ludovici Sancti miraculis, ipse inseruit capitumque numerum inde usque ad exitum perducit.*[3] *Ex eisdem Ludovici Gestis intelligitur Primati chronica quae Iohannes appellat vix ac ne vix quidem res ante a.* 1250.

a) trouve *c.* b) il *add. c.* c) *sic emend. ed.;* pour *c.*

1) Philippi VI. uxor. 2) Inde ab a. 1328. 3) Post cap. 28. numerum 29. scriba codicis omisit, ut non 79 capita, quae ipse numeravit, sed 78 tantum exstent.

gestas attigisse. Nam in prioris Ludovici expeditionis sacrae enarratione, ad quam modo ea quae Vincentius et Gaufridus de Bello-loco tradunt adhibuit, ne unus quidem locus inest, qui referendus sit ad Primati chronicon, quamquam hoc quidem inde a primo quod ad nostram pervenit memoriam capite excerpsit. Quae cum ita sint, mihi quidem verisimile videtur, Primati opus ipsum post annum demum 1250. *orsum esse et Vincentii Speculum historiale continuasse. In quo cum Ludovici in Aegyptum expeditio usque ad a.* 1250. *iam tractata esset, Primato licuit in capite* 7. *res a rege in Terra sancta proximis annis gestas paucis verbis commemorare. Ut denique Vincentii opus ita ne Primati quidem chronicon religiose temporum ordinem servat, sed capitum descriptio ad res facta est.*

Iam vero ex eis, quae P. Meyeri opera de bibliothecae S. Genovefae codice quo monasterii S. Dionysii continentur chronica explorata habemus, apparet circiter annum fere 1297. *vitam exstitisse Ludovici Sancti in Francogallicam linguam conversam ex Latino quodam Primati opere. Quod quamquam periit, tamen idem esse atque chronicon illud, de quo supra demonstravimus, statui non necesse est cum aliis de causis tum quia aliter inscriptum est. Erat autem vita ad Philippum III. scripta, interpretatio ad Philippum IV*[1]. *Atque utriusque Primati operis argumentum satis simile fuisse putaverim. Ut enim Guillelmum fecisse vidimus, ita Primatum integras quasdam partes ex illa Ludovici vita in chronicon, quo Speculum historiale continuatum esse censemus, transtulisse licet cogitare; nam in angustum eum illam coegisse mihi quidem persuadere non possum, quoniam oratio eius, quantum ex interpretatione concludi potest, copiosissima est. Pertinuit autem Latinum exemplar modo ad a.* 1277, *ut inde ab anno* 1251. 65 *capita contineret*[2]. *Atque duae prius fuerunt recensiones, quarum una Guillelmus, altera Balduinus Avennensis usus est. Postea autem inde a capite* 72. *initio saeculi XIV. res annorum* 1278—1285. *ex Guillelmi Nangiacensis chronico sumptae additae sunt. Atque etiam Francogallica Gestorum Philippi interpretatio, quam anno fere* 1298. *conscriptam esse oportet, ad extremam illam partem adhibita est; utrum a continuatore quodam an ab Iohanne, diiudicari non potest. Item dubium est, quis ille Primati continuator fuerit; equidem dubito an Guillelmus ipse extrema illa capita adiunxerit. Nam Primatus quoque monasterii S. Dionysii monachus fuisse videtur. Exstat enim et in diplomate quodam, quod est de domo quadam monasterio illi donata, Robertus quidam Primat inter testes, et in rationibus annorum* 1284—1297. *commemoratur, uxorem cuiusdam Primati ab eodem monasterio accepisse annuum beneficium* 50 *solidorum. Qua ex re proclive est colligere, postquam Primatus in monasterium S. Dionysii receptus est, uxorem inde sustentatam esse*[3]. *Quam rationem satis lubricam esse, quamquam ipse facere non possum quin concedam, quod tres homines Primati nomine praediti quasi in unum confunduntur, tamen et Primati nomen rarissimum est et tres illi eadem aetate ad monasterium S. Dionysii pertinent. Quod autem Iohannes Primatum aequalem Ludovici Sancti fuisse auctor est*[4], *hoc non pugnat cum eis quae modo attulimus; fuit enim ante ipsum Guillelmum in illo monasterio.*

Servata est interpretatio illa foliis 194—251. *unius codicis* L o n d i n i e n s i s *King* 19 *D I, membr. saec. XIV, foliorum* 267. *Quo codice in Gallia certe scripto aliae quaedam interpretationes Iohanne de Vignay auctore continentur: libri de Terra sancta ab Ordorico de Foro Iulii confecti (in fol.* 148'.

1) 'N. Arch.' IV, p. 440 sqq. 2) Ibidem p. 453 sqq. 3) Cf. SS. R. Gall. XXIII, p. 4. 4) Cap. 44.

—165′) *et directorii sive rationis expeditionis sanctae quae a Vincentio tradita est in Speculo historiali (in fol.* 165′—192′). *Orditur autem interpretatio Primati chronicorum a fol.* 192′. *his verbis:* Cy commencent les chapitres et les chroniques de Primat et contiennent 80 chapitres; *sequuntur inscriptiones capitum, et in fol.* 194. *primum caput orditur nulla praemissa praefatione*[1], *cuius vicem obtinere videntur interpretationis capita* 44. *et* 79, *quae supra p.* 628 *sq. exhibuimus. Eodem codice, cuius collationem nosmet habemus a V. Cl. F. Liebermann, usi sunt editores in Scriptorum Rerum Gallicarum et Francicarum tomo XXIII.*

Atque cum Primati chronicorum maximam partem a Guillelmo Nangiacensi in Gestis Ludovici IX. et Philippi III. excerptam esse constet, non alienum esse putavimus utriusque scriptoris verba iuxta collocata describere. Quae autem ex Primati opere Guillelmus sumpsit, literis mediae magnitudinis exprimenda curavimus; nam cum Primati operis interpretatio modo servata sit, ea quae ex eiusdem Latino exemplari manaverunt, suam quasi habent vim ac dignitatem. Magnis vero literis exprimenda curavimus ea quae Guillelmus ex suis ipsius Gestis Ludovici IX. et Philippi III. exscripsit, et in margine modo ad quos referenda sint fontes significavimus.

In Chronicis S. Dionysii gesta regum Ludovici VIII, Ludovici IX, Philippi III. ex Guillelmi Gestis, Philippi IV. ex eius chronico integra fere translata, perpauca minoris momenti addita esse, satis notum est; quare quae ex additamentis res imperii tangebant huius fragmentis subnotavimus, ea ex postrema editione SS. R. Gall. XXI, non neglecta ea quam paravit P. Paris, exscribentes.

Dabam Berolini mense Iunio a. 1880. *Hermannus Brosien.*

EX GESTIS LUDOVICI VIII. REGIS.

. . . .

Eodem anno Iohannes rex Ierusalem prima dominica quadragesime Turonis baculum peregrinationis accipiens, ad Sanctum Iacobum in Galicia profectus est Qui inde revertens per Hyspaniam, accepit in uxorem dominam Berengariam, sororem regis[2] Castelle, neptem Blanche regine Francie. . . . . . . Chr. Turon. cf Vinc XXX, 125. et Chr Turon.

In octabis beati Martini hyemalis inter Ludovicum regem Francie et Henricum regem Allemannie, filium Frederici imperatoris, qui de novo iussu et voluntate patris fuerat in regem Allemannie coronatus, apud Vallemcolloris concilium celebratur. Ibique ambo multa de utroque regno[a] tractantes, sed nichil aut parum peragentes, ad propria redierunt. . . . . . Chr. Turon

Incidencia. — De quodam, qui finxit se esse Balduinum imperatorem Constantinopolitanum.

Anno Domini 1225, mense Aprili venit quidam homo in Flandriam, qui dicebat se esse comitem Balduinum, quondam imperatorem Constantinopolitanum, et se de Grecorum carcere quasi per miraculum liberatum. Quem videntes quam plurimi multaque signa comitis Balduini quasi in eo deprehendentes, multa etiam gesta et dicta prefati comitis necnon et intersigna ab eo audientes et ea veraciter cognoscentes, eum quasi dominum receperunt, et comitissam Flandrie, filiam Balduini comitis, quam exosam diu habuerant, ab omni fere comitatu Flandrie protinus eiecerunt. Illa autem, quasi comitatu perdito desolata, regem Francie Ludovicum adiit, multum deprecans et plura ostendens, ut ei suum restitueret comitatum. Qui eidem acquiescens, pluribus gentibus apud Peronam adunatis, venit ibique illum, qui fingebat se Balduinum comitem Flandrie, dato conductu, ad colloquium convocavit. Qui ibidem adveniens cum multitudine gentium, dum in presentia regis et legati ac multorum aliorum de multis rebus inquireretur, ad ea respondere coram omnibus dedignatus est. Quo viso, rex vehementer accensus, eum infra tercium diem de regno suo iubet egredi, dans ei conductum et licentiam redeundi. Ipse vero, apud Valentinianas rediens, a suis deseritur, et tandem sub specie mercatoris per Burgundiam fugiens, a quodam milite captus, comitisse redditur et carcere mancipatur. Quem sui postea diversis penis afficientes, ad ultimum patibulo suspenderunt. Chr Turon. Vinc XXX, 127

Quomodo Ludovicus rex cepit Avignionem et in reditu suo defunctus est.

Anno Domini 1226. Ludovicus rex Francie et omnes crucesignati Bituris conveniunt. Et inde procedentes per Nivernam et Ludunum civitates, apud Avignionem urbem fortissimam et quasi inexpugnabilem, ab ecclesia Vinc. XXX, 128.

a) regna *c.*

1) Cf. Meyer l. l. p. 315 sqq. 2) Ferdinandi III.

Vinc. Romana per 7 annos excommunicationi subiectam propter hereticam pravitatem, pervenerunt. Cum igitur rex crederet pacificum per Avignionem transitum habiturum propter quasdam previas pactiones, quas cum illis de civitate habuerat, illi portas suas clauserunt et regem cum suis exterius excluserunt. Rex miratur, et spiritu virtutis assumpto, villam obsidet, obside tripertito in vigilia sancti Barnabe apostoli, que fuit quarta feria penthecostes. Machine eriguntur, trabucheta, petrarie, mangunnelli; parum proficiunt, quia hii qui intus erant viriliter se defendunt. Durat obsidio usque ad festum assumptionis beate Marie, ibidem tamen mortalitate maxima pululante. De nostris circa duo milia telorum ymbribus et lapidum volatu et infirmitate propria moriuntur. Moritur ibidem Guido comes Sancti Pauli, percussus lapide petraria, vir armis strenuus, catholicus et honestus. Moritur etiam ibi episcopus Lemovicensis, et comes Campanie redit ad propria sine regis licentia vel legati. Tunc Avignionenses[a], regis magnanimi constanciam attendentes, qui cum suis proceribus iuramento firmaverat se non recessurum, donec villa caperetur vel redderetur, ducentis datis obsidibus de melioribus sue civitatis, iurant stare ecclesie se mandato. Ad mandatum igitur legati, et rege imperante, fossata implentur, trecente[b] domus turrales, que in villa erant, et omnes muri circumquaque solo dirupti coequantur. Villa absolvitur, et legatus inducit in ea multas bonas et laudabiles constitutiones. Magister vero Nicholaus de Corbeia, monachus Clugniacensis, in ipsius loci episcopum consecratur. Rex, inde amoto exercitu, progreditur per Provinciam, et redduntur ei pacifice civitates, fortericie et castra omnia usque ad leucas quatuor a Tholosa. . . . . .

EX GUILLELMI GESTIS LUDOVICI IX. REGIS.

M[c] semel et C bis septem decies adhibebis:
Hoc anno Christi, merito tibi, Gallia, tristi,
Thunis in castris regem mors intulit[d] astris.
Cuius que merita fuerint, vel quam pia vita,
Ut sermone brevi loquar, omnes istius evi
Mundi rectores ipso sunt inferiores.
Signa docent multa: super egris exta sepulta
Eius virtutem declarant dando salutem;
Egroti veniunt gentiles ad monumentum,
Cum cura capiunt[e] nostre fidei sacramentum.
Mente Deo prona famulando, Philippe, corona
Utere regali, tanquam genitus patre tali.
Christi cultores habuisti progenitores,
Quorum si memor es, studeas acquirere mores.
Ut proavi nomen tibi cessit[f], cedat et omen.
Si patris et[g] proavi sectaris gesta tua vi,
Hostes compesces et sancto fine quiesces.

GESTA[h] SANCTE MEMORIE LUDOVICI REGIS FRANCIE.

Regum et principum gesta recordatione dignissima, qui antiquis temporibus regnaverunt, ne ab humana memoria viderentur excidere et edaci vetustate ea contingeret aboleri, labor et diligentia historiographorum studuit literarum traditionibus[i] tradere ad exemplum. Cum enim modernorum regum ac principum talia recitantur auribus, quid aliud agitur nisi brevis quedam et tacita exhortatio, ut ipsi per actus consimiles efficiantur magnanimi et ipsis moribus et vita se conforment? Ideo ego frater Guillelmus de Nangis[k], ecclesie Sancti Dyonisii in Francia indignus monachus, predictorum hystoriographorum vestigia sequi desiderans, quia tamen scolasticus non eram, immo pauper et modicus in scientia literarum, ad instar illius recolende mulieris Ruth ad agros cucurri scripturarum, spicas inde recolligens metencium doctorum, quas nobis post tergum suum de industria reliquerunt. Congregato igitur quod collegi, placuit michi unius libelli manipulum de gestis sancte recordationis et bone memorie Ludovici regis Francie gloriosi, cuius inclita vita extat in ecclesia bonorum operum forma, in exemplum michi et posteris preparare. Donnus enim Gilo de Remis commonachus noster principia gestorum eius inchoans, quia morte preventus est, terminare non potuit. Frater vero Gaufredus de Bello-loco, ordinis Predicatorum, ea que ad mores pertinebant, vitam ipsius regis sanctissimam absque gestis preliorum et negociorum secularium prudenter ac religiose scribere procuravit. Et quia de predicto rege nonnulli alia aliqua scripserunt, que ad multorum noticiam non venere, ego omnium

a) Avignienses *c.* b) trecentes *c.* c) *hoc primum prooemium praebet solus cod.* 3. d) intulis 3. e) cupiunt 3. f) cesset 3. g) est 3. h) *prooemium hoc alterum ex cod.* 2. i) tradict. *corr.* tradit. 2. k) Nang : is 2.

ac predictorum quorum potui fragmenta in unum studui colligere, ne perirent. Ad venustatem tamen hystorie plura per incidenciam apposui que in diversis mundi partibus suo tempore evenerunt. Preterea lectorem huius operis expostulo, ut non moveat ipsum tam rudis[a] hominis scribentis auctoritas, nec, quis dicat, sed que dicuntur, attendat. Utile vero non iudicatur dubiis verborum sententiis hystorie seriem tradere, sed plano et simplici loquendi genere, ut simplicibus et peritis intellectus capacitas sit communis. Et quia tamen de tam bona arbore Ludovico rege ramus peroptimus Philippus rex, eiusdem filius, egressus est, qui patri successit in regno, acta eius post gesta[b] patris laboravi cognitioni transmittere posterorum. Presertim cum ad virtutem plerumque liberi patrum provocentur exemplo, parentumque probitas velud quedam scintilla transfusa in cordibus filiorum, licet in quibusdam sopita sit et quasi premortua, facile tamen multociens in eorum memoria convalescit. Et ob id antiquitus Romani patrum domi conservabant ymagines, ut antecessorum eis acta semper occurrerent, puderetque degenerem[c] sequi lasciviam ac turpi languere desidia, et amplectende[d] virtutis quasi quandam necessitatem pre oculis retinerent. Quod opus vobis, domine rex Francorum Philippe illustrissime, videndum pariter et legendum transmitto, ut cognoscentes tantorum principum avi et patris strenuos et commendabiles actus, eos in exemplum virtutis quasi speculum habeatis, gaudeatisque in Domino vos de tam bono et laudabili sanguine originem protraxisse.

EX LIBRO I.

. . . .

5. . . . . . . Circa idem tempus Honorius papa moritur, et post mortem eius Huguelinus episcopus Hostiensis eligitur ad papatum et alternato nomine Gregorius, nonus huius nominis, appellatur. . . . . . . Vinc. XXX, 129.

His quoque temporibus sancta Elysabeth*), filia regis[1] Hungarie, coniunx landegravii[2] Thoringie ducis, et beatus Anthonius de ordine fratrum Minorum claruerunt. . . . . . . Vinc XXX, 131. et 136.

*) *'Chroniques de St. Denis' (SS. R. Gall. XXI, p. 108—110) de sancta Elisabetha hoc caput inserunt:*

De madame sainte Ysabel, fille au roy de Hongrie.

Si comme le roy d'Arragon se contenoit en prouece et en chevalerie, qui mout plaisoient a nostre Seigneur, en ce temps meïsmes sainte Ysabel, fille au roi de Hongrie, se contenoit en prouece de pitie et de misericorde[3]. Elle estoit fame Landegrave[4] le duc de Thoringe, qui mout Guill. estoit preudom et de bonne vie. Volente vint au duc d'aler outre mer requerre le saint sepulchre et de aidier les crestiëns a deffendre la terre contre les Sarrazins. Mais il n'i demoura que quatre anz[5] que la mort le prist. Avant qu'il mourust, il commanda que s'ossemente feüst portee a Ysabel sa fame, et qu'elle le feïst enterrer en une abbaÿe[6], ou ses devanciers estoient enterrez. Tout en la maniere qu'il commanda, la bonne dame fist; et fist fere son service mout sollempnelment.

Tantost comme il fu enterrez, nouveles coururent par le païs que Landegrave le duc de Thoringe estoit mort; si s'assamblerent ses anemis ensamble et vindrent au chastel, ou sa fame estoit, et bouterent le feu dedenz, por ce qu'il la vouloient prendre ou ardoir, par droite felonnie et en despit de son baron. Endroit l'eure de miënuit, si comme le feu fu boute en la ville, la dame sailli sus, toute effraee, et s'en foui parmi une petite porte hors du chastel a poi de compagnie, que elle ne feüst apperceüe; et s'en vint a l'evesque de Baviere[7], qui estoit son oncle, qui la reçut honorablement et fu mout corrouciez de sa perte, quant il le sot; et li dit: 'Belle niece, or soiez toute aaise avec nous, et menez bonne vie et nete, et nous penserons de vous mariër. Que vous estes bien de si haute ligniee que vous devez bien avoir homme de grant renon'. — 'Certes', dist-elle, 'de grant renon le voeil je avoir; ne plus haut ne plus digne n'est de lui trouve: mon pere Jhesu Christ, qui sera mon pere et mon espous tant comme je vivrai'. La bonne dame demoura une piece de temps en la garde son oncle. Si li fu avis qu'ele ne pooit pas bien faire ses aumosnes ne les povres visiter; d'iluec s'em parti et s'en ala a un chastel plus parfont en Allemaigne; si li plut iluec a demourer. Ne n'avoit que cinquante mars a despendre. Un jour avint qu'elle regarda un quarrefour, ou pluseurs chemins s'assambloient de divers païs et de lointaignes contrees, si que mout de povres genz et de souffreteus passoient ce chemin. Si fist faire une grant maison et large sus quatre pilers, la ou elle commença a hebergier tous les povres trespassanz; et cil qui estoient enfermes ou malades, elle les soustenoit tant qu'il feüssent gueriz et enforciez, et selonc ce qu'il estoient de lointeignes terres, elle leur donnoit argent a faire leur despens, tant qu'il feüssent venus en leur contree. Mout se prenoit bien garde des femmes enceintes qui n'avoient dont il se poïssent aidier; car li meïsmes les servoit, et leur trenchoit leur viandes et faisoit leur liz.

a) rudi *post corr.* rudis *c.* b) postigesta *in rasura c.* c) degenem *post corr.* degenerem *c.* d) amplectande *c.*

1) Andreae nomine. 2) Ludovici IV. 3) Omnia fere quae de S. Elisabeth narrantur aut falsa aut fabulosa sunt, nescio unde sumta; licet earum rerum quae in Vitis traduntur quasi obscura quaedam recordatio remanserit. 4) Titulum pro nomine usurpat. 5) Antequam transfretaret, Hydrunti mortuus est. 6) Reinhardsbrunn. 7) Intelligit Ekbertum Bambergensem episcopum.

1238 9. . . . . . . Et anno duodecimo regni sui, scilicet anno Domini 1238, dominum Robertum, fratrem suum maiorem natu post ipsum, apud Compendium fecit[1] novum militem, quem paulo ante filie ducis[2] Brebancie Matildi nomine legitimo fecerat matrimonio copulari. Et tunc eidem fratri suo Attrebatum ac totam terram d'Artois concessit iure hereditario in perpetuum possidendam. Ibi fuit fere tota regni Francie utriusque sexus, mandato regio perurgente, nobilitas congregata. Unde Federicus Romanus imperator, qui regi Francie Ludovico mandaverat, ut usque ad Vallem-coloris[3] ire nullatenus omitteret cum ipso colloquium habiturus, audiens, quod rex Francie duo milia militum bellatorum cum innumerabili peditum et servientium multitudine, quos omnes secum apud Compendium habebat, in suo vellet ducere comitatu, mandavit regi, quod nec ad diem prefixam nec ad locum quem ipse nominaverat valeret advenire. Unde milites Francie, qui tante nobilitati intererant congregati, accepta a rege licencia, se singuli ad sua loca propria receperunt. Imperator quidem regem paucos secum ducere milites sperabat, quod et toto animo affectabat, eo quod, ut a pluribus dicebatur, quemadmodum maliciosus et seductor in regem Francie et in regnum machinari satagebat. Sed nephanda consilia, que contra regnum Francie cogitabat, Domino impediente propter servum suum regem Ludovicum, quem ubique protegebat, non valuit stabilire.

. . . .

Quant le menu pueple le sot, si commencierent a venir de moult de parties, si que elle ot mout a faire. Si prist en sa compaignie fames fortes et viguereuses, qui li aidierent les povres a servir. Quant les povres estoient venus au vespre pour reposer, si regardoit ceus qui estoient povrement chauciez; a ceus lavoit elle les piez; et puis l'endemain au matin elle leur donnoit solers selonc la mesure de leur piez; car elle estoit touz temps garnie de solers granz et petiz, pour donner a ceus qui mestier en avoient; et li meïsmes leur aidoit a chaucier. Et puis si les convoioit et conduisoit, tant qu'il feüssent el chemin ou il devoient aler. Quant les povres estoient repeüz et couchiez, la bonne dame prenoit sa sostenance avec ceus de son hostel, ne ne vouloit avoir plus mestrise ne seignorie que les fames qui servoient les povres avoec li, fors tant que, quant elle en veoit aucune trop lente et trop pereceuse, et elle li conmandoit a faire son service, se cele n'i vouloit aler, elle meïsmes i aloit pour servir et pour aidier aus povres, tant qu'il feüssent en leur liz couchiez; car il avenoit souvent qu'il se levoient de leur liz par nuit pour aler a chambre ou pour faire orine, si ne savoient rassener a leur liz, se il n'i estoient conduiz et menez.

Aucune fois avenoit qu'elle n'avoit nul povre a servir, si comme entour tierce ou entour miëdi, que il n'estoient pas venuz. Si s'en aloit seoir avoec les plus povres fames de la ville et filoit laine; et de ce file elle en faisoit faire dras, dont les povres estoient revestuz. En povre habit se maintint puis le temps de la mort son seigneur, ne n'ot onques cure de cointise. Pour ce qu'ele amoit tant la povre gent, les dames du païz l'orent en grant despit et li tornerent le dos, ne n'orent cure de sa compagnie.

Le roy de Hongrie oï dire que sa fille estoit en trop grant povrete; si commanda a un chevalier qu'il alast veoir, en quel point elle estoit. Le chevalier se mist a la voie, et vint droit au chastel, ou il cuida trouver la bonne dame; et se heberga chiez le seignor de la ville, et demanda de la dame, ou il la trouveroit. Et l'en li dist qu'il la trouveroit en un hospital, ou il ne repairoit que truans et chaitive gent. L'endemain par matin s'en ala le chevalier cele part; si trouva sainte Ysabel qui estoit assise entre povres fames qui filoient laine, et avoit vestu un seurcot tout esrez[4] et tout reclute[5]. Quant le chevalier la vit, si en ot grant habominacion, et dist a son escuier: ‘Par mon chief, ceste ne fu onques fille de roy; aucun truant coquin l'engendra’. Si s'en retorna arrieres, ne onques ne la volt saluër ne parler a lui.

Quant la bonne dame ot ainsi este lonctemps, une maladie la prist si fort que nature ne la pot souffrir. Si comme le prestre l'enecilioit, une volee d'oisiaus vint de vers le ciel aussi blanz comme noif, et se assistrent sus les arbres d'entour le porpris et commencierent a chanter un chant si douz et si plaisant, que la gent d'iluec entour laissierent toutes besongnes pour euls escouter; ne ne cesserent de chanter jusques a tant que l'ame li fu issue du corps. Et quant elle fu transsie, il s'en volerent vers le ciel. Si tost comme elle fu mise en son tombel, toutes manieres de genz estranges et enfermes de toutes maladies diverses commencierent a guerir des ce qu'il s'estoient repose devant son tombel. Conmune renonmee s'espandi par le païs des granz miracles que Diex faisoit pour lui, si que mout de bonnes genz de lointaignes terres la requistrent en grant devotion.

1) scil. Ludovicus IX. 2) Henrici II. 3) Vaucouleurs (dép. Meuse). Auctorem nostrum hoc loco errare manifestum est, cum imperator iam a. 1237, Sept. in Italiam se conferret et idem summa familiaritate cum Ludovico rege coniunctus esset. 4) i. e. detritum (erasum?). 5) i. e. resartum.

12. De contentione que fuit inter Fredericum imperatorem et Romanam ecclesiam, et quomodo quidam prelati [de[a]] regno Francie capti fuerunt a filio.

Hiis quoque temporibus inter Romanam ecclesiam et Federicum imperatorem magna dissentio fuit orta. Nam[1] *Vinc. XXX, 138.* isdem imperator curie Romane, in quantum poterat, existebat in omnibus contrarius et eidem a retroactis temporibus persecutiones multimodas et iniustas[b], quas scribi longum esset, acrius solito inferebat. Propter quod beate memorie papa Gregorius nonus destinavit in Franciam quemdam album monachum nomine Iacobum, episcopum Penestrinum[c], apo- *1239.* stolice sedis legatum, ut in dictum Federicum imperatorem, quem ipse papa excommunicaverat, excommunicationis sententiam per totam Franciam promulgaret[2]. Promulgata vero sententia, videns cardinalis imperatorem in sua malicia induratum et adeo obstinatum, quod, excommunicatione vilipensa, nullo modo a suo nephando proposito vellet resilire, quosdam archiepiscopos, episcopos et abbates, super tam arduo negocio consilium habiturus et aliqua per ipsos et cum ipsis tractaturus, apud civitatem Meldensium convocavit. Et tunc, cunctis presentibus, precepit quibusdam ex ipsis in virtute obedientie ex parte domini pape, quatinus, cunctis negociis postpositis, personaliter cum ipso iter arripientes, nullatenus omitterent ire Romam. Ipse vero ibidem spopondit et affirmavit, quod apud Nicenam[3] urbem de navibus, nautis et ceteris que ad navigium pertinent, ut liberius securiusque per mare quam per terram [irent[a]], eo quod Romanus imperator omnes passus per terram occupaverat, quos et diligentissime custodiri faciebat, ut rei exitus declaravit, eisdem comode provideret. Sed imperator preagnoscens et perpendens, quod per prelatos Francie ipsum papa Gregorius intenderet condempnare, Ludovico regi Francie litteras delegavit, mandans ei, quod personis ecclesiasticis regni sui, sed et cunctis quos predictus cardinalis secum Romam ducere affectabat, ire liberum tam per mare quam per terram penitus denegabat[4]. Deinde non solum terras, immo mare tam diligenter observari imperavit, quod absque sue gentis licentia nulli dabatur facultas alicubi illis in partibus commeandi[5]. Interim prelati Francie cum legato supradicto iter arripientes, per dietas suas ad Nicenam civitatem, multis diebus elapsis, sed non sine magnis laboribus et expensis, devenerunt. Et tunc inibi comperto defectu navium, hominumque subsidio non reperto, per quos possent de gentibus imperatoris defendi, transire ultra timuerunt. Unde archiepiscopi Turonensis[6] et Bituricensis[7] necnon et Carnotensis[8] episcopus et multi procuratores, periculo se ponere metuentes, redierunt. Alii vero illud quod Dominus dicit in euangelio: *Nolite timere eos qui corpus* *Matth. 10, 28.* *occidunt, animam autem occidere non possunt, sed pocius timete eum, qui potest et corpus et animam mittere in gehennem,* attendentes, et ideo anime magis quam corporis periculum et Deum plus quam hominem mortalem metuentes, intrantes mare[9], sese corporali discrimini tradiderunt. Nam unus de filiis[10] imperatoris, qui non erat legittimus, cum copia navium *1241.* maxima hominumque multitudine armatorum semitas maris perambulans, ne prelati per mare possent evadere, curiosissime observabat. Unde quadam die[11] per pelagus navigantes dictus filius imperatoris[12] ipsos percipiens, iuxta Pisas[13] atrocissime invasit. Tandem post bellum asperum sibi prelatos Francie resistere non valentes capiens, ipsos diversis patris sui munitionibus, prout idem pater disposuit, mancipavit. Prelatis itaque incarceratis, multis *Vinc. XXX, 138.* tribulationibus undique pressus, viam universe carnis ingressus est papa Gregorius; cui successit Celestinus tercius[14], sed solvens debitum humane conditionis, ecclesiam Dei sanctam ultra 17 dies non valuit regere, idcirco quia morte prohibitus est permanere Post cuius obitum sedes Romana orbata suo antistite per 22 menses vacavit.

Eodem tempore apud Cremonam — — statim clare vidit. *Vinc. XXX, c.* 138.

13. Quomodo Ludovicus rex mandavit Frederico imperatori, ut liberaret prelatos regni Francie, per filium suum captos et in prisione detentos.

Videns autem pius et devotus rex Ludovicus ecclesiam Dei humano auxilio destitutam, compaciensque prelatis regni sui diversis Federici imperatoris carceribus mancipatis, abba-

a) *deest c.* b) iniuste *c.* c) Penestinum *c.*

1) Haec a Vincentio longius recedunt, ex Gilone, ut coniicere licet, sumta. 2) Cf. Potthast, Reg. nr. 10798. 3) Nizza. 4) In epistolis Ludovico regi inscriptis (Huillard–Bréholles, Hist. dipl. V, p. 1037 sqq. et 1077 sqq.) haec adhortatio deest. 5) Cf. Huillard–Bréholles V, p. 1089 sq. 6) Iuhellus de Mathefelon. 7) Philippus Berruyer. 8) Albericus Cornutus. 9) Eosdem episcopos prius Ianuam transiisse, auctor omisit. 10) scil. Enzius. 11) A. 1241, Mai. 3. 12) Classi imperatoris Anselmum da Mari praefuisse constat. 13) Potius inter Montem Christi et Gilium insulas. 14) Immo quartus.

1241. tem Corbeie et dominum Gervasium de Escriniis misit ad imperatorem, mandans ei, quatinus prelatos regni sui, quos tenebat in carcere, suarum precum interventu liberaret. Sed tunc dictus imperator, preces regis non exaudiens, immo congregans omnes incarceratos de diversis locis apud Neapolim, regi Francie sic mandavit: *Non miretur regia celsitudo, si prelatos Frantie in angusto cesar tenet augustus, qui ad cesaris angustias trahebantur*[1]. Quod rex Ludovicus audiens et vehementer admirans, quia suis precibus imperator minime acquievisset, mandavit eidem iterum per abbatem Clugniaci in hunc modum[2]: *Tenuit hactenus indubitanter nostra fiducia, quod inter regnum et imperium vestrum longo tractu temporis nulla posset exoriri*[a] *materia odium vel scandalum paritura. Cum predecessores nostri, felicis memorie reges universi usque ad tempora nostra imperii sublimitatem zelaverint, et nos, qui post ipsos Deo volente regnamus, in eodem proposito permanemus. Sed vos unitatem pacis et concordie disrumpentes, prelatos regni nostri ad sedem apostolicam accedentes, cui tam ex fide quam ex obedientia tenebantur, nec eius poterant recusare mandata, in mari, quod moleste ferimus, capi fecistis et ipsos sub gravi custodia detinetis. Nam, sicut ex eorum litteris didicimus, nil contra imperialem celsitudinem excogitaverant, etiamsi summus pontifex esset ad aliqua minus debite processurus. Unde, cum in eis nulla vestri causa gravaminis inveniatur, decet altitudinem vestram dictos prelatos regni nostri debite restituere libertati*[3]. *Provideat igitur imperialis providentia et ponat in statera iudicii que mandamus, ne velit trahere locum a potentia vel voluntate. Nam regnum Francie non est ita adeo debilitatum, quod se permittat vestris calcaribus perurgeri.* Cuius verba et rationes imperator intelligens, omnes, licet invitus, pariter liberavit, regem Francie Ludovicum offendere pertimescens.

. . . .

18. De creatione pape Innocencii quarti . . . .

1243. cf Vinc XXX, 152. Cum igitur, sicut dictum est, sedes Romana pastore post mortem Celestini pape per 22 menses vacasset, videntes cardinales sancte Dei ecclesie periculum imminere, beate et felicis vite Innocentium quartum, qui tunc dictus erat Senebaldus presbiter cardinalis Sancti Martini in Monte[4], in papam et rectorem ecclesie elegerunt. Qui propter tyrannidem 1244. Romani imperatoris, sicut superius dictum est, anno Domini 1244. cepit in Franciam adventare. Sed parum antequam Lugdunum devenisset, cepit devotissimus rex Ludovicus. . . . . . .

20. Quomodo Fredericus imperator condempnatus fuit in concilio Lugdunensi.

1245. Eodem anno celebravit generale concilium beatissimus papa Innocencius quartus apud Lugdunensem urbem. In quo cum fratribus cardinalibus sacroque conventu prelatorum deliberatione prehabita diligenti super Frederici, tunc temporis Romani imperatoris, nephan- Iul 17. dis excessibus, ipsum die Lune ante festum beate Marie Magdalene omni[5] dignitate indignum denunciavit et sentenciando privavit, omnesque qui eidem Frederico iuramento fidelitatis aut confederationis erant astricti, a iuramento huiusmodi absolvit, auctoritate apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam dicto Frederico a die illa tanquam regi vel imperatori obediret. Et omnes, qui ipsi deinceps tanquam imperatori aut regi consilium aut auxilium aut favorem prestarent, ipso facto denunciavit excommunicationis vinculo subiacere. Sed et illis, ad quos in eodem imperio imperatoris spectabat electio, eligendi liberam annuit potestatem. Cur autem in tantum hominem tam crudelem sententiam dictus papa tunc intulit, multiplex causa fuit. Sed ut ad presens de ceteris eius sceleribus ob lectoris tedium evitandum taceatur, solummodo quatuor gravissima ab ipso commissa, que nulla tergiversatione celari potuerunt, huic libello inserere dignum duxi, ne dictus papa invidie ductus livore vel odio hoc fecisse videbatur. Prima[6] causa fuit, quia, cum fecisset homagium Romane

a) exodiri *post corr.* exoriri *c.*

1) Huillard-Bréholles VI, p. 3. 2) Huillard-Bréholles VI, p. 18—20; pauca tantum verba Guillelmus mutavit. 3) Hic omissum est: *in quo nos ipsos placitos redderis, qui detentionem ipsam nostram iniuriam reputamus. Regno enim nostro sublimi multa fieret detractio, si super talibus taceremus; quodsi ad preterita mentis vestre oculos vultis reflectere, Penestrinum episcopum et alios legatos ecclesie in preiudicium vestrum volentes subsidium nostrum implorare manifeste repulimus, nec in regno nostro contra maiestatem vestram potuerunt aliquid obtinere.* 4) Item Chron. Mailros. monast. p. 155 (ed. Stevenson. Edinburg. 1835); in Vita Innocentii (Baluze, Miscell. VII, p. 357): *presbyterum cardinalem tit. S. Laurentii in Lucina.* 5) Sequentia ex bulla condempnationis, Huillard-Bréholles VI, p. 326. 6) Ex eadem, Huillard-Bréholles VI, p. 321 sqq.

ecclesie pro regno Sicilie sibi ab eadem ecclesia concesso, et demum cum per ipsam imperii coronam Inn bull. adeptus fuisset, iuravit coram principibus et nobilibus imperii, quod honores, iura et possessiones dicte Romane ecclesie pro posse suo protegeret ac fideliter observaret, et quod ex dictis possessionibus eidem specialiter nominatis, que ad manus suas devenirent, sine difficultate aliqua restituere procuraret, horum iuramentorum extitit temerarius violator, non sine proditionis nota et lese crimine maiestatis. Nam papam Gregorium nonum et fratres eius cardinales Romane ecclesie per suas litteras pluribus directas presumpsit multipliciter diffamare, et eos, qui fidelitatem et homagium fecerant Romane ecclesie pro possessionibus, quas tenebant a dicta ecclesia, deierare compulit, faciens eos per se et officiales suos predictam fidelitatem abiurare sibique prestare violenter fidelitatis huiusmodi sacramentum. Secunda causa fuit, quod pacem inter ecclesiam et imperium reformatam temere violavit. Nam cum diu ante tempore pacis inter ipsum et ecclesiam reformate[a] iurasset coram duobus cardinalibus, presentibus multis prelatis et principibus, quod staret et pareret precise absque ulla conditione omnibus mandatis ecclesie super hiis, pro quibus erat vinculo excommunicationis astrictus, causis excommunicationis eiusdem expressis per ordinem coram ipso, remittendo omnem penam et offensam hominibus Theutonicis et regni Sicilie ac quibuscumque aliis, qui ecclesie contra ipsum adheserant, et quod nullo tempore offenderet vel offendi faceret ipsos, pro eo quod ecclesie adhesissent, postmodum iuramenta et pacem huiusmodi non servavit, nequaquam erubescens periuriis irretiri. Nonnullos enim ex ipsis hominibus, tam nobiles quam ignobiles, capi fecerat et, eis bonis omnibus expoliatis, uxores eorum et filios captivaverat, ac terras ecclesie contra promissionem[b], quam dictis cardinalibus fecerat, invaserat imprudenter, licet ipsi extunc in eum presentem, si contraveniret aliquando, excommunicationis sententiam promulgassent. Et cum iidem apostolica auctoritate sibi mandassent, ut nec per se nec per alium impediret, quin postulationes, electiones et confirmationes ecclesiarum ac monasteriorum per regnum et imperium libere fierent secundum statuta concilii generalis, et quod nullus deinceps in eisdem regno et imperio viris ecclesiasticis ac rebus eorum imponeret tallias vel collectas, et quod nullus ibidem clericus vel persona ecclesiastica de cetero in civili vel criminali causa conveniretur coram iudice seculari nisi super feodum quod civiliter haberetur, ac Templariis, Hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis satisfaceret competenter de dampnis et iniuriis eisdem per se et suos irrogatis: ipse mandatum huiusmodi contempserat adimplere. Nam ipso procurante undecim aut plures archiepiscopales sedes et multe episcopales, abbatie quoque et alie ecclesie in regno et imperio usque ad concilium prefatum vacaverant in grave ipsarum preiudicium et periculum animarum; in quibus non solum facultates et bona fecerat, prout voluerat, occupari, sed etiam cruces, calices, thuribula et alios sacros earum thesauros et pannos sericos velut cultus divini nominis contemptor auferri. Clerici quoque multipliciter collectis et talliis affligebantur, nec solum ad seculare iudicium trahebantur, sed, ut asserebatur, subire duellum cogebantur, incarcerabantur[c], occidebantur et patibulis in confusionem et obprobrium clericalis ordinis cruciebantur. Prefatis autem Templariis, Hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis de dampnis eisdem illatis et iniuriis ab ipso non fuerat satisfactum.

21. Tercia causa fuit, quod sacrilegium perpetrarat. Nam cum Otho Portuensis et Iacobus Prenestrinus cardinales episcopi, apostolice sedis legati, et quam plures ecclesiarum prelati et clerici, tam religiosi quam seculares, ad apostolicam sedem irent per mare pro concilio celebrando, quod prius idem Fredericus pecierat convocari, viis terre et maris, ut predictum est, omnino preclusis, ipsos ausu sacrilego capi fecerat, quibusdam ipsorum prelatorum et aliis in illa captione submersis, nonnullis etiam interemptis et aliquibus hostili infestatione fugatis, reliquis autem bonis omnibus spoliatis et de loco ad locum in regno Sicilie obprobriose deductis ac ibidem diris carceribus mancipatis, quorum aliqui miserabiliter defecerant, inedia pressi et scaloribus mancipati. Quarta condempnationis[d] eius causa fuit heretica pravitas, de qua non dubiis et levibus, sed difficilibus et evidentibus argumentis suspectus non immerito habebatur. Nam postquam excommunicationis sententiam a predictis duobus cardinalibus[1] prolatam incurrisset, et dictus papa Gregorius nonus ipsum anathematis vinculo innodasset, ac post Romane ecclesie cardinalium, prelatorum et clericorum ac aliorum, sicut supradictum est, ad sedem apostolicam venientium captionem claves ecclesie contempserat, sibi faciens celebrari, vel pocius, quantum in ipso erat, divina prophanari. Constanter enim asseveraverat, se prefati Gregorii pape sententiam non vereri latamque ab eo in ipsum non solum contemptis ecclesie clavibus non servando, verum etiam per se et officiales suos et illam et alias excommunicationis et interdicti sententias, quas idem omnino contempserat, cogebat alios non servare. Et sic privilegium, quod beato Petro et successoribus eius in ipso tradidit dominus Ihesus Christus, videlicet: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis*, Matth.16,19. in quo utique auctoritas et potestas ecclesie Romane consistit, pro viribus suis diminuere vel ipsi ecclesie auferre satagebat. Preterea coniunctus erat amicicia detestabili Sarracenis. Nuncios quidem et munera pluries eisdem destinaverat et ab eis vicissim cum honorificentia et hylaritate susceperat ipsorumque ritus amplectebatur, illos in cotidianis suis obsequiis notabiliter secum tenens. Eorumque etiam more uxoribus, quas habebat, de styrpe regia descendentibus eunuchos, quos, ut dicebatur, castrari fecerat, custodes non erubuerat deputare. Et quod execrabilius fuit, ipse, priusquam fuisset condempnatus, existens in partibus transmarinis, facta compositione quadam, immo collusione verius cum soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus et noctibus publice permiserat proclamari. Et postea nuncios soldani Babilonie, postquam idem soldanus Terre Sancte ac christianis eius habitatoribus per se ac suos dampna gravissima et inestimabiles iniurias irrogasset, fecerat per regnum Sicilie cum laudibus ad eiusdem soldani excellenciam[e], sicut ferebatur, honorifice suscipi et magnifice procurari, aliorumque infidelium perniciosis et horrendis obsequiis contra fideles abutebatur, et illis, qui dampnabiliter vilipendentes apostolicam sedem ab unitate ecclesie dicesserant, procurabat affinitate et amicicia copulari. Insuper clare memorie ducem Bavarie, specialem Romane ecclesie devotum, fecerat, sicut pro certo asserebatur, christiana religione despecta, per Assessinos occidi, et Vastachio, Dei et ecclesie inimico, a communione fidelium per excommunicationis sententiam cum adiutoribus, consiliatoribus et fautoribus eius sollempniter separato, filiam suam tradiderat in uxorem. Catholicorum principum actus et mores respuens, neglector salutis et fame, non intendebat operibus pietatis. Nonne igitur hec non levia, sed efficatia fuerunt argumenta de suspectione heresis contra ipsum, cum hereticorum vocabulo ius civile illos contineri asserat et latis adversus eos sentenciis debeant subcunbere, qui vel levi argumento a iudicio catholice religionis et tramite detecti fuerint deviare?

a) reformare *c.* b) provisionem *c.* c) incarcerebantur *c.* d) condampn. *c.* e) excellanciam *c.*

1) Scil. Othone et Iacobo, id quod falsum est, cum in bulla (Huillard-Bréholles VI, p. 325) legatur: *a prefatis I. Sabinensi episcopo et T. cardinali* (scil. Iohanne de Abbatisvilla et Thoma).

Et ideo cum de eius nephariis dissolutionibus melius sit tacere quam loqui, stilus ad alia convertatur.

1245. 22. . . . . . . Tunc quoque circa fines Hanonie — — in regem Alemanie. *Vinc. XXXI, c.* 1. . . . . .

1247. 24 . . . Eodem anno mortuus est landegravius — — Guillelmus comes Hollendie. *Vinc. XXXI, c.* 53 . .

EX LIBRO II.

15. Incidencia de hiis, que evenerunt in Francia et aliis mundi partibus, quando rex Ludovicus morabatur in transmarinis finibus.

1250. Circa idem tempus, mortuo Henrico[1], Frederici imperatoris primogenito, moritur et
1251. ipse in Apulia Fredericus[2]. Quo mortuo, Innocencius papa de Lugduno recedens[3], in Ytaliam rediit, proficiscens apud Assisiam[4]. Ubi cum per aliquantum temporis moram fecisset,
1254. inde recedens et per urbem Rome transitum faciens, Anagniam venit[5]. Corrardus vero,
cf. Mart. p. 440. 472. dicti imperatoris Frederici filius de filia Iohannis de Brena[6], regis Ierusalem, dum in regno Appulie et Cisilie iam inciperet fortiter dominari, tam in persecutione ecclesie quam populi usque ad ultimam diem suam genitoris vestigia est secutus. Qui cum quinque[7] mensibus Neapolim obsedisset, que prius Manfredi principis insultus per biennium[8] passa fuerat, et eam per pactum haberet[9], omnes muros civitatis illius et meliores domos civium funditus proiecit. Quo mortuo[10], dominus Innocencius papa de consilio procerum regni et aliorum sapientum regnum intravit contra Manfredum, qui rebellis erat et iunctus Sarracenis, preparaturus exercitum. . . . . .

Mart. pont. Anno Domini 1254. Innocencius papa obiit apud Neapolim; cui successit Alexander, natione Campanus. . . . . . .

19. Incidencia.

cf. ib. imp. 1255. Nov. 23. Anno Domini 1255.[11] Guillelmus rex Romanorum a Frisonibus fuit interfectus. Eodem anno Taurinenses in festo beati Clementis de consilio Astensium ceperunt dominum suum Thomam comitem Sabaudie. Quam proditionem Romana ecclesia graviter ferens, eo quod idem comes tempore bone memorie Innocencii pape quarti, cuius neptem duxerat uxorem, sororem Octoboni de Lavagnia dyaconi cardinalis, ecclesiam Romanam foverat et civitatem prefatam ex dono Guillelmi regis[12], qui fuit a Frisonibus interfectus, et ecclesie Romane receperat, ipsos Taurinenses et Astenses excommunicavit ipsosque ac eorum bona capi rogavit per regem Francie Ludovicum, qui Margaretam, filiam comitis[13] Provincie, habebat uxorem, neptem dicti Thome ex sua sorore. Dicta vero Taurinensis civitas a Bonefacio electo Lugdunensi[14] et a domino Petro de Sabaudia, fratribus dicti Thome, fuit obsessa, non tamen capta. Occupaverunt tamen pontem super Padum et castra vicina civitatemque multipliciter affligerunt.

1253. Circa[15] idem tempus[16] capti fuerunt comes Flandrensis Guido et frater[17] suus, quos comitissa Flandrensis susceperat a domino Guillelmo de Dompna-petra, fratre domini Herchambaudi de Borbonio, et dominus Erardus de Valerico et quam plures alii, qui incaute in Ollandam transierant, a Florentio comite Ollande, fratre Guillelmi regis Romanorum a Frisonibus interfecti. Qui Florentius iuvabat et receptabat Iohannem et Balduinum de Avenis, filios eisdem comitisse de Bochardo de Avenis, fratre comitis de Avenis, qui dictam comitissam desponsavit, cum esset subdyaconus, ut dicebatur, et in ordine subdyaconali ministraverat, cui dicta comitissa iuvenis et puella tradita fuerat custodienda. Ob quorum odium
1254. ipsa comitissa concessit Karolo comiti Andegavensi Valencianas cum comitatu Hanonie,
1255. dictis Iohanne et Balduino patrem[a] suum fuisse subdyaconum negantibus. Eodem temporis concursu Branchaleon de Bononia urbis Rome senator, pacis et iusticie cultor precipuus, de consilio quorundam cardinalium et nobilium Romanorum, orta dissensione, obsessus fuit in Capitolio. Et dum se dedisset, populus posuit eum in custodia apud Septem-soles. Tandem traditus nobilibus in quodam castro Sancti Pauli, quod dicitur Passavant[18], fuit incarce-

a) fratrem *c*

1) A. 1242. 2) A. 1250, Dec. 13. 3) A. 1251, Apr. 19. 4) Plus biennio Perusiae moratus papa Assisium demum a. 1253, Apr. 27. venit. 5) Iun. 2. 6) Brienne. 7) Potius quattuor. 8) Auctorem errare ex Nic. de Iamsilla hist. (Muratori SS. VIII, p. 505) elucet. 9) A. 1253, Oct. 10. 10) A. 1254, Mai. 20/21. 11) Accuratius a. 1256, Ian. 28. 12) A. 1252, Mai. 22; cf. Boehmer, Regesta imp. nr. 137. 13) Raimundus Berengarii IV. 14) Auctor Bonifacium Cantuariensem archiepiscopum cum fratre eius Petro confundit, qui a. 1246. archiepiscopus Lugdunensis electus est. 15) Guillelmus hoc loco, Primati narratione neglecta, alios nescio quos fontes secutus, illa demum in chronici recensione B (a. 1254. 1255) usus est; cf. 'N. Arch.' IV, p. 502. 16) A. 1253, Iul. 4. 17) Iohannes. 18) Fortasse Passarano; cf. Gregorovius, 'Gesch. d. Stadt Rom' ed. 2. V, p. 310, n. 2.

ratus et male tractatus. Et nisi habuisset obsides Romanorum Bononie, Romani ipsum occidissent, eo quod in exercicio iusticie et rapinarum refrenatione non pepercisset eisdem. Bononienses vero, licet interdicti a domino papa fuissent, tamen, nisi civem suum rehaberent, obsides Romanorum reddere noluerunt. . . . . . .

Incidencia.

Anno Domini 1256.[1] comes Flandrie et frater suus, quos Florencius comes Ollande 1256. tenebat in prisione, sicut supra diximus, auxilio Karoli comitis Andegavensis liberati fuerunt. Dictus vero Florencius sororem[2] dicti comitis Flandrie debuit ducere uxorem, et ad preces Ludovici regis Francie Karolus comes Andegavie, recepta magna pecunia, quitavit Valencianas et comitatum Hanonie. Actumque fuit inter fratres predictos, filios comitisse Flandrie, quod post mortem comitisse comitatus Hanonie ad fratres[3] de Avenis deveniret, comitatus vero Flandrie cum aliis terris heredibus domini Guillelmi de Dompna-petra remanerent[4]. Eodem anno, mense Septembri fuit terre motus in urbe Romana et apud Anagniam ita magnus, quod Rome campana Sancti Silvestri de Capite per se pulsaverit. Circa idem tempus Richardus comes Cornubie[a], frater regis Anglie, apud Aquisgranum in regem 1257. Alemannie fuit coronatus. . . . . . .

a) *in marg. suppl. c.*

EX PRIMATI CHRONICIS PER IOHANNEM DE VIGNAY TRANSLATIS.

Le 4. chapitre. Du[5] contens de la contesse[6] de Flandres et de Jehan, son filz, et comment elle donna la conte a Kalles de Anjou.

En celi temps fu meü grant descort entre la contesse de Flandres et Johan, son filz, conte de Henaut, pour la conte de Henaut; quer celi Johan vouloit pourseoir la conte tant comme seue propre, et la contesse li desfendoit et disoit au contraire que il ne le devoit pas fere, si comme elle disoit, [ne[a]] tant comme elle vivoit entrer en la possession de sa conte. Et le descort crut tant entre la mere et le filz, que le filz s'appareilloit approprier a soy par fait d'armes le droit que il disoit estre sien. Et la mere semblablement proposoit reprendre sa force par force d'armes; car il ne la vouloit pas tant seulement jeter hors de la conte de Henaut, mes la vouloit du tout desheriter et essillier de la conte de Flandres. Et donc la contesse apella en son aïde Kalles conte d'Anjou et le mist en possession de la 1253 conte de Henaut et li donna du tout en tout, par tel convenant que il retiendroit a li perpetuelment la conte de Henaut, et que il la garderoit et desfendroit bien et em pais el droit de la conte de Flandres, que ele pourseoit et avoit porsis jusques a ore, ou la feroit garder par l'auctorite et la poissance royal. Et donc la conte ainsi receüe, le conte Kalles envoia 1254. a Valencennes, qui est la plus noble cite et le souverain siege de Henaut, c'est assavoir grant garnison[b] de chevaliers; et y envoia Hue de Bauçay capitaine, lequel prist et saisi l'entree des portes et la forteresse contre la volente de ceulz de la ville, qui li estoient contraires. Entretant le conte Kalle du congie royal assembla grant effors de François, qui furent estimes, si comme nous oïmes, a 50 mille hommes d'armes; et entra poissanment en la conte de Henaut, et asseja moult de forteresces, et au desrenier les prist il en sa subjection. Mes Jehan de Henaut, filz de la contesse, ne se reposa pas entretant; que comme il estoit de noble parente et ne de haut sanc, tant de ceus d'Alemengne comme de France, il assembla avec li grant host au contraire; desquelz Houlequin de Horlande estoit aussi comme capitaine, qui avant ce avoit este couronne roy d'Alemengne. Et si comme il furent venuz devant Valencenes, Hue de Bouçai capitaine pour le conte, Pierres de Blemu[1] et aucuns autres ouvrirent les portes par leur fole hardiësce pour faire assaut aus autres, et issirent. Et se combatirent aucun pou devant les portes; et quant il virent le peril qui leur pouoit avenir, si se retraitrent arriere a force dedens la ville. Et un de l'ost des

a) *deest c.* b) garnisons *c.*

1) Cf. Chron. a. 1255. A. 2) Potius filiam Guidonis comitis, Beatricem nomine; auctor hic Florentium comitem cum Florentio avunculo et tutore eius confundit. 3) Iohannem et Balduinum. 4) Auctor noster pactum easdem condiciones continens iam a. 1246. factum esse ignorat. 5) Quae hoc et sequenti capite de rebus in Flandria et Hannonia gestis enarrantur, plerumque veritati repugnant. 6) Margaretha. 7) Fortasse Blemur prope Biscop (dép. Seine-et-Oise, canton Ecouen).

1254. anemis, qui avoit nom Stradiot, trespassa a force parmi eulz par sa fole hardiësce, et escrioit tant comme il pouoit je ne say quel baniere, et entra jusques es portes de la forteresce; mes tantost les portes couleïces chaïrent de haut, si que il fu retenu dedens.

Et quant le conte Kalles congnut la chose par novelles que si grant ost estoit assemble contre li et estoit ja venu devant Valencenes, si se doubta aucun pou de ces chevaliers que il avoit envoiez la a la desfense de la ville[a], et mesmement pour la traïson des bourjois, que il doubtoit, pour ce que il li estoient contraires. Et pour ce leur envoia il en aïde Loÿs conte de Vandome, homme noble en armes, avec aucunes autres banieres que il portoient avec euls. Et si comme il commencierent a aprochier la ville, il firent desploier leur banieres que il portoient avec euls, pour ce que les contes de leur partie, qui estoient la en garnison, les apperceüssent et avissassent par les signes des armes, et que entretant il ouvrissent les portes. Et ainsi les portes furent ouvertes, et il entrerent voiant leur anemis; quar les anemis ne se pouoient combatre avec euls pour l'eaue du flueve d'Escaut[b], qui couroit el milieu d'euls. Et entretant le conte Kalles estoit devant un chastel qui a nom Mons, et estoit a siege avec son host; et assailloit forment une tour, et la deboutoit souvent par les coups des perrieres[c].

Et donc Houlequin de Horlande roy d'Alemaigne, Henri conte de Lucembourc et autres princes de l'ost des anemis, pour ce que selonc la maniere de la gent de celi païs ne pouoient pas longuement amenistrer viandes et gages a leur host, si eslurent pour le miex ou a tantost se combatre ou a partir s'en tantost; quar quant viande et despens leur failloit, il n'i pouoient plus demourer. Et pour ce manderent il au conte Kalles certain jour de bataille; et le conte, tant comme a li estoit, leür ottroia agreablement. Toutefois, si comme il appartenoit, il out conseil avec ses barons, desquelz les greigneurs et les plus poissans appartenoient a Jehan de Henaut par affinite de lignage, et trouva autre chose en leur conseil; quer il soustenoient la partie de Jehan couvertement. Et toutefoiz au derrenier il donnerent conseil au conte Kalles, qui forment convoitoit la bataille, que treves fussent prises d'une partie et d'autre sus esperance de pais, et que chascun eüst son droit sauf en toutes choses, si tant d'occisions de gent, tant de meschies de batailles fussent eschivees par le conseil des bons. Laquel chose fu faite, mes ce ne fu pas toutevoies du gre du conte; mes il li convenoit ainsi faire pour ce que il sentoit que les greigneurs de son host, si comme le conte de Blois[1], le conte de Saint Pol[2], le sire de Couci[3] et pluseurs autres, qui amoient Johan de Henaut comme leur cousin, si chanceloient en son conseil. Et donc quant les treves furent donnees[4], et l'un et l'autre host se departoit; mes les anemis, comme ravisseurs plains de mauvese foy, par aventure contrains par force de necessite et contre le droit des treves ravirent aucuns[d] sommiers qui estoient loing de l'ost; laquel chose leur fu plus a reprouche[e] de larrecin que a loënge, si comme il fu jugie de touz.

Et donc apres ce, quant le filz de pais et de concorde Loïs roy de France fu retorne en son royaume des parties d'outremer, et les treves duroient encore, si ordena la pais
1256. entre les parties, en tel maniere que Kalles, vousist ou non, restabli a la contesse sa conte de Henaut, laquelle il tenoit ja pour grant partie comme seue[5]. Et ainsi celi filz de pais noua ensemble la mere et le filz par le liën de pais et affina les perilz de cele guerre.

Le 5. chapitre. Des aventures de celi temps, et comment cele contesse ala en Horlande.

1253. Environ ce temps, qui fu l'an de nostre Seigneur 1255, fu grant chetivoison et maleureuse et reprouche perpetuel es parties de Horlande, tant du pueple de la chevalerie de Flandres comme des communes. Laquel chose fu aus anemis gloire sans loange, quar il orent victoire par subtillete et par malice plus que autrement. Quer la contesse de Flandres aparilla grant navire contre Florent prince de Horlande, tant que elle fu veüe couvrir la mer aussi comme toute de ses nes; esqueles l'en portoit pueple sanz nombre, tant de la chevalerie de Flandres comme des communes. Et si comme il s'applicassent a descendre en la terre des anemis, il ne s'asemblerent pas ensemble a un port, mes estoit une neif loing separee de l'autre. Laquel chose fu a eus meïsme matiere de leur perte, et as anemis avan-

a) de la v. *repetit c.* b) decauci *c.* c) pierres *ins., sed del. c.* d) aucun *c.* e) reprenche *ed.*

1) Iobannes. 2) Guido. 3) Engelramnus. 4) V. chartam indutiarum, datam Iul. 26, Böhmer, Reg. Wilh. Suppl. nr. 303. 5) A. 1256, Sept. 24.

presenciam Guido de Monte-forti presenciens, filius Symonis de Monte-forti, comitis Leychestre, in bello Anglicano per consilium istius Henrici, ut dicebatur, perempti, tota mentis intentione, quomodo posset predictum Henricum occidere, cogitavit. Hunc igitur insidiis circumventum in quadam ecclesia in honore sancti Laurencii dedicata iuxta suum hospicium reperit, et eum de medio suorum evellere putans nec valens, primo eum in ecclesia ictu cutelli transfodit, et postea tractum extra fores ecclesie, licet multum renitentem et ut sibi parceret iunctis manibus exorantem[a], ictu cutelli ter vel quater iterato per latera penitus interfecit. Statimque comitatu[b] septus equitancium, quem sibi prius paraverat, ab Urbe recessit et ad comitem Tuscie Rufum, cuius filiam duxerat, se translulit. Et quoniam in regis Frantie presentia[c] in Urbe existentis[d] huiusmodi scelus perpetraverat, eius offensam et indignationem incurrit et ecclesie Romane iudicium, cuius vindicte propter hoc ipsum postmodum oportuit subiacere. Nam in penam tanti sceleris decrevit ecclesia, ut in castello fortissimo, donec tempus sue miserationis adveniret, sub arcta custodia teneretur.

De transitu regis Francie per Lombardiam.

Postquam igitur rex Francie Philippus et sui principes a Viterbio recesserunt, per Montem-Flasconem directo itinere Tusciam intrantes, Urbe-veteri, Montebargue et Florencia urbibus peragratis, in planum Lombardie subintrarunt et per Bononiam, Modrem[e] et Parmam usque Cremonem pervenerunt. Ubi cives, tanti principis maiestatem non attendentes, pro honore et reverentia dedecus intulerunt. Nam clientes aulicos, quorum intererat ante regis adventum hospicia preparare, casam communem pro ipso rege rogantes, cum sua peticione vacuos et cum iniuria repulerunt. Cuius facti continuo penitentes, ad

a) exorentem *c.* b) comitatus *c.* c) presentialiter in u. *c.* d) existente *c.* e) Modrē *c.*

1) Haec non minus falsa sunt quam Henricum regnum Alemanniae expetere voluisse, cum Richardus pater eius adhuc usque ad Apr. 2. a. 1272. viveret. 2) A. 1265, Aug. 4. 3) Item Cont. Matth. Paris. p. 1007; alii in ecclesia sancti Blasii (Wikes, Annales hist. Angl. p. 76) aut sancti Sylvestri (Annales Wawerleienses in SS. R. Gall. XVIII, p. 226). 4) Mart. 13. 5) Rufus comes Anguillarae. 6) A. 1273, mense Iulio aut Aug. Guido Florentiae in conspectum Gregorii papae supplex venit, sed pluribus mensibus post in carcere quodam inclusus est; cf. Potthast nr. 20767. 7) Montefiascone. 8) Orvieto. 9) Montevarchi. 10) Iohannem de Vignay erravisse, ex Gestis Phil. elucet, ubi *in planum Lombardie* legitur. 11) Modena.

1271. s'en vindrent a li en la maison des freres Meneurs, et li requistrent humblement que il li feïssent avant toute oeuvre sattisfation de tel injure, et que il appaisast son cuer envers eulz; mais ainsi ne autrement il ne leur voult onques ottroier, ja soit ce que il fainsist moult de choses souz dissimulation. Et l'endemain ceulz de Melen, qui attendoient la venue du roy a grant leesce, li vindrent a l'encontre juques vers Cremoinne, et le menerent honnourablement en leur[a] cite, juques au pales royal, et li firent present [de[b]] 12 destriers noblement couvers et atournez de cointe harnois; et le prioient que il les receüst en aliance d'amour, et que il li pleüst a estre fait leur seigneur, et receüst eulz et leur cite en sa garde. Mais le roy, qui congnut bien l'onneur et la courtoisie[c] que il li faisoient, si ordena a leur[d] rendre moult de graces pour l'onneur et la bonne volente que il li faisoient; mais quant a la reçoite de prendre les destriers et de recevoir leur cite en sa seignourie, se voult il excuser a eulz qui estoient en la presence de li, par maistre Fouques de Loudun, homme tres bien enraisonne et tres biau parlier, lequel leur moustra, pour quel cause le roy ne le vouloit faire, si que les seingneurs de la ville s'en tindrent bien pour contens. Et donc le roy s'en parti a l'endemain, et les cytoiens le convoierent; et le marquis[1] de Montferrat, qui est moult noble homme et moult puissant en ycelles parties, li vint a l'encontre, et se obliga et offri a li moult honnourablement, et li promist li et ses choses a faire toute sa volente et son plaisir. Et aprez ce le roy s'en vint a Verseilles[e, 2], et passa oultre parmi la terre de Savoie, et s'en alla a la cite de Susse[3], qui est prez des[f] mons, et la demoura trois jours, et reposa li et sa compaignie. Et l'autre jour aprez passa les mons de Mont Ceniz a grant travail, et au soir il se reposa prez des mons en une ville qui est appellee Launeboure[4]; et dont dessendi parmi les vaux de Moriënne[5], et s'en vint tout droit juques a Lyons[6] sur le Rosne, en chevauchant et continuant son voyage. Et apres ce il trespassa parmi la contree de Bourgoigne, et s'en vint parmi les citez de Chalon et de Mascon, juques a tant que il vint a l'abbeïe de Clugny. Et donc aprez ce se parti de la contree des Bourgueingnons et s'en vint a Troyes tout droit parmi Champaingne, et entra en celle tres desiree contree de France parmi la ville qui est appellee Petit Paris[7], ou il vint a grant desir de cuer. . . . . .

a) leurs *c.* b) *deest c.* c) coursie *c.* d) li *c.* e) Marseilles *c.* f) de *c.*

ipsum in domo fratrum Minorum venerunt, petentes humiliter, ut, satisfactione preambula, erga ipsos cor eius, quod sciebant pro tanta illata iniuria commotum, mitigaretur. Sed nec sic nec aliter eis, licet multa sub dissimulatione fingeret, acquievit. In crastinum Mediolanenses, regis adventum speciali leticia prestolantes, versus fines Cremone sibi obviam occurrerunt et in urbem introductum honorabiliter usque ad regale palatium conduxerunt, duodecimque dextrarios, faleris decenter adornatos, sibi facientes presentari. Rogaverunt etiam ipsum, ut eorum vellet fieri dominus suamque civitatem reciperet in tutelam. Quibus rex propter benivolentiam ipsorum et honorem sibi impensum grates multas reddidit, sed super dextrariorum receptione et civitatis oblata dominatione se fecit totaliter excusare. Rege itaque de Mediolano in crastinum, conducentibus ipsum civibus, recedente, marchisius de Monte-ferrato, vir nobilis et potens in illis partibus, regi obviam pergens, eum honorabiliter recepit et ei se suaque sue voluntati promptissime repromisit. Rex postmodum Vercellensem urbem attingens et per terram Sabaudie transitum faciens, Susam civitatem contiguam Alpibus introivit, ibique per triduum comitatu repausato, montes Cinisii die postera cum magno labore pertransivit. Denique per valles Morienne directo itinere usque Lugdunum super Rodanum continuim[a] equitavit, ac postea fines Burgundie penetrans, per Cabilonem Masconensemque civitates transitum faciens, usque Clugniacum abbaciam accessit. Postea vero Burgundionum regionem egrediens, per Trecensem urbem totaque Campania traiecta, cum magno cordis desiderio pagum Parisiacum subintravit.

. . . .

14. . . . . . . Incidencia.

Sept. 1. Eodem anno post biannem et novem menses sedis apostolice vacationem, in festo
beati Egidii electus est Theobaldus de Placentia, archidiaconus[b] Leodiensis[8], in pappam, cum
1272. esset absens in transmarinis partibus apud Acon, et quarto Ydus Februarii[9] consecratus,
Febr 10. Gregorius decimus est vocatus.

1273. Anno Domini 1273. Radulfus Rufus comes de Assatio[10] electus et coronatus fuit in regem Alemannie. . . . . . .

a) *sic c; fort.:* continuatim. b) archi | aconus *c.*

1) Guillelmus. 2) Vercelli. 3) Susa. 4) Lanslebourg (dép. Savoie). 5) Saint-Jean-de-Maurienne. 6) Mense Maio. 7) Petit-Paris, prope Jouy-le-Châtel (dép. Seine-et-Marne). 8) Cf. Mart. Opp. p. 442. 9) Hoc die papa Viterbium, Mart. 10. Romam venit, ubi Mart. 27. consecratus est. 10) i. e. Alsatia.

Eodem* anno venit pappa Gregorius circa quadragesimam[1] apud Lugdunum[a] Gallie, celebraturus Mart 1274. ibidem concilium generale. Ad quem salutandum accedens Philippus rex Francie cum multo nobili comitatu, cum tractasset apud ipsum de negociis regni sui[2], benedictione eius percepta, in Franciam remeavit. Sed quia apud Lugdunum dominus pappa, sicut dictum est, debebat concilium celebrare, Philippus rex, utpote in regno suo, dimisit ibidem milites et servientes ad custodiam domini pape et ceterorum in eodem concilio congregandorum, preficiens eisdem militibus et servientibus Hymbertum de Bello-ioco[3] militem, consanguineum suum.

Anno Domini 1274. fuit dies concilii assignata in Kallendis Maii, et pluribus sessionibus Mai. 1. Iul. 22. habitis, duravit concilium usque ad festum beate Marie Magdalene[4]. In quo concilio multa Mart. utilia statuta fuerunt, scilicet de electione summi pontificis et statu ecclesie universalis. Et propter subsidium Terre Sancte fuit concessa decima a prelatis et procuratoribus capitulorum et ecclesiarum usque ad sex annos. Circa finem concilii venerunt Grecorum et Tartarorum nuncii sollempnes, qui Greci ad unitatem ecclesie redire promittentes, in signum huius rei Spiritum sanctum a Patre et Filio confessi sunt procedere, symbolumque apostolorum in communi concilio sollempniter decantaverunt. In eodem etiam concilio plures ordines mendicantes sunt quassati, et bigami, qui tonsuram clericalem tunc temporis deferebant, de cetero ferre prohibiti[b] sunt ac uti privilegio clericali. Numerus vero prelatorum, qui ad hoc concilium interfuerunt, quingenti episcopi, sexaginta abbates, et alii prelati circa mille. . . . .

15. De secunda uxore quam accepit Philippus rex. . . . . . .

Anno ultimo prenotato Philippus rex Francie die Martis infra octavas assumptionis beate Marie Prim c 63. Aug. 21. virginis matris Domini duxit in uxorem apud Vicenas[5] iuxta Parisius Mariam, puellam nobilem, filiam Henrici quondam ducis Brabantie ex filia ducis Hugonis Burgundie et sororem Iohannis tunc Brabantie ducis. . . . . . .**

16. . . . . . . De coronatione regine.

Anno Domini 1275, congregatis apud Parisius fere tocius regni Francie baronibus et 1275. Iun 24. prelatis ac de regno Allemanie quam pluribus principibus, militibus et personis, in festo sancti Iohannis baptiste, Maria regina Francie fuit ibidem per manum Petri, tunc Remensis archiepiscopi, sollempniter coronata et uncta, sicut mos est reginas Francie coronari.** . . . . . .

*) *In Primati chronicis haec aliter narrantur:*

63. Du concile celebre a Lyons par pappe Gringoire, et du mariage du roy a la suer du duc de Breiban.

En l'an de nostre Seigneur qui fu l'an 1273. general concile fu fait et celebre a Lyons 1274. sus le Rosne par Gringoire pappe le disieme; ne l'en ne se recorde point que onques autre fois nul si grant concille ne si general fust celebre en nulle partie. Et a ce concille envoia l'eglise d'Oriënt, c'est assavoir ceulz de Grece, plusieurs des prelas de la terre comme messages sollempnez[6], si comme il disoient, et prometoient que du tout en tout d'ores en avant il obeïroient a l'eglise sainte de Romme et comme a vraie mere catholique, c'est assavoir sus tous les articles de la foy[7]. Et avant celi concille il n'avoient point le *Credo* des apostres, ne ne creoient point que le saint Esperit procedast egaument du Pere et du Filz, ne n'avoient point *Quiconque vult*[8]. Et en celi concille il reçurent ces choses, et promistrent fermement que toute l'eglise d'Oriënt ensuivroit et tendroit d'ores en avant toutes ces choses et ce saint enseingnement. Mais aucuns furent qui crurent mieux que pouour les eüst plus contrainz de venir a celi concille, que ne fist la devote amour de tenir ces sains enseingnemens. Et il avoient oÿ, c'est assavoir ceulz d'Oriënt, que un tres noble concile seroit celebre en l'eglise d'Occident sus reformer les articles de la foy, et pour savoir se aucune chose non deüe et desordenee estoit avenue en aucun lieu; et si se doubtoient que le pappe par aventure ne envoiast a eulz l'esfors des vrais catholiques, pour vengier le descort que il faisoient sus les devant diz articles; mais quel chose que il en aient fait aprez, toutes fois le promistrent il a faire par toute l'eglise d'Oriënt. Et a celi concille vindrent[9] les messages des Tartariëns, et a leur requeste il furent illueques baptiziez en sainz fons; mais Dieu scet bien a quel entencion il le firent.

L'anee ensivant le roy Phelippe espousa fame tres noble pucelle Marie, suer du duc de Breiban, environ la feste de l'assumption nostre dame, au bois de Vicennes.

**) *In Primati capite* 63. *exeunte legitur:* Et en l'anee ensivant, el jours de l'assumpcion nostre dame 1275. Aug. 15. vierge Marie, il la fist couronner sollempnelment a Paris en la presence a bien de touz les nobles hommes du royaume de France.

a) Ludugnum *c.* b) prohi *post corr.* prohibiti *c.*

1) Gregorius papa iam a. 1273, Nov. 20. Lugdunum venit. 2) Cf. Hist. reg. Franc. Cont., supra p. 609. 3) Beaujeu. 4) Iam Iul. 17. 5) Vincennes. 6) A. 1274, Iun. 24. legati imperatoris Graecorum Lugdunum venerunt. 7) Iul. 6; cf. Potthast p. 1680. 8) Est initium symboli: 'Quicumque vult salvus esse'. 9) A. 1274, Iul. 4.

18. Incidencia.

1276. Mart. Hist. reg. Franc. cont. Eodem anno quo supra obiit[1] papa Gregorius X[us]; cui successit[2] Innocencius V[us], frater ordinis Predicatorum, prius Petrus de Tarentia in Burgundia nominatus. Comes Attrebati Robertus, qui ad visitandum regem Sicilie Karolum, patruum suum, cum uxore[3] sua fuerat in Appulia aliquandiu commoratus, revertens in Franciam, venit Romam. Et dum esset ibi, accidit, quod uxor eius infirmata moreretur, et sepulta fuit cum ingenti honore in ecclesia sancti Petri. . . . . . .

24. Incidencia.

. . . .

Mart. Papa Innocencius V. obiit; cui successit Adrianus huius nominis V, natione Ianuensis. Hic cum sedisset mense uno et diebus novem, defunctus est; cui successit Iohannes XX, natione Hispanus. Anno Domini 1277. Iohannes papa, cum sibi vite spatium in annos plurimos extendi crederet et hoc etiam coram multis assereret, subito cum camera nova, quam pro se Viterbii circa palacium construi fecerat, solus ipsa ruente corruit, et inter ligna et lapides collisus, sexto die post casum, perceptis omnibus sacramentis ecclesiasticis, expiravit Sepultus est autem in eadem urbe in ecclesia sancti Laurentii. . . . . .

25. Incidencia.

Cont. Rom Eodem temporis concursu defuncto, sicut superius dictum est, Iohanne papa, dominus Iohannes Gaitanus, natione Romanus de genere Ursinorum, in papam elegitur et Nicholaus huius nominis
1278. tercius nuncupatur. Hic autem anno Domini 1278. statim post promotionem suam Karolum regem Sicilie a vicaria Tuscie amovit. Et constitutiones faciens tam de electionibus prelatorum quam de electione senatoris urbis Rome[4], se in senatorem ad vitam fieri procuravit, faciens per suos parentes[5] senatoriam fere per duos annos regi. Hic misit ad Karolum regem Sicilie in Appuliam unum de suis cardinalibus, volens super amotione vicarie Tuscie ac senatorie urbis Rome eius continentiam, pacientiam et obedientiam experiri. Sed hunc relatione cardinalis in omnibus et per omnia magis bonum et humilem atque discretum quam credidit inveniens, dixisse fertur: 'Fidelitatem habet a domo Francie, perspicuitatem ingenii a regno Hispanie, discretionem verborum a frequentatione Romane curie[a]; alios possemus superare, istum autem non poterimus'. . . . . . .

EX LIBRO II.

Hist. reg. Franc. cont. 1. . . . . . . Ibique[6] ad eum[7] perveniens Petrus Aragonie rex, cum magno honore susceptus est et donis ac iocalibus
1280. quam plurimis honoratus. Sed ingratus tanto honore et beneficiis, statim reversus in regnum suum, consilio uxoris sue Constantie regine, Mainfredi quondam dampnati filie, Siculis, qui iam contra regem Sicilie Karolum conspiraverant, confederatus est. Nam missi Siculorum, Pannormitanorum maxime et Messenensium, ad ipsum tunc convenerant, dicentes, quod, si contra regem Karolum vellet cum ipsis insurgere et eosdem tueri, de cetero ipsum in regem et dominum reciperent et haberent.

2. Incidencia.

Cont. Rom Anno posterius nominato Nicholaus papa in Suriano castro prope Viterbium moritur, et vacavit sedes quinque mensibus et diebus viginti. . . . . . Hanibaldenses, quam cito mortem Nicholai pape sciverunt, convocata parte sua Capitolii et certocharium urbis[b] Rome existentium sub custodia vicariorum, quos idem papa constituerat, par[c] dominium, invitis Ürsinis, in Urbe habuerunt; ita quod ex pacto inter eos habito, pro parte Hanibaldensium[d, 8] unus, pro parte Ursinorum[9] alius in Capitolio senatoris officium gerentes fuerint constituti. Sub quorum regimine multa homicidia, plurimeque dissensiones et alia mala quam plura sunt habita tam in Urbe quam in eius districtu, et tamen impunita.
1281. Anno Domini 1281. dominus Symon Sancte Cecilie presbiter cardinalis, natione Gallicus, de Montpicem[10] in Bria, in papam eligitur, et apud Urbem-veterem decimo Kalendas Aprilis consecratus, Martinus huius nominis quartus est appellatus. Hic electus in senatorem urbis Rome ad vitam, loco sui substituit regem Sicilie Karolum et de domo seu familia ipsius regis sumpsit milites ad regendum patrimonium ecclesie Romane. In Romaniola vero destinavit dominum Iohannem de Apia comitem cum soldenariis Francigenis fere octingentis[f] contra Guidonem Montis-feltri, qui terram ecclesie Romane detinebat illis in partibus occupatam. Iste autem Guido de civitate in civitatem se transferens maliciose, infra fortericias se tenens, rapiebat interdum predas, unde sui sequaces pascebantur.

Eodem tempore apud Urbem-veterem orta fuit discordia inter gentem regis Sicilie et Urbeveteranos, assensu, ut dicebatur, Ranerii capitanei Urbeveterani, qui volebat[g], quod rex Sicilie et Gallici dampnum et vituperium sustinerent. Nam cum tumultus magnus in civitate oriretur contra Gallicos, et clamores validos emitterent Urbeveterani, 'Mortem ad Gallicos!' exclamantes, sepe vocatus Ranerius, ut gentem suam refrenaret, se fingebat infirmum. Sed Francis ad arma concurrentibus, tandem cessavit dissensio, aliquibus tamen hinc inde vulneratis et quam plurimis Urbeveteranis interfectis.

a) ecclesie *corr.* curie *c.* b) *locus corruptus;* totarum ibi *SS XXII, p.* 476. c) par: *c.* d) Hanihald. *c.* e) et *add., sed del. c.* f) octigentis *c.* g) nolebat *corr.* volebat *c.*

1) Ian. 10. 2) Ian. 21. 3) Amicia de Courtenai-Mehun. 4) V. constitutionem super electione senatoris Theiner, Cod. dipl. dom. temp. I, p. 216, nr. 371. 5) A. 1278. Matheus Rubeus, Nicolai papae frater, a. 1279. Iohannes Colonna et Pandolphus de Sabellis (Savelli). 6) Scil. apud Tolosam. 7) Scil. Philippum regem. 8) Petrus de Comite (Conti). 9) Gentilis Orsini. 10) Quid sit nescimus; eum de Monte-Pigoci in Bria natum esse, Gaufridus de Collone, supra p. 621, de Corbeliaco (Corbeil) Memoriale potestatum Regiensium (Muratori VIII, p. 1149) tradunt.

3. De rebellione Siculorum contra regem Karolum assensu Petri de Aragonia.

Circa idem tempus Petrus Aragonie rex, uxoris sue Constantie regine arte callida circumventus, que se heredem regni Sicilie faciebat, assensum dedit Siculis, qui contra dominum suum regem Sicilie Karolum conspiraverant, si adversus ipsum et gentem suam insurgeret, pro posse suo eosdem iuvare fideliter et tueri. Sed ne credatur Constancia in regno Sicilie ius habere, pauca hic de suis progenitoribus proloquatur. Fredericum enim, avum suum, imperatorem Romanum et regem Sicilie Innocencius papa IIII^us propter suos excessus et culpas innumeras indignum imperio et regno omnique honore et dignitate in concilio Lugduni, eodem approbante sacro concilio, reddidit, et ne regnaret vel imperaret de cetero, abiectum denuncians, sentenciando privavit. Cum autem postea ad dispositionem ecclesie Romane regnum Sicilie, cuius iuris et proprietatis existit, esset libere devolutum, et predixisset in concilio prefato Romana curia de illo regno se provisuram[a], Corrardus, filius Frederici predicti de filia[1] regis quondam Ierusalem Iohannis, sui patris sequendo prava vestigia, illud regnum presumptione temeraria occupavit. Eo etiam subtracto de mundo, Manfredus princeps Tarentinus, istius Constancie regine pater, quem sepedictus Fredericus de dampnata copula susceperat, contra iuramentum fidelitatis, quod ecclesie Romane prestiterat, veniendo, sub quadam Corrardini, filii dicti Corrardi, nepotis sui, simulata protectione tutatoria, ad dictum regnum Sicilie manus occupatrices extendit; propter quod et alios suos actus nepharios Alexander papa IIII^us ipsum Tarentini principatu et omni alio honore indignum sentenciando privavit et privando totaliter denunciavit[2]. O Constancia, mulier detestabilis, que male suasa a dyabolo tot mala fieri impetrasti et tot bona, que concepta fuerant et fieri poterant, impedisti! Erat enim christianissimus rex Sicilie Karolus crucesignatus magnumque apparatum preparaverat in Terre Sancte subsidium profuturum et ad regnum Ierusalem, cuius ius emerat, conquirendum. Debebat vero illuc in brevi proficisci, ut gentem Sarracenicam, christiani nominis inimicam, expugnaret, si Dominus annuisset. Sed tocius boni impeditor dyabolus, currens ad sua arma vetustissima, per que privavit hominem de gaudiis paradysi, ita commovit Siculos hortatu et consilio regine Constancie, Petri Aragonie uxoris, quod statim, de Aragonia reversis ipsorum nunciis, tyrannidem arriperent contra gentem regis Karoli Gallicanam[3]. . . . . .

6. Incidencia.

Mense Februario piscis marinus in effigie leonis captus; cuius pellis pilosa, pedes breves, cauda leonina, et ceterum corpus erat leonum, apud Urbem-veterem, ubi erat papa et curia, deportatus fuit. Referebatur enim, quod in eius captione planctus horribiles emiserat, quod a multis signum dicebatur fieri prenosticum futurorum. . . . . . Cont. Rom

Anno Domini 1282, pridie Kalendas Maii dominus Iohannes de Apia et soldenarii domini pape Martini missi contra Guidonem comitem Montis-feltri, in Romaniola burgum civitatis Forilivii[4] capiunt, per hanc diem et noctem sequentem ibidem remanentes. Die vero crastina, scilicet prima die Maii, congregatis aciebus in tres turmas ante faciem civitatis, hinc inde fit acre prelium, in quo comes Thadeus[5], nobilis ecclesie pugil, cum quingentis fere Gallis cecidit, et ex adversa parte mille quingenti tam nobilium quam ignobilium occisi sunt. Tandem nocte superveniente, superstites ad suas partes se trahentes, nulli fuit illa die victoria attributa. . . . . .

9. Incidencia.

Circa idem tempus Guido de Monte-forti[6], miles strenuus, filius Symonis de Monte-forti comitis quondam Leycestrie, in Anglia perempti, qui ob interfectionem Henrici de Alemannia in prisione ecclesie Romane diu permanserat, a papa Martino in auxilium suorum in Romaniolam fuit missus. Quo illuc adveniente, statim Guido de Monte-feltri comes per se terras et civitates ecclesie occupatas ipsi Guidoni de Monte-forti nomine Romane ecclesie restituit, iurans se mandatis ecclesie pariturum. Sicque terra Romaniole ad mandatum domini pape pacifice reversa, excepta Urbinati civitate, eam Guido de Monte-forti hostiliter aggreditur, accipiens et devastans quicquid reperit extra muros. Interim defuncto Tuscie comite Rubeo, cuius filiam Guido de Monte-forti desponsaverat in uxorem, oportuit ipsum Guidonem exercitum domini pape in obsidione Urbinatis relinquere, ut terram, que uxori sue ex morte comitis Rubei et pueris suis obvenire debebat, contra comitem Sancte Flore[7], qui eam satagebat impetere, deffensaret. Licencia igitur a domino papa accepta, cum in Tusciam advenisset, comes Anguillarie[8], ipsum nitens pro posse suo offendere, terram eius hostiliter subintravit. Sed ipse Guido contra eum pergens viriliter, quosdam de suis cepit et plurimos interfecit. . . . . . ib. 1283.

a) provisurum *c.?*

1) Isabella. 2) Eadem supra III, 4, p. 644. leguntur. 3) Sequentem historiam, partim ex continuatione Martini Romana haustam, omisimus. 4) Forli. 5) Comes Montis-Feretri et Urbini; cf. Potthast nr. 21755. 6) Guido de Monte-forti, qui adhuc a. 1283, Ian. 26. apud Martinum papam in offensa erat, Mai. 11. ab eodem dux exercitus in Romania nominatus est; cf. Posse, Analecta Vaticana nr. 1128. et Potthast nr. 22022. 7) Santa Fiore. 8) Anguillara, prov. Roma.

11. Incidencia.

Cont. Rom. . . . . Comes Ioviniaci[1], qui in obsidione Urbinatis cum gente domini pape remanserat, contra instructionem domini Guidonis de Monte-forti Urbinates imprudenter invadens, ibidem extitit interfectus.

Anno Domini 1285, die annunciationis beate Marie, qui fuit dies resurrectionis dominice, postquam papa Martinus missam celebrasset et refectionem solitam sumpsisset cum suis capellanis, arripuit eum occulta et gravis infirmitas. Ex qua licet se graviter pati diceret, eius phisici morbum ignorantes et causas, asseruerunt nullum mortis indicium in eo apparere. Die vero Mercurii proximo sequenti, circa noctis horam quasi quintam, debitum exsolvens conditionis humane, ad Dominum, ut certis opinatur indiciis, transmigravit. Nam diversarum afflicti passionum et morborum ad tumulum eius venientes, multis videntibus, sunt sanati. Successit autem eidem[2] dominus Ieronimus[3] cardinalis, ordinis fratrum Minorum, natione Romanus de domo Sabellorum, et Honorius huius nominis IIII[us] est appellatus. Hic statim post promotionem suam tam comiti Attrebatensi in Appulia quam stipendiariis in certis locis per dominum papam Martinum, predecessorem suum, ordinatis, eos confovendo, prestavit stipendia et animavit ad suscepta negocia sollicite prosequenda. . . . . .

EX GUILLELMI DE NANGIS CHRONICO.

PROLOGUS.

Rob Aut. Cum infinita sint temporum gesta gestorumque digestores quam plurimi, nec possint ab omnibus[a] vel haberi vel legi, non inutiliter duxi ex infinitis pauca colligere et in unum coartare compendium que legentibus obletamentum pariant et profectum. Ieronimus[4], doctor ecclesie insignis et fere omnium conscius scripturarum, talem dicit et tantum librum Paralipomenon, ut asserat, illum se ipsum irridere qui sine eo divinarum scienciam sibi vendicat scripturarum. Rationemque assercionis sue subiungit, quod in aliis libris pretermissas tangit hystorias, ex quarum[b] intelligencia solvuntur innumerabiles euangelii questiones. Ergo, hystoriis incognitis, merito se ipsum dicitur irridere quisquis divine pagine vel prudencie mundane sibi peritiam vendicat obtinere. Nam, ut ait quidam ethnicus, 'vita aliena nobis magistra est', et qui ignotus est preteritorum quasi cecus in futurorum prorumpit eventus. Valet enim noticia hystoriarum sive cronicarum ad statuendas vel evacuandas prescriptiones et privilegia roboranda vel infirmanda, nichilque post gratiam et legem Dei viventes rectius et validius instruit quam si gesta cognoverint decessorum. (Rob Aut.) Nempe[c] describitur hic, qualiter mundus fluxerit vel florens provectibus vel pressuris fuerit attritus, qualiter sunt res mutate, translata regna regnorumque gloria ad nichilum devoluta, quomodo denique post adventum Christi christianitas creverit, corruerit impietas, pietas triumphaverit. Liquet sane, quia ex talibus taliumque conspectu et despectus presencium et respectus oritur futurorum. Tunc enim, ut ait Beda, scripturis utiliter animum intendimus, cum non solum in eis virtutes ac premia iustorum, verum[d] etiam vitia vindictamque reproborum ad incitamenta nobis bene agendi proponimus.

Seriem igitur ordinationis ab Eusebio Cesariensi, Ieronimo et Sigiberto Gemblensi monacho factam ego secutus, nonnulla aliorum doctorum et hystoriographorum dicta intermiscens, ab inicio mundi usque ad tempus meum textum narrationis mee perduxi. (Rob Aut) Eusebius quidem a nativitate Abrahe incipiens usque ad vincennalia Constantini Magni imperatoris Romani regnorum seriem regumque digessit. Cuius opusculum Ieronimus de Greco in Latinum transferens et nonnulla intermiscens, usque ad mortem Valentis imperatoris continuando protraxit. Abhinc Sygibertus, studio multe lectionis edoctus, usque ad annum Domini millesimum centesimum duodecimum cautissima ordinatione contexuit. Cetera autem ego frater Guillermus Sancti Dyonisii in Francia monachus subiungens, que ab aliis quidem digesta erant, sed non eodem modo ordinata composui et alia mei temporis compilavi. Preterea rogo, ne quis hec legens arguat me de presumptione, quod tantum opus incepi, vel improbet ista, donec prius inspexerit diligenter, unde sint et quomodo dirivata. Sic enim perpendere poterit, quod non mea indiscretione sunt acta, sed de alienis opusculis sincere transfusa.

. . . .

Vinc XXVI, 11. 1113. Sigibertus[5] Gemblensis monachus, temporum et regnorum descriptor precipuus, moriens finem[e] cronice sue fecit. Abhinc subsecutus est eum frater Guillermus de Nangis, monachus Sancti Dyonisii in Francia.

Vinc XXVI, 23. 1114. In pago Brabatensi — — pluit Iunio mense.

Rob. Aut. 1116. Hoc tempore Norbertus — — ab errore convertit.

Vinc. XXVI, 26. 1118. Mosa etiam fluvius — — ecclesiae ingressu extinxit.

ib. 27. et Sug. Paschalis papa moritur — — indicto Remis concilio.

a) hominibus *A* 3. b) quorum *A* 1. c) Nampe *corr.* Nempe *A* 1. d) verumque *A* 3. e) fenem *A* 1.

1) Ioigny. 2) Apr. 2. 3) Potius Iacobus, diaconus cardinalis S. Mariae in Cosmedin. Hieronymus frater Minor fuit successor eius Nicolaus IV. papa. Unde apparet, Gesta Philippi non ante a. 1288. scripta esse. 4) Epist. ad Paulinum: *Paralipomenon liber . . . . tantus ac talis est, ut, absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum irrideat* etc. 5) Eos tantum locos breviter notavimus qui ad res imperii spectant.

1119. Gelasio papa apud — — suis fauctoribus excomunicavit. Vinc. XXVI, 27 et Rob. Aut

Balduinus comes Flandrie — in comitatu successit; Guillermus vero, filius Roberti ducis Normannie, duxit in uxorem sororem[a] Ludovici regis Francorum, concessa ei Flandria post obitum[1] Karoli comitis. Rob Aut

1120. Ordo Premonstrensis incepit — — vir Dei Norbertus. Vinc. XXVI, 28.

Papa vero Calixtus — — pape conculcatum depinxerunt. ib. et Sug.

1123. Rome sub Calixto papa celebratum est concilium trecentorum aut amplius episcoporum; in quo pax inter regnum et sacerdocium de querela investiturarum episcopalium reformatur, et ibi cassatur privilegium, quod Henricus imperator extorserat a Pascali[b] papa de investituris, ac perhenni anathemate in irritum reducitur. Rob Aut. et Sug.

1124. Obiit Calixtus papa — — Honorius secundus vocatur. Vinc. XXVI, 43.

Henricus Romanorum imperator — — Remensem destruere civitatem. Sed Ludovico Francorum rege in occursum eius cum copioso exercitu veniente, timens imperator Francorum audaciam et probitatem, ad propria remeavit. Quo Francorum rex — — se valuit continere. Sug Rob Aut Sug

1126. Henricus imperator Romanorum[c] penitencia ductus, reliquit imperium et ab hominum noticia sublatus, nec postea visus est vel cognitus[2]. Tamen quidam dixerunt, quod apud Andegavis in hospitali pauperum visus et per confessionem ab uxore sua cognitus, mortuus et sepultus est[3]. Aliter vero legitur — — Spire delatum est. Imperatore itaque perdito, Matildis[d] imperatrix, uxor eius, carens liberis, ad Henricum regem Anglie, patrem suum[e], est reversa. Defuncto sive amisso — — in regem pervehunt. Vinc. XXVI, 46. Rob Aut.

1127. Norbertus, Premonstransis fundator — Magedeburch eligitur. Sug, Rob. Aut

Karolus comes Flandrie — — Ierosolimitani Roberti filio, dum apud Brugas — - contra eum accersiri. Vinc. XXVII, 1.

A.

*Quo Guillermo post biennium mortuo, Theodericum ad principatum Flandrie provehunt. *Rob. Aut.

B.

1128. **Theodericus de Alsacia, in Flandrias adveniens et suasu regis Anglie Henrici quosdam Flandrensium secum habens, Flandrias contra Guillelmum comitem calumpniavit. Cui Guillelmus comes, aciebus dispositis occurrens et viriliter decertans, dum pene adnichilatis hostibus castrum[4] in quo latebant reddi deberet, ipse Guillelmus comes inclitus sauciatus in manu, a prelio recedens, satis cito mortuus est. Cui successit idem Theodericus. **Rob. de Tor.

1129. Norbertus archiepiscopus apud — — ordinis collocavit. Rob. Aut.

1130. Honorio papa defuncto — — egressus Gallias venit. . . . . . . Visitando itaque Gallicanam — — diem pasche celebravit. Rob. Aut Sug.

1131. Synodus magna Remis — — in regem coronavit. Vinc. XXVII, 6.

1133. Liutherius Romanorum imperator — — in imperatorem consecravit. Rob Aut.

1134. Norbertus archiepiscopus — — fundator obiit. Chr Toron.

1137. Liutherius imperator Romanorum — — de sorore nepos. Rob. Aut.

1138. Petrus Leonis qui — ordines iudicio decrevit

1139. His temporibus quidam - monachum attonsus est.

1140. Innocentius papa fundavit — qui postmodum fuit papa Eugenius. Vinc. XXVII, 16.

A.

1141. Rogerus de Sicilia post occupatum Calabrie et Appulie principatum Innocentium pappam bello cepit. Et facta cum eo — — Affricam acquisivit.

B.

Rogerus de Sicilia, filius[5] Roberti Guichardi Normanni, qui Appulie et Calabrie principatum tenebat, a papa Innocentio propter investituras ecclesiarum, quas sibi usurpabat, excommunicatus, eum bello cepit[6]. Sed facta postmodum — — Affricam acquisivit. Rob Aut.

1143. Innocentio papa mortuo — — papa presidet.

1144. Celestino papa mortuo — — presidet.

A.

Tunc quidam Arnaldus nomine predicabat Rome, superfluitates et divitias clericorum reprehendens. Cuius dicta plurimi sequebantur. Sed a quibusdam captus suspenditur et crematur.

B.

Arnaldus quidam de Brissia Italie, cuius dicta propter artam vitam quam ducebat plurimi sequebantur decepti ab illo, dum Rome divicias clericorum et superfluitates reprehenderet, a quibusdam captus suspenditur et crematur[7]. Erat enim, ut ait beatus Bernardus in epistolis[8], ‘homo non manducans neque bibens, set cum solo dyabolo esuriens et siciens sanguinem animarum; Gub.

a) sororem uxoris *A* 2. b) domino Paschali *A* 1. c) *deest A.* d) Mathildis *A* 1. e) patrem suum, regem Anglie *A*.

1) Anno scilicet 1127. 2) Iam a. 1225, Mai. 23. Traiecti mortuus est. 3) V. de similibus fabulis supra p. 201, n. 4. et in Giraldi Cambrensis Itinerario II, c. 11 (Opera ed. Dimock VI, p. 139). 4) Scil. Aalst in Flandria orientali. 5) Rogerus rex, filius Rogeri, Roberti fratris, erat. 6) Iam anno 1139, Iul. 22. 7) Demum anno 1155. 8) Epist. 195, ed. Paris. 1667. I, p. 83.

cuius conversatio mel et doctrina venenum, cui caput columbe[a], cauda scorpionis erat. Quem Brissia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abhominata est[7].

Rob. Aut et Vinc XXVII, 16 et 83 — 1145. Lucius papa senatores — — de Consideratione. . . . . . . Sanctus Bernardus - — de basilica asportaret.

Vinc XXVII, 83. — 1146. Rex Francie Ludovicus — — peregrinationem proponit aggredi. Ecclesia Tornacensis — — in episcopum destinato. In Alemannie partibus - dixisse de futuris.

ib. 85. — 1147. Conrardo imperatore Romanorum — — loquendi usum receperunt.

Rob. Aut. — Conrardus imperator Romanorum — - suorum amisit. Ludovicus . . . iter transmarinum aggreditur — — in occursu Conrardi imperatoris Romanorum excipitur. Qui imperator . . . cum eis aliquandiu est profectus, set propter instantem[b] hyemem et suorum recreationem apud Constantinopolim est reversus. Qui, hyeme transacta, auxilio imperatoris Grecorum navibus eius apud Ierosolimam est evectus.

Vinc XXVII, 86. — 1148. Remis concilium — — temporis singularis athleta. . . . . . .

Accidit autem post concilium, quod papa[c] missam in maiori ecclesia celebraret et ei pro more Romano calix afferretur a comministris altaris[d], quod sanguis Domini, nescio qua ministrorum negligentia, effusus est super tapetum ante altare. Que res sapientiores perterruit[e] plurimum, opinantes[f] indubitata opinione, quod res[g] huiusmodi in nulla contigit ecclesia, cui non immineat undecumque grave periculum, et quia hoc in[h] apostolica sede contigerat, universalis ecclesie periculum timebatur. Certe nec fefellit opinio, nam Conradus[i] Romanorum[k] imperator eodem anno, sicut[l] superius dictum est, deletis exercitibus suis a Turcis[1] in Oriente, vix evasit.*

Vinc. XXVII, 88. et Rob. Aut. — 1149. Eugenius papa de — — confligens parum proficit. . . . . .

Imperator Romanorum Conrardus et rex Francie Ludovicus Ierusalem associati, consilio

Rob. Aut. — baronum suorum profecti sunt expugnare Damascum. Obsessa igitur per — — obsidio removetur. Moleste[m] enim tulerant[1], quod eam[2] post captionem reges concesserant Theodorico comiti Flandriarum.

Rob. Aut. — Facta ergo discessione — — remisit liberum. . . . . . . Conrardus Romanorum — — afflicto, Conrardus repatriat.

1152. Eugenius papa — primitus commoratur.
Conrardus Romanorum imperator — — per electionem successit.
1153. Eugenio papa defuncto — — nacione Romanus presidet.
1154. Obiit Rogerus rex — — victoriarum successorem reliquit.
Defuncto Anastasio papa — — Theutonicis sunt repulsi.
1156. Guillelmus rex Sicilie — — capit et exterminat.
Fredericus imperator Romanorum sibi castra deiecit.
1157. Imperator Romanorum Fredericus — — per septennium commoratur.
Vinc. XXIX, 3. et Rob. Aut. — 1158. In partibus Saxonie — — undecim milium virginum.
Rob. Aut. — 1159. Adriano papa mortuo — — et dominum susceperunt.
Chr. Turon. — 1162. Mediolanenses fere per septennium — — regibus susceptus est.
Vinc. XXIX, 15. — 1165. Alexander papa Romam — — suscipitur a Romanis.
Rob. Aut. — 1167. Fredericus imperator Romanorum — — ad propria remeavit.
Chr. Turon. — Mathildis imperatrix, mater — — filius eius successit
1168. In Sicilia tunc pari sententia condampnavit.
Vinc XXIX, 21. — 1178. Fredericus Romanorum imperator — - aut diucius perseveravit.
ib. et Chr. Turon. — 1179. Alexander papa Rome — episcoporum quam abbatum.
Chr. Turon. — 1180. Inter Fredericum Romanorum — — fuerunt et destructe.
1181. Inter Fredericum imperatorem — — Stephani comitis devastavit.
1182. Fredericus imperator Romanorum — — barones predictos reformatur.
1183. Inter Lucium papam — — Frederico auxilium proventurum.

Vinc. XXIX, 26. — Eodem[o] tempore multi heretici combusti sunt in Flandria a Guillelmo Remensium archiepiscopo, apostolice sedis legato, et a Philippo Flandrensium comite. Hii[p] dicebant omnia eterna a Deo creata, corpus autem hominis et omnia transitoria a Luciabelo creata; baptismum parvulorum et eucharistiam[q] reprobabant, sacerdotes missas celebrare[r] ex avaricia et oblationum cupiditate dicebant.

Vinc XXIX, 37. — 1184. Orta est dissensio — — petiit et optinuit.
Rob. Aut. — 1185. Lucio papa Verone — Urbanus tercius, nacione Mediolanensis, presidet.
Chr. Turon. — 1186. Henricus Frederici imperatoris — — gravis simultas incanduit.
Chr Turon. et Vinc XXIX, 40. — Venit ex Calabrie partibus — — quibusdam errasse dicitur.
Chr Turon cf Mart. pont. — 1187. Transmarine calamitatis hystoria — — Clemens tercius, nacione Romanus, presidet.
Chr Turon. — 1188. Fredericus quoque imperator — — et studia effervescunt.
Templarii, Hospitalarii virique — — satis munifice succurrens.

*) *Manus posterior, sed eiusdem saec. XIV. in margine cod. A 1 fol. 314'. addidit:* Nota, quod simile accidit in Avinione tempore domini Innocentii pape VI, quia in capella sua in palatio ipso celebrante, domino cardinali de Mota ministrante, similiter corruit sanguis Domini coram ipso super tapetum.

a) colambe *B* 1. b) instentem *B* 1. c) dominus pappa *A* 1. d) *deest A.* e) plurimum perterruit *A.* f) optinente *A.* g) h. r. *A.* h) in apostolica — periculum *des. A.* i) Corradus *A* 1. k) *deest A.* l) sicut — est *des. A.* m) Sarracenis *A.* n) Moleste — Flandriarum *des. A.* o) Eodem tempore *des. A.* p) Qui *A.* q) eucaristiam *A* 1. r) ex a. et c. o. celebrare *A.*

1) Scil. principes Palaestini. 2) Scil. Damascum.

1189. Fredericus Romanorum imperator – – Sarracenorum oppida devastantes. Chr. Turon.

Guillelmus rex Sicilie — — et Appulia profligantur.

1190. Philippus rex Francie — — et regio transmarina. Fredericus Romanorum imperator — — magnificencia vix habuerit. Cui[a] successit Henricus, filius eius, qui ad custodiam imperii relictus fuerat. Frederico imperatore itaque[b] mortuo, exercitus eius venit — — mundi partibus agregata.

1191. Clemente papa mortuo — — ad imperium coronavit. Rob Aut.

Rex Francie Philippus, qui[c] anno precedenti cum rege Anglie Richardo in Sicilia hyemaverat, eum — — venit in Cyprum. Vinc XXIX, 50 et Chr Turon

Henricus imperator — — Alemanniam tendit. Chr. Turon

1193. Richardus rex Anglie — multa pecunia redimitur. Rob. Aut.

1194. Tancredus rex Sicilie — sue subdidit dicioni. Chr. Turon

1195. Henricus imperator Romanorum – — Sicilie secum asportavit.

1196. Per totam Alemanniam — — copiosum exhibuit apparatum.

1197. Theutonici qui in terram — — ducis de Lovanio. Balduinus comes Flandrie — — dederat in uxorem. Vinc XXIX, 58.

Francia per Celestinum – — morte imperatoris repatriant. Chr Turon.

1198. Inter principes Alemanie — — eum assultibus impugnavit. Chr Turon et Vinc XXIX, 61

1200. Post hec nomen — — habebat in uxorem. Rob. Aut. 1203

1201. Galterus Brenensis comes — — sue subiugat dicioni. Rob. Aut.

1202. Ludovicus vero[d] comes — — fere prorsus expendunt.

1205. Franci et Veneti, qui Constantinopolim – — multo post moritur.

1206. Otho qui contra — — recipitur a Philippo.

Franci et[e] Latini — — provehunt et coronant.

1208. Philippus rex Romanorum[f] — — dignitatem adeptus est. Rob. Aut et Vinc. XXIX, 101.

1209. Otho Romanorum rex — — simultas protinus incandescit. Rob Aut. et Vinc. XXIX, 106

1210. Otho imperator Romanorum — — persone quam seculares.

1211. Othone Romanorum imperatore[g] — — predecessores antiquitus constituta. Vinc XXIX, 106 Vinc XXX, 1 et Rob Aut Cont II

Ferrandus ex Hyspania — — uxor Philippi comitis Flandrie, fallaciter procuraverat. Chr Turon.

1212. Reginaldus de Domno-Martino — — apud eum mansit. Vinc. XXX, 3. 4.

Philippus rex Francie — — confederatus erat. Vinc XXX, 5

1213. Navigio Philippi regis — — in Franciam remeavit. Vinc XXX, 6. et Chr Turon.

1214. Philippus rex Francorum — — tua terga sequentis. Chr Turon

1215. Propter victoriam Othoni — — cum aliis profecturus.

Mense Septembri passi — — domini contra regem.

Mense Novembri Innocencius — — retroactis temporibus confirmavit. Chr Turon et Vinc XXX, 64

1216. Innocentius papa decessit — — Pauli presbyter cardinalis. Chr Turon

1217. Honorius papa consecravit — — capitur cum suo comitatu.

1220. Fredericus Romanorum et — — imperii dignitatem coronatur.

1223. Iohannes rex Ierusalem — — dedit...... Frederico unicam filiam suam[1], heredem regni Ierusalem, in uxorem coram papa cum omni ipsius iure regni; de qua[h] postmodum suscepit filium imperator nomine Conradinum[2]. Et sic de regno Ierusalem hic annotare supersedeo, quia, quamvis plures postea* ius regni istius iure successionis aut[i] alio modo per titulum[k] optinuerint[l], nullus tamen in eodem regnasse usque ad nostra tempora visus fuit. Vinc. XXX, 125. et Chr. Turon.

Henricus Frederici imperatoris — — ad regnum Alemanie coronatur. Chr Turon.

1225. Tempore paschali quidam — — ultimum patibulo suspenderunt. Chr. Turon et Vinc XXX, 127.

1226. Eodem[m] anno Ferrandus comes Flandrie — — redemptus pecunia liberatur. Vinc XXX, 129.

A.

Honorius pappa moritur quinto decimo Kalendas Aprilis; cui successit Gregorius nonus.

B.

Honorio papa defuncto, centesimus octogesimus secundus Romane ecclesie papa Gregorius nonus presidet.

1227. Iohannes rex quondam[n] Ierusalem recedens a[o] Francia cum uxore sua[p] Berengaria, venit in Lombardiam et[q] per aliquantum tempus apud Bononiam moratus est. Quod papa[r] Gregorius[3] intelligens[s], eidem totam terram Romane ecclesie tradidit conservandam[4].

1228. Gregorius papa monuit[5] Fredericum Romanorum imperatorem, qui a longo tempore crucesignatus fuerat, quatinus votum suum adimplendo in Terre Sancte subsidium

*) postea iure successionis titulum regni ipsius retinuerint, nullus tamen illud possedit nec in regem coronatus est nisi rex Cypri[6], qui in Accon in contemptum regis Sicilie Karoli, qui ius regni illius emerat ab herede legitimo[7], se fecit, ut dicitur, coronari *A* 2.

a) Cui — imperatore *des. A.* b) sic *add. A.* c) qui anno — eum *des. A.* d) *deest A.* e) et Latini *des. A.* f) imperator *A.* g) Romanorum imperatore *et* antiquitus constituta *des. A.* h) de qua — Conradinum *des. A.* i) aut alio modo *des. A.* k) regni *add. A* 1. l) retinuerint *A* 2. m) Eodem anno *des. A* 2. n) *deest A.* o) de *A.* p) domina *add. A.* q) et moratus est p. a. t. a. B. *A.* r) pappa *hic et saepius A* 1. s) Q. audiens p. G. eidem *A.*

1) Isabellam nomine. 2) Potius Conradum IV. 3) Potius Honorius III. 4) Cf. Potthast nr. 7658. 5) Iam a. 1227, Mart. 23; cf. Potthast nr. 7864. 6) Henricus II; cf. Chron. a. 1287. 7) Cf. Chron. a. 1278 (SS. R. Gall. XX, p. 566).

transfretaret. Quod ille facere se promittens, diem certum[1] quo[a] id faceret pape et curie[b] significavit. Unde papa omnibus crucesignatis diem illum significans, mandavit eis, quod parati apud Brundusium, ubi imperator ex condicto mare debebat intrare, celeriter convenissent. Interim* autem imperator adversantes sibi quosdam in regno Sicilie perdomans et Sarracenos per diversa loca regni Sicilie habitantes in unum locum Apulie congregans, civitatem unam ex ipsis, que Luceria[c] Sarracenorum appellatur, sibi tributariam effecit. . . . . . .

Obiit uxor[2] Frederici Romanorum[d] imperatoris, filia Iohannis quondam[d] regis Ierusalem, relicto unico filio[e] Corrado[f] nomine, dicti[g] regni Ierusalem herede.

Vinc XXX, 131 et 136. 1229 Sancta Elizabet filia — minorum sanctitate clarent[h].

Multitudo[3] magna peregrinorum crucesignatorum de mandato pape Gregorii[i] apud Brundusium congregata, ut cum Frederico Romanorum imperatore in Terram Sanctam transfretaret, dum cum eo mare intrant, ipse furtive ab eis per galeas recedens, Brundusium[k] est reversus. Ipsi vero[l] peregrini prospero vento navigantes, apud Acon applicuerunt. Quo audito, Romanus pontifex Gregorius imperatorem excommunicavit et per totam[m] christianitatem denunciari excommunicatum precepit[4]. . . . . . .

1230. Fredericus Romanorum imperator mittens nuncios ad soldanum Babilonie[5], contraxit cum eo[n] amicicias christianitati suspectas. . . . . . .

1228. 1231. Nunciis[o] Frederici[p] Romanorum[q] imperatoris de transmarinis partibus a soldano Babilonie reversis, ipse imperator, qui erat excommunicatus, parvi pendens[r] pape excommunicationem, sine absolutione et papa inscio[s] iter Ierosolimitanum arripuit[6]. Qui per mare navigans, cum applicuisset in Cypro[7], terram cepit et illic[t] moram traxit[u], donec senescallus[8] eius, quem tunc[v] misit in Acon cum magna multitudine armatorum, voluntatem sibi soldani Babilonie[w] nunciaret[x]. . . . . . .

1232. Senescallus Frederici Romanorum imperatoris missus in Acon multa dampna peregrinis christianis intulit, et multociens[y] latenter exiens ab urbe, consilium habuit cum soldano Babilonie et Sarracenis[9]. Quorum voluntate comperta[z], ut optabat dominus eius, mandavit ei venire in Acon tempestive. Qui statim appulsus de Cypro[a], significavit[10] pape Gregorio[b], quod ipse erat in Acon[c] ultra mare, petens excommunicationis vinculum[d] sibi relaxari[e]. Sed papa preagnoscens ipsum detestabili amicicia coniunctum fuisse Sarracenis et composicionem[f] christianitati dampnosam iniisse cum soldano, non acquievit; immo Templariis et Hospitalariis, ne eidem adhererent aut sibi ferrent auxilium[g], districte prohibuit[11] et mandavit[g]. Quod agnoscens imperator, prius tamen, ut dicitur[h], in Ierusalem coronari[12] se faciens[i], et ad custodiam templi Domini dimissis Sarracenis, atque[k] cum soldano usque ad decem annos trebis christianitati imploratis, reversus est cum indignatione magna in Apuliam[13], ubi terram ecclesie Romane[l] et Hospitalis[m] atque Templi necnon et redditus eorumdem, qui erant per totum imperium suum, tyrannice invasit et pape ac[n] cardinalibus atque[o] toto[p] clero dampna quam plurima irrogavit. . . . . . .

G Lud 1238. Fredericus Romanorum[q] imperator regi[r] Francie Ludovico mandavit, ut usque ad Vallem-coloris[14] accederet[s], cum ipso colloquium habiturus. Sed audiens postea, quod rex sanctus[t] duo milia militum[u] armatorum[v] cum ingenti[w] peditum et servientum multi-

*) Interim — effecit *des. A.*

a) quod *A* 1. *B* 1. b) et curie *des. A.* c) Luteria *B* 1. d) *deest A.* e) suo *add. A* 2. f) Corrardo *A* 1. 2. g) dicti herede *des. A.* h) claruerunt *A.* i) *deest A.* k) Brundisium *A* 1. l) peregrini vero *A* 1. m) totum *A* 1. n) ut dicitur *add. A.* o) Nuncii *A* 1. p) Federici *A* 1. q) Romani *A.* r) domini *add. A.* s) statim *add. A* 1. t) illuc *A* 1. 2. u) moratus est *A.* v) tunc cum magna multiudine armatorum misit in Accon *A.* w) Babylonie *A* 1. x) renunciaret *A* 1. y) multocius *A* 1; multotiens *A* 3. z) comperta, mandavit dominum suum imperatorem Federicum *A.* a) de Cypro appulsus in Accon *A* 2. b) *deest A* 1. c) in Terra Sancta *A* 2. d) sibi vinculum *A.* e) relapsari *B* 1. f) compositionem *A* 2. g) aut sibi consilium vel auxilium ferrent dedit districte in mandatis *A* 2. h) fertur *A* 2. i) coronatus *A* 2. k) ac *A* 2. l) t. domini pappe *A* 1. m) terras ac redditus Templi et Hospitalis, que *A.* n) atque *A* 2. o) et *A.* p) toti *A* 2. q) Romanus *A* 2. r) mandavit L. r. F. *A* 2. s) veniret *A* 2. t) rex Francie *A* 1. u) millitum *A* 1. v) bellatorum *A* 2. w) innumerabili *A* 2.

1) A. 1227, Aug. 2) Isabella, Mai. 8. mortua est. 3) Potius a. 1227. 4) A. 1227, Sept. 29. 5) Elkâmil regem Aegypti. 6) A. 1228, Iun. 28. 7) Iul. 21. 8) Thomas comes Acerrarum iam a. 1227. vicarius imperatoris in Terra Sancta erat. 9) Imperator iam Accon appulsus erat, cum Thomam comitem Acerrarum et Balianum Sidonium legatos ad regem Aegypti mitteret (a. 1228). 10) Cf. Potthast nr. 8284. 11) Gregorium iisdem necem imperatoris suasisse, Bartholom. de Neocastro (Muratori XIII, p. 1161) tradit. 12) A. 1229, Mart. 18. 13) Iun. 10. 14) Vaucouleurs. Cf. supra p. 634, n.

tudine in suo vellet ducere comitatu, mandavit regi[a] iterum, quod nec ad diem prefixam[b] nec ad locum quem nominaverat adveniret. Sperabat enim regem sanctum[c] ducere paucos secum milites, quod et toto animo affectabat, eo quod, ut a pluribus dicebatur, quemadmodum maliciosus et seductor aliquid satagebat[d] in regem et regnum Francie machinari.

1240. Fredericus Romanorum imperator — — aggressi similiter capiuntur. Vinc. XXX, 138.

Prelatis itaque captis et incarceratis, multis tribulationibus undique pressis[e], viam universe carnis ingressus est pappa Gregorius[1]. Cui successit Celestinus tercius. Sed solvens debitum humane condicionis, ecclesiam Dei sanctam ultra decem et septem dies non valuit regere, idcirco[f] quod morte prohibitus est permanere. Post cuius obitum sedes Romana orbata suo antistite per viginti et duos menses vacavit.

Prelatis itaque captis et incarceratis et multis tribulacionibus undique pressis, viam universe carnis Gregorius papa ingressus est. Cui centesimus octogesimus tercius Romane ecclesie pontifex successit Celestinus tercius. Quo post decem et septem dies mortuo, ecclesie Romane sedes per viginti et duos menses antistite vacavit.

Apud Cremonam facta — — statim clare vidit. ib

Sanctus[g] Ludovicus rex Francie videns ecclesiam Dei omni humano auxilio destitutam compaciensque prelatis regni sui diversis Frederici Romanorum[h] imperatoris carceribus mancipatis, mandavit[i] imperatori supplicando, quatinus regni[k] sui prelatos liberaret. Cui[l] rei primo non acquiescens, mandavit[m] regi, quod non miraretur, si cesar in angusto eos tenebat, qui ad cesaris angustias trahebantur. Quod audiens sanctus rex[n], mandavit iterum, quod locum[o] a potencia non traheret, quia regnum Francie non erat adeo debilitatum, ut se permitteret eius calcaribus perurgeri. Cuius verba[p] intelligens imperator, omnes, licet invitus, liberavit, pertimescens[q] regem Francie offendere Ludovicum[g]. . . . . . . cf. G. Lud

1243. Post biennem sedis — — nominis papa quartus. . . . . . . Vinc. XXX, 152. et Mart.

1244. Innocentius papa* apud Lugdunum Gallie urbem venit[2], ut ibi concilium celebraret. . . . . . . Vinc. XXX, 152.

1245. Innocencius papa circa festum apostolorum Petri et Pauli[3] apud Lugdunum concilium celebravit, in quo, diligenti deliberacione prehabita cum prelatis ibidem congregatis super nephandis Frederici Romanorum imperatoris [excessibus[r]], ipsum omni dignitate indignum denunciavit et sententiando[s] privavit, omnesque[t], qui eidem Frederico iuramento fidelitatis aut confederationis erant astricti, a iuramento huiusmodi absolvit et illis ad quos in eodem imperio regis[u] spectabat electio eligendi liberam annuit potestatem.** . . . . . . ib. XXXI, 1. cf. G Lud.

A.

Landegravius dux Thoringie auctoritate et assensu Innocencii pappe rex Alemannie eligitur, et predicatur crux hominibus circa fines Hanonie et Flandrie auctoritate predicti pappe, ut irent in auxilium landegravii contra filium Frederici imperatoris depositi[v]. . . . .

1246. . . . Innocencius pappa misit in Ytaliam quemdam[5] cardinalem legatum, ut contra Fredericum imperatorem depositum spiritualiter et temporaliter dimicaret.

B.

Landegravius dux Thoringie electione principum Alemannie et auctoritate pape Innocencii rex Romanorum efficitur, et predicatur crux circa fines Hanonie et Flandrie auctoritate ipsius pape hominibus, ut irent in auxilium landegravii contra Henricum[4], Frederici imperatoris depositi filium, qui vices patris per Alemanniam defendere nitebatur. . . . . . . Vinc XXXI, 1

1246. . . . Innocentio papa adhuc in regno Francie commorante, mittitur ab ipso legatus quidam in Italia cardinalis, ut contra Fredericum imperatorem depositum spiritualiter et temporaliter dimicaret.

1247. . . . Landegravius rex Romanorum obiit; cui Guillelmus comes Hollandie[w] successit. . . . . . . Vinc. XXXI, 53

1250. . . . Fredericus Romanorum imperator —.— diem clausit extremum. Mart.

*) circa festum sancti Andree apostoli *add. A.*

**) *Cod. Divionensis, olim Cistercii, addit:* In isto concilio conquesti sunt curati de Cisterciensibus, eo quod totum acquirerent, ut dicebant, et inde decimas non solvebant propter privilegia que habebant; ideoque statutum fuit, ut de terris usque ad presens concilium acquisitis immunes a decimis existerent, et de acquirendis in posterum decimas solvere tenerentur, exceptis novalibus iam acquisitis et in posterum acquirendis, de quibus decimas non persolvent. *Cf. Dacherii Spicilegium XIII, App. p.* 201.

a) iterum regi *A* 2. b) prefixum *A* 1. 2. c) *deest A, ubi* regem secum paucos ducere milites. d) in regnum et regem Fr machinari satagebat *A* 2. e) pressus *A* 2. f) icirco *A* 1. g) *deest A.* h) imp. Romani *A.* i) eidem *add. A.* k) p. r. s. *A.* l) Sed primo non adquiescens *A.* m) mandavit — Quod audiens sanctus *des. A.* n) mandavit ei rex rursum *A.* o) q. n. t. l. a p. *A.* p) mandatum imp. int. *A.* q) l. r. F. o. p. *A.* r) *deest B* 1. s) sentenciendo *A* 1. t) omnibusque *A* 1. u) vel imperatoris *add. A.* v) *deest A* 2. w) Hollendie *B.*

1) A. 1241, Aug. 22. 2) Nov. 29. 3) Iun. 29, sed Iun. 28. prima concilii sessio erat. 4) Apud Vinc. et in Gestis Lud. *Conrardum* recte legitur. 5) Haec ad Rainerum diaconum cardinalem S. Mariae in Cosmedin spectant, qui legatus Tusciae nominatus in Italia manserat.

G. Lud. Post cuius mortem filius eius Corradus[a] de[b] filia[1] Iohannis[c] quondam regis Ierusalem cepit in Apulia et regno Sicilie[d] fortiter dominari. Innocencius papa, audita Frederici nece[e], de Lugduno Gallie recedens, profectus est in Italiam[f] apud Assisiam et ibidem longo tempore[2] moratus est. . . . . . .

Mart. 1252. In Dacia Hericus[g] — Frisonibus est occisus.

Innocencius papa constituit, ut omnes cardinales Romane ecclesie[h] portent in capite capellum rubeum dum equitant, ut discernantur[i] et cognoscantur ab aliis secum equitantibus; per hoc innuens, quod in persecucione[k] fidei et iusticie Romana ecclesia, que caput[l] est omnium aliarum, pre ceteris caput debet apponere[m], si necesse fuerit, cruentandum[n, *].
. . . . . .

1253. Neapolis[o] civitas Appulie[p], que per biennium passa fuerat insultus Manfredi principis Tarentini, filii Frederici quondam[q] imperatoris[r] de quadam concubina[3], a Conrado[s], filio dicti Frederici legittimo, obsidetur. Qui cum eam quinque mensibus obsessam tenuisset[t] et eam[u] quibusdam pactis cum civibus initis recepisset, omnes muros civitatis et meliores domos civium funditus evertit; et idem postea fecit[v] similiter de Capua et Aquino[4]. Qui cum patris vestigia in persecucione ecclesie sequeretur, iusto Dei iudicio percussus interiit, relicto filio[w] unico admodum[x] parvulo nomine Conradino[y].

Innocencius papa, audita morte Conradi, filii Frederici imperatoris[z] depositi[a], regnum Sicilie de consilio[b] sapientum et procerum regni intravit et usque Neapolim pervenit[c].

A.	*B.*
Manfredus princeps Tarentinus regnum Sicilie usurpat.	Post quem regnum Sicilie Manfredus eius frater, simulata nepotis sui Conradini fide tutatoria, usurpavit.
1254. Innocencius pappa, dum prepararet exercitum contra Manfredum principem Tarentinum, filium Frederici imperatoris Romani ex quadam concubina, qui regnum Sicilie usurpaverat sub protectione tutoria Corradini nepotis sui[d], filii Corrardi nuper defuncti, apud Neapolim diem clausit extremum[5]. Cui successit Alexander quartus, natione Campanus.	Innocentius papa, dum prepararet exercitum contra Manfredum principem Tarentinum, occupatorem regni Sicilie, apud Neapolim diem clausit extremum; post quem Romane ecclesie centesimus octogesimus quintus Alexander quartus, nacione Campanus, presidet.
Corrardinus, filius Corrardi ex filia[6] ducis[7] Bavorie, metuens tyrannidem Manfredi, patrui sui, latenter fugiit in Bavoriam[8].	Conradinus puer, filius Conradi, metuens Manfredi, patrui sui, tyrannidem, ad patrem matris sue ducem Baioarie[e] latenter fugiit in Baioariam[e].
	Iohannes[f, 9], filius comitisse Flandrensis

et Hanonie Margarete primogenitus ex Bucardo[g] domino de Avenis, contra matrem insurgens[h], voluit eidem matri sue vi sua preripere, qui eam iure hereditario contingebat, Hanonie comitatum. Quare mater indignata, Karolum comitem Andegavensem, fratrem sancti regis Francie Ludovici, in suum adiutorium invocavit et eidem in contemptum filii dictum comitatum tribuit et concessit. Qui, accepto taliter comitisse dono, statim apud Valencianas, castrum fortissimum[i], caput tocius Hano-

*) *Philippus de Vitriaco in margine cod. A 1 addit:* quando cardinales primo usi sunt pilleo purpureo et facti fuerunt ut pharisei distincti aliis prelatis per philatiam[10], ut in euangelio, quibus causa distinctionis nullum postmodum dedit effectum.

a) e f. Corrardus *A* 1; Corrardus eiusdem filius *A* 2. b) ex *A* 2. c) de Bregna *add A* 2. d) in regno Sicilie et Appulia *A* 2. e) morte Frederici imperatoris depositi *A* 2. f) Ytaliam *A* 1. g) Henricus *B* 1. h) curie *A*. i) discernentur *corr.* discernantur *B* 1. k) persecutione *A* 1. l) capud o. a e. *A*. m) opponere *A*. n) cruentendum *corr.* cruentandum *B*. o) Neapolim *A* 1; Neapolim *corr.* Neapolis *B* 1. p) *deest A*. q) *deest A* 2. r) imp. Romani dampnati ex *A*. s) Conrardo *A* 1. t) m. obsedisset *A*. u) et ipsam per pactum recepisset *A*. v) de Capua et Aquino similiter fecit *A* 1. w) unico filio *A*. x) *deest A*. y) Corrardino *et mox* Conrardi *A* 1. z) Romani *add. A* 2. a) dampnati *A* 1. 3. b) concilio *A* 1. c) et pervenit Neapolim in Appulia *A*. d) filii sui *A* 1. e) Baior. *corr.* Baioar. *B* 1. f) *quae sequuntur in rec. A desunt.* g) Burc. *corr.* Buc. *B* 1. h) insugens *corr.* insurgens *B* 1. i) fotissimum *B* 1.

1) Isabella. 2) A. 1253. inde ab Apr. 27. usque ad Oct. 5. 3) Blanca Lancia. 4) Iam a. 1252. antequam Neapolis capta esset; cf. Schirrmacher, 'Die letzten Hohenstaufen' p. 25. et 405 sqq. 5) Dec. 7. 6) Elisabeth. 7) Ottonis. 8) Conradinum iam primis aetatis temporibus in Bavaria habitavisse inter omnes constat. 9) Haec ex Primati c. 4, supra p. 639 sq. sumta sunt. 10) i. e. φιλαυτίαν.

nie comitatus, garnisionem magnam militum cum Hugone de Bauceio milite strenuissimo destinavit; qui contra voluntatem ville burgensium, qui sibi erant contrarii, portarum aditus et castri municionem saisierunt. Postea vero Karolus, collecto de Francia ingenti exercitu, qui ad quinquaginta milia poterat estimari, comitatum Hanonie potenter intravit, et multas municiones et villas vi vel dedicione recipiens, ad castrum quod Mons in Hanonia nominatur perveniens, illud obsedit. Interim autem Iohannes, filius comitisse, non quiescens, Wilquinum[a] de Hollendia regem Romanorum et multos nobiles de Brabanto et Alemannia ex parte patris de suo genere procreatos, ante Valencianas in magna multitudine gentis et potentia congregavit. Quos Hugo de Bauceio, gentis Karoli capitaneus, Petrus de Blemu et quidam alii de villa conspicientes, ausu temerario de castro portis apertis contra eos exierunt, cupientes animositatem Theutonum experiri; et conflictu inito ante fores, cum viderent sibi periculum imminere, intra villam sese cum impetu retraxerunt. Quos persequens quidam miles strenuus de hostili exercitu nomine Stradiot, castrum cum illis, nescio cuius vexillum alte intonans, est ingressus; set portis lapsatis, interius est retentus. Huiusmodi vero Karolus rumores audiens et timens Valenciani castri burgensium prodicionem contra suos, mox virum in armis strenuum Ludovicum comitem Vindocinensem cum quibusdam[b] aliis illuc in gentis sue adiutorium destinavit. Qui cum Valencianas appropinquare cepissent, banerias suas deplicare fecerunt, ut sui de villa visis armorum signaculis portas aperirent, et hostilis exercitus, qui ex parte alia ultra Scaldum fluvium residebat, de ipsorum adventu forsitan terreretur[b*]. Videns autem Williquinus rex, quod suo exercitui cibos diu ministrare non posset, versus Karolum cum gente sua, qui Montem obsederat, se retraxit; et quia, cibis sibi et genti sue deficientibus atque sumptibus, aut statim pugnare aut cito recedere oportebat, diem pugne Karolo nunciavit. Ille autem quantum in se erat istud desiderans, set aliquos barones de Francia secum habens, ut erat comes Blesensis, comes Sancti Pauli et dominus de Cociacō, de Iohannis sanguine procreatos, qui certamen fieri minime permittebant[c], treugis acceptis, et rebus in tali statu remanentibus, Karolus in Franciam se recepit. Set eodem tempore de transmarinis partibus reversus in Franciam sanctus rex Ludovicus, pacis et concordie filius, pacem postmodum composuit inter ipsos. Primat c 4 1254.

1255. Williquinus[d], qui et Guillermus, Romanorum rex[e], a Frisonibus est interfectus[1]. cf G Lud. Post quem electores se[f] in duo dividentes, elegerunt quidam regem Hyspanie, alii Richardum comitem Cornubie, Mart. fratrem regis[g] Anglie Henrici; sed tandem[h] Richardus apud Aquisgranum[i] fuit[k] ope sue pecunie coronatus[l].

Taurinenses de consilio Astensium dominum[m] suum Thomam comitem Sabaudie cf. G. Lud ceperunt. Quod graviter[n] ferens Romana ecclesia, eo quod ex dono Guillermi Romanorum[o] regis et ecclesie ipsam Taurinensem[p] urbem receperat[2], ipsos Taurinenses et Astenses Lombardos[q] excommunicavit[r] et eorum bona per sanctum[q] regem Francie Ludovicum capi in toto regno ipsius[s] procuravit. Dicta vero civitas Taurinensis fuit[t] obsessa a Bonifacio[3] Lugdunensi electo et a Petro de Sabaudia, dicti Thome fratribus, sed[u] non capta.

Branchaleon de Bononia, urbis Rome senator, pacis et iusticie cultor precipuus, de consilio quorundam cardinalium et Romanorum[v] nobilium, orta dissensione, obsessus fuit in Capitolio. cf. G. Lud. Qui cum se dedisset, populus eum[w] apud Septem-soles in custodia mancipavit, set tandem nobilibus[x] traditus et[y] incarceratus in quodam oppido, male tractatus est. Et nisi habuisset Bononie[z] Romanorum obsides, Romani eum occidissent, eo quod in exercicio iusticie et in rapinarum ambitu[a] eisdem minime[b] pepercisset. Bononienses vero, licet interdicti a[c] papa fuissent, tamen, nisi civem suum rehaberent, obsidem suum[d] reddere noluerunt.

A.	*B.*
Comes[e.4] Flandrensis et frater suus, quos comitissa Flandrensis Marguereta susceperat	Margareta Flandrie et Hanonie comitissa videns, quod Florencius comes Hollendie,

Prim. c. 5. 1253.

a) W lquinum *B* 1. b) quibus *corr.* quibusdam *B* 1. b*) terrerentur *corr.* terreretur *B* 1. c) permitebant *corr.* permittebant *B* 1. d) W. q. et *des. A.* e) G. rex Alemannie *A.* f) in duo se *A. Mart.* g) H. r. A. *A.* h) tamdem *A* 1. i) Aquasgr. *corr.* Aquisgr. *B* 1. k) fuit — pecunie *des. A.* l) coronatur *A.* m) ceperunt d. s. c. S. *A.* n) e. R. g. f. *A.* o) r. R. *A.* p) u. T. *A.* q) *deest A.* r) ac ipsos *add. A.* s) regno Francie *A.* t) a B. el. Lugduni et a domino P. de S. fr. d. Th. fuit obsessa *A.* u) non tamen *A. G. Lud.* v) nobilium Romanorum *A.* w) populus posuit eum in custodia ap. S. s. *A.* x) tr. n. *A.* y) in quodam castro fuit incarceratus et male tractatus (tratatus *A* 1) et nisi *A.* z) R. B. *A.* a) in refrenatione rapinarum *A.* b) non *A* (non p. eisdem *A* 1). c) domino *add. A.* d) obsides Romanorum *A.* e) *haec narrationi de Brancaleone praecedunt in A.*

1) A. 1256, Ian. 28. 2) scil. Thomas. 3) Non Bonifacius sed Petrus Lugdunensis archiepiscopus electus erat. 4) Cf. Gesta Ludovici IX, supra p. 638.

A.

a domino Guillermo de Dompna-petra, fratre domini Herchambaudi de Borbonio[a], et dominus Herardus de Valerico ac quam plures alii, qui incaute transierant in Ollendam[b], a Florencio comite Ollendie[c], fratre Guillermi regis Romanorum a Frisonibus interfecti, capti fuerunt. Florencius enim iuvabat et receptabat Iohannem et Balduinum de Avenis, filios eiusdem comitisse de Buchardo de Avenis, fratre comitis de Avenis, qui dictam comittissam desponsaverat, cum esset subdiaconus, ut dicebatur; cui dicta comitissa iuvenis et puella tradita fuerat custodienda. Quod agnoscens dicta comitissa, in odium filiorum suorum Iohannis et Balduini dedit Karolo Andegavensi comiti, fratri Ludovici regis Francie, Valentinianas cum comitatu Hanonie.

B.

defuncti Williquini regis Romanorum filius, Iohannem et Balduinum, suos filios ex Buchardo domino de Avenis, contra se tueretur et eosdem in Hollendia reciperet, magnum ex sua gente adversus eos congregavit exercitum. Cui preerant eius duo filii, Guido et frater eius, de domino Domne-petre geniti, atque Guinensis et Barri comites et de Valerico Erardus[d], egregius miles et strenuissimus. Qui per mare cum venissent ad littus Hollendie, a quodam partis adverse milite proditi, in potestatem[e] comitis Hollendie devenerunt. Comes autem de Guinis[f] et Frisones, qui illuc lucri causa, non adiutorii convenerant, Erardum[d] de Valerico et Barrensem comitem rapuerunt, set eosdem postea, accepta magna pecunia, reddiderunt incolumes sue genti[1].

cf G Lud 1254. 1256. Guido[2], filius comitisse Flandrie, et frater eius atque omnes, quos Florencius comes Hollendie[g] tenebat in carceribus mancipatos, auxilio fuerunt Karoli Andegavensis comitis liberati. Dictus vero Florencius ex condicto debuit sororem ducere[h] in uxorem filii comitisse Flandrensis. Et ad preces sancti regis Francie Ludovici Karolus, frater eius, comes Andegavie, magna recepta pecunia, quitavit totaliter Valencianas et Hanonie comitatum. Actumque fuit inter fratres[i], filios Flandrensis comitisse, quod post mortem genitricis eorumdem comitatus Hanonie ad fratres de Avenis libere deveniret, et comitatus Flandrie Guillermi de Domna[k]-petra filiis cum terris aliis remaneret.

Mense Septembri fuit — — per se pulsaverit et[l] eius tinnitus audiretur *ut G. Lud., p.* 638.

cf G Lud. 1257. Cum[2] Karolus comes Andegavie comitatum Provincie, qui uxorem eius iure hereditario contingebat, libere suscepisset, Marsilia civitas opulenta, que de iure sub dominio comitum Provincie solet esse, a fide Karoli descivit. Propter quod Karolus adversus Marsilienses insurgens viriliter, eorum insolentiam in brevi repressit et Francorum fretus auxilio superbiam castigavit. Branchaleo de Bononia in[m] senatorem urbis Rome iterum electus, cum Romam venisset, turres urbis deiciens preter turrim Neapolionis[n] comitis, plures nobiles faventes ecclesie captivavit. . . . . . .

A.

cf G. Lud 1258. Henricus comes de Lucebourc tenuit obsessum castrum Namursie, villa iuvante eumdem, imperatrice Constantinopolitana solum superius fortalicium optinente et defendente, non tamen ibidem inclusa. Ad cuius auxilium comitissa Flandrie et comes Augi[3] ac alii imperatricis fratres cum multis Francorum militibus venientes, parum profecerunt. . . . . . .

B.

1258. Maria Constantinopolis imperatrix, que propter succursum viro suo ferendum Balduino imperatori venerat in Franciam, dum castrum Namursie, quod Balduinum virum suum iure hereditario contingebat, occupasset, comes de Lucemburgo eam in fortalicio existentem[4], iuvante[o] sibi villa Namursii, obsedit. Ad cuius auxilium venientes comitissa Flandrie, comes Augi et alii duo eiusdem imperatricis fratres, Iohannes et Ludovicus, cum multis Francorum militibus, parum aut nichil profecerunt; unde oportuit illam recedere usque ad tempus magis postea oportunum. . . . . . .

cf G Lud 1258. 1259. . . . Manfredus princeps Tarentinus, filius Federici[p] quondam imperatoris, Conradini[q] nepotis sui morte conficta, fecit se in regem Sicilie coronari contra ius[r] et manda-

a) Sorbonio *A* 1. 2. b) *sic A* 1; Hollandiam *A* 2. c) *sic A* 1; Hollandie *A* 2. d) Her. *corr.* Er. *B* 1. e) potestem *B* 1. f) Guanis *corr.* Guinis *B* 1. g) Orlendie *A* 1. h) s. f. c. Fl. ducere in uxorem *A*. i) *vox* predictos *in Gestis Lud. sequens in utraque recensione omissa est.* k) Dompno *A* 1. l) et e. t. a. *des. A. G. Lud.* m) iterum electus in s. u. R. *A*. n) comitis Neapolionis *A*. o) iuvente *corr.* iuvante *B* 1. p) quondam Frederici *A*. q) imperatoris Romani dampnati, morte Corradini *A*. r) mandatum et ius *A*.

1) Falsa illa narratio ex Primati c. 5. verbis nimis male intellectis et confusis efficta est. 2) Ita B. In A auctor eadem fere repetit, quae in Gestis Ludovici leguntur, quam ob rem nullas lectiones nisi a scriptura Gestorum Ludovici discrepantes hic annotare liceat. 3) Alfonsus. 4) Minime. Recte in rec. A scripserat.

tum ecclesie Romane, de[a] cuius feodo regnum Sicilie tenebatur. Propter quod et alios actus — — auctoritate apostolica privavit *(ut Gesta Lud., supra p. 644)*.

1260. Reges[b] Hungarie et Boemie pro quibusdam terris ad invicem discordantes, exercitu[c] congregato in finibus regnorum ex utraque parte innumerabili[c], acriter[d] pugnaverunt. Set tandem rege Hungarie vulnerato, Hungari fugere ceperunt[e] et[f] in quodam fluvio[g], per[h] quem transire debuerant, preter occisos[i] quatuordecim milia[k] submersi sunt[l]. Unde rege[m] Boemie intrante[n] Hungariam, rex Hungarorum[o], qui evaserat[p], pacem quesivit, et terris[q] que discordie causa fuerant restitutis[r], in futurum amiciciam cum rege Boemie mediante matrimonio confirmavit. . . . . . . Mart

Florentini Italie[s], congregato exercitu, ut Senensem urbem destruerent, a militibus Manfredi, regni Sicilie invasoris, et comite Iordano, qui civitatem Manfredo traditam defendebat, capti et devicti sunt, fuitque civitas eorum[t] capta et quam plurimum destructa ac dominacioni[u] Senensium subdita et Manfredi. . . . . cf. G Lud.

A.

1261. In festo sancti Urbani pappe obiit apud Viterbum Alexander pappa quartus. Cui successit Urbanus quartus, natione Gallicus de civitate Trecensi, prius patriarcha Ierosolimitanus. . . . . . .

1263. . . . Karolus comes Andegavie et Provincie, frater Ludovici regis Francie, eligitur in senatorem Romanum ad vitam. . . . . . .

1264. Urbanus pappa, nequiciam Manfredi tyranni terminare desiderans, obtulit per Symonem Sancte Cecilie presbiterum cardinalem Karolo comiti Andegavensi et Provincie, fratri Ludovici regis Francie, regnum Sicilie, ducatum Appulie et Capue principatum usque ad quartum heredem possidendum, si contra dictum Manfredum surgeret et sanctam ecclesiam ab eius invasione tyrannica liberaret. Quod donum oblatum Karolus letus suscipiens et[v] tamquam filius obediencie mandatis apostolicis obediens, mox contra dictum tyrannum arma corripuit et undecumque potuit expeditionis sue materiam preparavit.

B.

1261. In festo sancti Urbani papa Alexandro defuncto, Romane ecclesie centesimus octogesimus sextus Urbanus quartus, nacione Gallicus de civitate Trecensi, presidet. Hic primo patriarcha Ierosolimitanus, post papa, ecclesiam apud Trecas mirandi operis in domo patris sui construi fecit et ibi canonicis secularibus constitutis magnos redditus assignavit[1]. . . . . . . Mai. 25. Mart cf. G. Lud

1263. . . . Karolus comes Andegavis et Provincie, frater sancti regis Francie Ludovici, in senatorem urbis Rome eligitur ad vitam. . . . . . cf G Lud

Urbanus papa, nequiciam Manfredi, regni Sicilie invasoris terminare desiderans, per Symonem Sancte Cecilie presbiterum cardinalem optulit ipsum regnum Sicilie, ducatus Apulie et Calabrie cum Capue principatu Karolo Andegavensi comiti, fratri sancti regis Francie Ludovici, usque ad heredem quartum libere possidendum, si contra dictum Manfredum insurgeret et sanctam ecclesiam ab eius invasione tyrannica liberaret. Quod donum Karolus letus oblatum suscipiens et tamquam filius obedientie mandatis apostolicis devote obediens, contra Manfredum arma corripuit et undecumque potuit expedicionis sue materiam preparavit. Prim c. 13 cf. G Lud

Manfredus tamquam sibi conscius timens[w], ne de Francie finibus egrederentur aliqui, qui ipsum discaterent in ruinam, maiorem partem civitatum Italie[x] donis et promissionibus vel[y] alio modo quo potuit confederacionis auxilio sibi iunxit, et propter hoc ibi[z] quendam vicarium[a], moribus sibi consimilem, nominatum[b] Poilevoisin[2] cum copiis armatorum constituit, quatinus[c] urbes sibi confederatas ab incursibus hostium custodiret et exploratores, de quibus metuebat, ac nuncios[d] omnes ad Romanam curiam venientes secundum nominis[e] sui interpretationem exspoliaret.

A.

Circa festum sancti Remigii Urbanus pappa obiit; cui successit Guido Sabinensis episcopus cardinalis Clemensque huius nominis quartus est vocatus. Hic uxorem habens et liberos, postea fuit famosus advocatus et regis Francie consiliarius. Demum, mortua uxore, propter vitam et scienciam eius laudabilem Podiensis episcopus effectus et post Narbonensis archiepiscopus ac demum Sabinensis episcopus cardinalis creatus, missus a papa Urbano in Angliam legatus fuit;

B.

Circa festum sancti Remigii Urbano papa defuncto, Romane ecclesie centesimus octogesimus septimus Clemens quartus presidet. Hic primo habens uxorem et liberos, fuit famosissimus advocatus et regis Francie consiliarius; mortuaque uxore, propter vitam et scientiam eius laudabilem fuit Podiensis episcopus et post Narbonensis archiepiscopus, deinde Sabinensis episcopus cardinalis effectus ac demum papa, ieiuniis, vigiliis et orationibus intentus, multas tribulaciones, quas suo tem- Oct 1. Mart cf G. Lud

a) de — tenebatur *des. A.* b) Rex *A* 1. c) congregato ex utraque (extraque *A* 1) parte in finibus regnorum suorum innumerabili exercitu armatorum *A.* d) preliaverunt acriter *A* e) terga verterunt *A.* f) cum festinarent effugere *add. A.* g) profundissimo *add. A.* h) *deest A.* i) preter illos qui occisi sunt circa *A.* k) m. hominum *A.* l) submersa dicuntur *A.* m) regi *A* 1. n) Hungariam intrante *A.* o) Hungarie *A.* p) qui evaserat *des. A.* q) terrasque *A.* r) restituit et *A.* s) *deest A.* t) ipsorum *A.* u) subdita dominatui Senensium *A.* v) et — obediens *des. A* 2. w) metuens *A.* x) Ytalie *A* 1. y) promissionibus ac alio modo confederationis sibi astrinxit *A.* z) ibidem *A.* a) suum *add. A.* b) c. P. dictum *A.* c) quatenus *A* 2. d) ac o. n. ad sedem Romane curie venientes *A.* e) s. n. *A.*

1) Cf. Gaufr. de Collone, supra p. 620. 2) Ubertum Palavicini.

A.

Mart. de quo itinere revertens in pappam electus est. Qui postea ieiuniis, vigiliis et orationibus intentus, multas tribulationes, quas suo tempore ecclesia sustinebat, Deus suis meritis creditur extinxisse. . . . .

B.

pore ecclesia sustinebat, Deus suis meritis creditur extinxisse. .

Prim c. 14 cf G Lud. 1265. Karolus comes Andegavis[a] et Provincie paschali[b] tempore ex insperato movens de portu Marsilie[c], per maris pericula et inimicorum[d] suorum insidias* Rome navigio est transvectus. Quod videntes Romani et eciam omnes qui sui mirabilis modum[e] transitus audierunt, mirabantur, dicentes: 'Quis, putas, iste erit, quem nec maris pericula nec hostium terrent insidie? Etenim manus Domini cum[f] illo erit'. Tunc vero a papa Clemente et[g] toto populo Romanorum cum honore et ingenti[h] desiderio est susceptus, qui primo urbis Rome senatoriam optinuit, et in brevi unctione sacra linitus a summo pontifice, acclamante[i] populo: 'Vivat rex! Vivat rex!' ad titulum regni Sicilie** regali dyademate coronatur[k]. . . . . . .

In[l] regno Francie contra Manfredum Siculum cruce predicata, Robertus, Flandrensis comitis Guidonis filius, regis Karoli tunc gener, Bocardus comes de Vindocino et Guido Autissiodorensis episcopus cum pluribus aliis crucesignatis circa[1] festum sancti Remigii iter arripiunt, (Oct. 1.) et transeuntes quidam per montes Argentarie[2], alii per Provinciam, simul[m] convenerunt apud Albiam[3] Italie[n] civitatem, et inde transitum facientes per Lombardiam, cum marchisio[o] Poilevoisin et[p] Cremona civitas[q] cum[r] pluribus[s] aliis sibi adherentibus ad debellandum[t] eos toto[u] conamine se[u*] prepararent[v], ipsi viriliter accincti[w] ad prelium, castra Cremone et Brixie sibi contraria destruxerunt, et celeriter usque Romam ad regem Karolum pervenerunt.

A.

Prim. c. 14—18. cf G Lud. 1266. . . . Francigenis bellatoribus in auxilium Karoli regis Sicilie apud Romam contra Manfredum adunatis, Karolus mox letus effectus, castra sua de Roma movens[x], in terram inimicorum suorum ingreditur. Qui omnes municiones ante se capientes, per pontem de Ceperano, ubi erat ingressus ad terram Appulie et Laboris, usque ad Sanctum Germanum Aculearum, ubi propter castelli fortitudinem erat maior pars Manfredi exercitus, pervenerunt. Quod statim invadentes, Bochardo Vindocinense comite, milite strenuissimo, pre aliis insultum ad dictum[y] castrum cum suis faciente, ex insperato ceperunt et inimicos exinde fugere compulerunt. Sic igitur subita et inopinata castri deditione peracta, Karolus rex vires recolligens, et exercitu aliquantulum reparato, hostes suos usque Beneventum, ubi confugerant ad Manfredum, dominum suum, insequitur. Febr 26. Cum quibus quadam die Veneris mensis Februarii in conflictum iniens[z] in planicie ante Beneventum, ipsorum confecit exercitum, Manfredo cum pluribus in dicto conflictu interfecto, et maioribus illius exercitus captis et retentis. Sed et parum post uxor[a] Manfredi cum liberis et sorore reddita est Karolo regi, ac etiam civitas Lutherie Sarracenorum venit ad deditionem.

cf G Lud 1267. Henricus, frater regis Hispanie, vir in rebus bellicis potens et nimium callidus, sed sceleratissimus et in cultu fidei catholice non diligens prosecutor, offenso[b] Alphonso fra-

B.

1266. . . . Apud Romam Francigenis contra Manfredum, regni Sicilie invasorem, in auxilium regis Karoli congregatis, ipse rex Karolus de Roma cum suis egrediens, terram suorum hostium ingressus est. Qui omnes municiones ante se capiens, per pontem de Ceperano, ubi erat ad terram Apulie et Laboris ingressus[c], usque ad Sanctum Germanum Acuelearum, in quo erat propter loci fortitudinem maior pars Manfredi exercitus, pervenerunt. Quod statim opidum invadentes, Buchardo comite Vindocinensi, milite strenuissimo, insultum pre aliis inferente et in villam se cum suis imponente, ex insperato castrum capiunt et inimicos exinde fugere compulerunt. Sic igitur inopinata et subita huius castri expugnatione peracta, Karolus rex vires recolligens, et aliquantulum reparato exercitu, hostes suos usque Beneventum, ubi confugerant ad Manfredum, potenter est insecutus. Cum quibus quodam die Veneris mensis Februarii conflictum iniens ante Beneventum in planicie, ipsorum confecit exercitum, Manfredo cum pluribus interfecto, et illius captis maioribus et retentis. Set et parum post uxor Manfredi cum liberis et sorore regi Karolo est reddita, et post Beneventum Leutheria, Sarracenorum civitas, ad dedicionem cogitur pervenire.

Eodem temporis concursu frater regis Hyspanie Henricus, vir potens in rebus bellicis et multum callidus, sed sceleratissimus et in cultu fidei catholice non diligens prose-

*) cum paucis *add. A.* **) usque ad quartum heredem est *add. A.*

a) P. et Andegavis *A.* b) t. p. *A* c) Masilie civitatis sue *A.* d) hostium *A.* e) t. m. *A.* f) e. c. i. *A.* g) et a t. p. Romano c *A.* h) magno d. s. primo *A* i) p. a. *A.* k) coronatus *A.* l) Predicata cruce in regno Francie contra Manfredum, Robertus, filius comitis Flandrie (Flandrensis *A* 2), gener regis Karoli *A.* m) convenerunt simul *A.* n) civitatem Italie *A.* o) marchisius *A* 1; marquisio *A* 2. p) cum *A.* q) *deest A.* r) et *A.* s) *deest A* 1. t) proturbandum *A.* u) toto con. *des. A.* u*) *deest B* 1. v) prepararet *A.* w) accinti *A* 1. x) moriens *A* 1. y) domum *A* 1. 3. z) habens *A* 2. a) uxorem *A* 1. b) *deest A* 1. 2. 3, *e Gestis Ludovici supplendum est.* c) introitus *corr.* ingressus *B* 1.

1) Quae sequuntur usque ad *transitum facientes per Lombardiam* in Gestis Lud. desunt. 2) Colle d'Argentera in Alpibus Cottiis. 3) Alba, prov. Cuneo.

A.

tre suo, rege Castelle, dum diu latuisset apud regem Tunarum, audito quod Karolus Manfredum vicisset et dominaretur in Appulia, venit ad ipsum cum multis probis et electis militibus de Hyspania, qui ipsum secuti fuerant. Quem rex Karolus gratulanter suscipiens, eo quod de sanguine eius esset et in re militari potens et strenuus, multum honoravit. Et quia intentus erat regimini et custodie[a] terre illius, quam de novo acquisierat, si fieri posset, in pace conservanda[b], dictum Henricum amplius honorare volens, ei urbis Rome senatoriam loco sui regendam commisit; ex quo facto dampnum et gravamen non modicum postea reportavit. . . . . . .

B.

cutor, offenso fratre suo, cum diu apud regem Tunarum profugus latuisset, audito quod Karolus Manfredum superasset et dominaretur in Apulia, venit ad ipsum cum pluribus probis et electis militibus, qui eum fuerant de Hyspania consecuti. Quem rex Karolus gratanter[c] suscipiens, eo quod de suo esset sanguine et in re militari potens et strenuus, illum quam plurimum honoravit. Et quia intentus erat regimini et terre illius custodie, quam de novo acquisierat, si posset fieri, in pace conservanda, dictum Henricum amplius honorare cupiens, urbis Rome senatoriam eidem loco sui regendam commisit; ex quo facto postea dampnum et gravamen non modicum reportavit[1]. . . . . . .

A. 1268. . . . Clemens papa moritur et sepultus est Viterbii in ecclesia sancti Laurentii

B. 1268. . . . Clemens[2] papa obiit; post quem sedes apostolica per duos annos et novem menses non valuit propter dissensionem cardinalium Mart

pontificem optinere. Unde permotus populus urbis Viterbii, ubi tunc curia existebat, donec papam elegissent, inclusos tenuit cardinales.

A. Corradinus, filius Corrardi, filii Frederici quondam imperatoris dampnati ex filia ducis Bavorie, suorum patrum sequens vestigia et parvipendens domini pape excommunicationem, contra Karolum regem Sicilie et contra ecclesiam Romanam insurgens, adiunctis sibi Thetonicis[d] quam plurimis, Lombardis, Romanis et Tuscis, Romam venit. Ubi cum imperiali more sollempniter receptus fuisset, adiunctus est Henrico, fratri regis Castelle, qui urbis Rome senatorie prefecturam regebat loco Karoli regis Sicilie; et exercitu congregato, contra regem Karolum dimicaturi convenerunt in campo de Lions prope Albam[e] in Campania[3]. Karolus rex Sicilie, audito quod Corradinus et Henricus ad ipsum expugnandum preparati convenirent, relicta obsidione Leutherie[f] civitatis Sarracenorum, qui eum post primam eius deditionem offenderant, occurrit eisdem, et conserto prelio, fugientibus Provincialibus et aliis extere nationis ante Henricum, Karolus cum Francigenis, qui secum remanserant, Corradini confecit exercitum. Dictus vero Henricus, dum de fuga Provincialium rediret et[g] regem Karolum in manu sua iam habere speraret, a Karolo et suis devictus est atque captus. Sed quia in loco quodam religioso captus fuerat, ut aiunt[4], et ob reverenciam fratris sui regis Castelle, ipsum Karolus vivum in carcere reservavit. *Corradinus vero et alii nobiles secum capti fuerunt per iudicium curie regis Karoli decollati. Quo patrato, post paucos dies tota Sicilia, Calabria et Appulia dominio regis Karoli se submisit.

B. Conradinus, filius Conradi, filii Frederici imperatoris Romanorum depositi, qui propter patrui sui Manfredi tyrannidem ad ducem Baioarie, matris sue genitorem, confugerat, ipsius Manfredi necem intelligens, in spem regni Sicilie elevatus, cum magna Alemannorum multitudine venit Romam, et adiunctis sibi Lombardis, Romanis et Tuscis quam plurimis, more imperiali a Romanis militibus susceptus est. Qui parentum suorum prava[h] sequens vestigia et excommunicationem Romanorum pontificum parvipendens, adiuncto sibi Henrico de Hyspania, qui urbis Rome senatoriam pro rege novo Sicilie Karolo gubernabat, adversus ipsum Karolum magnum exercitum congregavit. Quo Karolus intellecto, Leutherie civitatis obsidione relicta, que post primam dedicionem ipsum offenderat, contra Conradinum et suos, qui iam versus Albam Campanie urbem processerant, occurrens, cum ipsis in campo de Lions dimicavit. Et fugientibus de parte sua Provincialibus et multis aliis extere nationis ante Henricum de Hyspania senatorem, Karolus cum suis Francigenis, qui secum remanserant, confecit aciem Conradini. Henricus autem, fugatis Provincialibus, de fuga rediens et in manu sua putans[i] Karolum iam habere, ab ipso devictus in prelio, fuga elapsus est. Qui postea ad montem Cassinum deveniens, captus fuit et regis Karoli redditus potestati. Quem, quia captus in sacro loco fuerat, vel ne abbas de Monte Cassino, ut dicitur, qui ipsum reddiderat, irregularis fieret, atque ob reverenciam[k] fratris sui regis Hyspanie, ipsius Karoli regis

Mart. — Prim c. 19—23. cf G Lud. — *Mart

a) custostie *A* 1. b) confirmande *A* 2. c) gratenter *corr.* gratanter *B* 1. d) Theutonicis *A* 2. e) Abbam *A* 1. f) Lutherie *A* 2; Lucerie *Vict.* g) ac *A* 2. h) s. prosequens *Vict.* i) putens *corr.* putans *B* 1. k) reveranc. *corr.* reverenc. *B* 1.

1) Haec et ex sequentibus multa ex recensione B Andreae Ungari libro subiecta sunt. 2) Clemens Nov. 29. mortuus est, ergo post Conradini cladem infra descriptam. 3) Vicus antiquus prope Avezzano, prov. Aquila, non in Campania, sed in Marsia. 4) Alia relatione accita, mutavit Guill. quae G. Ludov. III, 16. ex Prim. c. 21. scripserat; quae vero in rec. B ex parte restituit.

A. | *B.*

consanguinei, vivum rex Karolus in carcere reservavit. Conradinus autem, qui latenter evaserat, repertus postmodum, et quidam alii viri potentes de genere Manfredi Karoli regis iudicio decollantur. Et hoc facto, post dies paucos tota Apulia, Calabria et Sicilia regis Karoli dominio se submittunt.

A.

1272. Richardus rex Allemannie moritur; post quem regis electio vacavit usque ad quatuor annos[1]. . . .

B.

Richardus rex Romanorum obiit; set quia usque ad annos quatuor vacavit regis electio, nos eidem annos attribuimus subnotatos. . . . . . .

A.

Prim c 59. cf G Phil 1271. . . . Philippo rege Francie in reditu suo de Thunicio apud Viterbium existente et cardinales, qui ibidem ad eligendum pappam inclusi tenebantur, visitante, venit ad curiam Henricus dictus de Allemannia, filius Richardi regis Allemannie defuncti[2], propter regnum, quod pater suus possederat, si posset, obtinendum. Quod agnoscens Guido de Monte-forti, filius Symonis de Monte-forti in bello Anglicano perempti, eumdem Henricum insidiis circumventum in quadam ecclesia sancti Laurentii de medio suorum evellere putans[a] nec valens, primo ibidem eum ictu cutelli[b] transfodit et postea tractum extra fores ecclesie, licet iunctis manibus, ut sibi parceret exorantem, ictu cutelli[c] ter vel quater iterato per latera feriens, penitus interfecit[3]. Statimque comitatu septus equitancium, quem sibi prius paraverat, ab urbe recessit et ad comitem Roffum Tuscie, cuius filiam desponsaverat, se transtulit. Et quoniam rege Francie presente in urbe hoc scelus perpetraverat, eius offensam et indignationem incurrit et ecclesie Romane iudicium; cuius vindicte propter hoc ipsum oportuit postmodum subiacere. Nam in penam tanti sceleris decrevit ecclesia, ut in castello fortissimo, donec ad tempus misereretur sibi, sub arcta custodia teneretur.

B.

1271. . . . Eodem temporis concursu dum Philippus rex Francie in regressu de Tunicio cardinales Romane curie, qui inclusi, donec[d] papam elegissent, apud Viterbium tenebantur, visitaret, venerat tunc ad curiam Henricus de Alemania, defuncti Richardi Romanorum regis filius, propter regnum, quod pater suus habuerat, si posset facere, optinendum. Quod agnoscens Guido, filius de Monte-forti Symonis a filio regis Anglie Eduardo in prelio perempti, qui filiam Rufi comitis Tuscie iuxta partes illas desponsaverat, ipsum Henricum insidiis circumventum in ecclesia sancti Laurencii de medio suorum evellere putans nec prevalens, ibidem primitus ictu cutelli transfodit et tractum postea ante fores ecclesie, licet iunctis manibus, ut sibi parceret obsecrantem, per latera ter vel quater feriens de cutello, penitus interfecit. Statimque septus equitum comitatu, quem prius sibi paraverat, ab urbe Viterbii recessit et ad patrem uxoris sue comitem Tuscie se transtulit. Et quoniam presente rege Francie in urbe hoc scelus perpetraverat, eius offensam et indignationem incurrit et ecclesie Romane iudicium; cuius vindicte propter hoc ipsum oportuit postmodum subiacere. Nam in penam tanti sceleris decrevit ecclesia, ut in castello fortissimo, donec ad tempus sibi misereretur, sub arta custodia teneretur.

A.

1271. Sept. 1. 1272. Post biannem[e] et novem menses sedis apostolice vacationem in festo beati Egidii electus est Theobaldus de Placencia, archidiaconus Leodiensis, cum esset absens in transmarinis partibus
1272. Febr. 10. apud Accon, et quarto Idus Februarii consecratus, Gregorius decimus est vocatus. . . . . . .

B.

1272. Romane ecclesie centesimus octogesimus octavus Gregorius decimus presidet. . .

A.

cf. G Phil 1273. . . . Radulphus Rufus comes de Assatio electus et coronatus fuit in regem Allemanie.

B.

1273. . . . Radulfus de Assacio comes Rufus rex Romanorum efficitur.

A.

cf G Phil 1274. Apud Lugdunum Gallie urbem concilium sollempne celebratum est a pappa
Mart. Gregorio decimo; in quo multa utilia ecclesie statuuntur, scilicet de subsidio Terre Sancte, de electione summi pontificis et statu ecclesie universalis. In hoc autem concilio Grecorum ac Tartarorum sollempnes nuncii interfuerunt. Et tunc Greci ad unitatem ecclesie redire promittentes, in signum huius rei Spiritum sanctum a Patre et Filio confessi sunt procedere, symbolum in concilio sollempniter decantantes In eodem concilio plures ordines mendicantes sunt quassati. Sed et bigami, qui tonsuram clericalem tunc temporis deferebant, de cetero[f] ferre prohibiti
Mart. sunt et uti privilegio clericali. Numerus vero prelatorum, qui ibi fuerunt, sunt quingenti episcopi, sexaginta abbates et alii prelati circa mille. . . .

B.

1274. Apud Lugdunum Gallie urbem concilium sollempne celebratur a papa Gregorio; in quo multa ecclesie statuuntur utilia, scilicet de Terre Sancte subsidio, de electione summi pontificis et statu ecclesie universalis. In hoc autem concilio Grecorum et Tartarorum sollempnes nuncii affuerunt. Ubi Greci redire ad unitatem ecclesie promittentes, in signum huius rei Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio sunt confessi, simbolum cum aliis in presenti concilio decantantes. In eadem[g] vero sacra synodo plures mendicantes ordines sunt quassati. Et bigami, qui tonsuram clericalem tunc temporis deferebant, ferre de cetero fuerunt prohibiti et uti privilegio clericali. Numerus vero prelatorum, qui ibidem affuerunt, quingenti episcopi, sexaginta abbates et prelati minores alii circa mille. . .

a) putens *A* 1. b) cultelli *A* 2. c) custelli *A* 1; cultelli *A* 2. d) d. p. e. *suppl. in marg.* *B* 1. e) biennem *A* 2. f) ceterro *A* 1. g) eodem *B* 1.

1) Minime. Uno et dimidio anno. 2) Adhuc viventis. 3) Mart. 13.

A.

1275. . . . Gregorius pappa decimus obiit[1]; cui successit Innocencius quintus, frater Petrus de Tarentia in Burgundia ordinis Predicatorum ante dictus.

1276. . . . Pappa Innocencius quintus moritur; cui successit Adrianus quintus, natione Ianuensis; sed cum sedisset mense uno et diebus novem, defunctus est. Cui successit Iohannes vicesimus, natione Hyspanus.

B.

cf. G. Phil. Mart.

1275. . . . Gregorio papa defuncto, Romane ecclesie centesimus octogesimus nonus Innocencius quintus presidet. Hic de ordine fratrum Predicatorum assumptus, frater Petrus de Tarentia vocabatur.

1276. . . . Innocencio papa defuncto, Romane ecclesie centesimus nonagesimus Adrianus quintus, nacione Ianuensis, presidet. Set cum mense uno et diebus novem sedisset, diffungitur. Post quem Romane ecclesie centesimus nonagesimus primus Iohannes vicesimus, nacione Hyspanus, successit.

1277. Iohannes papa, cum sibi vite spacium per[a] annos plurimos extendi crederet et hoc etiam coram multis sepe[b] assereret, subito cum nova[c] camera, quam pro se Viterbii circa palatium edificari[d] fecerat, solus corruit, et inter ligna et lapides collisus, sexta[e] die post casum huiusmodi[e], sacramentis ecclesiasticis[f] omnibus perceptis, expirans[g], in ecclesia sancti Laurencii[h] sepultus est.

A.

Tyberis flumen Romanorum in tantum suos transcendit alveos, quod supra altare beate Marie Rotunde per quatuor pedes et amplius excreverit. . . . . . .

1278.[2] . . . Defuncto, sicut superius dictum est, Iohanne papa, dominus Iohannes Gaitanus[i] cardinalis, natione Romanus de gente Ursinorum, in papam eligitur, et Nicholaus huius nominis tertius nuncupatur.

B.

Cont. Rom.

Post quem Romane ecclesie centesimus nonagesimus secundus Nicolaus tercius, nacione Romanus de gente Ursinorum, presidet.

Tyber Romane urbis fluvius in tantum suos transcendit alveos, quod supra altare beate Marie Rotunde per quatuor pedes et amplius visus est excrevisse. . . . . . .

Karolum[k] regem Sicilie papa Nicholaus a vicaria Tuscie removens[l], constitutiones fecit[m] tam de electionibus[n] prelatorum quam de electione senatoris urbis Rome, et[o] se[p] senatorem ad vitam[q] fieri procurans, senatoriam iussit[r] per suos parentes fere[o] per duos annos regi. . . . . . .

A.

1279. . . . Nicholaus pappa misit ad Karolum regem Sicilie unum cardinalem, ut eius super amissione vicarie Tuscie continenciam, pacienciam et obedienciam Romane ecclesie experiretur. Sed hunc cum[s] per[t] omnia et in omnibus magis bonum et humilem atque discretum quam credebat invenisset, dixisse fertur: 'Fidelitatem habet a domo Francie, perspicuitatem ingenii a regno Hyspanie, discretionem verborum a frequentatione Romane curie. Alios autem potuimus superare, istum vero non poterimus'.

1280. . . . Nicholaus papa in Suriano — — diebus viginti *(ut Gesta Phil., ex Mart. cont. pont. Rom.)* . . . . . .

B.

cf. G. Phil.

1279. . . . Misso a papa Nicholao quodam ad Karolum regem Sicilie cardinali, ut super Tuscie amota sibi vicaria pacienciam eius animi attemptaret, audito quod Karolus eius nuncium cum honore et reverentia suscepisset et eidem pacifice et modeste respondisset, dixisse fertur: 'Fidelitatem Karolus habet a domo Francie, ingenii perspicuitatem a regno Hyspanie, discretionem verborum a frequentatione Romane curie. Possemus aliis prevalere, istum autem non valebimus superare'.

Cont. Rom.

1280. . . . Defuncto papa Nicholao, post quinque menses et viginti dies Romane ecclesie centesimus nonagesimus tercius Martinus quartus, nacione Francus, presidet. . . . . . .

cf. G. Phil.

Petrus rex Arragonum navigium[u] parans adversus[v] Karolum regem Sicilie Siculorum[w] monitu et uxoris, que filia Manfredi fuerat, regni Sicilie invasoris, ne perciperetur quod male conceperat, misit ad Romanam curiam sollempnes nuncios. . . . . . .

A.

Hanibaldenses, quam cito mortem Nicholai pappe sciverunt, convocata parte sua Capitolii et rotharium urbis Rome existentium sub custodia vicariorum, quos idem pappa constituerat, par dominium, invitis Ursinis, in Urbe habuerunt, ita quod ex pacto inter eos habito pro parte Hanibaldensium unus et pro parte Ursinorum alius in Capitolio senatoris officium gerentes fuerunt constituti. Sub quorum regimine multa homicidia plurimeque dissensiones et alia mala quam plurima sunt habita, tam in Urbe quam in eius districtu, et tamen impunita.

1281. Dominus Symon Sancte Cecilie presbiter cardinalis, natione Gallicus, in papam eligitur et apud Urbem-veterem decimo Kalendas Aprilis consecratus, Martinus quartus appellatur.

B.

Cont. Rom.

Hanibaldenses, de alto sanguine Romanorum procreati, Nicholai pape audito interitu, convocata sua parte Capitolii et urbis Rome rothario, existentibus sub custodia vicariorum, quos idem papa constituerat, invitis Ursinis, in civitate par dominium habuerunt, ita quod ex pacto inter eos habito unus partis Hanibaldensium et alius ex parte Ursinorum fuerunt in Capitolio senatoris gerentes officium constituti. Sub quorum regimine multa homicidia plurimeque dissensiones et alia mala quam plurima sunt in Urbe et eius districtu habita nec punita.

a) in *A.* b) *deest A.* c) camera nova *A.* d) construi *A.* e) sexto *A* 1. 2. f) omnibus ecclesiasticis *A.* g) expiravit et ibidem *A.* h) Laurentii *A* 1. 2. i) *ita A* 1. 2; *deest in nonnullis rec. A codd.* k) Nicholaus papa regem Sicilie Karolum *A.* l) removet et *A.* m) faciens *A.* n) electionibus prelatorum quam de *des. A.* o) *deest A.* p) in *add. A.* q) suam *add. A.* r) fecit senatoriam *A.* s) *deest A* 1. 3. t) in omnia et per omnibus *A* 3. u) parans navigium *A.* v) contra *A.* w) Siculorum - invasoris *des. A.*

1) A. 1276, Ian. 10. 2) Annum e coniectura posuit.

A.

Cont Rom Martinus pappa in senatorem urbis Rome electus ad vitam, loco sui Karolum regem Sicilie instituit et de domo seu familia ipsius regis[a] sumpsit milites ad regendum patrimonium Romane ecclesie. Quos cum soldanariis Francigenis fere octingentis misit in Romaniolam contra Guidonem Monte-feltri, qui terram ecclesie Romane occupatam illis in partibus detinebat.

B.

1281. Papa Martinus eligitur in senatorem ad vitam, qui loco sui Karolum regem Sicilie constituens, de domo eius sive familia assumpsit milites ad regendum patrimonium sancti Petri. Quos cum stipendiariis Francigenis fere octingentis in Romaniolam destinavit contra Guidonem comitem[b] Montis-feltri, qui terram Romane ecclesie occupatam illis in partibus detinebat.

Apud Urbem-veterem orta fuit magna dissensio inter cives[c] et gentes Karoli regis Sicilie, ita ut mortem ad Gallicos proclamarent; et hoc totum factum est per[d] urbis capitaneum Rainerium, qui assensum suis civibus tribuebat. Sed[e] ad arma Francigene concurrentes, plurimos de ipsis occiderunt, et sic tunc, necessitate cogente, predicta dissensio sopita[f] est.

Mense Februario piscis marinus in leonis[g] effigie captus apud Urbem-veterem, ubi erat papa et curia, deportatur[h]. Sed quia in sua captione horribiles[i] planctus emiserat, hoc multi signum aliquod futurorum exinde fieri asserebant. .

A.

1282. Pridie Kalendas Maii dominus Iohannes de Apia et soldanarii domini pappe Martini contra Guidonem de Monte-feltri progredientes, burgum civitatis Forilivii capiunt et per hanc diem et noctem sequentem ibidem remanentes, die crastina prima Maii congregatis aciebus, tres turmas ordinaverunt, eas stabilientes in facie civitatis. Quos e contrario adversarii perspicientes, diversimode suos emittunt bellatores, ut plus astucia quam bello possent dominum Iohannem et suos conterere. Concurrentibus igitur insimul aciebus, fit acre prelium, in quo cecidit comes Tadeus, nobilis pugil ecclesie, cum quingentis fere Gallis, et ex adversa parte tam nobiles quam ignobiles mille quingenti. Tandem nocte superveniente, ad suam partem superstites se traxerunt, nullis tamen victoria attributa. .

1283. Dominus Guido de Monte-forti mittitur a pappa Martino[m] in auxilium suorum in Romaniolam. Quo illuc veniente, Guido de Monte-feltri statim terras et civitates occupatas per eum ipsi Guidoni de Monte-forti nomine ecclesie Romane restituit, iurans pariturum ecclesie se mandatis. Sicque terra Romaniole ad mandatum domini pappe pacifice revertens, excepta civitate Urbinatis, Guido de Monte-forti eam hostiliter aggreditur et quicquid[n] extra muros reperit accipit et devastat. . . . . . .

Comes Tuscie Rubeus, pater uxoris domini Guidonis de Monte-forti, diem clausit extremum. Quo audito, idem Guido de licencia domini pappe exercitum ecclesie Romane in obsidione Urbinacis relinquens, se transtulit in Tusciam, ut terram, que uxori sue ex morte comitis et pueris eius provenire debebat, contra comitem Sancte Flore, qui eam impetebat, defensaret. Cum autem in dicta terra exsisteret, comes Anguillarie, ipsum nitens offendere, terram eius hostiliter subintravit. Sed ipse Guido contra eum progrediens viriliter, quosdam de suis cepit et plurimos interfecit . . .

1284. Comes Ioviniaci[1], qui in obsidione Urbinatis remanserat, contra instructionem domini Guidonis de Monte-forti Urbinaces imprudenter invadens, ibidem exstitit interfectus. . . .

1285. Die annunciationis beate Marie, qui fuit dies resurrectionis dominice, postquam pappa Martinus missam[p] celebrasset et refectionem solitam cum suis capellanis sumpsisset, arripuit eum occulta et gravis infirmitas. Ex qua licet se graviter pati diceret, eius phisici morbum ignorantes et causas, asseruerunt, nullum mortis indicium in eo apparere. Die vero Mercurii proximo subsequenti circa noctis horam quasi quintam debitum exsolvens conditionis humane, ad Dominum, ut certis opinatur indiciis, transmigravit.

B.

1282. Pridie Kalendas Maii Iohannes de Apia miles et domini pape Martini stipendiarii contra Guidonem de Monte-feltri hostiliter progressi, civitatis Forilivii[k] burgum capiunt et ibidem usque in crastinum commorantes, mane tres acies ordinaverunt ante faciem civitatis. Quos videntes adversarii, suos emiserunt diversimode bellatores, ut plus astucia quam bello conterere Iohannem et suos prevalerent. Currentibus insimul aciebus, fit acre prelium, in quo cecidit comes Thadeus, nobilis pugil ecclesie, cum quingentis fere Francis, et ex aversa parte tam nobiles quam ignobiles mille quingenti et amplius occisi sunt. Tandem nocte[l] superveniente, superstites ad partem suam se traxerunt, et sic nullis est victoria attributa. . . . .

1283. Guido de Monte-forti a custodia qua diu detentus fuerat per papam Martinum liberatus, ab eodem pontifice in suorum auxilium missus est in Romaniolam. Cui terras et civitates ecclesie, quas Guido de Monte-feltri occupaverat, statim restituens, iuravit se mandatis ecclesie pariturum. Sic igitur terra Romaniole ad mandatum pape pacifice reversa, excepta civitate Urbinaci, Guido de Monte-forti hostiliter illam aggressus, quicquid extra muros reperit accipit et devastat. . . . . .

Comite Rufo Tuscie defuncto, Guido de Monte-forti, qui filiam eius habebat in coniugem, de pape Martini licencia obsidione Urbinacis relicta, exercitu dimisso, in Tusciam se transtulit, et terram que sibi obvenerat racione coniugis sue contra comites Flore et Anguillarie, qui eam impetebant, viriliter defensavit et gentis illorum quam plurimos interfecit. . . .

1284. Comes Ioviniaci, illustrix Francigena, qui in obsidione remanserat[o] Urbinacis, contra instructionem Guidonis Montis-fortis faciens assultum ad urbem, ibidem extitit interfectus. . . . . . .

1285. Die Mercurii post resurrectionem dominicam papa Martino defuncto, Romane ecclesie centesimus nonagesimus quartus Honorius quartus, nacione Romanus, presidet. . . . .

a) *deest A* 2. b) comitis *B* 1. c) et Urbevetanos *add. A.* d) p. R. u. c. qui a. prebebat Urbeventanis *A.* e) S. Galli ad a. c. *A.* f) sobita *A* 1. g) e l. *A.* h) deportatus est *A.* i) pl. h. *A.* k) Forilinii *B* 1. l) nocto *B* 1. m) ab eodem pontifice *A* 2. n) quicquis *A* 1; quidquid *A* 2. 3. o) remens. *corr.* remans. *B* 1. p) *sic A* 2. *Gesta Phil.*; missus *A* 1; missas *A* 3.

1) Joigny.

A.

Nam diversarum afflicti passionum et morborum ad tumulum eius venientes, multis videntibus, sunt sanati. Cui successit Honorius quartus, natione Romanus de domo Sabellorum. Cont. Rom.
Hic[a] statim post promocionem suam tam comiti Attrebatensi in Apulia[b] quam ceteris[c] stipendiariis certis[d] in locis per predecessorem[e] suum papam Martinum ordinatis, eos confovendo, contulit[f] stipendia et[g] ad suscepta negocia prosequenda sollicite animavit. . . . . . .

A.

1286. Die parasceues[h.1] Honorius pappa obiit; cui successit[2] Nicholaus quartus. . . . . .

B.

1286. Die parasceues pasche Honorio papa mortuo, Romane ecclesie centesimus nonagesimus quintus Nicholaus quartus presidet. . . . . . . 1287. Apr. 4.

A.

1287. Rex[3] Cypri fecit se in Acon in regem Ierusalem contra ius, quod in eodem regno habebant heredes Karoli regis Sicilie, coronari. Propter quod comes Attrebati Robertus, tutor heredum principis Salerne Karoli capti, quia in hoc Templarii et Hospitalarii consenserant[i], terras et domos eorum per Appuliam constitutas fecit in manu sua saisiri. . . . . . .

B.

1287. Apud Acon, urbem Sirie, rex Cipri fecit se in preiudicium regis Sicilie in regem Ierusalem coronari, et quia id Templarii et fratres Hospitalis permiserant, res eorum et bona per Apuliam et terram regni Sicilie in manu regia capiuntur. . . . . . .

A.

Comes Atrebatensis apparatum faciens ad transfretandum in Siciliam, misit dominum Guidonem de Monte-forti apud Venecias et per totam Tusciam ad petendum galeas et alia necessaria pro Siculis expugnandis. . . . . . .

B.

Comes Robertus Attrebati, tutor regni Sicilie, apparatum faciens ad debellandos Siculos, Guidonem de Monte-forti militem misit apud Venecias et per totam Tusciam vasa navalia congregare.

A.

1288. . . . Iohannes dux Brabencie et comes[4] de Louiceburc versus Leodium magnum exercitum congregantes, adversus se invicem pro comitatu[5] de Lamburgo hostiliter pugnaverunt. Sed prelio hinc inde acriter commisso, comes de Luicebourc cum tribus fratribus suis fuit ibidem interfectus, et Coloniensis archiepiscopus[6] ac quam plures alii, qui in auxilium comitis convenerant, capti fuerunt similiter et detenti, duce cum suis victoriam obtinente[7]. . . . . . .

B.

1288. . . . Iohannes dux Brabancie et comes de Luceburgo versus Leodium magnum exercitum congregantes, pro comitatu de Lamburgo adversus se invicem pugnaverunt. Et hinc inde acerrimo commisso prelio, comes de Luceburgo cum tribus filiis ibidem est interfectus, et archiepiscopus Colonie ac quam plures alii, qui in eius auxilium contra ducem advenerant, capti sunt pariter et detenti, duce victoriam optinente. . . . . . .

A.

1291. Gens castri quod Valencianas dicitur, siti in pago Flandrie et Hanonie, contra dominum suum Iohannem comitem Hanonie, qui nimis eos opprimebat, rebellavit et gentes eius de villa eiciens ac diu se contra illum tenens, multa dampna comiti intulit et tandem Guillermum, filium comitis Flandrensis, in suum defensorem et dominum advocavit.

B.

1291. Gens castri quod Valencianas dicitur, in pago Flandrie et Hanonie siti, contra Iohannem comitem Hanoniensem, dominum suum, qui eos nimis indebite satagebat opprimere, rebellavit, et diu contra dictum comitem se tenentes, gentes eius de villa sua turpiter eiecerunt, filium Flandrensis comitis Guillelmum in suum defensorem et dominum advocantes.

A.

Radulphus rex Allemannie obiit[8]; cui successit Adulphus comes de Naaso, miles in armis strenuus, sed non multum locuplex. . . . . . .

B.

Radulfo rege Romanorum mortuo, vir non multum locuplex, set in armis strenuus, Adulfus de Naasso comes eligitur et in regem pacifice coronatur. . . . . . .

A.

Iohannes dux Brabancie cum filio[9] comitis de Luicebourc[k], cuius patrem in bello

B.

Iohannes dux Brabancie reconciliatus filio de Luceburgo comitis, cuius patrem in

a) Honorius papa *A.* b) Appulia *A.* c) *deest A.* d) in certis locis *A.* e) per dominum pappam Martinum predecessorem suum *A.* f) prestavit *A.* g) st. animavit ad s. n. sollicite prosequenda *A.* h) parascenes *A* 1. i) conseserant *A* 1. k) Luicemburc *A* 3.

1) Sic Cont. Rom. codd. 1. 4, sed Guill. ubique fere lectiones codd. 3, rarius 2 repetit. 2) A. 1288, Febr. 22. 3) Henricus. 4) Henricus IV. 5) Potius ducatu Limburgi. 6) Sifridus. 7) Iun. 5. 8) Iul. 15. 9) Henrico, postea regi Germanorum.

A.

peremerat, reconciliatus, dedit eidem unam[1] de filiabus suis in uxorem. . . . . . .

1292. Mart 25. Obiit etiam Nicholaus pappa circa annunciationem beate Marie[2]; post quem ecclesia Romana vacavit per duos annos, tres menses et duos dies.

1292. . . . Karolus comes de Valesio[a], frater regis Francie Philippi, mittitur a fratre contra comitem de Hanonia Iohannem, qui in pago Flandriarum et Hanonie nimis multum infestabat ecclesias in regis Francie custodia constitutas et de hoc quod ibidem possidebat regi Francie homagium facere renuebat. Cum autem Karolus apud Sanctum Quintinum in Viromandia prepararet exercitum, Iohannes comes Hanonie, potestatem regis Francie pertimescens, ad Karolum inermis et devotus properavit, et cum ipso Parisius ad regem veniens, quicquid erga ipsum et ecclesias delinquerat[b], ad regis beneplacitum emendavit. . . . . . .

1293. . . . Henricus[3] de Hyspania, frater regis[4] Castelle, quem[c] captum in bello Corradini et incarceratum a Karolo primo rege Sicilie supra retulimus, de prisione evadens, in Hyspaniam reversus est.

1294. Mense Maio ad nuptias filie[5] regis Anglie, quam Henricus comes de Barro desponsaverat, Iohannes dux Brabancie[d] apud Barrum[6] invitatus, fuit ibidem in hastiludio a quodam milite letaliter[e] sauciatus[7]. Sed parum supervivens, perceptis sacramentis ecclesiasticis, expiravit.

Quinta die mensis Iulii apud Perusium post ecclesie Romane duorum annorum, trium mensium et duorum dierum vacationem frater Petrus de Morone[8], Yserniensis[f] dyocesis, natione Apullus, monachus et pater cuiusdam tenuis religionis ab eo institute, que appellatur Sancti Benedicti in Montibus, apud Sulmonem Aprucii artam heremiticam vitam ducens, vir magne humilitatis, sancte conditionis et fame celebris, etatis, ut putabatur, annorum septuaginta et amplius, validus tamen et compos, litterature quidem modice, sed discretionis bone et alicuius experiencie, ex insperato, cum cardinales super electione pappe viderentur esse in sua discordia obstinati et confirmati et tunc ad tractandum de

B.

bello peremerat, fecit eidem filiam suam in fedus amicicie desponsare. . . . . . .

Papa Nicholao defuncto, ecclesia Romana per duos annos et amplius vacavit, antistite viduata.

1292. . . . Cum Iohannes comes Hanonie iuxta terre sue confinium gentes et subditos regis Francie et ecclesias in eius constitutas custodia molestaret nec vellet ad preces aut mandata regalia emendare, Karolus comes Valesii, regis frater, apud Sanctum Quintinum, Viromandie castrum, magnum adversus comitem iussu regis exercitum congregavit. Quem cum[g] esset in proximo aggressurus, Iohannes comes Hanonie, potestatem regis Francie pertimescens, inermis venit ad Karolum et devotus, atque cum ipso Parisius ad regem veniens, quicquid adversus eum et suos subditos iam dudum deliquerat, ad eius beneplacitum emendavit. . . . . . .

1293. . . . Henricus de Hyspania, quem reges Sicilie vinculatum per spacium viginti sex annorum tenuerant, evadens de carcere, apud nepotem suum Sencionem regem Hyspanie se recepit.

1294. Apud Barrum Lotharingie castrum ad nupcias cuiusdam filie regis Anglie Iohannes dux Brabancie invitatus, fuit ibidem in hastiludio a quodam milite interfectus.

Post duorum annorum, trium mensium et duorum dierum ecclesie Romane vacacionem centesimus nonagesimus sextus Celestinus quintus presidet. Hic frater Petrus de Morone antea dictus, nacione Apulus, monachus et pater cuiusdam tenuis religionis ab eo institute, que Sancti Benedicti in Montibus appellatur, apud Sulmonem Aprucii vitam artam heremiticam ducebat. Hic etiam vir magne humilitatis, sancte condicionis et fame celebris, etatis, ut putabatur, annorum septuaginta et amplius, validus tamen et compos, litterature quidem modice, set discrecionis bone et alicuius experiencie, ex insperato, cum cardinales viderentur super electione pape in sua esse discordia obsti-

a) Valeio *A* 1. b) deliquerat *A* 2. c) que *A* 1. d) Brabentie *A* 2; Brabantie *A* 3. e) lethaliter *A* 2. f) Yserviensis *A* 1. g) Quem cum eum *B* 1.

1) Margaretham; a. 1292, Iun. 9. 2) A. 1292, Apr. 4. 3) A. 1286. a sententia excommunicationis absolutus erat; cf. Potthast nr. 22389. 4) Alfonsi iam a. 1284. mortui. 5) Alienoris, filiae Eduardi regis. 6) Bar-le-Duc. 7) Iohannes a. 1293, Sept. 20. vulneratus, sequenti anno Mai. 3. mortuus est. 8) Murrone mons supra Sulmona.

A.

electione non convenissent, nec alias umquam de ipso fratre Petro eligendo mentionem ullam habuissent, quodam cardinali de fama et sanctitate ipsius in communi consistorio incidenter aliqua referente, divina, prout creditur, inspiratione, unanimi omnium cardinalium voto cum multarum lacrimarum effusione in summum pontificem est electus et Celestinus huius nominis quintus appellatus.

Hic duodecim cardinales supra numerum eorum, qui tunc aderat, fecit, satis laudabiles et valentes personas, et decretalem, quam de elegendo summo pontifice predecessor suus Nicholaus tercius suspensam relinquerat[a], confirmavit[2].

Circa vero adventum Domini[3], nescio quo spiritu ductus, depositis in plano consistorio mitra, anulo et sandaliis ac omnibus aliis episcopalibus ornamentis, omni pappali officio et beneficio totaliter resinavit[b]. Post quem in vigilia natalis Domini dominus Benedictus presbiter cardinalis, natione Campanus, in pappam est electus et Bonefacius octavus nominatus. Hic Celestinum predecessorem suum, volentem redire ad locum unde assumptus fuerat, non permisit, sed fecit eum, sicut decuit, honestissime custodiri[4]. . . . . . .

Guido comes Flandrie, qui confederatus regi Anglie[5] volebat eidem regi filiam[6] suam nuptui tradere, cum eadem Parisius a rege Francie Philippo in custodia detinetur. Sed ipse parum post relaxatur[c], filia cum regiis pueris remanente. . . . . . .

Rex Allemannie Adulphus regi Anglie Edoardo[d] pecunia confederatus[7], circa epiphaniam Domini fecit diffidare[e] ex parte sua regem Francie Philippum[8], sed deficientibus sibi auxiliariis, quod conceperat nequivit perficere. . . . . . .

1295. . . . Florentius comes Hollendie Parisius veniens, contra regem Anglie[f] regi Francorum Philippo confederatur.

1296. Celestinus papa depositus obiit. . . . . . .

Petrus et Iacobus[9] de Columpna, Romane ecclesie cardinales, qui vivente pappa Cele-

B.

nati et confirmati et tunc ad tractandum de electione non convenissent, nec alias umquam de ipso fratre Petro eligendo mentionem aliquam habuissent, quodam cardinali[1] de fama et sanctitate ipsius in communi consistorio incidenter aliqua referente, divina, prout creditur, inspiracione, unanimi cunctorum cardinalium voto cum lacrimarum plurima effusione in summum pontificem est electus.

Papa Celestinus duodecim cardinales supra numerum, qui tunc aderat, ordinavit, et decretalem, quam de summo pontifice eligendo predecessor suus papa Nicholaus suspensam reliquerat, confirmavit.

Circa dominicum adventum Celestinus papa, nescio quo ductus spiritu, in plano consistorio[g] coram cunctis anulum, mitram et sandalias deponens, omni papali officio et beneficio totaliter resinavit. Post quem Romane ecclesie centesimus nonagesimus septimus Bonifacius octavus, nacione Campanus, presidet. (Dec 24.) Hic Celestinum papam depositum, volentem ad locum unde assumptus fuerat redire, minime permisit, sed honorifice fecit eum diligenti custodia in loco tutissimo custodiri. . . . . . .

Romanorum rex Adulfus regi Anglie Eduardo pecunia contra regem Francie confederatus, fecit regem Francie ex parte sui post octabas nativitatis dominice diffidare, sed auxiliariis sibi deficientibus, nequivit perficere quod optabat.

Guido comes Flandrie occulte regi Anglie contra dominum suum regem Francie confederatus, veniens cum quadam filia sua Parisius, quam volebat in Angliam regi Anglie desponsandam mittere[h], iussu regis Francie cum illa in custodia detinetur; sed ipsa postmodum remanente, cum pueris regalibus educanda, comes satis cito postea liberatur. . . . . . . (1295. Ian. 6.)

1296. Celestinus papa depositus diem clausit extremum. . . . . . .

Petrus et Iacobus de Columpna, Romane ecclesie cardinales, qui Celestini pape depo-

a) reliquerat *A 2*. b) resignavit *A 2*. c) relapsatur *A 1*. d) Eduardo *A 2*. e) dare *A 1. 2*, *sed scripturam corruptam esse e cod. B elucet.* f) Francie *A 2*. g) consitorio *B 1*. h) mitere *B 1*.

1) Scil. Latino episcopo cardinali Ostiensi. 2) Cf. Potthast nr. 23980. 3) Dec. 13. 4) In castro Fumone prope Alatri a. 1295 -1296. 5) Aug. 31. 6) Philippam nomine. 7) Aug. 10. 8) Cf. Boehmer, Reg. Adolfi nr. 213. 9) Avunculus alterius.

A.

stino scisma commoverant, dicentes indebitam eius depositionem et iniustam Bonifacii pappe promotionem extitisse, cum adhuc non cessarent submurmurare talia et proloqui, a cardinalitatis officio per pappam Bonifacium amoventur et omnibus bonis[a], ecclesiasticis beneficiis privantur[1]. . . . . . .

Eodem anno Florencius[2] comes Hollendie et non multum post filius[3] eius unicus proditionaliter a quodam milite occiduntur, et sic Hollendiam et Frisiam Iohannes comes Hanonie ratione consanguinitatis optinuit.

Guido comes Flandriarum suasu filii sui Roberti, ut creditur, regi Anglie confederatus[4] contra dominum suum Philippum regem Francie, mandavit ei Parisius per duos[5] abbates[b] in litteris patentibus, nichil ab eo in feodum aut aliter se tenere[6]. . . . . . .

1297. . . . Henricus comes de Barro, qui filiam regis Anglie desponsaverat, cum magna multitudine armatorum in comitatum Campanie, qui reginam Francie Iohannam iure hereditario competebat, intravit hostiliter, iniectoque igne circumcirca, villam quamdam arsit et plures in ea homines occidit. Ad cuius conatus temerarios reprimendos missus a rege Francie Galcherus dominus de Castellione[7] cum exercitu Campanensium, terram comitis de Barro depopulavit.

Iacobus et Petrus de Columpna, Romane ecclesie cardinales depositi, populum contra papam Bonifacium commovere minime cessantes, in Nepesina[8] civitate cum Iohanne, nepote suo, milite strenuissimo, se receperunt. Sed eos papa Bonifacius anathemate feriens[9] et tamquam scismaticos[c] dampnans, cruce signari populum Romanum et Italicos fecit[10] atque contra illos exercitum magnum misit.

Philippus rex Francie, magno exercitu congregato, comitem Flandrie Guidonem debellaturus, apud Compendium in die sancto
Iun 2. pentecostes fratrem suum Ludovicum, comitem Ebroicarum[11], et Ludovicum, consanguineum suum, filium Roberti comitis Clari-mon-

B.

siti deposicionem indebitam fuisse et iniustam Bonifacii promocionem fieri astruebant, per hoc Romanam ecclesiam intendentes scismate commoveri, a cardinalitate per papam Bonifacium deponuntur, et omnibus bonis ecclesiasticis et beneficiis privati. . . . . . .

Florencius comes Hollendie et non multum post filius eius unicus a quodam milite prodicionaliter occiduntur; quorum necem comes Hanonie Iohannes vindicans, Frisiam et Hollendiam consanguinitatis optinuit racione.

Guido comes Flandrie per suum deceptus filium Robertum, ut dicitur, a parte insurgere parans contra dominum suum regem Francie Philippum, per suas patentes litteras eidem mandavit Parisius, quod nichil ab eo se tenere in feodo aut quoquo modo alio advocabat. . . . . . .

1297. Henricus comes Barri, qui filiam regis Anglie Eduardi desponsaverat, cum magna multitudine armatorum in terra comitatus Campanie, qui reginam Francie Iohennam iure hereditario contingebat, hostiliter intravit, et occisis multis hominibus, villam quandam totaliter conflagravit. Ad cuius conatus temerarios reprimendos missus a rege Francie Galcherus de Creciaco, Castellionis dominus, Campanienses habens in sua comitiva, terram Barrensis comitis ferro et ignibus devastavit, et sic eum ad terre sue custodiam revocavit.

Cardinales de Columpna depositi apud Nepesinam, Tuscie civitatem, se conferunt; quos tamquam scismaticos papa dampnans et excommunicatos denuncians, adversus eos crucesignatos Italicos cum magno exercitu destinavit.

Philippus rex Francie contra Guidonem comitem Flandriarum, qui a fidelitate eius recesserat, magno apud Compendium congregato exercitu, ibidem in festo pentecostes fratrem suum Ludovicum, comitem civitatis Ebroice, et alium Ludovicum, comitis Clari-

a) *deest A 2.* b) *sic A 2. 3;* a . tes *A 1 h. l. corrosus.* c) scimaticos *A 1.*

1) A. 1297, Mai. 10. 2) A. 1296, Iun. 27. occisus est. 3) Iohannes demum a. 1299, Nov. 10. mortuus est. 4) A. 1297, Ian. 7; cf. Boehmer, 'Reichssachen' nr. 206. 5) Scil. Gemblacensem et Floreffiensem. 6) A. 1297, Ian. 9. 7) Châtillon-sur-Marne. 8) Nepi. 9) Nov. 18; cf. Potthast nr. 24598. 10) Dec. 14; cf. Potthast nr. 24607. 11) Evreux.

A.

tis[1], cum centum viginti aliis novos milites fecit. Inde in Flandrias[a] profectus, terram comitis omnia devastando peragrans, Insulanum[2] castrum, ubi erat Robertus, Guidonis comitis[b] primogenitus, cum pluribus militibus, obsedit in vigilia sancti Iohannis baptiste. Et dum ad castri expugnationem machine et alia ingenia preparantur, Francigene undique concurrentes, abbatiam monialium[c] que Margueta[3] dicitur, fugatis monialibus, destruunt et incendunt, omniaque in circuitu Insule usque ad leugas quatuor diripiendo devastantes, horrorem cunctis videntibus incuciunt et stuporem.

B.

montis Roberti primogenitum, cum aliis centum viginti milites novos fecit. Et inde profectus in Flandrias, invitis hostibus terram intrans, obsedit in vigilia sancti baptiste Domini Insulanos, et destructa monialium feminarum abbatia Margata nomine, ibi prope circumquaque Insulam usque ad leugas quatuor ferro et igne vastaverunt.

1297. Iun. 23.

A.

Guido comes Sancti Pauli[4] et Radulphus de Nigella[5], Francie constabularius, atque Guido, frater eius, exercitus Francorum marescallus, cum aliqua parte gentis sue ad quatuor leugas de Insula equitantes super fluvium qui Lius[6] nominatur, ex altera parte ripe fluvii iuxta villam de Comminis[7] invenerunt quingentos de hostibus regis Francie in tentoriis[d] latitantes; quos amne transmeato invadentes, plures capiunt reliquosque trucidant. . . . . . .

B.

Tunc etiam Sancti Pauli Guido comes et Radulfus dominus de Nigella, Francie conestabularius, atque Guido, frater eius, exercitus marescallus, cum quibusdam aliis exercitum per leugas quatuor elonguentes, super fluvium ville de Comminis cum suis inimicis habito conflictu, ex ipsis quingentos et amplius devicerunt, et pluribus occisis ac eorum retentis tentoriis, quam plures stipendiarios regni Alemanie captivos, magni nominis milites et armigeros, secum ad regem Francie adduxerunt. . . . . . .

A.

Philippo rege Francie ad obsidionem Insule commorante, interim nobilis comes Attrebati Robertus de Gasconia reversus, vocato ad se filio suo Philippo cum aliis nobilibus Francorum, ex alia parte quam rex intraverat Flandrias aggreditur, omnia usque ad villam que Furnes[8] nominatur capiens et devastans. Die igitur Martis post[9] assumptionem beate virginis matris[e] Domini tota fere milicia Flandrensium[f] cum magna multitudine peditum congregata adversus comitem Attrebatensem et suos dimicans iuxta villam superius nominatam, devicta est et deleta. Ubi sexcentis equitibus et sexdecim milibus peditum tam captis quam occisis, a comite Attrebatensi villa de Furnes capitur, et tota vallis de Cassello[10] postea occupatur. In predicto comitis Attrebatensis bello capti fuerunt Guillermus de Iuliers[g, 11] et Henricus comes Albi-montis et multi alii de regno Allemannie magni nominis milites et preclari. Qui ad laudem et gloriam militie[h] emerite Roberti comitis Attrebatensis, dum per diversos regis Francie carceres mitterentur, scutum eius sive vexillum ante facies eorum appositum deferebant.

B.

Rege Francie ad obsidionem Insule commorante, Robertus comes Attrebati relinquens Gasconiam regni Francorum fidelibus conservandam, apud Sanctum Audomarum in terram propriam se recepit, et vocato ad se suo filio Philippo cum multis aliis[i] nobilibus, a parte illa Flandrias est aggressus. Contra quem Guido comes Flandrie mittens tam equitum[k] quam peditum ingentem multitudinem armatorum, iuxta villam quam Furnas nominant conflictum cum comite habuerunt; ubi aciebus hinc inde discurrentibus, fuit acre prelium; set Flandrenses, cum essent equites sexcenti et sexdecim milia peditum, a gente comitis occiduntur et multi tam milites quam armigeri cum Guillelmo de Iuliers et Henrico Albi-montis comite capiuntur. Qui dum Parisius et alibi per diversos carceres mitterentur, ad laudem et gloriam Roberti comitis Attrebatensis milicie emerite ante suas facies vexillum eius appositum habuerunt. Comes autem Attrebati villam de Furnes in dedicionem accipiens, Cassellum cum tota valle sua postea occupavit.

Aug 20.

a) Flandriam *A* 2. b) *deest A* 2. c) monalium *A* 1. d) tantoriis *A* 1. e) m. D. *des. A* 2. f) Flandransium *A* 1. g) Viliers *A* 1; Villiers *A* 3. h) *deest A* 1. 2. 3 *sed ex cod. B* 2 *supplendum est.* i) aliorum *B* 1. k) *cod. B* 1 *hic desinente, quae sequuntur usque ad annum* 1300. *mutuati sumus a cod. B* 2.

1) Clermont (dép. Oise). 2) Lille. 3) La Marquette. 4) Saint-Pol. 5) Nesle. 6) Lys. 7) Comines. 8) Furnes. 9) Rectius ante, nam pugna Aug. 13. facta est. 10) Cassel (dép. Nord). 11) Jülich.

A.

1297 Insulani victoria comitis Attrebatensis perterriti videntesque muros suos machinis regis Francie sepius cassari, inito[a] pacto, ne bonis et vita privarentur, se et villam suam regi subiciunt[1]. Robertus vero, filius comitis Flandrensis, et milites, qui secum intus erant, inde fugientes, ad patrem suum apud Brugas existentem[b] velociter pervenerunt. Ibi enim rex Anglie Edoardus[c] cum paucis parumper ante[2] advenerat, deceptus, ut aiunt, a comite Flandrensi[d], qui sibi pro certo mandaverat, Karolum, fratrem regis Francie, et comitem Attrebatensem a suis captos apud Brugias se tenere; vel, ut melius creditur, ut comiti Flandrensi consilium et auxilium in sua guerra tribueret oportunum.

B.

Interea vero Insulani diversis assultibus gentis regis Francie fatigati, cum viderent machinis eius muros suos sepius concassari, nec auderet Robertus, comitis Flandrensis primogenitus, qui una cum suis erat in oppido, ad bellum exire contra Francigenas, inito pacto cum rege Francie, ne bonis et vita privarentur, se et villam regis subiciunt dicioni. Sed Robertus cum paucis militibus, quos habebat, exiens de villa, apud Brugas, ubi erat pater suus, occius se recepit. Ibi enim rex Anglie Eduardus cum paucis parumper advenerat, a Flandrensi comite deceptus, ut aiunt, qui sibi pro certo mandaverat, quod captos teneret comitem Attrebatensem et Karolum, fratrem regis Francie, apud Brugas; vel pocius, quia in sua guerra Flandrensem comitem adiuvabat.

A.

Rex igitur Francorum, Insula sic recepta et gente sua munita, versus Courteriacum oppidum exercitum suum movit, quod statim in deditionem accipiens, apud Brugias ire disposuit. Sed interim rex Anglie et comes Flandriarum, relicta Bruga, apud Gandavum propter loci fortitudinem se recipiunt tempestive. Quod Brugenses perspicientes, regi Francie et eius exercitui humiles et devoti mox occurrunt et eum apud Brugas introducentes, eius dicioni se submittunt. Et cum ibidem per aliquot tempus recreatus fuisset Francorum exercitus, rex Francie versus Gandavum iter arripiens, apud quamdam villulam Inglemoustier[3] nominatam, prope Gandavum sitam, recepit nuncios regis Anglorum, inducias vel trebas ex parte sui et Flandriarum comitis postulantes. Et per plures

Nov. 1. dies multis tractatibus ibidem habitis de eodem, tandem propter instantem hyemem sunt concesse[4] et ob amorem regis Sicilie, qui propter hoc in Franciam veniebat, usque ad duos annos, ut creditur, prolongate.

B.

Rex autem Francie, de adventu regis Anglie auditis rumoribus, munita Insula gente sua, versus Corteriacum oppidum castrum movit; quod statim in dedicionem accipiens, Brugas obsedere postea festinavit. Sed interim rex Anglie et comes Flandrie, Brugis relicta, cum suis apud Gandavum se occius propter loci fortitudinem receperunt. Quo Brugenses perterriti, regi Francie devoti et humiles occurrentes, se et villam eius subiciunt voluntati et potestati; ubi rex parum post, exercitu recreato, versus Gandavum iter arripuit. Sed apud quandam villulam regis Anglie receptis nunciis inducias postulantis, propter instantem hyemem et ob amorem regis Sicilie, qui propter hoc veniebat in Franciam, usque ad duos annos sibi et comiti Flandrensi dictas inducias vix annuens, circa festum omnium sanctorum in Franciam remeavit. . . . . . .

In[e] Italia Nepesina civitas, ab exercitu pape Bonifacii diu afflicta, venit ad deditionem, fugientibus inde Petro et Iacobo de Columpna cum suis ad oppidum de Columpna. Sed ibidem iterum obsessi sunt. . . . . . .

A.

1298. Mart. 3 Eodem anno tertia die Martii papa Bonifacius constitutiones quasdam novas, quas diligenti cura pro statu et commodo universalis ecclesie catholice a peritis in iure cano-

B.

Bonifacius papa constituciones quasdam novas, quas animo diligenti et cura sollicita pro statu et commodo universalis ecclesie compilari et ordinari fecerat a peritis in

a) inico *A* 1. b) existantem *A* 1. c) Eduardus *A* 2. 3 d) Flandransi *A* 1. e) *haec vel his similia in mss. secundae recensionis non exstant nisi in codd. Paris.* 435. *et* 999; *cf. SS. R. Gall. XX, p.* 580, *n.* 3.

1) Aug. 29. 2) Aug. 27. 3) Ingelmuenster. 4) Induciae a Radulfo de Nigella et Hugone de Beauchamp legatis regum Galliae et Britanniae ad Vyve-Saint-Bavon prope Gandavum Oct. 9. factae postea usque ad a. 1300, Ian. 7. prorogatae sunt; cf. Rymer, Foedera I, 3, p. 190 sqq.

A.

nico et civili compilari et ordinari fecerat, in pleno consistorio coram omnibus tradidit ad legendum; et perlecte sepius cum magna diligentia atque a cardinalibus approbate, decrevit, ut quinto libro decretalium adiungerentur, ac deinceps liber sextus decretalium nominaretur[1].

B.

iure canonico et civili, tercia die Maii in 1298. pleno consistorio coram omnibus qui presentes erant tradidit ad legendum; et perlecte sepius cum magna diligentia atque a cardinalibus approbate, decrevit ipse pontifex, ut libro quinto decretalium adiuncte facerent sextum librum.

A.

1298. Vicesima prima die mensis Aprilis in privato consistorio, disputato a papa et cardinalibus de indulto Martini pape quarti Predicatoribus et Minoribus concesso de confessionibus audiendis, Bonifacius papa hec verba vel consimilia dixit: 'Declaravimus et declaramus, intelleximus et intelligimus, quod confessus Predicatoribus et Minoribus illa eadem peccata habet confiteri proprio confessori vel sacerdoti secundum statuta concilii generalis; et sic interpretatus fuit idem papa Martinus presentibus pluribus cardinalibus'; subiciens, quod, si non esset sic interpretatus, ipse idem interpretabatur[2]. . . . . . .

B.

1298. Privilegium datum Predicatoribus et Minoribus de confessionibus audiendis a papa Bonifacio irritatur, et decrevit idem papa, ut confessus eisdem fratribus confiteatur eadem peccata proprio sacerdoti. . . . . . .

A.

Conserto prelio[3] inter Adulphum regem Romanorum et ducem Austrie Albertum, rex Adulphus perimitur[a], et dux Albertus in regem Romanorum sublimatur[4].

B.

Albertus dux Austrie regem Romanorum Adulphum in prelio interfecit, et electus post eum, rex efficitur Romanorum. . . . . . .

A.

Exercitus pape Bonifacii castrum de Columpna et post Sagarollam[5] oppidum capit, fugientibus inde Iacobo et Petro de Columpna apud Penestre urbem; ubi tandem vexatione recipientes intellectum, Idibus Oct. 15. Octobris Reate ad papam venerunt, misericordiam et non iudicium postulantes; et tunc benigne et misericorditer ab eo sunt recepti, nec tamen ad status pristinos restituti. . . . . . .

In festo sancti Andree apostoli apud Reatam urbem; ubi erat tunc papa et curia, fuit tam ingens et terribilis terre motus, quod relicta urbe omnes ad campos fugerunt; et versus finem Ianuarii cometes per plures dies in sero apparuit.

B.

In festo sancti Andree apostoli apud Reatam Italie urbem, ubi tunc papa et curia morabatur, tam ingens et terribilis terre motus accidit, quod, muris et domibus fere ruentibus, omnes ad campos fugerunt extra urbem; et versus finem Ianuarii per plures dies cometes visa est in noctis crepusculo apparuisse. Nov. 30. 1299. Ian.

A.

Robertus comes Attrebati filiam[6] Iohannis comitis Hanonie desponsat.

B.

Robertus comes Attrebati terciam uxorem accipiens, filiam Iohannis comitis Hanonie desponsavit.

A.

1299. . . . Circa festum sancti Andree[7] Albertus rex Romanorum et Philippus rex Francorum pro pace utriusque regni et federe confirmando apud Vallem-coloris[8] convenerunt; ubi, annuente[b] rege Alberto, prelatis et baronibus Allemannie, concessum fuisse dicitur, quod regnum Francie potestatis

B.

1299. . . .* Albertus rex Romanorum Nov. 30. et Philippus rex Francie circa adventum dominicum apud Vallem-coloris insimul congregati, inclita et antiqua utriusque regni federa ibidem ad invicem confirmaverunt; ubi annuentibus rege Alberto, baronibus et prelatis regni Theutonici, concessum fuisse

*) *Quidam codd. rec. B (Paris.* 435. *et* 999, *Vat.* 4598) *addunt:* Columpnes misericordiam pape Bonifacii expectantes, cum nullam sibi adesse prospicerent, occulte fugiunt; et quibus locis latuerint[c], usque post mortem ipsius pape incognitum fuit multis.

a) perimititur *A* 1. b) annuante *A* 1. c) tenuerint *Vat.* 4598.

1) Cf. Potthast nr. 24632. 2) Cf. Potthast p. 1973. 3) Iul. 2. 4) Iul. 27. 5) Zagarolo prope Praeneste. 6) Margaretham. 7) Potius Dec. 8. 8) Accuratius apud Quatuor-Valles inter Vallem-coloris et Tullum; cf. Boehmer, Reg. Alberti p. 216 sq.

A.

1299. sue terminos, qui solum usque ad Mosam fluvium se extendunt, usque ad fluenta Rethni[1] fluminis dilataret[2]. Et etiam trebe usque ad annum unum comiti de Barro a rege Francie sunt concesse.

Termino treugarum, que erant inter regem Francie et Flandriarum comitem, transacto, Karolus comes de Valesio post
Dec 52. nativitatem Domini missus in Flandrias a rege, fratre suo, cum magno exercitu, Duacum et Bithiniam[a, 3] in dedicionem accepit. Et post apud Brugias se recipiens[b], inter[c] portum marinum qui Dam[4] nominatur et Brugias cum Roberto, comitis Flandriarum filio, bellum acre incurrit; ubi hinc inde pluribus vulneratis, Flandrenses tandem, cum impetum Francorum ulterius ferre non possent, prelio cedentes, se apud Gandavum ocius receperunt. . . . . . .

1300. Karolus comes de Valesio, frater regis Francie, Dam[d], famosum Flandrie portum, impugnat et capit. Post cuius captionem comes Flandriarum sibi metuens, se, Gandavum, Ypram et reliquum terre sue cum duobus filiis, Roberto et Guillermo, quibusdam conditionibus, ut aiunt, interiectis, Karolo reddidit. Et sic adducti Parisius ad regem Francie, de commissis veniam pecierunt; sed minime consequentes, usque ad tempus miserendi eorum diversis carceribus retruduntur.

Bonifacius papa indultum faciens, dedit omnibus vere penitentibus et confessis accedentibus causa peregrinationis ad basilicas beatorum Petri et Pauli apostolorum Romane urbis per totum presentem annum ac deinceps per quemlibet annum centesimum in perpetuum secuturum plenam indulgentiam omnium peccatorum suorum[5].

Blancha, soror regis Francie Philippi, datur uxor Radulpho duci Austrie, filio regis Romanorum Alberti. . . . . . .

In Appulia Sarraceni Leutherie civitatis, qui sub tributo multorum regum Sicilie eamdem urbem, legibus suis viventes, diu incoluerunt, a Karolo rege omnes qui christiani effici noluerunt morti traditi sunt. . . . . .

B.

dicitur, quod regnum Francie, quod solummodo usque ad Mosam fluvium illis in partibus se extendit, de cetero usque ad Rethnum potestatis sue terminos dilataret. Ibidem etiam Henrico comiti de Barro trebe usque ad annum unicum a rege Francie sunt concesse.

Treugarum termino superius predicto cum Flandrensibus transacto, Karolus comes Valesii missus a rege Francie, fratre suo, in Flandrias, post nativitatem dominicam cum magno Francorum exercitu statim recepit Duacum et Betuniam in dedicionem; et post apud Brugas se recipiens, iuxta Dam, portum maritimum, cum Roberto, comitis Flandrensis filio, acre bellum habuit; sed hinc inde pluribus vulneratis, Flandrenses de prelio recedentes, apud Gandavum se occius receperunt. . . . . . .

1300. Karolus comes Valesii, Dam portu Flandrie expugnato, cum Gandavum disponeret obsidere, Guido comes Flandrensium presumptam percipiens superbiam, et ipsum Karolum cum duobus filiis, Roberto et Guillelmo, humiliter accessit et se cum eisdem et reliquum terre sue Karolo reddidit, quibusdam condicionibus interiectis. Qui adducti Parisius ad regem Francie, postulantes veniam, minime consequuntur, sed usque tempus congrue miseracionis diversis in locis sub custodia reponuntur.

Papa Bonifacius indultum faciens, concessit plenam indulgenciam peccatorum omnium cunctis vere penitentibus et confessis accedentibus per anni presentis spacium et per quemlibet affuturum annum centesimum ad beatorum apostolorum Petri et Pauli basilicas urbis Rome causa peregrinacionis humiliter et devote.

Regis Romanorum Alberti filius Rodulphus dux Austrie sororem regis Francie Blancham apud Parisius desponsavit. . . . . . .

Sarraceni Leucherie[e] civitatis Appulie, qui ibidem a tempore imperatoris Frederici congregati sub tributo regum Sicilie vivebant legibus suis, a Karolo rege Sicilie capti omnes morti traditi sunt, qui christiani effici noluerunt. . . . . . .

a) Bethuniam *A* 2. b) se r. *des. A* 3. c) inter — Brugias *des A* 3. d) *sic A* 2; Dan *A* 1. e) Leuterie *Vat.* 4598.

1) Eandem formam invenis saepe apud auctores Francogallicos, ut apud Richerum Senon., SS. XXV. 2) Huic famae fides habenda non est. 3) Béthune (dép. Pas-de-Calais). 4) Damme. 5) Febr. 22; cf. Potthast nr. 24917.

EX HISTORIIS
AUCTORUM FLANDRENSIUM
FRANCOGALLICA LINGUA
SCRIPTIS.

EX HISTORIIS DUCUM NORMANNIAE ET REGUM ANGLIAE.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Franciscus Michel, qui Historiam ducum Normanniae et regum Angliae a conditione ducatus Normannici usque ad a. 1220. *vulgari sermone conscriptam primus et solus edidit*[1], *coniecit et nonnullis causis allatis comprobare conatus est, auctorem eius aut Flandrensem aut Artesiensem fuisse, qui a.* 1215—1217. *in servitio regis Angliae contra Ludovicum filium regis Franciae Angliam invadentem et barones Anglicos regi rebellantes cum multis aliis Flamingis militaverit. Quod cum tam apertissimum sit, ut neminem effugere possit, qui vel haec sola verba legerit:* La fist li rois d'Engletierre une grant vilonnie; car il fist une grant masse de son tresor oster fors de la tour, si le fist porter en ses chambres, voiant les ielx as chevaliers de Flandres *(qui ei servierant)*, ne onques riens ne lor en donna: *pluribus argumentis demonstremus vix necesse est. Sed paulalum miror editorem clarissimum non animadvertisse*[2], *quod non minus apertissimum est, auctorem cum dominis de Bethunia et maxime cum Roberto de Bethunia artissima quadam necessitudine coniunctum fuisse.*

Robertus VII. de Bethunia in Artesia[3], *secundus filius Guillelmi II. Rufi domini Bethuniensis et advocati Atrebatensis et Mathildis dominae de Teneramunda (Termonde in Flandria), parentibus et fratre maiore viventibus pauperculus miles, patruum suum*[4] *imitatus, in servitio Iohannis regis Angliae, qui mercenarios milites contra extraneos et internos adversarios undecumque conducebat, fortunam consequebatur, cum a.* 1213. *Philippus rex Franciae Ferrando comiti Flandriae bellum inferret. Tum comes necessitate coactus nuntium in Angliam misit, ut Robertum de Bethunia cum reliquis Flandrensibus in auxilium suum advocaret. Ab hoc momento auctorem historiae hunc Robertum sectantem et comitantem, nihil fere nisi quae ab eo vel eo praesente gesta sunt narrantem deprehendimus. Robertus cum Guillelmo comite Salisberiensi transfretans in portu Damensi classem regis Franciae comburit et abducit, deinde cum reliquas naves delere conaretur, a militibus regis repulsus, Novum-portum cedit. Ibi a tribus baronibus Flandriae requisitus, cum his Walacriam comitem Flandriae quaesiturus navigat. Cum comite in Flandriam reversus, recuperationi portus Damensis et civitatis Brugensis, obsidionibus et expeditionibus a.* 1213. *exeuntis*

1) 'Histoire des ducs de Normandie et des rois d'Angleterre' ('Publ. de la société de l'hist. de France') Paris, 1840. 8°. 2) V. Le Clerc in 'Hist. litt. de la France' XXI, p. 669—671. ea fere tantum quae Michel notaverat repetivit. 3) V. de eo Duchesne, 'Hist. de la maison de Bethune' l. III, c. 3, p. 200 sqq. 4) Balduinum de Bethunia, qui Richardo I. regi Angliae familiarissimus exstiterat et ab eo comitatum Albemarlensem acceperat.

interest. In Angliam proficiscitur. Comiti Flandriae a. 1214, *Ian. eodem venienti cum rege Cantuariae occurrit. In Flandriam reversus, cum comite Salisberiensi Artesiam et comitatum Ghisnensem invadit. Ibi certior factus, patrem suum Guillelmum advocatum mortem obiisse, valde contristatus est. Ab hoc momento narratio, hucusque amplissima et accuratissima, fit tenuis et ieiuna. Proelium Bovinense paucis verbis, quae in Pictavia a Iohanne rege gesta sunt paullo copiosius enarrantur. Nec mirum! Robertus de Bethunia neque huic neque illi bello interfuit*[1]*; ut coniicere licet, domi res domesticas, patre mortuo, fratre maiore Danieli Constantinopoli militante, ordinavit. At cum a.* 1215. *barones Angliae Iohanni regi rebellarent, Robertus in auxilium regis transfretavit. Iam reviviscit narratio! Postquam rex viliter se humilians cum baronibus magna charta constituta pacem fecit, Robertus iratus in patriam revertitur. At mox rex novum bellum parat; ad barones Flandrenses epistolas mittit, ut in auxilium suum veniant. Adducimur, ut videamus et audiamus, quomodo Robertus de Bethunia litteras regis receperit et sigillo fracto sibi legere fecerit*[2]. — *Non multum dubitaverim, quin ipse auctor historiae litteras illas recitarit. — Obsequitur Robertus regi, in Angliam properat. Iam abhinc narratio in Anglia versatur, bellum a.* 1215—1217. *uberrime et accuratissime describitur. Ecquid plura edisseramus? Auctor miles quidam, forte 'siergans et menestreus'*[3] *Roberti de Bethunia fuisse*[4], *hunc in bello Flandrensi a.* 1213. 1214, *in itineribus et in bello Anglico a.* 1215. *et* 1216. *comitatus esse videtur*[5]. *Roberto vero a.* 1216, *ut videtur, in patriam remeante, auctor in Anglia remansit, in exercitu Ludovici, ut coniici potest, iam abhinc militans. Etiam pace a.* 1217, *Sept. icta et Ludovico in Franciam reverso, hunc in Anglia morantem invenimus; ubi a.* 1220. *in pentecoste regis Henrici coronationem et Iul.* 7. *elevationem S. Thomae, quibus relatis narrandi finem fecit, spectasse videtur.*

Librum certe hoc anno 1220. *vel paulo post composuit, cuius primam partem inde ab origine Normannorum usque ad a.* 1199, *ut videtur, totam fere ex libro dicto 'Les Chroniques de Normandie', de quo mox dicetur, ita sumsit, ut eius narrationes plerumque abbreviaret, nonnumquam ampliaret, ubique sermonem expoliret. Inter ea quae ipse narravit a.* 1194—1220. *comprehendentia*

1) 'Cron. de Flandres' I, p. 120. in proelio Bovinensi captus esse dicitur, sed cum in catalogo captivorum, supra p. 391 sqq., non inveniatur, hoc vix credendum est. 2) *Or oiies que les lettres disoient!* 3) Ut ille minister Alfonsi comitis Pictaviensis, qui Historiam regum Franciae in patrium sermonem vertit. 4) Afferam etiam, eum diligenter notasse, si quis propinquitate aut necessitudine aliqua cum Roberto de Bethunia coniunctus fuerit, ut: *Hues de la Bretaigne, uns cousins Robert de Biethune.* 5) Cum Ludovicus a. 1216, Mai. Angliam invasisset, de Roberto iam non sermo est; vel in patriam rediisse, vel certe bello abstinuisse videtur. Abhinc vero narratio a parte Iohannis regis in castra Ludovici transit, quae ibi in dies gesta sunt accuratissime exponuntur. Utriusque rei causas deprehendisse nobis videmur. Cum exercitu Francorum enim in Angliam transierunt Daniel advocatus Bethuniensis, maior frater Roberti, ut homo ligius Ludovici, qui Atrebatensem comitatum tenebat, duoque patrui eius Balduinus et Anselmus. Propterea, opinor, Robertus bello cessit, auctor vero noster in castra Ludovici transiit ad advocatum Bethuniensem, cuius abhinc saepissime mentionem facit (cf. praesertim ed. Michel p. 191: *L'avoë de Biethune i* [scilicet ad obsidionem castri Montsorel solvendam, quod Francogallicis infeliciter cessit] *vaut il faire aler . . . et li avoës i vint, si amena o lui Gillebiert de Copegni, un sien chevalier, qui moult li desloa cele voie* etc.) Daniel in proelio Lincolniensi, ubi Francogallici devicti sunt, a. 1217, Mai. 20. captus esse videtur. Quod quidem noster non aperte profitetur, dicit vero: *De cels d'outre mer n'en eschaperent que troi haut home,* inter quos non fuit Daniel, quem proelio interfuisse ex praecedentibus apparet, et cuius abhinc mentio non fit. Auctor aut in illo proelio non fuit, aut sanus Londinium evasit, ubi certe a. 1217, Aug. 26. et sequentibus diebus moratus est. (Cf. p. 202: *Cele bataille fu faite par un joedi le jour saint Bertremiu, et la nouviele en vint apries a Londres le semmedi au soir moult tart* et sequentia). Post a. 1217, Sept. pacem factam Daniel e captivitate solutus, in patriam rediisse videtur. A. 1218. et ipse et Robertus iam in Artesia morati sunt. (Cf. Duchesne, 'Hist. de la maison de Bethune', 'Preuves' p. 100. 395). Auctor vero in Anglia remansit. Ottonem imperatorem a. 1218, Mai. 19. mortuum esse, in Anglia comperit, et certe etiam a. 1220. ibi erat.

descriptiones belli Flandrensis a. 1213. 1214. *et belli Anglici a.* 1215—1217. *longe praestant, quarum illam, omnium quas habemus accuratissimam, integram exhibuimus, ex hac brevia fragmenta de Flandrensibus in Anglia militantibus excerpsimus, ut eorum nomina saltem notarentur; quae vero ibi gesserunt omisimus.*

Adhibuimus duos codices iam a Fr. Michel evolutos, in usum nostrum a V. Cl. A. Molinier exscriptos:

1) *Parisiensem Franc. nr.* 12203 *(olim Suppl. Franc. nr.* 455*), mbr.* 4⁰, *s. XIII. med. — ex., f.* 131 *sqq.*[1]

2) *Parisiensem Franc. nr.* 17203 *(olim S. Germani* 1513*), mbr.* 4⁰, *s. XIII, f.* 125 *sqq.*[2]

Codicem Insulensem DD 7, *chart., s. XV, quem Fr. Michel, 'Les Chroniques de Normandie' p. LXX. descripsit, cum eo neglеximus.*

Cum cod. nr. 17203. *numero* 2 *significaverimus, hunc deteriorem praecedente nr.* 1 *iudicare noluimus. Immo in utroque quidem codice menda et lacunae deprehenduntur, uterque scriba aliquoties verba auctoris alterasse, tamen cod.* 2 *veras lectiones saepius quam* 1 *servasse, praesertim nomina rarius corrupisse videtur. Quod et Chronicis Normanniae, quae noster exscripsit, et Chronicis Flandriae*[3], *quibus ex hac historia multa inserta sunt, cum codicibus collatis apparet. Hae praesertim cum modo cum cod.* 1, *modo et saepius quidem cum* 2 *conveniant, modo hunc, modo illum veram lectionem praebere probant. Ut vero cod. nr.* 12203. *nr.* 1 *significaremus, eo inducti sumus, quod eius dialectum et formas verborum sequi placuerit*[4]. *Neuter quidem codex puram dialectum, ut ita dicam, praebet, sed in utroque et formae Picardienses, quas dicunt, et formae mediae Franciae promiscuae occurrunt. Cum vero auctorem Artesiensem fuisse satis constare videatur, et codex* 1 *plures formas in illa regione usitatas praebeat*[5], *huius scribendi rationem secuti sumus, verba vero ipsa saepe ex* 2 *emendavimus.*

1) V. de hoc codice 'Joffroi de Villehardouin' ed. P. Paris p. XXXVII sq.; 'Les Chroniques de Normandie' ed. Fr. Michel p. XXXIX sq.; de libro Godefridi fuse agit N. de Wailly, 'Notices et extraits des Manuscrits' XXIV, 2, p. 4 sqq. — Liber inscriptus est in hoc codice: *Li estore des dus de Normendie et des rois d'Engletierre.*

2) Continet praeterea f. 1. Historiam Terrae Sanctae; f. 48. Fragmentum versionis Pseudo-Turpini; f. 59. Brevem historiam regum Franciae — 1204, cui notae Flandrenses supra p. 610. impressae adiectae sunt.

3) 'Istore et Croniques de Flandres' ed. Kervyn de Lettenhove. T. I. Bruxelles 1879. Auctorem eius multa ex hoc libro sumsisse, fugit editorem doctissimum. Etiam Iac. de Guisia l. XX, c. 20—24. hunc librum exscripsit.

